LEXICON
SOPHOCLEUM

ADHIBITIS
VETERUM INTERPRETUM EXPLICATIONIBUS,
GRAMMATICORUM NOTATIONIBUS,
RECENTIORUM DOCTORUM COMMENTARIIS



COMPOSUIT

FRIDERICUS ELLENDT A. M.

LIT. ANTIQ. IN UNIV. LIT. REGIM. P. P. E.



VOLUMEN I.

REGIMONTII PRUSSORUM 1835.
SUMPTIBUS FRATRUM BORNTRAEGER.





PRAEFATIO.

Duo sunt, quae literis antiquis recte cognoscendis maxime videantur officere. Alterum est, quod qui Graece et Latine nesciunt et arduam peritiae parandae viam aspernantur, Sanscritice balbutire malunt, qua quasi communi linguarum omnium clave usi perspiciant protinus, quid dici potuerit debueritve, quaenam origo et lex flectendarum diffingendarumque vocum, quae sermonis sit inter populos maxime dissitos similitudo et quasi cognatio: quo genere philosophandi et imperitos fallunt speciosis inventis procudendis, quae scilicet ipsam callendi medullam contineant, et suo ingenio ita abutuntur, ut quae horum studiorum diligentissimos fugiant, ab indoctis reperta esse primum sibi, deinde etiam aliis persuadere audeant. Ego Sanscritae linguae cognitionem haudquaquam despicio abiiciendamve arbitror, et in originibus linguarum indagandis magnum quoddam illius momentum esse scio; sed antequam ex rebus tam longinquis necdum satis certo cognitis comparandis proficias in *Graecae* et *Latinae* linguae scientia, sciendum prius Graece et Latine videtur, et exquirendum ante, quid dictum sit dicique licuerit, quam quomodo eo perventum sit pronunties. Sic quae perite peritorum manibus administrata prosunt, adolescentulorum δοκησισόφων vanitate nocent. Alterum est,

quod exstat genus quoddam philologorum, qui cum aut nesciant aut nolint artem grammaticam perdiscere sobrioque iudicio operam dare, et ipsi hoc agunt et discipulos ita instituunt, ut libris aliis et aliis quotannis in lucem emittendis scriptorum, si fieri possit, omnium reliquias colligere, historias urbium et civitatum pertexe e, res, iura, leges, instituta publica et privata, literas et artes et quidquid ad antiquitatem accuratius cognoscendam pertinet non diligenter illustrandum, sed leviter inspectis scriptoribus maxime *indicum*, qui vocantur, divitiis compilandis degustandum sibi sumant. Hi ea utuntur verborum magnificentia, ut et soli sibi literas antiquas cognovisse videantur et nativo quodam veri et pulchri sensu sese praeditos iactent, quo qui instructus non sit, eum recte intelligendis illis rebus imparem et quasi non factum esse affirmant. Iam enim ad id perventum est audaciae, ut eum virum, qui de tota antiquitate perite existimanda ingenii acumine, iudicandi sollertia, praeclare scriptis, discipulorum multitudine ita meruit, ut pares paucos, superiorem habeat neminem — ut eum, inquam, nec poetarum veterum artis universae, nec singulorum dictorum recte perspectorum documenta ulla dedisse fidenter quidam pronuntiarint. Ridicule, inquis. Verum est. Sed quia vulgus ea audacia decipi sese patitur, et fortiter contra inanes suae praestantiae iactatores pugnandum, et id agendum videtur, ut diligenter exercendis artibus critica et grammatica, antiquitatis omnis cognoscendae fontibus, tantae bonarum literarum perniciei obsistatur. Verum artes illae non satis certam viam insistent, nisi materies ante congesta iudicandi sit, nec satis proficietur in universa quadam lingua cognoscenda, nisi singularum aetatum et praecipuorum scriptorum usus et quasi leges sermonis accurate explorentur. Ad hanc rem ut quantum in me est conferrem, ante hos septem annos *Lexicon Sophocleum* componere aggressus sum.

Erunt, qui illud meum consilium reprehendant; sunt enim, qui exilem et inanem diligentiam affirment esse, quae in literis et apicibus additis vel omissis, vocabulis hoc illove modo scribendis et pronuntiandis, exquirendo et persequendo vocum etiam maxime vulgarium et quotidianarum usu versetur; erunt alii, qui quaerendi causam esse negent, quoties et quomodo *ἄν* et *ἄρα* et *δέ* et *καί* et *τε* apud tragicum dicta legantur: illud enim agi, ut scias, quomodo scriptoris usus a communi omnium consuetudine discrepet, cetera universae linguae lexicis aut interpretum reservanda esse commentariis. At vero quando tempus veniet talium lexicorum condendorum, nisi prius singulis scriptoribus ea adhibeatur opera? Deinde quomodo indicabimus, quibus rebus scriptoris cuiusdam aut aetatis sermo a consuetudine communiter recepta discrepet, nisi sciverimus, omnino quid dictum illi sit, quid repudiatum? Quomodo hoc esse, illud non esse epicorum, atticorum, recentiorum affirmabimus, nisi quid ab eis usu comprobatum sit, didicerimus? Enimvero neque copiosissima lectione neque summo ingenio hoc satis accurate cognosci posse summorum virorum Valckenarii, Porsoni, aliorum errores perspicue demonstrant. Praeterea lubricum est et facile periculosum illud selectioris quasi penoris conquirendi negotium. Nam colligendo demum, quidquid est vocabulorum, disponendoque et indicando ex sententiarum ratione ad elegantiorem sermonis usum intelligendum et cum vocabulorum tum dictorum sensum recte perspiciendum copiosior redundat fructus. Id igitur egi, nihil ut relinquerem, nec, nisi forte me aliqua fugerunt, praetermisisse me puto quidquam; si non omnia exempla apponenda viderentur, quod praeter articulum praepositivum in unam aut duas voculas cadit, indicavi. Erant sane inprimis nominum quorundam propriorum exempla, quibus non omnibus opus erat appositis; addidi tamen etiam haec, quod in pauculis et raris a prae-

cepto universe scripto deficere absonum videbatur. Sed et quoties quidque et quomodo connexum cum aliis verbis legatur, retuli, significationes quam potui religiosa diligentia digessi, particularum autem, in quibus mirum quantum manci indices sunt, qui nunc exstant, illustrandarum praecipuam rationem habui. Addidi etiam et vocabula aliquot et integras Sophoclis sententias quasdam, prioribus interpretibus ignotas; cuiusmodi vocabulis praefixum signum †. Inprimis autem accurata opera danda videbatur referendae et expendendae codicum et Aldinae editionis scripturae, quod et intelligendi et rei grammaticae persequendae fundamentum esset. Dubia aut plane nulla fide vocabula signo * notata sunt, coniectura verisimili illata duplici stellula **. Distingui autem necesse erat diverbiorum et canticorum cum vocabula tum formas, nec absonum videbatur etiam anapaesticis numeris prolata referre; his indicandis additum *an.*, *τοῖς ἀπὸ σκηνῆς m.*, canticis choricis *ch.* Praeterea veterum doctorum commentarios et lexica et recentiorum interpretum copias quanta potui diligentia excussi, nec eorum solorum, qui de Sophocle aut tragicis bene meruissent; ut quae ab illis de significatione vocum memorabiliorum deque forma, scriptura, accentu, spiritu traditum esset adhiberem et diiudicarem, quaeque ab his ad recte intelligendos poetas tragicos et Sophoclem potissimum collata essent, in usum vocarem. Versuum numeri Hermanni editionum sunt; ei enim viro Sophocles probabiliter restitutus maxime debetur. Sic et multa melius me explicuisse confido et aliquot locis poetam, pluribus veteres interpretes et doctores emendavi, nec quae ad hunc poetam solum facerent illustrandum quam brevissime exposui, sed etiam ad sermonem atticum et tragicorum recte cognoscendum quantum perficere possem conferre enixus sum. Hanc meam operam si Summis Duumviris Lobeckio praeceptori meo et Hermanno probari videro, idoneum me laboris praemium

consecutum arbitrabor. Hominum rei imperitorum iudicia non curo, maxime autem eos aspernor, qui non probant quidquam, nisi quod a sua secta exierit.

Tale consilium cum animo praeformassem, exsequendo nnorum quinque tempus suffecturum putabam. Sed cum ata lectione satis materiae collegisse viderer, de lexico ico a Faehsio propediem evulgando ante hos fere quattuor et quod excurrit annos nuntius allatus fere cogere videbatur, ut coepta omitterem. Videbam enim, quantum ille spem movisset quantaque pollicitus esset, fore qui maximam meorum partem me ab illo suffuratum dicerent. Ita per annos fere duos non intermisi quidem haec studia, sed in Electra commentariis illustranda versatus longe tamen alia ratione tractavi, quam qua in condendo lexico opus erat. Sed allatis primis Faehsiani libri fasciculis metus ille totus evanuit. Intelligebam enim exiguam omnis materiae partem ab eo viro collectam neque id actum esse, ut interpretaretur et diiudicaret, sed ut forte oblata vocabulorum exempla non minus fortuitis quibusdam lexicorum et grammaticorum veterum excerptis praetexeret. Sic cum resumendi veteris consilii animus renatus esset, repente de ipsius Faehsii morte nuntiatum est. Post duos igitur annos ordinandis, emendandis, iudicandis copiis conquisitis impensos iam iamque telae perficiendae spes portendebatur. Speraram quidem longe me maturius ad operae finem perventurum. Verum quo diutius materiam mente versabam, eo magis et quasi in immensum excrescentem videbam. Deinde ingenti negotiorum mole quasi obrutus etiam corpus ita affectum sentiebam, vix ut vires viderentur sufficere. Praeterea singulari incommodo laborabam. Etenim munus duplex in ludo literas docendi et in universitate literaria scholas habendi, pluribus de causis grave reddebatur atque molestum. Nam etsi vires meas paene confeceram et ultra quam officium postulat elaboraram, non modo gra-

tiam nullam consecutus, sed hominum fortasse non malorum, sed minime certe perspicacium studia adversa et animos foede irritatos expertus sum. Vidi enim nec ingenio nec doctrina commendatos homines ita cumulari gratia, ut munerum et honorum quidquid vellent sumendi et quasi optandi concederetur potestas: cognovi etiam, id quod maius est, studia literarum et doctrinae augendae diligentiam tanquam inanem et a praeceptoris munere alienam iactationem unico profecto post renatas literas exemplo abiici a nonnullis et vituperari. Talia quin animum frangant viresque debilitent cum fieri vix possit, lectores oro, ut ignoscant, quod serius, quam promiseram, liber meus in lucem publicam emittitur. Si minus recte indicata alia, alia non perfecta, sed inchoata viderint, peritos et benevolos harum literarum existimatores ut excusent rogo.

Dabam Regimontii Prussorum Calendis Novembribus anni MDCCCXXXIV.

ADDENDA ET CORRIGENDA
IN PRIMO VOLUMINE.

P. 1. v. 28. scribe ἀβόρβορος v. βόρβορος pro ἀβόρβαρος v. βόρβαρος.

P. 5. v. 21. s. v. ἀγένητος haec adde: Porsoni emendationem nunc liber optimus Laur. a. firmat.

P. 6. v. 24. s. v. ἀγκύλη haec adde: Ad Eustathii rationem nunc Hermannus rediit ἀγκύλων restituendo. Verum ἀκυλῶν certe est in Laur. c. a prima manu, Flor. ΓΔΘ., Par. a (membr.). Elmsleio placet ἀγκυλᾶν. Sed non pugno, quominus *arcum* interpretemur, ut Euripides ἀγκύλας dixit Or. 1463. Quanquam ἀγκύλαι *funes* significat Iph. Taur. 1373., ut non minus recte *nervum* sic dici putes.

P. 11. v. 15. s. v. ἀγχονή adde haec: Ut Suidas, ita Philemo p. 73. Fortuito errore v. 16. relictum est ἀγχόνης pro ἀγχονῆς.

P. 33. v. 17. post Αἶας adde: ita Laur. a. Flor. Δ.

ib. v. 20. scribe *Aegaeus* pro Aegeus.

P. 34. v. 16. v. αἰγυπιός adde: De accentu v. Etym. Gud. p. 211, 3. Excerpta Orioni annexa p. 186, 20.

P. 41. v. 24. adde: ἕλης Pel. 442 D. Non habet Brunckius.

P. 42. v. 12. adde: μή μ' ἕλῃς ἄνευ δορός Pel. 442 D.

P. 45. v. 33. scribe ἄϊσσε et ἀϊσσόντων pro ᾄσσε et ᾀσσόντων.

P. 49. v. 12. adde: κάνθαρος τῶν Αἰτναίων Daed. 173 D. om. Br.

P. 51. ante Ἀκάρπως insere: Ἀκαρνάν nomen gentile. εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας Inach. XI. 3. (265 D. om. Br.) Non opus κἀκαρνᾶνας scribi.

P. 64. v. 31. scribe τᾶς pro τάς.

P. 69. v. 37. adde: Unus tamen bonus cod. Flor. Γ. λιπαρῇ exhibet.

P. 70. v. 13. adde: Nunc ἀλλίπλακτε confirmatur codice Flor. Γ.

P. 101. v. 18. scribe notent pro notant.

P. 102. v. 29. adde: Solus cod. Flor. Θ. cum Brunckio videtur facere.

P. 106. v. 1. ante Ἀμφινεικής insere: Ἀμφίλοχος nomen gentile. εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας Inach. XI. 3 (265 D. om. Br.)

P. 107. v. 10. adde: Accentum disces ex schol. Il. ε. 523.

ib. v. 26. post ἀφίσταμαι puncto distinguendum est.

P. 112. v. 14. scribe ἐγκλήσοι pro ἐγκλείσοι.

P. 120. v. 19. scribe χαρᾷ pro χάρᾳ.

P. 127. v. 29. haec adde: Sed num recte Hermannus eo modo explicuerit El. 790., dubitabile videtur cum scriptura codicum Ien. Laur. c. Flor. Δ. κατ' ἀξίαν eis faveat, qui κατάξι' ἂν suadent.

P. 135. v. 14. insere: Flor. Δ. ἀνάλωσας videtur habere.

Pag. 140. v. 26. post verba *Laur. B.* insere: et Flor. Γ; sed ΘΔ ἀνεπτάμην.

P. 153. v. 12. scribe ἄνηκες pro ἀνῆκες.

ib. v. 13. scribe penaeni pro peninflecti.

P. 161. v. 9. adde: Cur eiusmodi exemplis non movear, velut Aesch. Eum. 727., quod Wellauerus certum productae prioris in ἀνήρ syllabae documentum esse affirmat, peritos non fugiet. Eadem ratio est in ὅστις ἐστὶν ἀγαθός Eur. Suppl. 853.

P. 164. v. 34. corrige: Atticis ῐ medium et ambigua mensura est, pro: ῐ tragicis produci certissimum etc.

P. 169. v. 38. ante Ἀντήλιος insere Ἄντη v. λιτή.

P. 170. v. 8. scribe νυκτέραις pro νυκτεραῖς.

P. 200. v. 18. adde: ἀπόλωλε Camic. V. 3 (304 D. om. Br.)

P. 201. v. 12. adde haec: Verum τόν τε παρελθόντ' ἀπόλωλε χρόνον Camic. V. 3. de dicitur, qui in meritam apud omnes oblivionem cadit, mortuis si

P. 240. v. 4. . schol. adde: et Flor. Γ.

P. 273. v. 4. post verba Laur. A. adde: Flor. Γ.

ib. v. 6. post αὐτοῦ insere: αὐτὸς αὐτὸν οὔτε νῦν καλὰ δρᾷς Oed. Col. 857. Libri αὐτόν.

P. 277. v. 32. s. v. ἄφθιτος adde haec: γενεᾶς ἀφθίτου λαχόντες θείας Inach. 267 D. (om. Br.)

P. 280. v. 15. post quidam alii libri adde: Florr. ΓΘ.

P. 286. v. 32. scribe: boni libri Flor. ΓΘ (hic supra scripto ῥει), Laur. a., pro: optimus liber Laur. A.

P. 287. v. 19. post Aug. c. adde: Florr. ΓΔΘ.

P. 298. v. 11. post verba Lips. a. b. adde: Florr. ΓΘ.

ib. v. 14. post Laur. A. adde: Florr. ΓΘ.

P. 306. v. 25. sic scribe: de armatis ex draconis dentibu prosatis, pro: de Argo nave et Argonautis etc.

P. 353. v. 7. insere: Nunc verius videtur γε μέντοι.

ib. v. 17. post verba Ai. 623. adde: γενεᾶς ἀφθίτου λαχόντες θείας Inach. 267 D. (om. Br.)

P. 385. v. 23. scribe βλάστα pro βλαστά.

P. 406. v. 3. adde: Flor. Γ. δεκατεῖ χρόνῳ.

P. 424. v. 6. insere: *Διατέμνω *scindo.* διὰ κῦμα τεμών Inach. XI. 5 (265 D.), nisi ad διά et τέμνω hoc revocandum.

ib. v. 40. scribe διέφθορεν pro ιέφθορεν.

P. 425. v. 1. post verbum διέφθορεν adde: διέφθειρεν Flor. Γ.

P. 444. v. 28. post verba ἄνευ δορός insere: Pel. 442 D. (om. Br.).

P. 450. v. 16. post verba praetulit Herm. insere: Sic etiam Flor. Θ.

P. 471. v. 6. scribe σπονδή pro σπονδή.

P. 506. v. 35 post eruit adde: inc. LVIII. 3 (om. D.)

P. 508. v. 17. post concinit insere: τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ inc. LVIII. 3. i. e. *contingat, eveniat.*

P. 537. v. 1. adde: Verum aliquando duobus membris commune εἰς ab alterutro abest. τὴν ἐγὼ τάλας οὐκ ἂν ποτ' εἰς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν Oed. Col. 753. v. Schaefer ad v. 749.

ib. post v. 28. adde: εἰς χίλια (*usque millia*) iure dudum scribitur pro ὡς Naupl. V. 6 (379 D.).

P. 576. v. 20. scribe μόλῃ pro μολῇ

ib. v. 25. scribe ᾖ pro ῃ

P. 592. v. 6. post verba *Florr. ΔΘ.* adde: ἐν δ' ἔσεισεν Ant. 1260 m. ipsum quoque tmesin prae se ferre videatur.

P. 600. v. 3. post ἑταίρων 944. adde: τοὺς εὐγενεῖς — φιλεῖ Ἄρης ἐναίρειν Phryg. I. 2 (649 D.). Male vulgo συναίρειν, potuit autem συναιρεῖν ferri.

P. 634. v. 23. adde: Desperatum illud a multis Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ ποιᾷ (s. Ἰδαῖα λειμώνια) Ai. 597 ch. verisimili correctione Lobeckius sustulit scribendo Ἰδαῖα μίμνω λειμῶνι ἔπαυλα μήλων.

P. 646. v. 9. haec adde: His adiicienda duo exempla ἐπὶ substantivo et adiectivo interpositum habentia, γᾶς ἐπὶ ξένας Oed. Col. 1705. 1711 m., quorum illud operosius ordinandis verbis fortasse exemeris, hoc eximi nullo modo potest. Scribunt autem omnes acute.

P. 649. v. 38. corrige ἄρχει pro αρχει

P. 690. v. 36. adde: ἐσχατιᾶς Flor. Γ. Ricc. Brunckii T.

P. 697. v. 21. adde: εὖ πίπτειν. ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι inc. LXXXIV. (763 D.).

P. 700. v. 23. adde: εὐδαίμονες οἱ τότε γενεᾶς ἀφθίτου λαχόντες θείας Inach. 267 D. (om. Br.).

P. 711. v. 11. insere: Εὐρύαλος *n. pr.* Eius Sophocles historiam tractavit in cognomine fabula: v. Eust. p. 1796, 52.

P. 748. v. 21. adde: Pel. 442 D. (om. Br.).

P. 768. v. 8. corrige ἦμαρ pro ημαρ.

A.

Ἀ Ἀ Ἀ Ἀ exclamatio doloris Phil. 722. 729. Sic quater cod. Ven. Tricl. Schol.: at cod. Harl. et edd. vett. ter ἀ ἀ ἀ; de reliquis tacetur. Brunckius ἆ ἀ ἆ ἀ scilicet ut iambica esset exclamatio.

Ἀ particula vetandi et castigandi. ἀ, μὴ κόλαζε πρέσβυ Oed. R. 1147. ἆ μηδαμῶς Phil. 1284.: libri bis ἀ ἀ, Brunckius ἆ ἀ fortasse quod Suidas et Photius (cf. Eustath. p. 855, 19.) μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως dictum acui iubent, quamvis contra rationem. Corrigat quis μετ' ἐπιπλήξεως, ut conveniat in Oed. R. l. c.; sed est etiam stuporis et admirandi significans particula, quae apud Sophoclem tamen non magis legitur quam ἆ inclamantis vel alloquentis ab Homero inde poetis usitatum.

Ἀάω (⏑) noceo. ἄσας Hesychius ex Soph. Troilo fr. III. 5. (554 D.) explicans βλάψας, ἔβλαψας. Ergo et ἆσας et ἄσας posuisse videtur poeta.

Ἄβαι (⏑) n. pr. ἐς τὸν Ἄβαισι ναόν Oed. R. 899 ch. Meminit Hesychius in v. scriptura ante Hermannum nemini recepta, quamquam non libri modo eam tuentur, sed et rectior codicum ap. Eustath. p. 279, I. παράδοσις.

* Ἀβάρβαρος v. βάρβαρος.

Ἄβατος (⏑) invius. Proprie ἄβατον ὄρος Oed. R. 719. Tralate de vetitis qualibuscunque: ἕρπειν ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς τὰ βατά Aload. fr. XI. 6. (109 D.), quem locum copiose tractavit Wyttenb. ad Plut. de Aud. Poet. p. 21. B.: et de locis sacris et religiosis ἀβατῶν ἀποβάς Oed. Col. 164 ch. — φυλλάδα ἄβατον θεοῦ lucum Eumenidum Oed. Col. 681 ch.

Ἀβλἄβής incolumis: γῆς δ' ἄπεισιν ἀβλαβής. sine noxa: ἀβλαβεῖ βίῳ El. 640. Prima producitur.

Ἄβολος. ἄβολον ἵππον Mys. fr. VI. ap. Hesych. cf. Etym. M. s. v. πῶλον ἄβολον interpretatum qui dentes nondum abiecit. Apud Gr. Bekk. p. 83, 22. perperam legitur Σοφ. Μοίσαις.

Ἀβόρβαρος v. βόρβαρος.

Ἀβουλία imprudentia. ἐξ ἀβουλίας πεσεῖν El. 390. ἀβουλίᾳ πεσεῖν 421. δείξας — τὴν ἀβουλίαν Ant. 1227.

Ἄβουλος **expers consilii**, imprudens *ἀνὴρ ἄβουλος* **Ant. 1013.** *οὐ γὰρ ὧδ' ἄβουλός ἐστ' ἀνὴρ Αἴγισθος* El. 953. *ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός* El. 536. *ἄβουλος πόλις* Oed. Col. 944. *ἄβουλον στάσιν* Oed. R. 634. *τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;* Trach. 139 ch.

Ἁβρός (‐) **venustus.** *ἁ δ' εὐῶπις ἁβρά* Deianira procis expetita. Trach. 520 ch. v. Valck. ad fragm. Callim. p. 233.

Ἄβροτος v. *ἄμβροτος.*

Ἁβρύνομαι (‐‐) ***iacto me, superbio.*** *ὁ δὲ — καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται* Oed. Col. 1341. *κοσμεῖται* explicat Hesychius; rectius Gr. Bekk. p. 322, 27. *θρύπτεται, καυχᾶται.*

Ἄβρωτος (⏑) *ὁ νῆστις* fr. inc. CV. 1. (796 Dind.) ap. Poll. VI. 39. cf. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 576.

Ἀγάζω (⏑) *θρασύνω* explicatum a Gr. Bekkeri p. 336, 6. (fr. inc. 797 Dind.)

Ἀγαθός (⏑⏑) v. *ἀμείνων, κρείσσων, λῴων, ἄριστος, κράτιστος, λῷστος.* ***bonus.*** 1. adiectivum. *ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ* Oed. R. 687. *τῷδ' ἀνδρὶ τῷ πάντ' ἀγαθῷ* Ai. 1394. anap. *ἐλπίδα τὰν ἀγαθάν* Trach. 125 ch. *δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην* Ant. 662. *ἀνδρῶν ἀγαθῶν* Phil. 710 ch. *δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν* 1039. cum irrisione *τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα* Ant. 31. *ἁγαθοὶ στρατηλάται* Phil. 861. 2. substantivum. de homine: *ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει* Phil. 454. *fortem* significat Phryg. I. 1. (649 D.) *generosum* Aload. VII. 2. (105 D.) De re: *τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες* Ai. 943. *ἀγαθὰ δόμοις τε καὶ πόλει* Oed. R. 934. cum risu *τοῦτο τἀγαθόν* Ant. 275. i. q. infortunium. 3. a verbo pendet. *σοφὸς — κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα* Phil. 119. *ὁ πιστὸς — κἀγαθὸς καλούμενος* Trach. 538. *ὃς παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ' ἐμός (ἦν)* Phil. 419.

Ἀγακλειτός (⏑⏑) *nobilissimus. ἀγακλειτὸν πάθος Ἡρακλέους* Trach. 852 ch.

Ἄγαλμα (⏑). *πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται,* Suidas, Eustathius, Gr. Bekkeri p. 324, 5.: v. Valck. Anim. ad Ammon. p. 169. Ruhnk. ad Tim. p. 5. Boeckh. Corp. Inscr. vol. I. p. 7. 1. *statua divorum. δαιμόνων ἀγάλμαθ' ἱερά* Oed. R. 1379.: nisi *καταχρηστικῶς* dicuntur templa quibus dei sese coli gaudent. 2. *qui in deliciis est alicui: Καδμείας Νύμφας ἄγαλμα* Bacchus Ant. 1102 ch. et de laude et ornamento qualicunque; *τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις ἄγαλμα μεῖζον* Ant. 699.; quae verba Boeckhius ap. Wexium minus probabiliter explicat *τί ἄγαλμα τέκνοις μεῖζόν ἐστιν ἢ εὔκλεια πατρὸς θάλλοντος;* languent enim *εὔκλεια* et *θάλλειν* iuxta posita. Melius Erfurdtius *τί γὰρ τέκνοις μεῖζον εὐκλείας ἄγαλμα* (***Ruhmesfreude***, ut *εὐκλείας στέφανος* Ai. 460.) *ἢ πατὴρ θάλλων.* A coniecturis locum defendit Dorvill. ad Char. p. 227 Lips.

Ἀγαμεμνονίδας παῖς El. 176 ch.

Ἀγαμέμνων n. pr. (⏑⏑) Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε Phil. 783. Ἀγαμέμνονος παῖ El. 2. Quo versu quinam varie usi sint, Interpretes docent. τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε El. 685. σωτὴρ δόμων Ἀγαμέμνονος 1347. ἀθεώτατα ἀλόντ' Ἀγαμέμνονα El. 124 ch. τὸν στρατηλάτην Ἀγαμέμνονα Ai. 1203.

Ἀγάμητος (⏑⏑) ἀντὶ τοῦ ἄγαμος Soph. fr. inc. CV. (798 Dind.) ap. Gr. Bekk. Anecd. p. 336. 8., quamquam apud hunc ἀγάμετος scriptum exstat. η scribi postulat Lobeck. ad Phryn. p. 514.

Ἄγαμος proprie *innuptus*. χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών Oed. R. 1502. ἄγαμος Antigone dicitur Ant. 859 mel. Tralate *malo omine nuptus*. ἄγαμον γάμον Oed. R. 1214 ch.

Ἄγαν (⏑–) *valde*. Gr. Bekk. Anecd. p. 209, 22. ἀντὶ τοῦ μεγάλου καὶ πολλοῦ καὶ λίαν. Atticum pro λίαν dicitur in glossis secundum civitates compositis l. c. p. 1095. Omnibus locis convenit una significatio, de qua recte exposuit Hermannus Cens. thesaur. Steph. p. 231. Opusc. t. II. Cum verbo: πόλις ἄγαν ἤδη σαλεύει Oed. R. 22. δυςφορεῖν ἄγαν El. 247. πιστεύεις ἄγαν 872. δειμαίνειν ἄγαν Trach. 89. πόλλ' ἄγαν — θροεῖς Ai. 589. σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ', ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν Ai. 922. ἄγαν γε λυπεῖς Ant. 568. μηδέ γ' ἄγαν φλέγεσθον Oed. Col. 1692 mel. ubi, etiamsi verum sit οὕτω ante φλέγεσθον in libris scriptum, tamen ne sic quidem cum Elmsleio ἄγαν et οὕτω coniungenda erunt. τὸ μὴ τείνειν ἄγαν Antig. 707. ὡς πρός τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις Trach. 1172. Cum adiectivo: ἄγαν αἰνικτὰ — λέγεις. Oed. R. 439. Triclin. γε inculcavit. μὴ πόλλ' ἄγαν εἰρημέν' ᾖ μοι 760. ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν Ai. 347. ἄγαν δ' ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν Ai. 931 ch. πόλλ' ἄγαν Electr. 613. τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα Ant. 469. ἄγαν νέος 731. Cum adverbio: ὑψοῦ — αἴρει θυμὸν — ἄγαν λύπαισιν Oed. R. 914. v. αἴρω. ὄψ' ἄγαν Oed. Col. 1266. Cum articulo et substantivo adiectivi vices tuetur: ἡ ἄγαν σιγὴ Ant. 1236. τῆς ἄγαν σιγῆς βάρος Ant. 1241. — ἄγαν γε *sane admodum* Trach. 892. Ai. 962. De ultima longa tres loci testes sunt, Ai. 589. Trach. 1172. Oed. R. 439., hic quidem propter id ipsum inserto γε interpolatus a librariis pronuntiationis ignaris: v. Brunck. ad Ar. Nub. 199. (200 H.), quo loco similis corruptela ab optimis libris redarguitur. De accentu v. Apoll. de adv. p. 568. Bekk.

Ἄγασμα (⏑) ἀγάσματα, σεβάσματα, ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Soph. fr. inc. CV. 4. (799 Dind.) ap. Suidam in v.

Ἀγγελία *nuntius*. τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον El. 165 mel. οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθωνος (αἴθοπος) ἀγγελίαν Ai. 221 ch. de qua structura v. Lobeck. Dind nunc αἴθονος scribit.

Ἀγγέλλω. ***nuntio.*** I. ***Formae. Praesens.*** *ἀγγέλλουσι* Ai. 1205. Oed. Col. 1507. *ἄγγελλε* El. 47. *ἀγγέλλειν* Trach. 1100. ***futur.*** *ἀγγελοῦμεν* Oed. Col. 1431. *ἀγγελῶν* Oed. R. 955 ubi libri barbare *ἀγγελῶν;* it. Oed. Col. 303. ***aor.*** *ἤγγειλα* Oed. R. 604. *ἤγγειλας* El. 1333. *ἤγγειλαν* El. 1444. *ἀγγείλῃς* El. 41. *ἄγγειλον* Ai. 835. *ἀγγείλατε* Ai. 564. *ἀγγεῖλαι* El. 1100. 1435. *ἀγγείλας* Trach. 189. ***Passivum*** *ἀγγέλλεται* Trach. 73. ***Medium*** *ἀγγέλλομαι* Ai. 1355. — II. ***Usus.*** cum accus. obiecti *ὅπως ἂν ἀγγείλῃς σαφῆ* El. 41. *πρῶτος ἀγγείλας τάδε* Trach. 189. *κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολήν* Ai. 564. *ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς* Ai. 835. *τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν* Oed. Col. 303. *ἀγγελοῦμεν φλαῦρα* Oed. Col. 1431. Subauditur accusativus Oed. R. 604. Oed. Col. 1507. item addito genitivo cum praepos. *περί: Ὀρέστου ἀγγεῖλαι πέρι* El. 1100. Cum accus. obi. addito participio: *οὓς φασ' Ὀρέστην ἡμὶν ἀγγεῖλαι βίον λελοιπότα* El. 1435. *ἦ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν* El. 1444.: addito *ὡς: πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν ὡς οὐκέτ' ὄντα* Oed. R. 955. *ἤγγειλας ὡς τεθνηκότα* El. 1333. Inde passivum cum nominativo participii iungitur: *ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται* Trach. 73. Cum infinitivo: *σέ δ' ἀγγέλλουσί μοι — τλῆναι* Ai. 1205. Ita et medium ponitur pr. *ἐπαγγέλλομαι*, ***profiteor:*** *Τεύκρῳ — ἀγγέλλομαι — εἶναι φίλος* Ai. 1355. Sequitur denique *ὡς* vel *ὁθούνεκα — ἀγγέλλειν ὅτι — ἐτισάμην* Trach. 1100. *ἄγγελλε — ὁθούνεκα τέθνηκε* El. 47.

Ἄγγελος ***nuntius is qui nuntiat.*** Nude ponitur: *εἰς σὲ — κἄγγελος ἥκω* Phil. 498. *ἄγγελος πάρειμί σοι* Phil. 560. *πρῶτος ἀγγέλων* Trach. 179. *ἄγγελος παρῆν* Trach. 347. *οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων πορεύεται* 390. *ἄκλητος οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς* Ai. 282. *πέμψον τιν' ἡμὶν ἄγγελον* 813. *μὴ παρ' ἀγγέλων ἄλλων ἀκούειν* Oed. R. 6. *οὔτ' ἄγγελός τις — κατεῖδε* 116. *εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων* 305. Cum genit. subiecti: *ὄρνις — Διὸς ἄγγελος* (luscinia) El. 146 mel. veris nuntia a Iove missa, v. Hermann. Cum genit. obiecti: *στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν* Ant. 277.

Ἄγγος *vas.* *τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος ὡς ἔχει δεῖξαι* Trach. 619. cista cum veste Herculis. *τόδ' ἄγγος ἴσθι σῶμα τοὐκείνου στέγον* El. 1107. *μέθες τόδ' ἄγγος νῦν* 1196. urnam sepulcralem.

Ἀγείρω (⏑) *cogo, colligo.* *τὸν εἰς Θήβας στόλον ἀγείρας* Oed. Col. 1308. *τοῦ τὸ κλειτὸν Ἑλλάδος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε* (Agamemnonis) El. 685. Cod. Monac. *ἐγείραντος.* De stipe cogenda dixisse videtur Sophocles Inacho XI. 2. siquidem probabilis est Ruhnkeni disputatio de loco Platonis Republ. p. 431. C., ad Tim. p. 9. proposita. Rectius tamen hoc et Valckenario Diatr. p. 11. verba poetae constituit Blomf. in Mus. Crit. Cantabr. II. 145.: *Νύμφαι ὀρεσίγονοι θεαῖσιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις.*

Ἀγελαῖος (⏑) *gregalis*. *ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας* Ai. 175 ch.

Ἀγέλη grex. *ἀγέλαις βουνόμοις* Oed. R. 26. *πτηνῶν ἀγέλαι* Ai. 168. anap. chor.

Ἀγενής (⏑) *ignobilis*. *ὅταν οἱ γ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγενῶν κατανικῶνται* Soph. Aload. VII. 2. (105 D.) ex Grotii coniectura cui calculum adiiciunt Iacobs ad Athenaeum p. 347 et Gaisf. ad Stob. Floril. vol. II. p. 88. Lips. Brunckius secundum Valckenarium Diatr. p. 15. *πρὸς ἀγεννήτων* dedit paulo audaciore mutatione facta. De *ἀγενής* et *ἀγεννής* dubitabant Hemsterhusius ad Lucian. t. I. p. 461. Dorvill. ad Char. p. 388. Schaef. ad Plutarch. vol. IV. p. 313. *ἀγεννής* solum probabat Buttm. ad Alcibiad. I. p. 120. et Stallb. ad Plat. Protag. p. 52., siquidem *ignobilem* significet. Nam *ἄπαιδα* significat ap. Isaeum Bekkeri Anecd. p. 328, 2. Sed *ἀγενὲς καὶ στενὸν φθέγμα* idem p. 336, 19. *tenuem* interpretatur *et ingrato sono vocem*; et *ἀγενὲς βιβλίον* ap. Steph. Byz. v. *Ἀνακτόριον* librum malae notae valet. Quod si quis ab *ignobilitatis* significatione proxime deflexum meminerit, et *εὐγενῆ* similiter et *δυςγενῆ* dici, non assentietur Stallbaumio. At *infectum* s. *nondum ortum* non dici videtur *ἀγενές*. V. *ἀγέννητος*.

** *Ἀγένητος nondum ortus* s. *infectus*. *τὸ γὰρ φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν* Trach. 740. *ἀγέννητον* libri omnes et Suidas, modo quod hic *ποιῆσαι*, quo recepto alterum *ἂν* excludendum erit. Illud coniecit Porsonus Misc. p. 219 firmavitque Agathonis loco ap. Aristot. Eth. Nicomach. VI. 2. Recepit Hermannus. Et sane simillima multa sunt, quae si quis a verbis puris facta obiecerit, cum *γίγνομαι* barytonon sit, recordetur velim, verbalia in *τος* exeuntia futuri normam sequi; et sane *γενήσομαι* puriorum formam habet. Cf. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. p. 119. *γενητός* et *γεννητός* saepe a librariis confusa esse docet Schneider. ad Plat. Rpubl. VIII. p. 14. t. III.

Ἀγέννητος nondum natus. *ἀγέννητος τότ' ἦν* Oed. Col. 977. *ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ* fr. inc. LXX. 3. (739 Dind.) ex Valckenari coniectura; vulgo ap. Plut. sympos. II. probl. 9. *τὰ γένη τὰ* legitur. Fortasse etiam hic rectius scribitur *τἀγένητα*. Ex Artemidoro IV. 59. Porsonus *τἀδόκητα*. — *ignobilis*. *κἀξ ἀγεννήτων — μῦθοι καλῶς πίπτουσιν* Trach. 61.

Ἄγευστος (⏑) *inexpertus*. *οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών* Ant. 579 ch. Illustrat Wyttenb. ad Plut. de Educ. Puer. p. 13. B. Scripturae diversitas illa, quae observatur in *ἄκλαυτος ἄγνωτος*, *ἄκλαυστος ἄγνωστος*, etiam in hoc adiectivo notabilis, si fides Gr. Bekk. An. p. 326, 12. qui *ἄγευτοι ἄπειροι* explicat, etsi paulo ante secundum tenorem literarum

ἄγευστος Θοίνης posuerat. Sed illius tenuioris scripturae in libris non videtur esse memoria.

** Ἄγη v. ἄτη.

Ἀγηλατέω (⏑) *piaculum exigo.* Asperatur secundum Eust. p. 1704, 5. et Suid. v. ἁγηλατεῖν qui Sophoclis locum affert. κλαίων δοκεῖς μοι — ἁγηλατήσειν Oed. R. 402. Etsi ab ἄγος ducitur, tamen non dissentit Schaeferus. Num Gr. Bekk. p. 328, 32. ἁγ. ἄγος καὶ ἐναγεῖς τινας ἐλαύνειν et p. 337, 11. ἀγηλατῶν ἀντὶ τοῦ διώκων, φυγαδεύων· οὕτω Νικόμαχος — Sophoclis locum respexerint, incertum. Similia Hesychius habet.

Ἀγήνωρ (⏑) n. pr. Ἀγήνορος Oed. R. 268.

Ἀγήρως *non senescens, aeternus.* ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας κατέχεις Ὀλύμπου — αἴγλαν (Iupiter) Ant. 604 ch. Brunckius ἀγήρως ut cod. Dresd. Triclinianus it. edd. Turn. Steph. Cant. Prius Hermannus revocavit ex Brunckii membr. et cett. libris fere omnibus item ed. Ald. — τὸν ἀγήρῳ fr. inc. CV. 5. ap. Poll. II. 14.

Ἀγίζω (⏑) *sacro.* ποσειδαονίῳ θεῷ βούθυτον ἑστίαν ἀγίζων Oed. Col. 1491. chor. de sacrificio dictum.

** Ἀγκηρύσσω = ἀνακηρύσσω *publice enuntio.* ἀγκηρύσσεται Aeris. XI. 1. si vera Dindorfi emendatio (68 D.).

Ἀγκύλη (⏑) *nervus in arcu.* χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν βέλεα Oed. R. 204 ch. gl. in membr. Brunckii: τὰ νευρὰ λέγει. Ante Brunckium legebatur ἀγκύλων, quod arcum significare putabat Eustath. p. 33, 3. ἀγκύλα χρυσόστροφα afferens. Varias vocabuli significationes explicuit Musgravius; plurimas collegit, sed Sophoclei usus non memor Gr. Bekkeri Anecd. p. 337, 30.

Ἄγκυρα *ancora.* εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου Phaedr. fr. IX. 1. (612 D.) ap. Hesych. explicantem ἐκ μεταφορᾶς αἱ ἀσφάλειαι, et Gr. Bekk. p. 338, 15. apud hunc autem fabulae nomine non addito. De sententia v. Pors. ad Hecub. 80. et Iacobs ap. Pflugk. l. c.

Ἀγκών *ulna.* ὑγρὸν ἀγκῶνα Ant. 1222 cf. Interp. — *angulus*, regio. cf. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 536. οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους ἰόντες Ai. 792. Suid. v. ἀγκών.

Ἀγλαΐα (–⏑⏑–) *delectatio, fructus.* λαμπρότης Suidas et Gr. Bekk. An. p. 329, 17. μηδέ ποτ' ἀγλαΐας ἀποναίατο El. 204 mel. utinam ne fructum capiant (facinoris).

Ἀγλάϊσμα *decus.* μὴ τοῦ τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν El. 896. cincinnus in sepulcro Agamemnonis repertus. cf. Abresch. ad Choeph. 189.

Ἀγλαός *splendidus, decorus.* ἀγλαὰς Θήβας Oed. R. 152 ch. De tono v. s. ἀλαός.

Ἀγλαώψ facie vel specie splendens. ἀγλαῶπι πεύκᾳ Oed. R. 214 ch. De tono v. schol. Ven. Il. ι. 502. Eust. p. 768, 37.

Ἄγλωσσος (-?) οὔθ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος Trach. 1049. i. q. βάρβαρος. De significatione constat, sive γῆ sive cum Hermanno ἀνὴρ subaudieris, quod posterius tamen neque ex Polluce II. 109 neque ex Gr. Bekkeri Anecd. p. 97, 4. certissime demonstrari potest.

Ἄγμα v. κάταγμα.

Ἁγνεία sanctimonia. φέροντι τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων Oed. R. 864 ch. pietatem colenti. De vocabulo cf. Stanl. ad Suppl. p. 660. Hal.

Ἁγνίζω expio, procuro. τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι. Scholiastae interpretationem τιμῆσαι Musgravio probatam recte abiicit Hermannus. Est enim *procurare iram mortui*, ut bene sit ei apud inferos: quod quoniam Ismene sepeliendi Polynicis partes non suscepit morte saltem cum Antigone subeunda exsequi studet. — λύμαθ' ἁγνίσας ἐμά Ai. 640 de infausti ominis caede mari abluenda. ἁγνίσαι Soph. Amphiarai fr. VI. 1. (119 D.) ap. Hesych. et Gr. Bekk. p. 339, 8. hic addens ἁγνίσαι τὸ θῦσαι. διαφθεῖραι κατ' ἀντίφρασιν, οὕτω Σοφοκλῆς; ille ἀποθῦσαι κ. τ. λ. Apud Bekkerum non additur fabulae nomen. Illud Hesychii quomodo intelligendum sit, v. Iacobs ad Anthol. Pal. t. III. p. 815.

Ἀγνοέω ignoro. τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ Trach. 78. τίν' ἀγνοεῖς; El. 1467. *quem tibi ignorare videris*, i. e. *ignorans quis sim?*

Ἀγνοία ignoratio. ὡς ἂν ἀγνοία προσῇ Phil. 129. Ante Brunckium scilicet ab iis qui metro timerent ἀγνοίᾳ legebatur. ἀγνοία μ' ἔχει Trach. 349. ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς 418. i. e. ἣν προσποιῇ ἀγνοεῖν, quam schol. interpretationem merito probavit Hermannus. — Ultima aperte producitur Trach. 349; cf. Etym. M. p. 462, 5. 774, 33. Lob. ad Phryn. p. 165 et q. Matthiae congessit Gr. Gr. t. I. p. 143.

Ἁγνός. 1. *sanctus* de divis. ἁγνοῦ Ζηνὸς — σέβας Phil. 1273. Idem Iovi epitheton datur Aesch. Suppl. 661. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας 823. Huc refer ὦ φάος ἁγνὸν El. 86 mel. quippe ἱερόν *diva lux*. cf. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 610. 2. *de locis non profanis* dictum: ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν Oed. Col. 37. Sic recte Valck. Anim. ad Ammon. p. 3.; nec sentiendum cum Reisigio Enarr. p. XXXI. 3. *expiatus* et *expiatorius* item *piaculo vacuus*. ὅδ' ἁγνὸς ἦν Trach. 257. ἁγνὸν λουτρὸν Ant. 1186. ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε Ant. 880. 4. *religiosus, sacer*, de cerimoniis. ἁγνὰ θύματα Trach. 286.

* *Ἄγνυμι.* ἀγῇ librorum lectio Phil. 635. v. ἀνίημι.

Ἀγνωμοσύνη iniquitas. μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην (εἰδότες) Trach. 1256 anap. Producitur prima.

Ἀγνώμων rationis expers, non habens rei ullius rationem (*rücksichtslos*): *immitis* inde et *durus*. *ἀγνώμονες· οἱ κακογνωμονοῦντες, ἐναντιογνώμονες, ἀσύγγνωστοι* Suid. ex Soph. l. c. Gr. Bekk. Anecd. p. 334, 8. *Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ᾽ ἀγνώμονες* Oed. Col. 86. *ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητὰ κοὐκ ἀγνώμονα* Trach. 473. v. Herm. it. Buttm. in ind. orationis Midianae in v.

Ἀγνώς 1. *ignarus*. *σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος* Oed. R. 677. ignoras me i. e. iniquus es in me. *ἀγνῶτ᾽ ἀναμνήσω νιν* 1133. Primus ita Sophocles. 2. *ignotus*. *παῖδα τόνδ᾽ ἀγνῶτ᾽ ἐμοί* Phil. 996. *ἀγνῶτ᾽ ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων* Ant. 983. *δόκησις ἀγνὼς λόγων* suspicio nova et inexspectata Oed. R. 681 ch.; quem locum respicit Eustath. p. 694, 17. 793, 4. De Oed. Col. 553. v. *ἀλίσκομαι*. De accentu vulgo nunc in ultima poni solito plane in contraria discedunt grammatici: v. Lobeck. ad Ai. 274 et adversus hanc doctrinam eundem in parergis ad Phrynichum p. 612. et in progr. de motione adi. minus mobil. p. 9. (edito a. 1831).

Ἄγνωτος ignotus. *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθετ᾽ ἱμείροντες* Oed. R. 58. Affert locum Suidas v: *γνωτός*. Scriptura plenior nunc non reperitur.

Ἄγονος sine prole. *τόκοισι — ἀγόνοις γυναικῶν* Oed. R. 27. vel *ἐξαμβλώσεσι* vel *στερεότητι, ὥστε τίκτειν οὐδέν*.

Ἀγορά (⏑) *forum*. *πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ* Trach. 371. *ἐν μέσῃ Τρ. ἀγ.* 423. *ἀγορὰ Λύκειος* Argis El. 7. *Ἄρτεμιν ἃ κυκλόεντ᾽ ἀγορᾶς θρόνον — θάσσει* Oed. R. 161 ch. Et sic plurativus *ἀγοραῖσι θακεῖ* in foris sedet Oed. R. 20. Sed idem de *concilio* dicitur *ἔνθ᾽ Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται* Trach. 635 ch. i. q. *ἐκκλησίαι Ἀμφικτυονικαὶ* satis usitato anachronismo.

Ἀγοράομαι narro. *ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγόρω ξέναις* Trach. 598.

Ἀγορεύω dico. *οὐκ ἠγόρευον ταῦτ᾽ ἐγώ;* Oed. Col. 842.

Ἄγος (⏑) *ἅ. κατ᾽ ἀντίφρασιν τὸ μύσος* Gr. Bekk. An. p. 324, 20. et 330, 26. *μίασμα, μύσος* Timaeus p. 12. v. Ruhnkenium. 1. *piaculum*. *λεπτὴ δ᾽, ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις* Ant. 256. *φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος, μόνον προθείς* Ant. 771. cf. Herm. 2. *homo piacularis*. *τοιόνδ᾽ ἄγος ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι* Oed. R. 1426. de Oedipo sermo. 3. *sacrum piaculare*. Huc spectat Hesychii glossa *ἄγος, ἅγνισμα θυσίας, Σοφ.* Phaedra fr. IX. 2. (613 D.)

Ἄγρα (⏑̆). 1. *venatio*, tralate *investigatio*. *τῆςδε τῆς ἄγρας χάριν* Ai. 93. *εἰ — μωραῖς δ᾽ ἄγραις προςκείμεθα* 401 mel. *ἔχων ἀΰπνους ἄγρας* 867 ch. indefessa cura vigil et vestigia praedae sequens. Deteriorum codd. quidam *ἕδρας* ex interpretatione. — *ἀφροδισίαν ἄγραν* Danaes fr. 3. (178 D.) ap. Hesych. v. *ἀφροδίσιος*. 2. *praeda* venando vel investi-

gaudio capta: τήνδ᾽ ἐχειρούμην ἄγραν Oed. Col. 954. εὔχειρων ἄγραν ἔχων Ai. 64 et 290. ἔχω δὲ χερσὶν ἄγραν βρίακχον fr. inc. CV. 71. (860 D.) ap. Etym. M. v. βρίακχος.

Ἄγραπτος (⏑) *non scriptus*. ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν νόμιμα Ant. 450. *fas divinum*, lex non scripta sed nata nobiscum, νόμοι ἄγραφοι Xenophontis Mem. IV. 4, 19. V. Spalding. ad Midianam p. 72. ed. Buttm.

Ἄγραυλος (⏑?) *ferus*. ἀγραύλου θηρός Ant. 348 ch.

Ἀγρευτής (–) *venator*. ἀγρευτὰν Ἀπόλλω Oed. Col. 1093. ab interfecto Pythone is dictus, Pausan. I. 41, 5.

Ἀγρεύω (–) *capio*. φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους Scyr. fr. III. (498 D.) cf. Valck. ad Herod. VII. 162. Schrader. Anim. ad Mus. p. 188. ed. Lips. Buttm. Lexil. vol. I. p. 129.

Ἄγριος (–̆) 1. *ferus agrestis* de arboribus et silva. ἄγριον ἔλαιον Trach. 1187. ὑπ᾽ ἀγρίαν ὕλαν Oed. R. 476 ch. κατ᾽ ἀγρίαν ὕλην Oed. Col. 349. 2. *ferus*, *saevus* de bestiis. θηρῶν ἀγρίων ἔθνη Ant. 344 ch. ἀγρίου δράκοντος Ant. 1111 ch. 3. Tralatum inde ad humana, de moribus, dolore, morbo malo. ἐξ ἀγρίας δάμαρτος Ant. 981 ch. Ἅιδης δημιοῦργος ἄγριος Ai. 1014. δι᾽ ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη Oed. R. 344. ἐν δ᾽ ἐμῷ κάρᾳ ἔσεισεν — ἀγρίαις ὁδοῖς (θεός) Ant. 1260 mel. i. e. *saevo consilio*. νόσος ἀγρία Phil. 173. 265. Trach. 976. 1024 mel. ἀγρίῳ χαράγματι Phil. 267 de morsu anguis. ἀγρίαν ὀδύναν Trach. 971. ὑπ᾽ ἀγρίας λύπης Oed. R. 1073. ἀγρίοις πόνοις Oed. R. 1205 ch. ἀπ᾽ ἀγρίας πέδας Oed. R. 1349 mel. de pedibus Oedipi perforatis eorumque dolore dictum. ἀγρίᾳ χερί Tyron. XV. 3. (587 D.) 4. *efferatus*. ἀγρίοις ὄσσοισι Ant. 1216. Sic intellige ἀγρίαις φύσαισι fr. inc. LXXX. 2. (753 D.) cf. Toup. ad Longin. p. 7. — ἀγρίου θηρός pr. ἀρχαίου mala coniectura est Wakefieldi Trach. 552. Prima in arsi producitur, in thesi vel arsi soluta corripitur Ant. 344. 1123 ch. Oed. R. 1205 dochmii arsi soluta.

Ἀγριόω. *effero*. σύ δ᾽ ἠγρίωσαι Phil. 1305 ira efferatus es.

Ἀγροβότας (–) *agrestis*. ἀ. ποιμήν Phil. 214.

Ἀγρονόμος et ἀγρόνομος (–) *agrestis*. ἀγρονόμοι οἱ ἐν ἀγροῖς διατρίβοντες Gr. Bekkeri Anecd. p. 331, 19. ἀγρονόμων, ἐν ἀγροῖς διαγόντων Hesych. Suid. Sic dictum φοιτᾷς — ἐν ἀγρονόμοις αὐλαῖς Ant. 782. ch. De hominum enim domiciliis solis dici αὐλὰς ἀγρονόμους recte ostendit Wexius: unde cum sedibus eorum τὸ νέμειν τοὺς ἀγροὺς tribuatur quod hominum illas tenentium est, recte scribetur ἀγρονόμος αὐλή. Aliud est πλάκες ἀγρόνομοι Oed. R. 1103 ch. = ἐν ἀγροῖς νεμόμεναι, s. ἄγροικοι.

Ἀγρός (–̆) *rus*. ἐν οἴκοις ἢ ᾽ν ἀγροῖς Oed. R. 112. ἀγρούς σφε πέμψαι 761. ἐπ᾽ ἀγρῶν 1049. τὸν ἐξ ἀγρῶν 1051. νῦν δ᾽ ἀγροῖσι τυγχάνει El.

305. — In arsi producitur ᾰ Oed. R. 1049; in ambigua sede iambici versus est Oed. R. 754. in thesi corripitur.

Ἀγρώστης (⏑) *rusticus.* *στείχων ἀγρώστην ὄχλον* Alexandr. fr. III. (83 D.) ex Eust. p. 533, 40. et schol. Ven. Il. ε. 158. Fortasse eadem verba respicit Gr. Bekk. An. p. 213, 6. et 332, 8. *ἀγρῶσται οἱ κυνηγέται* scribens. De tono praecipit Eustathius et schol. Ven. l. c.

Ἀγυιά (⏑) *via.* tralate *regio* qualiscunque. *Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς* Ant. 1123 ch. *χαλινὸν — ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς* Oed. Col. 719 ch. hac in terra Attica frenum repertum.

Ἀγυιαῖος vialis. *ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιαίου πέδον* Hermion. fr. III. (211 D.)

Ἀγυιεύς vialis. *λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμός* Laoc. fr. I. 1. (301 D.) testatum Harpocratione in v. schol. Ar. Vesp. 370. Gr. Bekk. An. p. 332, 6.

Ἀγύμναστος non vexatus. *οὐκ ἀγύμναστόν μ' ἐᾷν* (*ἔοικεν ἡ νόσος*) Trach. 1073.

Ἀγύναιξ sine uxore. *ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος* Soph. Athamante fr. I. (5 D.) ap. Choeroboscum ad Theodos. ap. Bekk. Anecd. p. 1304. Ind. v. *ἀγύναιξ*. Nondum haec edita erant, cum regulae defensor Lobeckius parerg. ad Phryn. p. 659 (cf. p. 185.) negaret, *φιλογύναικες*, *ἡμιγυναίκων* potuisse nominativum habere. Poetae enim vel certissimas regulas quamvis rara licentia migraverunt.

Ἀγυρτής impostor. *ὑφεὶς μάγον — δόλιον ἀγυρτήν* Oed. R. 388 de Tiresia vate per contumeliam. Vocabulum cum secundum primam tum tralatam significationem illustrarunt praeter Etym. M. p. 14, 31. et lexicographos Casaubonus ad Theophr. Char. p. 179. Ruhnk. ad Tim. p. 10 et p. 215 (v. *περιαγείρεσθαι*) et Lobeckius Aglaophamo t. I. p. 645. De accentu praecipiunt Et. M. p. 436, 1. Gudian. p. 23, 41. schol. Il. ε. 158. λ. 382.

Ἀγχάζω retro cedo. *ἄγχαζε ἀντὶ τοῦ ἀνεχώρει* (f. *ἀναχώρει*) Soph. fr. inc. CV. 6. (800 Dind.) ap. Gr. Bekk. Anecd. p. 340, 23.

Ἀγχήρης vicinus. *ἀ. ὁ ἐγγύς* Soph. Athamante fr. II. 1. (6 D.) ap. Hesychium, ubi vitiose scriptum *ἀγχιρήνης*. Cf. Herm. ad Orph. p. 1076.

Ἄγχι prope. *ὡς σ' ἄγχι γῆς στήσουσι Καδμείας* Oed. Col. 400.

Ἀγχίαλος maritimus. *Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου* Ai. 135 ch. Quod quomodo ad insulas mari circumfusas poetae transtulerint, exposuere Lobeckius et Hermannus; his augendis haud sane par est Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 1006.

Ἀγχίπολις accola. *ἀ. Ἄρης.* Ant. 958 ch. Ita Ald. Brunckius ex membr. suis; codd. Aug. b. Dresd. a. *ἀγχίπτολις*, quae scriptura in lacunoso loco recte diiudicari non potest.

Ἀγχιστεῖον; s. potius pl. τὰ ἀγχιστεῖα *proxima cognatio*. γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων Antig. 174. V. Valck. Anim. ad Ammon. p. 7.

Ἀγχιστήρ proprie *generis proximus*: inde tralate Sophocles de eo, ad quem quid proxime pertinet tanquam auctorem. τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους Trach. 255.

Ἄγχιστος *proximus* tum loco tum genere. Illud Ἄπολλον — ἄγχιστος γὰρ εἶ Oed. R. 919. Hesych. v. προστατήριος. Hoc εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών El. 1094.

Ἀγχιτέρμων *finitimus*. ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι Lemn. fr. IV. (349 D.) ap. Steph. Byz. in Χρύση, in cuius epitome quam solam habemus Chryse Lemni et Troiae confusae sunt. Huc fortasse spectat Gr. Anecd. Bekk. p. 333, 15. ἀγχιτέρμων ὁ γείτων ὁ ὅμορος et Hesych. ἀγχιτέρμονες οἱ ἐγγύς.

Ἀγχονή *suspendium*. Restim enim ἀγχόνην scribi iubet Suidas. Falso ap. Hesych. ἀγχόνη ὁ πνιγετός. ἔργα κρείσσον' ἀγχόνης Oed. R. 1374. graviora quam quae suspendio luantur. De hac locutione melius quam Monkium ad Alcest. 233 te edocebit illius fons Hemsterhus. ad Lucian. Tim. t. I. p. 416 Bip.

Ἀγχοῦ *prope*. ἀγχοῦ — κοὐ μακρὰν Trach. 958 ch. καί μου — ἀγχοῦ προςῆψεν ἐλαφρὸς ἐν διωκήματι Acris. fr. XII. (69 D.) ap. Steph. Byz. v. Δώτιον. legebatur διοκήματι. v. δίωκημα.

Ἄγω (⏑) 1. Formae. *Activi praesens*. ἄγω Oed. Col. 179. 1327. ἄγεις Ai. 375. El. 1024. 1485. Trach. 335. Oed. Col. 920. Ant. 397. ἄγει Phil. 714. 929. 933. Oed. R. 734. Oed. Col. 1544. Antig. 343. 620. 805. 907. Creus. II. 2. incert. V. ἄγετε Phil. 1018. ἄγουσι Oed. R. 298. Antig. 378. ἄγῃς Oed. Col. 788. Trach. 495. ἄγοιμι Oed. Col. 1421. ἄγοι Oed. Col. 254. incert. LXXXVI. 1. ex Hermanni emendatione. Legebatur enim ἄγει. ἄγοιτε Ant. 1320. ἄγε Trach. 1245. 1249. Ai. 538. 1076. 1392. Oed. Col. 188. 1730. ἄγετε Antig. 756. 1306. ἄγειν Phil. 90. 102. 889. 1005. Oed. Col. 937. Ant. 34. 202. 434. Trach. 419. Ai. 1076. El. 118. 258. Scyr. VI. 5. ἄγων Phil. 479. 486. 604. 612. Trach. 399. 748. Oed. Col. 914. 1148. 1344. Antig. 391. 769. 1312. Ai. 230. 289. 565. 565. ἄγουσα Oed. Col. 355. ἄγον inc. XXIII. 6. ἄγοντα Phil. 626. Trach. 182. Oed. Col. 927. ἄγουσι (τοῖς) Ant. 922. ἄγοντας Oed. R. 1114. ἀγόντων Oed. Col. 1002. *Imperfectum*. ἦγον Oed. R. 784. Oed. Col. 931. ἦγε Phil. 1028. Oed. R. 753. fr. inc. LXV. 2. *Futurum*. ἄξω Oed. Col. 823. 878. ἄξεις Ai. 965. 1239. ἄξει Oed. R. 1069. Oed. Col. 174. Phil. 523. ἄξομεν Ai. 1228. ἄξετε Oed. Col. 851. Ant. 876. ἄξουσι Phil. 973. ἄξειν Phil. 590. 1190. Ai. 1032. ubi cod. Ven. aliique aliquot et ed. Ald. ἄγειν. ἄξων Oed. Col. 788. ἄξοντες Phil. 559. *Aoristus*. ἄγαγες Trach. 855 ch. ἤγαγεν

Phil. 634. *Passivi praesens* ἄγομαι Ant. 869 an. 930. ἄγει Oed. Col. 205. *Medium.* impf. ἠγόμην Oed. R. 774. Thyest. VII. 15. ἄξεται Oed. Col. 1460. Ant. 350 si genuina lectio. II. *Usus.* 1. Plurimis locis de rebus animatis dicitur *agendi ducendi adducendi abducendi* significatione. πρὸς οἶκον — ἄγων Phil. 486. ἐκ βίας μ' ἄξοντες 559. λόγῳ πείσαντες ἄξειν 590. μ' ἄγειν ναύτην 889. ὅς νιν — πατρῴαν ἄγει πρὸς αὐλὰν 714 ch. ἐς Τροίαν μ' ἄγει 929. ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε 1005. Τρῳάδα γαῖάν μ' ἤλπισας ἄξειν 1160 mel. τὸν — μάντιν ὦδ' ἄγουσιν Oed. R. 298. ἄξει τις — τὸν βοτῆρά μοι 1069. τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ 1114. οὔ τοι — σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων — τις ἄξει Oed. Col. 174 ch. ᾗ σ' ἄγω 179 mel. ἄγε — με παῖ 188 anap. ἔμ' ἄξων οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς 788. τὴν δ' ἄξω τάχα 823. τοὺς ἐμοὺς ἄγω 836. οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς 851. ἄξω βίᾳ 878. ἄγεις ἃ χρῄζεις 920. ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια 927. οὔτ' ἂν ἦγον 931. quod indiciale verbum est; explicat Pflugk. ad Eur. Med. 736. τὰς παῖδας — δεῦρ' ἄγειν 937. τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων ζώσας 1148. τῇδε γάρ μ' ἄγει Ἑρμῆς 1544. ἄγε με 1730 mel. τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν Ant. 202. ἀπιστοῦσαν τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις 378 an. ch. κόρην ἄγων τήνδε 391. ἄγετε τὸ μῖσος 756. Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτὰν 805 mel. οὐκ ἄξετ' ὡς τάχιστα; 876. καὶ νῦν ἄγει με 907. τοῖσιν ἄγουσιν 922 anap. ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδὼν 1320 mel. ἡ γυνὴ — ἣν ἥκεις ἄγων Trach. 399. οὔκουν σὺ ταύτην — ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν 419. ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς τάνδ' Οἰχαλίας 855 ch. δεσμώτιν ἄγων ἦλθε ποίμναν Ai. 230 anap. συνδέτους ἄγων ταύρους 289. ἄγ' αὐτὸν (δεῦρο) 538. τὸν παῖδα — ἄγων 565. οὐχ ὅσον τάχος — αὐτὸν ἄξεις δεῦρο 965. ἦ σὺ φῂς ἄγειν τὸν ἄνδρα 1076. ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρο 1239. τί δ' ἐς δόμους ἄγεις με El. 1485. ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην fr. inc. LXV. 2. (730 D.) De exercitu ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατὸν Oed. Col. 1327. πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι 1421. Huc refer de capiendis avibus φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει Ant. 343 ch. Et passive dictum τίς ὁ πολύπονος ἄγει; Oed. Col. 205 ch. ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδὸν Ant. 869 mel. ἄγομαι δὴ 930 mel. Aliquid figuratae dictionis habet εἰ μή τι κέντρον — ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ Phil. 1028. ἐς κακὸν τοὺς φίλους ἄγειν Ant. 434. τοὺς ὄπισθεν εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν Ai. 1228. *potiores habebimus.* Huc refer de deorum numine humanas res regente dictum εἰ θεὸς ἄγοι Oed. Col. 254. cf. Reisig enarr. p. LXI. θεῶν ἀγόντων Oed. Col. 1002. ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν Ant. 620 ch. Ζεὺς νόστον ἄγοι τὸν νικομάχαν fr. inc. LXXXVI. 1. (765 D.) 2. *Fero* tum proprie tum tralate. ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία Oed. R. 753. de nave ἡ ναῦς γὰρ ἄξει Phil. 523. de via ὁδὸς ἐς ταὐτὸ ἄγει Oed. R. 734. οἵ μ' ἀτιμίας ἄγεις El. 1024. quod in dede-

cus me adducis, i. e. quousque me despicis. ἐς τὸ φῶς Scyr. VI. 5. (501 D.) εἰ βίαν ἄγοι inc. XXIII. 6. Fero i. q. affero νίκης τρόπαια κἀκροθίνια Trach. 748. ἀπαρχὰς 182. δῶρα 495. μαντεῖ' ἄγουσα πάντα Oed. Col. 355. De causa rei σπουδὴ — ὕπνον ἤγαγεν Phil. 634. μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν Antig. 1312 mel. ὅτῳ δ' ὄλεθρον — ἀλήθει' ἄγει Creus. II. 2. (323 D.) 3. *Pendo*, inde *aestumo* a lance desumta figura dicendi. ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος El. 118. anap. v. Hermann. τί πρᾶγμ' ἄγειν οὐχ ὡς παρ' οὐδέν Ant. 34. cf. Lob. ad Phryn. p. 418. δυςφόρως τοὔνειδος ἦγον Oed. R. 784. nam de *ferendo patiendoque* ἄγειν non videtur dici. 4. Notandum ἄγειν pro *peragere*, *degere vitam*. ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν El. 258. Et sic medium dicitur ἠγόμην δ' ἀνὴρ ἀστῶν μέγιστος Oed. R. 774. schol. διῆγον. it. fr. Thyest. VII. 15 (254 D.) ap. Hesychium eodem modo explicantem. Sed non videtur obstare quidquam, quominus passive dictum videatur pro ἐτιμώμην. — πολὺν γέλωτ' ἄγειν *risum facere quid* Ai. 375. 5. Imperativus ἄγε *agedum* Trach. 1245. 1249. quorum priore loco sequitur verbum plurale, ἄγ' ἐγκονεῖτ' αἴρεσθε. — Ai. 1076. 1392 anap. 6. ἄγων circumscriptioni faciendae adhibetur ita ut apto ornamento rei imaginem illustret, ut aliis alia locis conveniunt, ἔχων φέρων λαβών. Otiosa in his locutionibus participia non sunt, nec probo Schaef. ad Oed. Col. 1342. haec scribentem: „hoc quoque participium in eorum numero est, quae omissa nemo requireret. Sic autem Sophocles ὁμηρικῷ ζήλῳ. Quis enim non meminerit Il. II. 558. στῆσε δ' ἄγων?" Ne apud Homerum quidem participia illa sua quadam vi plane destituuntur. — ἐμβαλοῦ μ' ὅπη θέλεις ἄγων Phil. 479. πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων Oed. Col. 914. ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων 1344. 7. At *medio* sua peculiaris et legitima significatio, *secum abducendi*. εἰ μὴ τόνδ' ἄγοιντο νήσου τῆςδε Phil. 609. Διὸς πτερωτὸς ἥδε μ' αὐτίκ' ἄξεται βροντὴ πρὸς Ἅιδην Oed. Col. 1460. Recte igitur praecepit Elmsl. ad Heracl. 808. Relinquitur corruptus locus Ant. 350. ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν syllaba ad metrum deficiente. Brunckius percommode ὑπάξεται; facilius Bothius ἵππον ἄρ' ἄξεται *adducit vel ad iugum, si opus fuerit.* Hermanni obiectio locum invenuste simul et audacissime refingentis (quis enim ἐξετία toleraverit apud poetam, de equorum aetate minime sollicitum, nisi in descriptione, ut Homerus?) iam domitas illas bestias esse, concidit, si proxime sequens ἀδμῆτα ταῦρον consideraveris.

Ἀγωγεὺς ὁ ἱμὰς τῶν κυνηγετικῶν κυνῶν Soph. fr. inc. CV. 7. (801 D.) ap. Phot. lex. p. 6, 8. Pors. (p. 7. Lips.). Deflexit igitur poeta ab

usitatiore significatione, quam habent Gr. Bekk. An. p. 333, 17. et Suidas, scilicet ex Xenoph. de Equit. c. 6, 5.

Ἀγωγή adductio, receptio. δεῖν ἐπεῤῥώσθη λέγειν τῆς σῆς ἀγωγῆς Oed. Col. 668.

Ἀγών (⏑) *certamen, contentio.* De vetere vocabuli significatione vide Boeckh. Expl. ad Pind. p. 335. 1. de ludo et quidem cursu equestri et quadrigarum. Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος El. 672. ἱππικῶν ὠκύπους ἀγών 689. πολὺν δ' ἀγῶνα πάγξεν' ἀγκηρύσσεται Acris. XI. 1. (68 D.) ap. Ath. X. p. 446. ex Dindorfi emendatione, Casaubonus παγξένοις κηρύσσεται. 2. *concertatio de victoria quaelibet.* ἦμος ἀριστόχειρ ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι Ai. 916 ch. ἔσται μεγάλης ἔριδός τις ἀγών 1142 an. ch. τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἀγῶνας 1219. Inde Herculis ἆθλα dicuntur ἀγῶνες: πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών Trach. 158. 3. *certamen pugnae* tum singularis tum praeliantium. μάντις εἰμ' ἐσθλῶν ἀγώνων Oed. Col. 1082 ch. αὐτῶν δ' ἀγώνων 1085 ch. ὅπως μὲν ἁγὼν ᾑρέθη 1150. εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης Trach. 20. ἄεθλ' ἀγώνων 505 ch. 4. *discrimen qualecunque.* λαθραῖον ὡς ὀρούσῃ πρὸς δίκας ἀγῶνα El. 1433 ch. λόγων γὰρ οὐ νῦν ἐστιν ἁγὼν ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι 1482. cf. Valck. Diatr. p. 221. οὐ σμικρὸς — ἀγὼν ὅδε Oed. Col. 593. μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος fr. inc. XX. 1. — Paulo rariorem ἀγών c. genitivo componendi rationem (Trach. 20. Ai. 1142.) tetigit Schaef. ad Ai. l. c. — Olim prior syllaba ambiguam habere mensuram credebatur: cf. Markl. et Pors. ad Eur. Suppl. 754: nunc cum pleraque producti ᾱ exempla, velut Sophoclea El. 1482 Oed. Col. 1150, in omisso articulo verti videamus, nulla fere emendatione egere, nemo tam superstitiosus est, nisi Schneiderus is qui invita Minerva Sophoclem edidit. Hic enim sibi persuasisse videtur nominativis vocum ab ᾱ incipientium nec articulum addi posse, incertamque habere eam vocalem omnes. v. ἀνήρ.

Ἀγωνάρχης certaminis praeses et iudex. τἀμὰ τεύχη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς θήσουσ' Ἀχαιοῖς μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός Ai. 569. Suidas v. ἀγωνάρχαι ex h. l. explicat ἀγωνοθέται, ἄρχοντες τῶν ἀγώνων.

Ἀγώνιος quod certamen spectat. Ζεὺς ἀγώνιος Trach. 26. Schol. ὁ πρύτανις τοῦ ἀγῶνος. De divis ἀγωνίοις v. Intpp. Ar. Plut. 1162. — ἀγωνίῳ σχολᾷ Ai. 193 ch. *otio negotioso*, quippe quo Aiax ad caedendos pecudes abutebatur, prout recte explicat Herm. Male schol. vet. ἀγωνίαν ἐμποιούσῃ ἀνέσει.

* *Ἀγωνοθήκη* vix a Sophocle dici potuit, etsi Pollux III. 142. ἀγ. μοχθηρῶς ἐκάλεσε Σοφοκλῆς τὴν ἀγωνοθεσίαν. Corrigunt ἀγωνοθέτιν quod nonnisi adiectivum esse potuit, et longe melius

** Ἀγωνόθεσις, de quo genere universe pronuntiavit Lobeck. ad Phryn. p. 500. Tamen Ἀγωνοθήκην probat Dindorf. apud quem est fr. 802.

*Ἀδαγμός (⏑) *morsus doloris.* ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος Trach. 767. Libri et schol. ὀδαγμός. Ἀδαγμὸς repositum a Piersono ad Moer. p. 41. auctoritate Photii p. 7, 21. (p. 8. Lips.) ἀδαγμὸς ὁ ὀδαξησμὸς ὅπερ ἐστὶ κνησμός· οὕτω Σοφοκλῆς; quae verba fere eadem habet Gr. Bekkeri Anecd. p. 342, 22. Videntur enim in usu fuisse ὀδάξασθαι et ἀδάξασθαι, ὀδαγμός et ἀδαγμός, illud tamen magis apud Ionicos scriptores, quemadmodum ex Hippocrate colligitur, corrigendus ut sit locus Galeni gloss. Hippocr. post Erotianum Franzii p. 413. ἀδάξασθαι δάκνεσθαι κνησμώδως. Scribendum ὀδάξασθαι: nisi ut Herodotea in Timaeum, sic Attica glossa in Hippocraticas irrepsit. At ἀδάξασθαι et ceterae eius familiae voces per ᾱ scriptae a grammaticis unice probantur. Eis, quae Piersonus collegit, nunc adde Phot. p. 8. et Gr. Bekk. p. 340, 28. Errant autem, qui cum ab ὀδάξ *mordicus* ὀδάξασθαι factum videatur, ἀδάξασθαι nonnisi attica loquendi discrepantia substitutum putant; ᾱ enim praefixum eo loco censendum quo in ἀσπαίρω ἀσταφίς ἄσταχυς ἀστεροπή. et vis verbi inest in δάκνω δήξομαι.

Ἀδαής (⏑) *nescius.* ὕπν' ὀδύνας ἀδαὴς ὕπνε δ' ἀλγέων Phil. 816 ch. nescius dolorum somnus, quorum acerbitatem praestringit. Ineptissime Bothius in ed. nupera ὕπν' ὀδύνας, ἀδαὴς ὕπνε δ' ἀλγέων distinguit. κὴρ — ἀδαὴς δ' ἔχειν μυρίον ἄχθος Phil. 1152 mel. morbus ingentem dolorem continere nescius, ut exuberet: id est gravior, quam qui ferri possit.

Ἀδάκρυτος (⏑⏑–⏑) 1. transitive *lacrimis carens.* ἀστένακτος κἀδάκρυτος ἔρξον Trach. 1190. Huc refer etiam οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον Trach. 107 ch. = ὥστε ἀδάκρυτα εἶναι, usitatissima prolepsi adiectivorum agendi verbis additorum ut eventus actionis significetur, de qua multi auctores sunt: Bentl. ep. ad Mill. p. 18; Markl. ad Eur. Iph. Aul. 367; Valckenar. in Diatr. p. 206; Schaef. ad Ai. 402. et App. Crit. ad Demosth. t. I. p. 239; Herm. ad Vig. p. 897; Lobeck ad Ai. p. 299; Fritzsche Quaest. Lucian. p. 40; Stallbaum. ad Plat. Rpubl. VIII. p. 208 et ad Protag. p. 76. non recte explicat Seidler ad Iph. Taur. 1209. Similiter sed ἐκ παραλλήλου 2. *passive* dicitur τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει Ant. 872 mel. Iniuria Valckenar. ad Adoniaz. p. 223: „pro πολυδάκρυτος positum a Sophocle, scholiastae memorant in Trach. 107. Antig. 893 (= 872.). Iam Porphyrius ap. schol. Ven. Il. XI. 45 iure ᾱ illud prodigiosum esse negaverat,

quod intensivum grammatici vocant. — De verbalibus in τος active dictis conferendus Mehlhorn ad Anacr. p. 242.

Ἀδαμάντινος (⏑⏑––⏑) *ferreus*; inde immutabilis, aeternus. *μήδεα — ἀδαμαντίναις ὑφαίνεται κέρκισιν Αἶσα* Phaedr. fr. I. 3 (604 D.).

Ἀδάμαστος et *ἀδάματος* (⏑⏑⏑) *indomitus*, *invictus*. *τὰ σὰ βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι* Oed. R. 205 ch. versu iambico; (*νέφος ἐμὸν*) *ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον* 1315 mel. dochmio versu: quo utroque loco libri *ἀδάμαστα* et *ἀδάμαστον* tenent; ut *ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀΐδᾳ* Oed. Col. 1568 item dochmiis; codd. Par. B. et Vat. *ἀδάμαντον*, ceteri *ἀδάμαστον*. His tribus locis metrum coegit ut tenuior forma reciperetur. In Ai. 445 *γοργῶπις ἀδάμαστος θεά* ad versum nihil interest, utro modo scribatur; sed cum nullo loco non conveniat *ἀδάματος*, multis noceat *ἀδάμαστος* (v. praeter Sophoclea Aesch. Sept. 215. Choeph. 53) cum Elmsleio ad Oed. R. 196 (= 208). et Reisigio Comm. Cr. in Oed. Col. p. 385. hoc ex tragicis exsulare iubemus. Illorum nunc etiam Hermannus sequitur auctoritatem.

Ἄδαστος indivisus. *σύμμικτά τε λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα* Ai. 54. De sensu et interpretum conatibus consule Hermannum. Mihi nihil horum probatur, sed ita verba compono: *σύμμικτά τε βουκόλων φρουρήματα λείας* (partitive, *ἀπὸ λείας*) *ἄδαστα* (sc. *γενόμενα*), quidquid pecudum nondum certis dominis, heroibus puta, assignatum, sed promiscue pastorum curae traditum erat. — *τὰ ἀμέριστα καὶ ἀδιαίρετα* ex h. l. interpretatur Etym. M. v. *δατῶ*. Eustath. p. 1590, 58.

Ἄδεια (⏑) *securitas*. *ἔχω — γῆς ἄδειαν* Oed. Col. 448. tutam vitam aliquo loco degendam.

Ἀδελφεά, *ἀδελφή* (⏑). Proprie *soror*. *ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν γήμας ἔχεις* Oed. R. 577. *εἴτ' ἀδελφῆς — κυρεῖ* Ant. 482 si ex sorore edita est. *ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ* El. 944. *ἐγὼ δ' ἀδελφή σοι προσηυδώμην* 1137. *καὶ ταῦτ' ἀδελφαῖν* Oed. Col. 1292. *ἀδελφή* in allocutione El. 453. quibus adde de quibus statim dicetur *ἀδελφεάν* Oed. R. 160. *ἀδελφεαί* Oed. Col. 540. *ἀδελφεάς* 1059 ch. *Tralate* productior forma non dicitur. *ἡ δὲ μωρία μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ* fr. inc. X. 3. — *ἀδελφεά* metro solum convenit *γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν Ἄρτεμιν* Oed. R. 160 ch. *κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί* Oed. Col. 541 mel.: at Oed. Col. 1059 *τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφεάς* utrumque ferri potest. Recte Hermannus ad h. l. annotans (coll. Seidler. ad Eur. Electr. 134) contra Elmsleium qui Triclinianum *ἀδελφάς* receperat contra librorum veterum fidem, haec disputat: „formae istae non tantum metro alicubi commodae sunt, sed saepe etiam, ut oratio splendidior fiat, usurpantur. Atqui *ἀδελφός* communis vitae est, *ἀδελφεός* antiqui et poetici sermonis, quare nunquam in trimetris

reperitur." Inde fit, ut solum exstet apud Pindarum excluso altero, v. Boeckh. not. crit. p. 538.

Ἀδελφός proprie *frater*. ἀδελφός Oed. R. 458. Ant. 513. 903. ἀδελφέ El. 1338. 1470. Sed ἄδελφε Atticorum scriptorum dicitur Tryphoni ap. Ammon. p. 117. cf. Lehrs. de Aristarchi Stud. Hom. p. 286. ἀδελφόν Ant. 46. Ai. 905. Electr. 117. 1203. ἀδελφῷ Ant. 81. Ai. 1273. Electr. 975. ἀδελφοῖν Ant. 13. ἀδελφώ 55. *adiective* ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας Oed. R. 1481. Cum enim poetae sibi placeant in memoranda illa incesta filiarum Oedipi cognatione, ineptum esset de *geminis* manibus cogitare. Tralate *geminus*. ἀδελφὰ τούτοισιν Oed. Col. 1264. ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας Ant. 192. cf. praeter lexicographos Ruhnk. ad Tim. p. 3. Valck. ad Callim. p. 160. Koen. et Schaefer. ad Greg. Cor. p. 569. — Ἀδελφεός apud Sophoclem non legitur.

Ἄδερκτος transitive significat *caecum*. τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος Oed. Col. 1202., quem locum recte Seidler. ad Eur. El. 442. e prolepsi illa explicat, de qua notavimus in v. ἀδάκρυτος.

Ἀδέρκτως *sine coniectu oculorum*. ἃς — παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως Oed. Col. 129 ch. Furias.

** Ἀδηλέω. Cum in Oed. Col. 35. Mss. et edd. vett. prae se ferant αἴσιος σκοπὸς προσήκεις τῶν ἃ δηλοῦμεν φράσαι, cum tamen Oedipus et Antigone non certi sed incertissimi essent locorum in quibus versarentur, scripturam a scholiasta explicatam alteram τῶν ἀδηλοῦμεν Hermannus ex Stephano et marg. Turn. recepit, Elmsl. ὧν ἀδηλοῦμεν. Passovius ab ἀδηλόω ducit, contra ingenium linguae, quanquam ἀδηλεῖν videtur solitarium.

Ἄδηλος de homine *ignotus*. τὸν ἄδηλον ἄνδρα — ἰχνεύειν Oed. R. 475 ch. De re *ignotus* ἀδήλων θανάτων 496 ch. *evanidus* κάταγμα — ῥεῖ πᾶν ἄδηλον Trach. 695. *occultus* ἅπανθ' ὁ — χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται Ai. 632. et similiter (σελήνη) ἐξ ἀδήλου ἔρχεται νέα de interlunio fr. inc. LVI. 3 (713 D.). *incertus et sine auctore:* προθυμίαν ἄδηλον ἔργου Trach. 667. ἄδηλος γνώμη Oed. R. 608. fide carens.

Ἄδημος *qui peregre abest*. ἄδημον, οὐκ ἔνδημον ὄντα Tymp. fr. III. 2 (566 D.). ap. Hesych. in v.

Ἀδῆος *non vastatus, tutus*. ἀδῆον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν Oed. Col. 1530. Piersonus ad Moer. p. 300. grammaticos quosdam veteres secutus vocabulum, quoniam non audiatur, ι non subscripto exarari iubet.

Ἅιδης. Ἀΐδης. Ἄϊς. *Orcus* **Deus.** Clara est his in exemplis significatio. *Ἅιδης τιν᾽ ἵμερον τέκνων — ἔσχε δαίσασθαι* El. 532. *Ἅιδης λαβὼν ἀπεστέρηκε* 937. *ὅ γ᾽ Ἅιδης τοὺς νόμους τούτους ποθεῖ* Ant. 515. *Ἅιδης χοἰ κάτω* 538. *Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ* 571. *Ἅιδας ζῶσαν ἄγει* 805. *μέλας δ᾽ Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται* Oed. R. 30. *νὺξ Ἅιδης τε σωζόντων* Ai. 645. *Ἅιδης δημιουργὸς ἄγριος* 1014. *ἔστιν μὲν Ἅιδης* inc. XXIII. 3 (678 D.). — *τόν θ᾽ ὑπὸ χθονὸς Ἅιδου — σκύλακα* Trach. 1088. *Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες* Ant. 1062. *νυμφεῖον Ἅιδου* 1190. *Ἅιδου λιμήν* 1270. *τοὺς Ἅιδου νόμους* inc. LXX. 3. (407 D.), quem locum constituit Lobeck. ad Ai. p. 342.; de locutione inspici possunt Seidler. ad Eur. Iph. Taur. 175. et Dissen. Expl. ad Pind. p. 474. *στενωπὸς Ἅιδου* inc. LVIII. 2 (716 D.). — *κεῖται παρ᾽ Ἅιδῃ Πόλυβος* Oed. R. 972. — *Ἅιδην αἰτουμένη* Ant. 773. *Διὸς — μ᾽ — ἄξεται βροντὴ πρὸς Ἅιδην* Oed. Col. 1461. *τὸν βίον κρύψων παρ᾽ Ἅιδῃ* 1549. *ἀΐδηλον Ἅιδαν* Ai. 602 ch. *τὸν πολύκοινον Ἅιδαν* Ai. 1172 ch. *τὸν ἔννυχον Ἅιδαν* Trach. 500 ch. — *φόνιος Ἀΐδας* Oed. Col. 1686 m. *ὦ δῶμ᾽ Ἀΐδου* El. 110 an. *παρ᾽ Ἀΐδᾳ* Oed. Col. 1568 m. *τὸν Ἀΐδαν γὰρ οὐδὲ γῆρας οἶδε φιλεῖν* Iob. I. 1 (280 D.). Sic intellige *Ἅιδᾳ κεύθων* Ai. 622 ch. *Ἅιδα φεῦξιν* Ant. 358. Item *ἐν Ἅιδου, εἰς Ἅιδου, ἐξ Ἅιδου.* Viam praemuniunt *εἰν Ἅιδου δόμοις* Ant. 1226. *Ἅιδου οἰκήτωρ* Trach. 281. 1151. Ai. 513. — *ἐν Ἅιδου κειμένῳ* El. 455. *εἷς τῶν ἐν Ἅιδου* El. 1334. *εἰς Ἅιδου μολεῖν* Trach. 4. Phil. 1333. Oed. R. 1372. inc. LVIII. 8, 3 (719 D.). *ἐν Ἅιδου* Ai. 852. Ant. 650. 905. *τὰν Ἅιδου* 776. *ἐς Ἅιδου* Phil. 1195 m. *ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου* Phil. 447. *ἐξ Ἅιδου — ἀνελθεῖν* 620. V. Intpp. Greg. Cor. p. 45. Elmsl. ad Soph. Ai. 34. Ne haec quidem aliter ac de Orco deo mortem quasi ferente intelligenda: *ὅταν πέλας ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου* Ant. 577. *εἰς προὔπτον Ἅιδην* Oed. Col. 1442. *εἰς* enim est *πρός.* — De *scriptura.* *Ἅιδης* sine ι scribi secundum Eust. p. 16, 32. iubet Vossius ad h. Cer. 348., sed nec paradosis congruit, nec recentiores sequuntur. Iam vidimus communes formas, modo cum dorismo finitionis, etiam canticorum esse. His solis reservatur genitivus *Ἅιδα* Ant. 358. Trach. 120. Sed etiam *Ἀΐδης* paucis melicorum locis mansit. Quin trimetris tribuebat Brunckius, dubitans num *ἐν Ἀΐδου δόμοις* praeferret an *εἰν Ἅιδου δόμοις* Ant. 1226. Rectius Hermannus *εἰν* ex Homerica consuetudine manasse iudicat: v. *ἐν.* In melicis haec exempla exstant. *Ἀΐδου* El. 110. *ἐξ Ἀΐδα* 135. *εἰς Ἀΐδαν* 823. *Ἀΐδᾳ* Phil. 849. *παρ᾽ Ἀΐδᾳ* Oed. Col. 1568. (libri *Ἀΐδα*, quasi genitivus conveniret). *Ἀΐδαν* Ant. 816. Iob. I. Vitiose et contra versum *Ἀΐδᾳ* in quatuor libris scriptum pro *Ἅιδα* Ant. 358. Haec omnia primam corripiunt; produci videtur Oed. Col. 1686.: *κατά με φόνιος Ἀΐ-*

δας ἴλοι, cui versui respondet τίς ἄρα με πότμος αὖθις ἀδ', sed totus locus incerta scriptura est. Versus Eur. Hec. 1004. (1016 Pors.), quo loco produci primam iubet Hermannus, corrigitur a Pflugkio Ἅιδαν scribente. Unus relinquitur versus incerti auctoris vulgo Euripidi attributus inc. CXXII. v. Matth. Quin Sophoclea exempla communis in melicis formae Ἅιδας Ἅιδα Ἅιδᾳ Ἅιδαν (vitiose Ai. 602. codd. Lipss. Ἀΐδαν) trisyllabam formam substitui non patiuntur. — Tertiae formae genitivus Ἄϊδος exstat Oed. Col. 1223 ch. prima producta ὁμηρικῶς: Aeschylo corripitur Sept. 304. Prom. 431. Ceterum Ἄϊς nominativus nunquam fuit. v. Lobeck. diss. de adiectivorum motione anomala III. p. 7.

Ἀδηφάγος *vorax*, tralate *mordens*. ἀδηφάγος νόσος Phil. 313. V. Buttm. Lexil. vol. II. p. 133. Uno δ scribitur attice, et versum Sophocleum duplex δ respuere notavit Piersonus ad Moer. p. 90. Sed videndum nonne aspiratione donandum vocabulum sit. Certe Aristarchus asperabat secundum atticos: v. Herodian. in schol. Ven. Il. ε. 203. Eust. p. 178, 20.; quippe ab ἥδομαι orto vocabulo, quod testantur Apollon. de adverb. p. 612, 8. Orion Etymol. p. 25, 20. Dissentientibus (v. Eust. p. 1394, 30.) minor debetur fides.

Ἀδικεῖν (⏑⏑) *iniuria afficio*. ἠδικηκότες τὸν ἄνδρα τόνδε Phil. 1024. τἀδικεῖν φιλῶν Antig. 1046. — μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ Oed. Col. 171 anap.

Ἄδικος *iniustus*. Commune est. ἀδίκους φρένας Ant. 788 ch. τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται Ai. Locr. I. 4 (11 D.). τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους Alet. VII. 9 (94 D.). — πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες Trach. 1007 mel.

Ἀδικόχειρ *iniuste faciens*. ἀδικότροπος ἱρεῦς καὶ ἀδικοχρήματος ὡς Κράτης (Comicum dicit) καὶ ἀ δ ι κ ό χ ε ι ρ α ς (f. ἀδικόχειρες) ὡς Σοφοκλῆς. (fr. inc. CV. 10. 803 Dind.) Gr. Bekk. An. p. 343, 10.

Ἀδίκως *iniuste*. ἀδίκως οἰκτρῶς τε θανόντος Electr. 102. Herm. nunc αἰκῶς ex Suid. Schol. anap. οἱ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε El. 113 anap.

Ἀδινός (⏑⏑) *densus*. ἀδινῶν δακρύων Trach. 844 ch. V. praeter lexicorum locos Buttmann. Lexil. vol. I. p. 204.

Ἀδμής (–) proprie *indomitus*. tralate *innuptus* ex Homerico usu verbi δαμῆναι; τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφεάς Oed. Col. 1059 ch. De accentu v. s. ἀγνώς notata et schol. Il. ζ. 135. De Ant. 351. v. ἀκμής.

Ἄδμητος i. q. ἀδμής, nec Sophocli nisi tralate dictum est. Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀδμήταν Electr. 1231 ch. τῆς πρόσθεν ἀδμήτης μητρός Oed. Col. 1323. Electrae versum ad trimetri legem conformavit Brun-

ckius, iniuria, nec ἀδμῆτιν aut ἄδμητον scribendum cum Lobeckio ad Ai. p. 242.

Ἄδμητος n. pr. Φερητίδης δ' Ἄδμητος Lemn. I (345 D.). ap. Steph. Byz. v. Δώτιον. Ante Adr. Heringam Obss. p. 235. legebatur Φηρη-κίδας.

Ἀδόκητος inexspectatus. τείσατε τὰν ἀδόκητον χάριν Oed. Col. 249 mel. τἀδόκητα pro τἀγένητα vel τἀγέννητα var. lectio fr. inc. LXX. v. ἀγέννητος.

Ἀδόξαστος inexspectatus. ἀ δ ό ξ α σ τ ο ν :ἀνέλπιστον Σοφ. Εὐρυσάκει ap. Hesych. v. ἀδόξαστος, si vera est Musuri emendatio. Legebatur enim εὑρησαί. At ego scribendum censeo ἐν Κρίσει, ut sit fr. VI. 3. Huius fabulae nomen vario depravatum exstat; Eurysaces Sophoclis ultra notus non est. Ἀνάλπιστον Hesychii correctum dudum est. — Idem quod Hesychius sed sine fabulae nomine habet Gr. Bekk. An. p. 344, 28.

Ἄδοξος plane singulari modo a Sophocle positum pro inexspectato: ἄδοξα τὰ παράδοξα, ἃ οὐκ ἄν τις ἰδόξασεν Σοφ. Acris. XIV. 1 (71 D.). ap. Hesych. ἃ οὐκ ἄν τις δοξάσειεν Gr. Bekk. An. p. 344, 27.

* Ἀδρᾰκής Lob. ad Phryn. p. 575. Sophocli tribuit. Exstat ap. Hesychium sed nulla auctoritate munitum.

Ἄδραστος (⏑) n. pr. λαβὼν δ' Ἄδραστον πενθερὸν Oed. Col. 1304.

Ἀδρέπανος intactus a falce. ἄδρεπτον, θεοῖς ἀνακείμενον Σοφ. (fr. inc. CV. 11. 804 Dind.) ap. Hesych. in v.

Ἄδροπος v. δροπός.

Ἀδρύνω (⏑) ἁδρὸν καὶ μέγα ποιῆσαι. Soph. fr. inc. CV. 12. (805 Dind.) ap. Gr. Bekk. An. p. 345, 13.

Ἄιδω cano. Zenob. proverb. II. 56. v. Βοιώτιος νόμος. ἐπὶ τῶν τὰς μὲν ἀρχὰς ἠρεμούντων, ὕστερον δὲ τοῖς κακοῖς ἐπιτεινομένων, ὡς φησὶ Σοφοκλῆς (fr. inc. CV. 69. 858 D.)· ὅταν τις ᾄδῃ τὸν Βοιώτιον νόμον.

Ἄδωρος cum infortunio dono datus. ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνή-σιμα Ai. 650. Suidas ex h. l. κακόδωρα, τὰ ἐπὶ κακῷ διδόμενα; δύς-δωρα Oppianus posuit in Halieut. III. 303. Sententiam docte, ut omnia, exposuit Lobeckius p. 319. ἀδώροις εἴτ' ἐλαφηβολίαις speciosa Musgravi coniectura Ai. 178 ch. ubi vulgo δώροις εἴτε.

Ἄεθλον (⏑) v. ἆθλον.

Ἀεί. Αἰεί. Αἰέν. I. Scriptura. Ἀεί primam semper corripit, ubi longa syllaba opus αἰεί scribendum; itaque vulgo fit. Docti viri dissenserunt.

Pors. praef. ad Hec. p. IV. (VI.) et in suppl. p. XVII. (XIX.) αἰεί a tragicis exsulare iubebat abusus loco grammatici apud Heyn. ad Hom. vol. VI. p. 638. quem suis usibus interpolando accommodarat. Adversatur Hermannus ad Ai. ed. 1. praef. p. XIX.; assentiuntur Bastius ad Greg. Cor. p. 347. et Dindorf. praef. ad Sophocl. p. LVII. in eademque sententia erant Brunck. (ad Pers. 174.) Gaisf. ad Markl. Suppl. p. 75. not. m. Erfurdtius, Elmsl. ad Oed. R. praef. p. XI. Quod Dindorfius ait, codices Laurentianus et quidquid codicum adhuc accuratius collatum sit ἀεί exhibere, non omnino verum est. Hermannum in nupera editione Oedipi Regis in diverbiis ἀεί, in melicis αἰεί probare video, ut dudum pronuntiaverat praef. ad Eur. Herc. fur. p. III. Apud Aristophanem tenendum sane ἀεί, itaque ab Hermanno partim ex libro Ravennate scriptum Nub. 543. 1010. Nec cum κάω κλάω componendum ἀεί: illa enim uteunque scribantur ᾱ producunt. Rectius μοῖνος huc advocaveris et ξεῖνος, de quibus nemo dubitat. Sed primum exempla videamus. Ἀεί igitur prima correpta exstat in *trimetrorum sede secunda* Trach. 28. Ai. 117. El. 590. 711. Phil. 10.; sede *quarta* Phil. 786. Oed. R. 368. 1223. 1465. Oed. Col. 859. 1590. Ai. 285. 661. 822. *sexta* Phil. 134. 297. 435. 448. 645. 1001. Oed. R. 929. Oed. Col. 104. 342. 792. 1552. 1631. Antig. 184. 1144. 1180. Trach. 440. 469. 482. Ai. 518. 1015. El. 3. 251. 295. 507. 515. 520. 775. 1137. 1217. Alet. III. 1. inc. XLIX, 2. C, 4. Impares pedes, ut de necessaria mensura iudicari non possit, sed thesin tamen occupat *primam* Phil. 259. 637. Oed. Col. 348. 750. 754. Trach. 35. Ai. 1. Phthiot. II. 3. Scyr. IV. 5. inc. LXXXIV. 2.; *tertiam* inc. XXXIII.; *quintam* Phil. 131. Oed. Col. 1522. Antig. 166. 452. Ai. 313. 752. El. 546. Creus. IV. 7. Iam hoc aliquid argumenti est, quod in paribus pedibus sexies et quadragies et sexto quidem solo, quo maxime auditur mensura, bis et tricies legitur, in imparibus autem undevicies. Adde canticorum exempla, quibus ἀεί metro necessarium, ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι Oed. Col. 1246. versu logaoedico; ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος ἐπεί 1454. cretico; ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος 1698. dactylico; Ἠλέκτρα ματρὸς τίν' ἀεί El. 121. glyconico; ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι 139. dactylico; Ἠλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρός 1064. glyconico; τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν ἀεί Trach. 104. choriambico; μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί 497. anapaestis in iambum exeuntibus. Sunt aliquot loci, quibus longane an brevis sit syllaba nihil interest. ἁπάντων τ' ἀεὶ κακῶν ὄργανον Ai. 372. quanquam paritas mensurae syllabarum in dochmiis usitata corripi ᾱ suadet; κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις Ai. 1187. glyconeo versu; ἵν' ὁ βακχιώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει Oed. Col. 685. versu phalaeceo;

ἀεὶ (Herm. *αἰεί*) *προσεννώμα* Phil. 709.; *ἀεὶ μὲν γὰρ ποθῶ* El. 166., quanquam codd. *αἰεί*; illud Brunckius dedit nescio cur. — Cum his profecto haud paucis exemplis illa minime multa contende, quibus *ἀεί* primam longam habere deberet, discrepante plerumque librorum scriptura. *ἔκνιζέ μ' αἰεὶ τοῦτο* Oed. R. 786. *ἀεί* Florr. tres, Laur. a., Pal. *οὐ καιρὸς αἰεὶ* 1513. Laurr. tres, Flor. tres, Aug., Lipss. *ἀεί*. *ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ σῷζε* Oed. Col. 1527. Sic Laurr. a. Par. B. Vat.; rell. *ἀεί*. *ὁ δ' αἰεὶ τῷπιόντι δεικνύτω* 1529. Sic omnes. *τὸν αἰεὶ βίοτον* 1580. Laur. a. Par. F. Suidas *ἀεί*. *ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι* Ant. 76. Sic omnes. *αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην* Trach. 16. Sic omnes. *μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι* El. 297. Flor. *Γ.* Lips. b. *ἀεί*. *αἰεὶ ζῶσαν* 640. Flor. *Δ.* Lips. b. *ἀεί*. *οὐχ αὑτὸς αἰεί* 905. Flor. *Γ.* *ἀεί*. *τερπνῶς γὰρ αἰεί* Ter. VII. 5. Sic Brunckius; Gaisfordus *ἀεί*. *ἀλλ' ὁυμὸς αἰεί* inc. LVI. 1. Anapaestorum haec sunt: *τίκτουσ' αἰεί* El. 211. Flor. *Γ.* *Δ.* *ἀεί*. *πρὸς ἐμὴν αἰεί* Phil. 148. Consentiunt. Melicorum haec: *γυναικῶν ὂν αἰεί* El. 1234. Florr. tres *ἀεί*. *κατ' ἦμαρ αἰεί* Oed. Col. 689. Consensus est. *μόνος αἰεί* Phil. 172. Flor. *Γ.* Harl. *ἀεί*. *τὰ δ' αἰεὶ ζῶντα* Oed. R. 481. Florr. tres *ἀεί*. *πᾶσιν περίφαντος αἰεί* Ai. 595. Sic Flor. *Δ.* Brunckius. Ceteri *ἀεί*. Huc si addideris, etiam ubi *ἀεί* verisimilius sit, ut El. 166. codd. bonos, velut Flor. *Γ.* *αἰεί* suppeditare, in Laur. a. autem fere perpetuo *αἰεί* legi in longa syllaba, iam videbis et perperam decrevisse Dindorfium, et omnino *ἀεί* prima producta non certissima fide esse; itaque etiam apud Euripidem et Aeschylum videbit esse, qui eorum scripturam excusserit, quam quidem apponere huius loci non est. *αἰείφρουρος* Ant. 883. infra vide; Oed. Col. 1707. eximendus est, v. Hermannum. Iam si argumenta quaerimus nervumque rei consideraverimus Apollon. de Adverbio p. 609. Bekk. *ἔτι ἐκεῖνο ἀληθές ἐστι, ὡς ἀεὶ ἡ ὑποστολὴ* (detractio) *τοῦ ῑ δευτερεύοντος τοῦ φωνήεντος ἔκτασιν ποιεῖται τοῦ ᾱ. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀθαγγρέεσσιν ἐτίμα* (Od. ξ. 203.) *παρὰ τὸ ἀθαίνω, οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀεί· τὸ γὰρ ἀναλογώτερον ἐν μακρῷ τῷ ᾱ.* — quis non videt Apollonium id egisse, ut certam analogiae normam contra usus licentiam commendaret, sed neque de tragicis pronuntiasse sed de his qui regula atticismi habiti sunt, inprimis Aristophane, et quasi miratum esse, quod secus ac deberet fieri ᾰ in *ἀεί* etiam corriperetur? Dein Marcellinus ap. Poppo vol. I. p. 211. *αἰεί* ab ipso Thucydide usurpatum testatur: *ὡς ἐπὶ πλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ Ἀτθίδι, ὅταν τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ ᾱ γράφῃ, αἰεὶ λέγων*, nec adimere ei ausus est Poppo. Porro cum ne ex Platonis quidem libris plane possit evelli (v. Schneider. ad Rpubl. III. p. 246.) et clare scriptum legatur in inscriptione Attica ap. Boeckh. fasc. I. p. 116. circa Ol. 90, 2. posita,

nemo intelliget, cur *αἰεί* abiiciatur ab eis, qui longe magis a prosa oratione Attica abhorrens *αἰέν* necessitate quidem coacti tolerant. Hoc *αἰέν* enim et in diverbiis et in melicis devitari non potuit, sicubi priore longa opus esset et vocabulum a vocali incipiens sequeretur. In Philoctete et Antigona tamen non legitur. Diverbiorum sunt: *αἰὲν ἔσται ἑστία* Oed. Col. 639. *οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι* 993. *ἀλλ' αἰὲν ὠδίνουσα* Trach. 324. *ἀλλ' ἀστένακτος αἰέν* 1063. *ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα* Ai. 667. *ἐκνίπτει' αἰέν* 1010. *ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς* 1223. *χρόνος διῆγέ μ' αἰέν* El. 772. Melicorum sunt haec: *ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται* El. 145. *ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ* 161. *τὰν αἰὲν ἀδμήταν* 1232. *αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει* Trach. 120. *τάδ' αἰὲν ἴσχειν* 138. *πάγκλαυστος αἰὲν ὤλλυτο* 649. *ἀνήριθμος αἰὲν εὐνῶμαι* Ai. 598. *τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ* (*ἄταν*) 1166. *ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν* Oed. R. 905. *αἰὲν ὠκύτοκος πεδίων ἐπινίσσεται* Oed. Col. 695. *λόγος αἰὲν ἀνέχει* 1569. *νέρθεν εὐσκίαστον αἰέν* 1705. *χώραν ἔξειν αἰὲν ἄλυπον* 1762. Hermanni probabilis correctio est *ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν κύκλος* Oed. Col. 709. Vulgo contra metrum *ὁ γὰρ ἐςαιέν;* edd. vett. et codd. quidam *ὁ γὰρ εἰςορῶν*. Brunck. secundum Heathium *εἰςαιέν*. — II. *Usus*. 1. Plurimum significat *semper* h. e. perpetuo et sine interruptione Phil. 10. 134. 148. 172. 259. 297. 435. 637. 709. 786. 1001. Oed. R. 368. 481. 786 929. 1223. 1465. 1513. Oed. Col. 104. 342. 348. 685. 695. 750. 754. 792. 859. 993. 1246. 1454. 1569. 1631. 1705. 1762. Ant. 166. 184. 452. 1144. 1180. Trach. 16. 35. 104. 120. 138. 324. 469. 497. 649. 682. 1063. Ai. 1. 117. 285. 313. 595. 598. 661. 667. 752. 822. 1010. 1187. 1223. El. 3. 121. 139. 145. 161. 211. 251. 295. 297. 507. 515. 590, 640. 711. 772. 775. 1137. 1231. Alet. III. 1. Creus. IV. Phthiot. II. 3. inc. LVI, 1. LXXXIV. 2. C. 4. Nec attinet verba poetae adscribere. 2. Finitima haec significatio est, qua quotiescunque copia facta fuerit, aliquid fieri dicit (*jedesmal*, *ἑκάστοτε*). *τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί* Phil. 448. scil. *ὅταν ἀποστέλλωσιν εἰς Ἅιδου*. *ᾧ μάλιστ' ἀεὶ κοινῶ τόδ' ἕλκος* 646. *χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί* Trach. 440. *μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί* 497. *χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί* Ai. 518. *τὰ πάντ' ἀεὶ φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς* 1015. *εἰ δέ μ' ὧδ' ἀεὶ λόγοις ἐξῆρχες* El. 546. *τοῖς αὐτοῖσί τοι οὐχ αὑτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ* 905. *ἐμπολὰς μακρὰς ἀεὶ παραῤῥιπτοῦντες* (*πορτοναῦται*) Scyr. IV. 5. *τἀληθὲς αἰεὶ πλεῖστον ἰσχύει* inc. XLIX. 2 (convenit et prima significatio). *τὸ δ' ἐς αὔριον αἰεὶ τυφλὸν ἕρπει* inc. XXVII. 4, 3. *προςλαμβάνειν δὲ δεῖ καθ' ἡμέραν ἀεί* C. 4. 3. Porro est *in perpetuum*, *εἰςαεί*. *ὅτῳ* — *ἡ δορύξενος κοινὴ παρ' ἡμῖν αἰὲν ἔστιν ἑστία* Oed. Col. 639. *ὡς σοὶ* — *ἀλκὴν* — *γειτόνων ἀεὶ τιθῇ* 1522. *ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ σῷζε* 1527. *μέμνησθ' ἐμοῦ θανόν-*

τος εὐτυχεῖς ἀεί 1552., siquidem longe elegantius quam verbo addetur adiectivo. ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος 1698. ὡς τὰ λοίπ' ἔχοις ἀεί El. 1217. ἐπεὶ γὰρ αἰεὶ κείσομαι Ant. 76. τὰν σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν Oed. R. 905. 4. Proprietas sermonis in hoc adverbio. a. Cum articulo iunctum adiectivi vices sustinet. ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος Oed. Col. 1698. = τὸν κατὰ γᾶς ἀεὶ ὄντα. Et significandae rei saepius factae servit (*jedesmalig*). τῶν ἀεὶ λόγων Phil. 131.; de quo dicendi genere pervulgata omnia post Valcken. ad Adoniaz. p. 197. C. Herm. praef. Suppl. p. IX. Matthiae ad Hecub. 1158., tacuissetque melius Monkius ad Alcest. 710 (716.). b. Traiici et postponi in similibus ἀεί observavit Schaefer. App. ad Dem. t. I. p. 826. ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς Trach. 1063., recte enim ἀστένακτος αἰέν iungi Hermannus docet, ut τὰν σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν Oed. R. 905. τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ — ἄταν Ai. 1166. ἀνήριθμος αἰέν Ai. 598. Aliud traiectionis genus est ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα Ai. 667. c. cum ellipsi dicitur. τὸν ἀεὶ πατρὸς στενάχουσα El. 1064.; in quibus στενάχουσα πατρός componuntur Homerico more, et ad τὸν ἀεί subaudiendum χρόνον ut εἰς τὸν ὕστερον Trach. 80. Sic olim explicuerat Hermannus ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο Oed. Col. 1580., ut dictum esset quasi κεινὸν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον λελοιπότα τ. β. ἐπ.; nec displicebat Elmsleio. Sed cum audientes et legentes vix sibi persuaderi passuri sint non coniungenda esse τὸν αἰεὶ βίοτον, nunc Hermannus haud paulo melius explicat *reliquisse quam semper egit*, *vitam*, aerumnosam illam et miserandam. Ellipsis igitur est, sed alia, τὸν ἀεὶ γεγενημένον τοιοῦτον. — Καὶ ἀεί nunquam per crasin coalescere monuit Porsonus ad Phoen. 1422.

Ἀείζως *semper vigens.* ἀείζως γεννᾷ Soph. fr. inc. CV. 13 (806 Dind.). ap. Gr. Bekk. An. p. 347, 25. ἀείζων ἕλκος ibid. 347, 30. vulgo ἀείζωον lectum. Sed ἀείζων πένθος posuisse alicubi Sophoclem, quod affirmat in lex. Soph. Brunckius, ex illis locis, quibus addi potest Phryn. προπ. σοφ. ap. Bekk. p. 22, 16., non efficitur.

Ἀεικής turpis. ἀεικεῖ σὺν στολᾷ El. 184 mel. ε̄ πλεονάζειν existimat Etym. M. p. 22, 8.

Ἀείμνηστος *in perpetuum memorabilis.* τὸν ἀείμνηστον τάφον Ai. 1145 an. — ἀείμναστον Trach. 108. pro εὔμναστον Livineii liber.

Ἀειπαρθένος v. παρθένος.

Ἀείρυτος (⏑) *perennis.* ἐξ ἀειρύτου κρήνης Oed. Col. 470. Num duplici ρρ scribendum esset etsi nemo ambigebat, tamen quaesivit Elmsleius.

Ἀείρω v. *αἴρω*.

Ἀειφόρος *ἀειθαλής* explicatur Hesychio. Soph. Telepho I (509 Dind.).

Ἀεκούσιος *non voluntarius*. *τελέουσ' ἀεκούσιον ἔργον* Trach. 1253. anap. libri *τελέως*. Verum servavit scholiasta.

Ἀέλιος (⏑̄) *sol*. Forma melicis usitata. *ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν* Oed. Col 1247 ch. *ἀκτὶς ἀελίου* Ant. 100 ch., quod cur maiuscula a nonnullis litera scribatur, ignoro. *φέγγος ἀελίου* 803 mel. *ἀέλιον ἕτερον* Trach. 832 ch. *diem* significat. Prima hoc loco brevis videtur, ut Eur. Med. 1251.; sed Hermannus de ea mensura dubitanter loquitur in Cens. Med. Elmsleianae Opusc. vol. III. p. 246.; ut A. Matthiae ad Eur. Or. 993. Recte Boeckhius not. crit. ad Pind. p. 343. ᾱ per se breve epicorum usu et exemplo *ἠέλιος* frequenter exhibentium productum esse dicit. Denique post C. Matthiae disputationem Quaest. Sophocl. p. 166. de prima quamvis raro correpta dubitari non potest.

* *Ἄελλα* v. *ἀελλάς*.

Ἀελλαῖος (⏑) *ventum aequans celeritate*. *ἀελλαία πελειάς* Oed. Col. 1083 ch.

Ἀελλάς i. q. *ἀελλαῖος*. *ἀελλάδων ἵππων σθεναρώτερον* Oed. R. 463 ch. Libri *ἀελλοπόδων*. Illud servavit Hesychius explicans *ταχέων*, ut Etym. M. v. *ἀελλάδων*. In Suida *ἀελλάδες ἵπποι* scribendum pr. *ἀελλώδεις*; additur *αἱ ταχεῖαι, καὶ τοῦτο τραγικόν*; id quod totidem literis scriptum est ap. Gr. Bekk. Anecd. p. 346, 28. Contra apud Hesychium V. D. in Misc. Obss. vol. III. p. 447. ex libris Sophocleis emendabat *ἀελλοπόδων*, metri securus. — Non nominato auctore *ἀελλάδες ἵπποι* memorantur Etym. M. p. 20, 1. *ἀελλάδες φωναὶ π. Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ* (fr. IX. 3. 614 D.) etym. Leid. ap. Valck. ad Hippol. p. 291.; et sane fortasse vitiose scriptum in Etym. M. p. 191, 44. De mugitu terrae Valckenarius dictum existimat; ego *ἔπη* Homeri *πτερόεντα* putaverim.

Ἀελλόθριξ *ποικιλόθριξ ἢ παρηώρους καὶ συνεχεῖς ἔχουσα τὰς τρίχας· παρὰ τὴν ἄελλαν*. Hesych. ex Inacho fr. X. 1. 273 D. Emendaverit quispiam *αἰολόθριξ* et *παρὰ τὸ αἰόλλειν*; praestat tamen intelligi *κόμην δι' αὔρας ἀκτένιστον ᾄσσουσαν* secundum Oed. Col. 1263.

* *Ἀελλόπους* v. *ἀελλάς*.

Ἄελπτος *insperatus*. *τέκνα — φανέντ' ἄελπτα* Oed Col. 1122. *ἄελπτον ὄμμα φήμης* Trach. 202. insperata fausti ominis lux. *κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν* Ai. 634. *ἐξ ἀέλπτων θυμῶν* 703 ch.; de quo loco, ne *ἐξ ἀέλπτων* sola iungas interpretaturus *ex insperato*, consule Lobeckium p. 330.

Ἀέλπτως *insperato*. *ἐπεί σε νῦν ἀφράστως ἀέλπτως τ' ἐσεῖδον* El. 1255 mel.

Ἀέξω (⏑) *augeo.* τὰν (ἀγγελίαν) ὁ μέγας μῦθος ἀέξει Ai. 224 ch.

Ἀετός et αἰετός *aquila.* Illa scriptura apud Sophoclem nunc non legitur. αἰετὸς ἐς γᾶν ὡς ὑπερέπτα Antig. 112 anap. cod. Dresd. ἀετός. Sed nihil enotatur diversitatis οἱ Ζηνὸς αἰετοί Ant. 1027. γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας Oenom. IV. 1. (428 D.) ap. schol. Arist. Av. 1337. ὁ σκηπτοβάμων αἰετός, κύων Διός fr. inc. (Dind. 768.) ap. schol. Ar. Av. 515. Brunckio omissum. Scilicet Porsonus praef. ad Hecub. p. XXI. ἀετός ut ἀεί sola tragicis assignaverat. Elmsleius ad Bacch. 757., Hermannus praef. Ai. p. XIX., Wellauerus Comment. Aeschyl. p. VI. pleniorem scripturam retinendam censuerunt. Eadem ap. Aristophanem Pac. 133. ante Brunckium fuit, revocata illa ab Invernizio et Dindorfio; in Avibus 658. Suidas in hac et v. φλαυρότατον t. III. p. 618. eandem tuetur, ita tamen ut cod. Leid. in utroque loco ἀετῷ exhibeat. Ἁλιαιέτους intactum mansit Av. 888.; γρυπαιέτους Ran. 939. Et regnat haec scriptura ap. Aeschylum, apud quem tenuiorem sine ulla librorum fide restituit Brunckius Prom. 124. Pers. 136. 201. Choeph. 245. 256.; nec ex Euripide exterminari potest, ut satis certis niti documentis videatur. Nec recte cum ἀεί comparatur, quod primam utut scribetur producit.

Ἀζειῶται ἔθνος τῆς Τρῳάδος Soph. Syndipn. (sive Ἀχαιῶν συλλ.) IX. 1 (156 D.).

Ἄζηλος *non invisus* inde *miser.* ἄζηλα ἄτιμα καὶ ἀμίμητα Hesych. ex Trach. 283. cf. Schaef. ad Dion. de C. V. p. 35. Blomf. gloss. Rom. 146. ἄζηλος θέα El. 1447. ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαν βίον Trach. 283. Affert Suidas interpretatus ὁ οὐκ ἄν τις ζηλώσειεν. ἄζηλον ἔργον 742. miserum, infaustum.

Ἀζήμιος *poena immunis.* ὁ φράσας ἀζήμιος El. 1091. Suid. v. ἀζήμιος.

Ἀζησία. οὕτω ἡ Δημήτηρ παρὰ Σοφοκλεῖ καλεῖται. (fr. inc. CV. 16. 809. Dind.) οἱ δὲ νῦν τὴν εὐτραφῆ Gr. Bekkeri p. 348, 26. Vide Valck. ad Adoniaz. digress. IV. p. 292. Ἀζησία ἡ Κόρη Suid. sed cum coniungatur Ἄμαια ἡ Δημήτηρ, scribendum Δαμία et Αὐξησία ex Herod. V. 82.

Ἄζω. ἄζειν τὸ στένειν Σοφοκλῆς fr. inc. CV. 15. (808 D.) ap. Bekk. An. 348, 7. Cum Valck. Diatr. p. 23. d. et Brunckio corrigi αἰάζειν ex Aiace 427. non licet, quia sequitur: ἄζειν. τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ἄζειν λέγουσιν Ἀττικοί, μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος. οὕτω Νικόχαρις. Ordo enim literarum et ipsa vocabuli explicatio prohibet, ita ut componi cum ὤζω γρύζω debeat; unde facili apud poetam tralatione ad *ingemiscendi* significationem trahi potuit.

Ἅζω *revereor.* τιν᾽ ἥκειν λόγος οὐχ ἅζοντα Oed. Col. 133 ch. de

quo rariore activae formae usu v. Musgr. et Elmsleium. Medium *ἀμφὶ σοὶ ἁζόμενος* Oed. R. 155 ch. gl. *εὐλαβούμενος*.

Ἀηδών (⏑) *luscinia*. *ἁ λίγεια μινύρεται — ἀηδών* Oed. Col. 678 ch. *ὀξύφωνος ὡς ἀηδών* Trach. 959 ch. *τεκνολέτειρ' ὥς τις ἀηδών* El. 107 ch. *ἁ πάνδυρτος ἀηδών* 1066 ch. *οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς* Ai. 617 ch. Haec genitivi forma non est ab *ἀηδώ* repetenda, quod Mitylenaeis usitatum fuisse ait scholiasta. Memorat locum Eustath. p. 716, 53. Cf. Valck. ad Phoen. 458.

Ἀήθης insuetus. *ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη* Trach. 866. insueto modo tristis. *εἰς ἀήθη δώματα* Ter. VII. 10. (517 D.) devenire novae nuptae dicuntur. Iacobsii olim coniectura erat *σαλευτὰ δώματα*; sed vetus lectio bene defenditur Eur. Hel. 425., ubi *ἀηθία* est *insolita vitae ratio*. De accentu certa omnia.

Ἄημα (⏑) *flatus*. *δεινῶν δ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον* Ai. 659. et ex hoc Suid. v. *ἄημα*, qui *δεινὸν* habet. Locum explicuit schol. subaudiendo *παυσάμενον*; cf. Erfurdt. Sed magnopere blanditur Lobeckii coniectura *λείων*.

Ἀήρ (⏑) *aer*. *γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ* El. 87 an. De sententia, quam risit Pherecrates, v. Valck. Diatr. p. 46. Non esse *tenebras* ex v. 91. intelligitur. Cf. Buttm. Lexil. vol. I. p. 115. Genus atticis femininum usurpari ferunt (v. Piers. ad Moer. p. 2.); ex Sophocle non constat. Prima contra morem epicorum corripitur, v. Herm.

Ἀθάνα et *Ἀθηνᾶ* (⏑). Illud tragicorum usus solum trivit: v. Gramm. Hermanni de Em. R. Gr. Gr. p. 329. *Ἀθάνα* Ai. 74. 112. *θύγατερ Διὸς ἄμβροτ' Ἀθάνα* Oed. R. 159 ch. *ἁ γλαυκῶπις Ἀθάνα* Oed. Col. 711 ch. *Παλλὰς Ἀθάνα* 1092 ch. *ὦ χαῖρ' Ἀθάνα* Ai. 91. *δίας Ἀθάνας* Ai. 744. 758. *τὰν ἱππίαν Ἀθάναν* Oed. Col. 1073. In Philoct. 134. *Ἑρμῆς ἡγήσαιτο νῷν Νίκη τ' Ἀθηνᾶ Πολιάς* cum libri omnes habeant, propter constantem tragicorum consuetudinem et quod Eustathius p. 758, 44. hinc affert *Ἀθάνα*, Porsoni monitu (ad Or. 26.) hoc inde ab Erfurdtio receptum est. *Ἀθηναία*, quam formam in inscriptionibus Atticis Euclide archonte antiquioribus solam exstare observavit Boeckhius (*Staatshaush. der Athener* vol. II. p. 200.) apud tragicos non legi mirum est; sed colligitur inde usitata Atticis fuisse, quae si in libris alicubi comparerent, multis mira viderentur.

Ἀθάνατος (–⏑⏑⏑) *immortalis*. De mensura certo constat ex Ant. 783 ch. *καὶ σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς*; in ceteris exemplis nihil interest. *τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχὰν* Oed. R. 905 ch. *ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον* Phil. 1406.; *praestantiam divinae et immortalis naturae* intellige, quam Hercules laboribus assecutus erat: v. Hermann.

Ἄθαπτος insepultus. *κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός* Ai. 1156. *ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον* Phil. 351. *ἐᾶν δ' ἄθαπτον* Ant. 205. *ἄθαπτον ἰσχόμην* 463. *τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον — πεπτῶτ' ἄθαπτον* 693. *μὴ τλῇς ἄθαπτον — βαλεῖν* Ai. 1312. *οὓς ὠθεῖς ἀθάπτους* 1286. De huius vocabuli apud tragicos usu collecta quaedam sunt ab Abreschio Anim. ad Aesch. Sept. 1022.

Ἀθαυμάστως non mirabiliter. Soph. fr. inc. CV. 17. (810 Dind.) Bekk. An. p. 353, 4.

Ἀθέμιστος nefarius. *ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾶν Δείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς* fr. inc. CV. 18. (811 D.) ap. Bekk. Anecd. p. 353, 5.

Ἄθεος impius. *σὰ ματὴρ ἄθεος* Trach. 1028 mel. *ἄθεος ἄφιλος ὀλοίμαν* Oed. R. 663 ch. In Oed. R. 1360. *νῦν ἄθεος μέν εἰμ' ἀνοσίων τε παῖς* pro *ἄθλιος*, quod libri habent metricae legi adversum, ex probabili coniectura Seidleri de vss. dochm. p. 59. et Reisigi Coni. in Ar. p. 191. scribitur. De El. 123. v. *ἀθέως*.

Ἀθέως impie. *γῆς ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης* Oed. R. 254.; sic dicitur, quia Oedipi quamvis occulto facinore deorum praesidio Thebani ademto omni malorum genere vexabantur. Memorat Phryn. *προπ. σοφ.* p. 14, 2. *σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον* El. 1172. *ἀθεώτατα — ἁλόντ' Ἀγαμέμνονα* El. 123 ch. In libris est *ἀθεώτατος* pessumdato versu. Emendavit Erfurdtius.

Ἀθηνᾶ v. *Ἀθάνα*.

Ἀθῆναι urbs. *Ἀθῆναι* Oed. Col. 108. Ai. 848. *Ἀθηνῶν* Oed. Col. 58. 1756. El. 697. 721. *Ἀθήνας* Oed. Col. 24. 261. 284. 1008. Ai. 1261 ch.; hoc quidem loco cum dorismo *Ἀθάνας*, quia aliqua exempla diverbiorum, Oed. Col. 1756. anapaestorum est.

Ἀθηναῖος Atheniensis. *ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις* Camic. II. 2.

Ἀθηρόβρωτος (⏑) *aristas perdens.* *ἀθηρόβρωτον ὄργανον, τὴν τορύνην, ἢ τὴν ἀθήραν ἀνακινοῦσι* ex Niptris s. *Ὀδυσσ. ἀκανθοπλ.* (fr. V. 1. 404 D.) Hesychius. Integer senarius ab Hesychio respectus exstat ap. schol. Odyss. α. 127. et Eustath. p. 1675, 52.: *ὤμοις ἀθηρόβρωτον ὄργανον φέρων.* Homerus *ἀθηρηλοιγόν* vocat. V. Miscell. Obss. t. VIII. p. 149. et Valck. Opusc. t. II. p. 205.

Ἄθικτος intactus. *ἄθικτος οὐδ' οἰκητός* (*ὁ χῶρος*, erat enim *τέμενος*) Oed. Col. 39. *ἄθικτος ἡγητῆρος* sine duce 1517. *τὸ φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον ἀκτῖνός τ' ἀεὶ θερμῆς ἄθικτον* Trach. 683. de quo structurae genere v. Schaefer. Melet. Crit. p. 137. Tralate *ἄθικτον γᾶς ὀμφαλόν* Oed. R. 897 ch. i. q. *ἄδυτον* Delphici templi propter inviolatam sanctitatem sic dictum; quaesita est Musgravi explicatio *de lapide albo septo*,

quem *ὀμφαλὸν* dicebant proprie. *εἰ μὴ — τῶν ἀϑίκτων ἕξεται* Oed. R. 891 ch. abstinebit a rebus sacris violandis.

Ἀϑλέω aerumnas perferre. ὥς τις πλεῖστ᾽ ἀνὴρ — ἤϑλησα κινδυνεύματα Oed. Col. 570.

Ἄϑλιος (-) *miser. De homine. ἄϑλιός γ᾽ ἀνήρ* Phil. 1198 mel. *σὺ δ᾽ ἄϑλιος* Oed. R. 372. *ἄϑλιος γεγώς* Oed. Col. 1134. De Oed. R. 1360. v. *ἄϑεος. — ἀϑλία μᾶτερ* Ant. 1285 ch. *οὕνεκ᾽ ἀνδρὸς ἀϑλίου* Phil. 1027. *ἀνδρὸς ἀϑλίου* Oed. R. 1413. 1444. *τὰ κείνης ἀϑλίας παϑήματα* Oed. R. 1240. *τὸν ἄϑλιον Αἴαντα* Phil. 1349. *ἄϑλιον Οἰδιπόδαν* Oed. Col. 222 mel. *πατέρ᾽ ἄϑλιον* El. 131 mel. *τὸν ἄϑλιον* nude Oed. Col. 246 mel. — *ταῖν ἀϑλίαιν — παρϑένοιν ἐμαῖν* Oed. R. 1462. *φύτων ἀϑλίων* Oed. Col. 927. *De re dictum. οἷά τιν᾽ ἄϑλιον ὄρνιν* Trach. 105 ch. *ἄϑλιον δέμας* Oed. R. 1388. Oed. Col. 582. El. 746. Trach. 1068. *τόδ᾽ ἄϑλιον εἴδωλον* Oed. Col. 109. de sene misero dictum vix humanam speciem retinente. *ἄϑλιον δόμον* Oed. Col. 371. *ἄϑλιον ὄνειδος* 757. *ἄϑλιον βάρος* El. 1129. cineres Orestis mortui collecti. *ἀϑλίας βοῆς* Antig. 1194. *ἄλλα δ᾽ ἄϑλια καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὐφάνη λέγων* Oed. R. 789. *Comparativus: τίς τοῦδέ γ᾽ ἀνδρός ἐστιν ἀϑλιώτερος* Oed. R. 815. *τίς ἀϑλιώτερος* 1204 ch.

Ἀϑλίως misere. (*εἶδος*) *μάλ᾽ ἀϑλίως ἔχων* El. 1169. *τὸν δ᾽ ἀϑλίως ϑανόντα Πολυνείκους νέκυν* Ant. 26.

Ἆϑλον. ἄεϑλον. 1. *praemium concertationis. Δελφικῶν ἄϑλων χάριν* El. 672. 2. tralate et *pugna* et *labor* discrimine plenus. *ἄεϑλα ἀγώνων* Trach. 505 ch. Schol. *λέγει γὰρ ὅτι πᾶν γένος ἀγωνίσματος κατ᾽ ἀλλήλων ἐνεδείξαντο. — πολλῶν δυςοίστων πόνων ἆϑλα* Philoct. 507 ch.

Ἆϑλος. 1. *certamen. ἄϑλοισι Πυϑικοῖσιν* El. 49. 2. *labor et aerumna. ἄϑλων τῶνδ᾽ ὑπερτελὴς ἔφυ* Trach. 36. Hercules laboribus defunctus. *τοῦτον ὥρας ἆϑλον* Trach. 80. *πατρῷον δ᾽ ἐκτίνεις τιν᾽ ἆϑλον* Ant. 849 ch. Patet hinc et ex aliorum tragicorum exemplo discrimen a grammaticis ut Ammonio p. 4. Eranio Philone p. 163. et Gr. Bekk. Anecd. p. 349, 19. inter *ἆϑλος* et *ἆϑλον* constitutum non observari; de quo disseruere Graev. ad Lucian. Soloecist. t. III. p. 731. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 9.; adde Boeckh. not. Crit. ad Pind. p. 349. In alia omnia abit Gr. Bekk. p. 210, 14. *ἆϑλος κυρίως ὁ πόνος καὶ τὰ ἔπαϑλα*: priore enim, quae tralata est, significatione conveniunt *ἆϑλος* et *ἆϑλον*, altera falso ponitur.

Ἄϑραυστος ἀτάραχος explicatum Gr. Bekk. p. 362, 21. Est fr. inc. 812. Dind. Brunckius non habet.

Ἀϑρέω (⏑) *specto, animum adverto. τὸ ἐπισκοπεῖν καὶ μετ᾽ ἐπιτάσεως ὁρᾶν* Gr. Bekk. p. 350, 1. *οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀϑρῶν βροτὸν* Oed.

Col. 252 mel. a Reisigio comparatum cum usitato *εὑρεῖν* s. *λαβεῖν ζητοῦντα* (Enarr. p. LX.). *ἠθροῦμεν* Ant. 1205. *vidimus*. *ἀθρήσατε* Ant. 1201. de structura loci consule Hermannum. *ταῦτ' ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος λέγω* Ant. 1064. *πολλὰ δ' ἀθρῆσαι* Oed. R. 1305. *ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι* Oed. Col. 1036.

Ἁθροίζω (⏑) *convoco, arcesso*. *ἄλλος δὲ Κάδμου λαὸν ὧδ' ἁθροιζέτω* Oed. R. 144. Non dubito de scriptura cum aspero spiritu : *crebros* enim cum significat, sic proferri sine ulla dubitatione Aristarcheas rationes secutus et haud ambiguam *παράδοσιν* docet Herodian. ad Il. *ξ*. 38. V. Lehrs. de Aristarchi Stud. Homer. p. 346. Contra horum auctoritatem nihil valet quod *λεξ. π. πνευμ.* p. 208. lenem imponi iubet nec quod Eustathii aetate vera pronuntiatio dudum obliterata erat. Et est alicuius momenti quod in Thucydidis codicibus nonnunquam asper invenitur, v. Poppo ad I. 10. p. 190.; etiam Bekkerus eundem nonnullis Demosthenis locis ex libris restituit. Recte igitur Elmsleius apud Sophoclem asperavit, in Ar. Acharn. 26. cod. S. et Suidam v. *Ἄθροι* eandem scripturam tenere observans.

Ἀθυμέω demitto animum. *δεινῶς ἀθυμῶ* Oed. R. 747. *οἴμ' ὡς ἀθυμῶ* A. 584. *ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι κακὸν μέγ' ἐκπράξασα* Trach. 663. *τί δ' ὧδ' ἀθυμεῖς* El. 759.

Ἀθυμία tristitia. *τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν* Ant. 237.

Ἄθυμος tristis. *ὡς ἄθυμος ἐξελήλυθας* Oed. R. 319. *metu plenus et animo abiecto*. *ἐξ ἀθύμου δεσπότου* Ant. 1204. *οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει* inc. XII (666 D.).

Ἀθυρόστομος loquax. *ἀθυρόστομος Ἀχώ* Phil. 188 ch. Schol. *πολυλάλητος*. *ἀθυρόγλωσσος* Eur. Or. 891. (cf. Gr. Bekk. p. 752. et Wyttenb. ad Plut. de Pueror. Educ. p. 11. C. (p. 132. Oxon. p. 86. t. II. Lips.) qui tamen et ipse *ἀκρίσιᾳ* labitur. Cum vituperatione dicitur: ut male quidam ex Euripide Sophoclem emendandum existimarint. v. Hermannum.

Ἀθῷος. *Θρῇσσαν σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου* Thamyr. III. (229 D.) ap. Eust. p. 358, 40. Iovis Athon montem tuentis specula ipsa mons Athos vocatur.

Ἄθως (⏑) mons Macedoniae, quae regio olim Thraciae accensebatur. *Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός* Lemn. IV. (348 D.) ap. Etym. M. v. *Ἄθως*; locus iniuria tentatus a Salmasio Exerc. Plin. p. 127. bene defensus ab Is. Vossio ad Melam I, 2. p. 119. et Stanleio ad Aesch. Agam. 293. cf. Ruhnk. Ep. Cr. p. 197. et Piers. ad Moer. p. 267.

Αἰ. Luctus et fletus significandi interiectio, aut bis aut quater ponitur; ita quidem, ut bina *αἰ* in unum vocabulum uno accentu coalescant

eoque inflexo *αἰαῖ*. Hoc nunc accurate scitur ex Herodiano π. *μονήρους λέξεως* p. 27.; secutusque est primus Hermannus. Viam monstrare aliqua ex parte potuit recepta Apollonii scriptura, de Adv. p. 556, 26. ubi exstat *αἰαί*. Libri neque in numero binario quaternariove neque in tono sibi constant; seiungunt ubique *αἲ αἰ*, ter positum exhibent, acuunt etiam, *αἴ*. *Quater* extra versum, ut scribendum sit *αἰαῖ αἰαῖ*, consensu legitur Phil. 1094.; in antistrophico *οἴ μοί μοί μοι* (*οἰμοιμοιμοῖ*); item 1171. ubi Aldus acute; Oed. R. 1307., ubi Flor. *Δ*. Aug. b. bis, Laur. c. Flor. *Γ*. quater, plerique ter. Quod sequebatur *φεῦ φεῦ* ut explicationem illius Hermannus delevit, recte, nisi forte bis positum *αἰαῖ* verius erat. Ant. 1253. Hermannus quater ex Aug. b. videtur etiam Laur. a. sic scriptum habere, sed impressi ter, ut in antistrophico 1276. Sed 1291. omnium consensu quater legitur. Ai. 363. libri plerique et optimi quater; ter Flor. *Θ*., Lips., Heidelb. ap. Both., duo Iohns., quos sequitur Lobeckius, scilicet ut antistrophicus aequetur *ἰώ μοί μοι*; sed cum scribitur *αἰαῖ*, bene elevatur prima pars voculae, ut apte respondeat *ἰώ*; in tenore verborum poetae Lobeckius quater scriptum reliquit. Similiter El. 817. *ἓ ἓ αἰαῖ* opponitur *ἓ ἓ ἰώ* v. 830., ubi *αἲ αἲ ἰὼ ἰώ* Flor. *Δ*. — *Bis* intra versum, ut iterari non potuerit, reperies Oed. R. 754. Oed. Col. 1666., ubi *φεῦ* adnectunt libri. 1732. Trach. 1070. Ant. 1274. El. 149. *αἰεί* in Livin. v. Triclinio videtur deberi, adscriptumque est in Aug. b. et Brunckii cod. *γρ. αἰέν*. Ceterum Flor. *Γ*. acuit, Aldus et reliqui plerique inflectunt, ut graviter ineptiant Elmsleianarum schedarum editores, qui acuerunt, etsi ex Laur a. cum Aldina collato nihil enotatur. In El. 1396. quater legebatur, ter Flor. *Δ*.; Hermannus bis posuit ex cod. Ven. et schol. R., ut pars dochmiaci versus fieret; quod si quis nolit, alterum *αἰαῖ* extra versum abiibit. In Trach. 964. intra versum anapaesticum legebatur quater, Brunckius ter posuit, sed bis oportuit, *αἰαῖ*, ut versus constaret. Ita ap. Eurip. Or. 306. codd. bis, Heath. ter, sed rectius in antistrophico Kingius *ὦ Ζεῦ* pro *ἰὼ Ζεῦ*. Phoen. 1284. (1298 Pors.) codd. omnes praeter Cantabr. bis aut quater, solus ille ter; Alc. 220. libri plurimi bis, tres quater, contra versum utrumque; quare Monkius *ἆρ'* scripsit, Bothius autem confidenter semel posuit *αἰ* provocans ad Eur. Hippol. 960., ubi nihil eiusmodi reperitur. Etiam apud Aeschylum codicum auctoritatem bis aut quater positum maxime tutari videas. Igitur Herodiani decretum etiam a libris praesidium habet. Aliud est *αἶ* inclamandi et indignationis, quod sane semel ponitur, ut *αἶ τάλαν* Arist. Plut. 706. *αἶ τὸν Ἄδωνιν* Bion. Idyll. 1. 28. Ita dicitur Euripidi *αἶ αἶ τόλμας* Hippol. 808. Accedit quod similes exclamationes maxime luctum significantes ut *ἰοῦ* maxime bis, exclamando vel alloquendo inservientes semel bisve ponun-

tur ut *Ἰώ*; ter haud quaquam videntur. — De tono partim cum Herodiano sentiunt Gr. Bekk. p. 353, 18. *σημαίνει δὲ καὶ ἐπίῤῥημα θρηνητικὸν περισπώμενον καὶ ψιλούμενον ὃ καὶ διπλασιάζεται, αἲ αἲ τάλαινα*, et hinc Phavorinus: qui qua auctoritate dixerit *δυςφορικὸν καὶ μεμπτικὸν ἐπίῤῥημα* acui, *θρηνητικὸν* inflecti nescire sese affirmabat Fischerus ad Well. t. I. p. 270. Inflectit quidem, sed significationes non distinguit Etym. M. v. *Αἴας*, idemque efficitur ex Gudiano p. 451, 21.; etsi *αἴ* ipsum hoc loco non commemoretur. Haud male *αἲ αἲ ἠθικὸν* vocat (velut *αἰαῖ παθητικὸν* dici licebat) Gr. Bekk. p. 360, 6. sed sequentia corrupte scripta *αἰαὶ ἀκόντιον Ἀθήνησι καὶ τὸ Αἰακοῦ τέμενος* sic emendanda sunt *Αἰακεῖον Ἀθήνησι τὸ Αἰακοῦ τέμενος.* In Theodosio p. 57, 7. Goettlingius *αἶ αἶ* edidit; in codd. A. B. *αἲ αἲ* scriptum, sed oportuit *ἒ ἔ*; agitur enim de originatione vocabuli *ἐλεγεῖον*. Illa quoties commutari debuerint, et per se clarum est et annotavit Elmsleius ad Eur. Med. 110. Potiora exemplaria scripta *αἶ αἶ* exhibere, quod dixit Marklandus ap. Fischerum l. c. erravit. Sed editores dissentiunt; Brunckius, Elmsleius (Acharn. 1282, 84.) Matthiaeus in Euripide, Wellauerus in Aeschylo edendo saepe vel contra librorum fidem *αἶ αἶ* praetulerunt.

Αἶα terra. Magnetum pro *γῆ* dicitur fuisse in glossis *κατὰ πόλεις* compositis Bekk. Anecd. p. 1096. — *ἀ. βάρβαρος* El. 95 mel. *βιόδωρος* Phil. 1147 mel.

Αἶα n. pr. *εἰς Αἶαν πλέων* fr. inc. XCIV. 1. (774 D.) ap. Steph. Byz. v. *Αἶα*, de Colchide. Pars Thessaliae eidem memorata l. c. nomen illud gessisse fertur. *ἔστιν τις Αἶα Θεσσαλῶν παγκληρία* XCIV. 2. Nam si terra significaretur, causa non erat, cur a Grammatico memoraretur.

Αἰάζω lamentari. *νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ καὶ τρίς* Ai. 427. *αἰάζειν πέρα* 888. Etym. M. p. 24, 15. Stanl. ad Aesch. Sept. 952. Blomf. gl. Sept. c. Theb. 846.

Αἰάκειος (-) *ab Aeaco ortus.* *Πηλέα τὸν Αἰάκειον* Pelei fr. I. 1 (434 D.).

Αἰακίδης Aeacida. *ἂν* (*ἄταν*) *οὔπω τις ἔθρεψεν αἰὼν Αἰακιδᾶν* Ai. 631 ch.

Αἰανής et *αἰανός* (-). *νυκτὸς αἰανὴς κύκλος* Ai. 657. Vulgatum *αἰανῆς* Zonaras agnoscit t. I. p. 64. 76.; *αἰανής* scholiasta; Suidas v. *αἰανής* utrumque: tertiam fuisse scripturam *αἰανός* coniici licet ex Phavorino et Zonarae cod. K. p. 64. Formae *αἰανός* unum certum exemplum hoc: (*νὺξ*) *ὡς ἔμολες αἰανὴ τᾷδε γᾷ* El. 496 ch. corrigi iubet Blomf. ad Aesch. Pers. 935., vetat Hermannus Hesychii auctoritate usus:

αἰανόν, χαλεπόν, αἰνόν. „Ac revera, inquit, αἰανής et αἰανός idem esse atque ex eadem origine natum videtur, unde αἰνός est; quod, nisi fallor, ab ἀεί ductum primo *diuturnum*, deinde *diuturnitate molestum et grave* ideoque taedii plenum significabat.“ Graeci quos memoravimus interpretes explicant σκοτεινός, θρηνητικός et αἰάζειν ποιῶν. Apud Sophoclem *lugubrem* significare videtur. Mediam produci ex versu El. 496 antistrophico noscitur.

Αἴας n. pr. (-). *Nom.* *Αἴας* Phil. 409. Ai. 205. 211. 216. 603. 697. 704. 720. 851. 882. 897. 951. 1112. 1192. 1213. *Vocativi* unam formam *Αἶαν* agnoscit Theodosius ap. Bekkerum p. 975 et schol. Ven. Il. ι. 87; atticum contra *Αἴας* vocant schol. Ai. 922. Br. cum Eustathio 1469. 60 Rom. quem excerpsit Gregor. Cor. p. 117, et his haud paulo locupletior auctor Choeroboscus Bekkeri p. 1183. Apud Sophoclem *Αἴας* eis locis necessario habetur, quibus *Αἶαν* propter ultimam brevem metro adversum est: Ai. 521. 1248. Sed longe munitior eadem scriptura a libris est. In Ai. 89 ex libris plerisque *Αἶαν* editur idque Suidas tuetur, sed Eustath. et Greg. Cor. l. c. cum quibusdam codd. *Αἴας*; v. 282. *Αἶαν* Herm. ex Suida et nonnullis libris; at 477 et 480 codd. *Αἴας*, Suidas *Αἶαν* ut v. 994, cuius hoc loco solius testimonio iniuria obsecutus Hermannus est. Nam productior forma *Αἴας* sola ex libris constat nec attrectata ab ullo mansit Ai. 521. 525. 582. 906. 956. 975. 1248. — *Genitivus* *Αἴαντος* Ai. 4. 200. 328. 497. 777. 779. 786. 1085. 1396. *Dativus* *Αἴαντι* Ai. 19. *Accusativus* *Αἴαντα* Phil. 1350. Ai. 73. 98. 741.

Αἰγαῖος *Aegeus*. πέλαγος *Αἰγαῖον* Ai. 461. De recto accentu v. Suid. v. *Αἰγαῖον* et Lobeck. ad Ai. 810. — *Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου πρωνὸς — μέδεις* Laocoont. II. 1 (341 D.). Ante Brunckium πρῶνας legebatur.

Αἴγειρος *populus*. ἐν φυλλοῖσιν αἰγείρου Aegei VI. 1. (24 D.); vulgo ἐν Ἄργει scribitur ap. schol. Od. η. 106; corrigunt ἐν Ἀτρεῖ; prius verius est. τανυφλοίου αἰγείρου fr. inc. XXXIV. 4. (692 D.)

Αἰγεύς n. pr. Genitivo solo Sophocles usus est Oed. Col. 69. 555. 613. 944. 1156. 1514. 1535. 1751.

Αἴγισθος n. pr. *Αἴγισθος* El. 98. 378. 413. 507. 617. 953. 1282. 1300. 1395. *Αἴγισθε* 1401. *Αἰγίσθου* 302. 651. *Αἰγίσθῳ* 657. 1408. *Αἴγισθον* 259. 945. 1090. 1096. 1421.

Αἴγλη *splendor. lux*. κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν Ant. 606 ch. τὰς πυρφόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας Oed. R. 207 ch. de facibus Dianae Hecates dictum: vide praeter Intpp. Spanhemium ad Callim. h. Dian. 11. — In Phil. 819 ch. legitur: ὄμμασι δ' ἀντίσχοις τάνδ' αἴγλαν ἃ τέταται τανῦν: cum de Philoctete dormiente sermo sit, Hermannus l. c. et ap. Seidlerum ad Eur. Troad. 566 interpretatur *praetende eam, qua-*

nunc expansa est, lucem, id est *caliginem*, erat enim dormienti lux nulla; igitur *sine quiescere*. Improbat hoc Buttmannus, quod non dicatur *μέλαινα αἴγλη*, vel simile quid ut in exemplis ab Hermanno comparatis addatur. Welckerus in Museo Philologico Rhenano a. 1828. fasc. I. p. 125. *fasciam* interpretatur ex Gramm. Bekkeri p. 354, 23. *σημαίνει δὲ καὶ τὴν πέδην ἡ αἴγλη, ὡς παρ' Ἐπιχάρμῳ*; quin Hesychius his fere eisdem positis Bacchas Epicharmi testimonii causa advocat. Nec facit huc, quod ex Tereo Sophoclis fr. XIII. Hesychius affert *αἴγλη* pro *χιτών* dictum. Nam *χιτών* illic loco plane alieno insertum: quod principio legitur *αἰγληχίδων*, corrigendum *αἴγλη, χλίδων* i. q. *ψέλλιον*, et hanc etiam *πέδην* vulgo interpretantur: v. Dindorf. ad Arist. fr. VI. Ergo Welckeri ratio ad nihilum recidit.

Αἰγυπιός (‒ ⏑ ⏑ ⏑) *volturius*. *μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες* Ai. 169 anap. chor. Aiacem volturio, inimicos cum paventibus aviculis comparari certum; sed de structura verborum difficili vide Lobeckium. Placet Dawesii sententia ab Hermanno probata.

Αἰγύπτιος Aegyptius. *νεκρὸς τάριχος εἰςορᾶν Αἰγύπτιος* Phin. III. (636 D.) Phineus significatur, v. Brunckium. *γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον* incert. XL. 3. (698 D.) ap. Gramm. Bekk. p. 361, 20. Eadem sententia etiam Athenaeus p. 51, d. sed omisso versu tertio, et Eustath. p. 835, 10. utuntur.

Αἴγυπτος n. pr. *τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις* Oed. Col. 338. De sententia v. Wyttenb. ad Plut. Praec. Coniugal. p. 142, C.

Αἰδέομαι revereor, religioni duco. *ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νεκρόν* Ai. 1335. *φλόγα αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου* Oed. R. 1426. *αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σὸν προλείπων* Ai. 501. *τόνδ' ὅρκον αἰδεσθείς* Oed. R. 647.

Ἀΐδηλος (⏑⏑). *τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν* Ai. 602 ch. V. Buttm. Lexil. vol. I. p. 247.

Αἰδόφρων (⏑). *ὦ ξένοι, αἰδόφρονες — ἀλλ' ἐμὲ — οἰκτείρατε* Oed. Col. 237 mel. De verbis recte componendis v. Hermann. Quam sapienter hoc cognomentum Sophocles delegerit, ostendit scholiasta et interpretum inprimis Hellerus.

Ἄϊδρις (⏑‒⏑) *ignarus*. *ἄϊδρις ἐς τόδ' ἦλθον* Oed. Col. 554 mel. *ὥςτ' οὐκ ἂν ἄϊδρις ὑπείποις* Ai. 212 anap. *ὁ πάντ' ἄϊδρις* 894 ch. His duobus locis media syllaba producitur.

Ἀϊδωνεύς Deus Orcus. *Αἰδωνεῦ Αἰδωνεῦ* Oed. Col. 1555 ch. tribus syllabis cum synizesi enuntiandum.

Αἰδώς 1. *verecundia, pudor*. *ἔῤῥοι τᾶν αἰδώς* El. 241 ch. *αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ* inc. XIII. 1. *μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων* Ai. 1055. *τάχ' ἄν τιν' αἰδῶ — λάβοι* Ai. 338. *αἰδοῦς κύρσαι* Oed.

Col. 247. 2. *Dea verecundiae et miserationis.* *ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων Αἰδώς* Oed. Col. 1270. v. Elmsl. ad v. 1267. et ad Herod. 451. Reisig. in enarr. p. LVII. advocantem Il. α. 23. χ. 124. item schol. ad v. 237. In accusativo tono notando vulgo et scripti et editi discrepant: v. Schaef. ad Dion. de C. V. p. 43, et sunt qui acutum secundum analogiam a Dionysio Thrace ap. Herodianum schol. Il. β. 262 defensam praeferant, velut Buttmannus Gr. Mai. p. 188. Sed haud dubie inflectendus est, quod ab Aristarcho apud eundem Herodianum memorato factum scimus, quamquam usu, quem sequebatur, non minus quam analogiae fallacissimae-patroni offensus est. V. Lehrs de Aristarchi Stud. Hom. p. 260. Cf. et Philem. p. 7. Osann. Schaef. ad Greg. Cor. p. 427.

Αἰεί v. *ἀεί.*

Αἰείφρουρος custoditus perpetuo. *οἴκησις αἰείφρουρος* Ant. 883 inferi dicuntur. De scriptura v. *ἀεί.* Suidas habet *ἀείφρουρος.*

Αἰέν v. *ἀεί.*

Αἰένυπνος in aeternum consopiens. *σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον* Oed. Col. 1574 ch. optima emendatione restituit Hermannus. Edd. cum Laur. B. Paris. A. B. Ricc. Vat. Laur. A. a prima manu Par. F. *τὸν αἰὲν ἄϋπνον.* Par. T. Farn. *τὸν αἰὲν ἔνυπνον* quod vero propius. At Suidas: *αἰένυπνος ὁ θάνατος ὁ ἀεὶ κοιμώμενος, ὑφ᾽ ἓν δὲ ἀναγνωστέον· Σοφοκλῆς· σέ τοι κικλήσκω τ. ἀ.* Eustathius p. 1201. 25. *Σοφοκλῆς δὲ αἰένυπνον (τὸν θάνατον), ὡς ἀδελφὸν μὲν ὄντα ὕπνου, μακρότατον δέ.* Hic etsi male interpretatus, veram tamen lectionem agnoscit. Et scholiastes: *ὑφ᾽ ἓν ἀναγνωστέον, αἰένυπνον, ἀείυπνον. οὕτως ἀποδίδωσι τὸν διὰ παντὸς κοιμώμενον· φησὶ γὰρ τὸν θάνατον, ὥσπερ δαίμονά τινα ὄντα.* Accedit, quod Mors *ἄϋπνος* dici non potuit. Cerberum, quod Elmsleius putabat, non significari, clarissime ostendit Hermannus.

Αἰετός v. *ἀετός.*

Αἰθέριος caelestis. *εἴθ᾽ αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι* Oed. Col. 1084 ch.

Αἰθήρ aether, caelum. *ἐν δ᾽ ἐμεστώθη μέγας αἰθήρ* Antig. 417. *ἔκτυπεν αἰθήρ* Oed. Col. 1456 ch. de tonitru, quo etiam exclamatio spectat *ὦ μέγας αἰθήρ* 1469. *αἰθέρα δῦναι μέγαν* Ai. 1171 ch. *αἰθέρος ἄνω πτωκάδες — ἕλωσί με* Phil. 1081 mel. *ἐν αἰθέρι μέσῳ* Ant. 411. *ἀπ᾽ αἰθέρος δὲ κἀπὸ λυγαίου νέφους* Polyx. IV. (471 D.). Tralate *caelum Deorum sedem* significat: *νόμοι οὐρανίαν δι᾽ αἰθέρα τεκνωθέντες* Oed. R. 867 qui solus locus apud Sophoclem *αἰθήρ* feminino genere habet, ut *λευκὴ αἰθήρ* apud Eur. Androm. 1204 reperitur; apud Aeschylum nihil eiusmodi, sed Pindaro solenne, v. Boeckh. Explic. ad Pind. p. 103.

Αἴθοψ *furens.* οἷαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθοπος ἀγγελίαν Ai. 221 ch. plerorumque codd., Suidae et scholiorum Rom. lectio est. Aldina et alii quidam libri αἴθωνος, ut Eustath. p. 357, 14. 1072, 7. cf. p. 862, 10 et Herm. l. c.

Αἴθριος *serenus, sub dio.* αἴθριος, ὑπὸ τὸν ἀέρα. πάγου φανέντος αἰθρίου Achill. Am. I. 3. (162 D.) ap. Bekk. Anecd. p. 354, 22. Eodem sensu substantive dicitur δυςαύλων πάγων αἴθρια Antig. 355 ch. h. e. κρύσταλλον ἐν αἰθρίᾳ γενόμενον, quem ὑπαιθρίους πάγους vocat Aeschylus Ag. 345. V. ὑπαίθριος.

Αἰθύσσω *celeriter moveo, quatio.* ἀνασείειν, ἀνακαλεῖν (f. ἀνακινεῖν) explicatum Gr. Bekk. An. p. 360, 21. et Hesych. in v. qui memorat ex Sinone Sophoclis fr. I. (486 Dind.).

Αἴθω 1. transitive *cremo.* Ambraciotarum dicitur fuisse αἴθεται, καίεται in glossis κατὰ πόλεις compositis ap. Bekk. Anecd. p. 1095. Cf. Valcken. ad Herod. IV. 145. — θεοῖς — αἴθειν ἱερά Phil. 1022. 2. intransitive *flagro* inde *luceo.* ἡνίκα λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον Ai. 279. aut de sideribus nocturnis aut de foculis dictum, quos veteres noctu ad illustranda cubicula accendere solebant; de quo usu et Graecorum Romanorumque consuetudine noctis quoddam inde tempus nominandi vide Lobeckium p. 262. ἀναίθω iam Aeschylum sic neutrali potestate dixisse suspicatum Valckenarium (Choeph. 529) refutavit Wellauerus.

Αἴθων proprie *fulgens.* αἴθωνι σιδήρῳ Ai 147 an. ch. figurate *acer, iracundus.* αἴθων ὑβριστής Ai. 1067 v. Lobeck. De loco Ai. 221 v. αἴθοψ.

Αἰκής *contumeliosus.* Tragicis sic contrahitur ex ἀεικής per ἔκθλιψιν. αἰκεῖς θανάτους El. 199 anap. Libri contra versum ἀεικεῖς, Brunckius ἀϊκεῖς; Blomfieldus ad Prom. 481 tacite secutus Dawesium (Misc. Cr. p. 311 = 259 Lips.) ᾀκής ex ἀεικής contrahi decrevit, veluti Porsonus Class. Journ. XIV. p. 458. Cum nec ᾄκεια sive ᾀκία nec ᾀκίζω usquam compareat, monstrum illud censendum est, itaque recte iudicavit iam Dorvill. ad Char. p. 478 Lips. Αἰκής unice veram scripturam esse ostendunt quae in v. αἰκῶς dabimus.

Αἰκία (–) *contumelia.* εἰς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν Oed. Col. 752. αἰσχίστοις ἐν αἰκίαις El. 478 ch. δυστάνοις αἰκίαις 501 ch. πολύπονος αἰκία 505 ch. Media ubique producitur. Hac de causa Porsonus in Adversar. p. 209. αἴκεια scribi voluit; mirum quod non ᾄκεια ut ᾀκής. Secuti sunt Blomfieldus Prom. 93. 620. (602 Well.) contra librorum fidem, et Elmsleius, qui ex uno certe cod. Par. F. αἰκείας dedit Oed.

Col. 752. Nituntur Eustathii auctoritate p. 1336, 58 (cf. 1893, 24.) qui duplicem scripturam αἴκεια et αἰκία agnoscens illam ab ἀεικής duci ait, de hac tacet et diversam originem videtur requirere. Hermannum (ad Oed. Col. l. c.) inter ἀείκεια s. αἴκεια et αἰκία distinguendem ea de causa probare non possum, quod ἀεικής quidem et αἰκής cum discrimine tragicis dicuntur, illud ut *turpem et indecorum*, hoc *contumeliosum* significet, ἀείκεια ἀεικίζω et αἴκεια nusquam comparent: deinde quod prosae orationis scriptores ἀεικής ἀείκεια αἴκεια plane ignorantes αἰκίαν nonnisi de *contumelia verberum et corporis* usurpant, tragici autem, utcunque scribetur, eam significationis partem non norunt *contumeliamque* universe inesse voluerunt. Elmsleium, εὐσεβία, ἀληθία, προμηθία comparantem non sequor, et quod diversa miscuit (ἀληθία enim alienum est) et quod illa vocabula penultimam brevem habent, αἰκία perpetuo producit. Ego cum prosae auctoribus inprimis genere dicendi iudiciali summo consensu αἰκίαν frequentari videam, conspirantibus insuper Hesychio, Suida, Polluce, Anecd. Bekk. p. 355, 23. 356, 1. 360, 23, quamvis insolito modo deflexam ab adiectivo formam impugnare non audeo.

Αἰκίζω. Activum nonnisi figurate dicitur pro *graviter affligendo.* κέντρα νιν αἰκίζει Trach. 835 ch. de venenati pallii cruciatu; ἁ Διὸς ἀλκίμα θεὸς ὀλέθριον αἰκίζει Ai. 396 de Minerva Aiacem pessumdante; τυφὼς πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης Ant. 415 de vento in arborum frondes saeviente. Proxime tamen hoc abest a prosae orationis usu, de quo Gr. Bekk. p. 355, 27. αἰκίζει, κακοῖ, τύπτει. Eo sensu Sophocli Medium dictum reperitur. καὶ νῦν κατ' οἴκους συνδέτους αἰκίζεται Ai. 65. τοὺς δὲ δεσμίους ᾐκίζετο 293. μὴ δῆτα τὸν γέροντά μ' αἰκίσῃ Oed. R. 1153. μή, δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ Ai. 111. Et aoristus passivi πρὸς οἰωνῶν δέμας καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν Ant. 206 scil. Polynicem. Brunckii membranae αἰκισθέν τ' ἰδεῖν. Longe illud elegantius, sed contorte ab Erfurdtio explicatum. ἐδεστὸς αἰκισθεὶς est αἰκισθεὶς τῷ ἐσθίειν s. ὥστε ἐσθίεσθαι, ut ὀλέθριον αἰκίζειν Ai. 396. i. e. αἰκίζειν ὥστε ἀπολλύναι sive πρὸς ἀπώλειαν.

Αἰκῶς foede. αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος El. 102 anap. scholia et Suid. ἀεικῶς in h. v. unde receptum αἰκῶς. Libri ἀδίκως. — In El. 209 an. οὕτως αἰκῶς Seidler. ad Eur. Iph. Taur. 163. Affert Suid. v. ἀεικές. libri ἀεικῶς. Brunckius utroque loco ἀϊκῶς, quod quo auctore Bothius in ed. nova melicis, αἰκῶς diverbiis vindicet, mortales ignorant. De scriptura certus testis est Gr. Bekk. An. p. 360, 26. αἰκῶς, χαλεπῶς· δισυλλάβως, ἀπὸ τῆς αἰκίας· οὕτω Πλάτων.

Αἴλινος naenia. *αἴλινον ἤσει δύσμορος* Ai. 616 ch. *κοινῶς καὶ ἐπὶ θρήνου καὶ ἐπὶ ὕμνου ἐστί* Gr. Bekk. Anecd. p. 358, 29. Priore significatione Sophocles posuit. Cf. Blomf. gl. Aesch. Agam. 119.

Αἷμα 1. *sanguis* proprie. *στάζει γὰρ φοίνιον — αἷμα* Phil. 773. *μέλας ὄμβρος χαλάζης αἱματός τ' ἐτέγγετο* Oed. R. 1279 de mixtis sanguine lacrimis ex Oedipi effossis oculis profluentibus. *αἱματός τε* non caret offensione sensus. Codd. plur. et Aldus *αἵματος;* *τε* fulciendo versui ex Brunckii cod. T. et secunda manu E. receptum ab Erf. probatum ab Hermanno ad Orph. Argon. 766. Heathius *ὄμβρος χαλάζης αἱματοῦς;* Porsonus ap. Kidd. p. 216. *χάλαζα θ' αἱματοῦσσ' ἐτέγγετο* emendavit, in qua correctione misere frigent *ὄμβρος* et *χάλαζα* posita *ἐκ παραλλήλου.* Nunc Hermannus *αἱμάτων* edidit, confirmari ratus scholio *θρόμβων αἵματος.* Sed nec pluralem numerum eo sensu probarim nec scholiasten quidquam explicare voluisse puto quam *χαλάζης ὄμβρον αἱματόεντα;* maxime enim Heathii coniectura placet. — *αἱ τοὐμὸν αἷμα — ἐπίετε πατρός* Oed. R. 1400. id est *τοὐμοῦ πατρὸς αἷμα,* v. Matthiae ad Eur. Phoen. 30. *ἵν' οὑμὸς — νέκυς — αὐτῶν θερμὸν αἷμα πίεται* Oed. Col. 628. *αἵματι μιανθείς* 1376. *πρὶν — ἁμετέρων αἱμάτων γένυσιν πλησθῆναι* Ant. 121. unicum pluralis ap. Sophoclem exemplum. Euripides et Aeschylus plura habent: v. Monk. ad Alcest. 512. et Blomf. gl. Choeph. 60. *αἵματος κοινοῦ πάσασθαι* Ant. 201 cognatorum sanguinem gustare. *ἀνδροφθόρου — αἵματος λίπος* 1009. *ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν* Helen. fr. VI. 1. (185 D.) ap. schol. Ar. Eq. 84 quem versum Comicus a Sophocle sumsit. *ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν σφαγῶν* Trach. 569. *ἰὸς αἵματος μέλας* 714 atrum sanguinis virus. *κρατὸς διεσπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ* 779. *χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν* (*νόσος*) 1044. *ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα* Ai. 902. *νεοκόνητον αἷμα χειροῖν ἔχων* El. 1386. Ex hoc loco inepte interpretati *αἷμα* sunt *μάχαιραν* Etym. M. Hesych. Suidas, Gr. Bekkeri p. 356, 20. v. *νεοκόνητος.* *πολύῤῥυτον γὰρ αἷμα* El. 1410 ch. 2. Figurate primum *caedem* significat, de quo usu perpauca refert Elmsl. ad Bacch. 139. uberius illustrat Dorvillius ad Charitonem p. 427 Lips. *ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν* Oed. R. 101. *πατρῷον αἷμα χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἑλεῖν* 996 caedem patris fecisse, quae eadem *τοὔμφυλον αἷμα* dicitur Oed. Col. 408, et *πατρὸς ἔμφυτον ἄλαστον αἷμα* 1668 mel. *τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης* Electr. 1377 ch. caedem sufflans, v. schol. *ὡς ὁ Τυδέως ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς κτείνας* Syndipn. s. Achaeor. conventu VIII. 1. (153 D.) i. q. *ἄνδρα συγγενῆ.* b. *vis vitalis* sanguini inesse credita significatur *τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα* El. 776 quam sententiam illustrat Antig. 527. c. *consanguinitas;* quem loquendi usum illustravit Schraderus Anim. ad Musaeum

p. 136 (p. 89 Lips.). ὥς τις ἀφ' αἵματος ἡμετέρου προφανεῖσα Oed. Col. 245 mel. τοὺς πρὸς αἵματος Ai. 1284. ἢ φίλων τις ἢ πρὸς αἵματος φύσιν El. 1114 aut amicus aut cognatus. At αἷμ' ἐμφύλιον Oed. R. 1406 consanguinei ipsi sunt.

Αἱμάς profluvium sanguinis. τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων Phil. 690 ch.

Αἱμάσσω cruento. κρᾶτ' ἐμὸν — πέτρᾳ πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών Phil. 990. χεῖρας αἱμάξαι Ai. 448. Αἵμων — αὐτόχειρ αἱμάσσεται Ant. 1160. στέρνων πλαγὰς αἱμασσομένων El. 90 anap. οἷος ἄρ' αἱμάχθης Ai. 892 ant. ch. occisus eo. Lobeckius cum duobus codd. ἠμάχθης, fortasse rectius.

Αἱμᾰτηρός cruentus. Proprie dictum: τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς Oed. Col. 558. ὑφ' αἱματηραῖς χείρεσσιν Ant. 963 ch. Tralate φλὸξ αἱματηρά Trach. 763 flamma sacrificii quippe cruentam hostiam consumens. Sed στόνον βαρυβρῶτ' — αἱματηρόν Phil. 689 audacter dictum et vix ferendum de gemitu propter cruentum et mordens vulnus; qua de re, cum etiam versus non satis constet, Hermannus aliquid excidisse existimat.

** *Αἱματόεις* proprie dictum pro *cruento* Oed. R. 1279, si vera est Heathii coniectura. Nove dictum pro *rubente* ῥέθος αἱματόεν Ant. 524 anap., quae quidem hoc loco non venustatis est sed indignabundi animi significatio.

Αἱματοῤῥόφος sanguinem sorbens. τίσις δ' ἄνωθεν εἰσιν αἱματοῤῥόφος fr. inc. CV. 20. (814 Dind.) ap. Gr. Bekkeri p. 362, 21 de Furia haud dubie. Codex SGerm. τίσω δ' ἄνωθεν ἐστιν. Brunckius male τίς ὧδ' ἄνωθεν ἐστὶν ἡ αἱματοῤῥόφος.

Αἱματόω cruento. fr. inc. CV. 21. (814 Dind.) ap. Gr. Bekk. p. 360, 15.

Αἱμοβαφής (⏑) *sanguine tinctus.* χειροδάϊκτα σφάγι' αἱμοβαφῆ Ai. 218 anap.

Αἱμοῤῥαγής (⏑) *sanguine manans.* μέλαινα — παρέῤῥωγεν ποδὸς αἱμοῤῥαγὴς φλέψ Phil. 814.

* *Αἱμόῤῥυτος* Scaligeri coniectura Androm. V. 1. Plane aliter haec Brunckius.

Αἱμύλος (⏑) *callidus.* τὸν αἱμυλώτατον — ὀλέσσας (Ulixem) Ai. 381 mel.

Αἵμων n. pr. Αἵμων Ant. 622 anap. 1160. Αἷμον 568. Αἵμονος 1202.

Αἰνέας n. pr. pro *Αἰνείας* cogente versu posuit Sophocles. Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ Laocont. fr. III. 1 (342 D.).

Αἰνέω. 1. Primum *commemorare dictove proferre* videtur significasse, velut *αἶνος dictum.* Sic explico ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας Phil. 1366 n in-

tolerandi dicti auctor. Musgravius contulit Aesch. Choeph. 553. Suppl. 187. Sed et *suadere* verti potest, a probando leviter deflexa significatione. 2. *Probare* et *laudare* ποῦ χρὴ πίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ' αἰνεῖν Phil. 449. αἰνῶ τάδ' ὦ παῖ 877. Probabili coniectura Phil. 1088 ch. Hermannus εἴλου τὸ κάκιον αἰνεῖν reposuit. ἀνθρώπου βίον οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ Ant. 1142. εἰσὶ δ' οἵτινες αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρα Creus. IV. 6. αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη Ai. 522. 3. *Adnuo.* ἃ δ' ᾐνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών Phil. 1384. 4. Denique formula est honeste negandi vel cum deprecatione recusandi, velut Latinorum *laudo*, nostrum *ich danke:* παραιτεῖσθαι Plutarchus explicat de Aud. Poet. p. 22. cf. Graev. Lectt. Hesiod. p. 581. et Wyttenb. ad Plut. Moral. p. 236 (173. t. I. Lips.); Suidas: αἰνῶ, παραιτοῦμαι, Σοφοκλῆς. Hesychius: Αἰνῶ, παρίημι, παραιτοῦμαι, καὶ ἐπαινῶ. Σοφ. Ἀλκμαίωνι (fr. III. 1. 96 D.) Gr. Bekkeri p. 358, 28: Αἰνῶ, παραιτοῦμαι Σοφοκλῆς· καὶ ἐπαινῶ. Reisigium Enarr. Oed. Col. p. XCVI. sic distinguentem Αἰνῶ, παραιτοῦμαι· Σοφοκλῆς καὶ ἐπαινῶ non sequor, cum propter Hesychii et Suidae dissensum, tum quod grammaticus significare videtur voluisse non αἰνῶ solum sed etiam ἐπαινῶ hoc sensu dici; velut Arist. Ran. 511.

Αἰνιάν gentilis *Aenianum* in Thessalia. Αἰνιὰν γένος El. 696. Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς 714. Codd. plerique Αἰνειάν et Αἰνειᾶνος. Veram scripturam servarunt codex Brunckii, Eustathius p. 83, 3. 524, 31 et 336, 19, qui hoc quidem loco et Αἰνιάν et Αἰνιᾶνος ex Sophocle memorans, scribendi rationem δίφθογγον vitiosam dicit, Stephanum Byz. v. Αἰνία secutus.

Αἴνιγμα aenigma. τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν ἀνδρὸς διειπεῖν Oed. R. 393. ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδη Oed. R. 1525.

Αἰνικτὴρ difficilia ad coniectandum loquens. θεὸν σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ fr. inc. XLIX. (707 D.). Infeliciter Brunckius transpositionem tentavit. v. διδάσκαλος.

Αἰνικτός ad coniectandum difficilis. ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις Oed. R. 439.

Αἰνίσσομαι ambigue loquor. μῶν ᾐνιξάμην; Ai. 1137.

Αἶνος. Primitivam significationem aperit Etym. MS. ap. Valck. ad Ammon. p. 9. αἶνος καὶ μῦθος, ὁ λόγος ποιητικῶς; coll. Valck. Anim. ad Ammon. p. 15. Ita ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας Phil. 1366. Deinde *laudem* valet. ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον Oed. Col. 712 ch.

Αἰνός gravis. αἰνὸν ἄχος Ai. 692 ch.

Αἴξ capra. ψακαλοῦχοι ματέρες αἶγές τε fr. inc. CV. 180 (962 D).

Αἰολίζω *variego?* αἰολίζειν τὸ ποικίλλειν fr. inc. CV. 22. (815 Dind.) ap. Bekk. p. 361, 2. Haud dubie apud grammaticum vitiose scribitur αἰολίζειν, sed emendandum videtur αἰόλλειν.

Αἰόλος. 1. *Celeri et vario motu agitatum*, quae prima significatio est, apud Sophoclem non notat, nisi huc trahas αἰόλος δρακών Trach. 11. et 831 ch. 2. *varie ut celeri motu micans*, inde *versicolor*. v. Spanh. ad Callim. h. Dian. 91. Clark. ad Il. β. 816. δ. 489, inprimis vero Buttm. Lexil. vol. II. p. 73. αἰόλος δράκων Trach. 11. 831. αἰόλα νύξ quippe stellis distincta Trach. 94. 132 ch. eadem ποικιλείμων Aeschylo Prom. 24. — αἰόλου κνώδοντος Ai. 1004 *capuli aere nitentis:* laudat Suid. v. κνώδοντος; Musgravius αἰανοῦ coniectabat. ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας Phil. 1142 mel.: sic dicta ob ulcus pedis quo laborabat Philoctetes. Plane dubia sententia est Hel. fr. II. (187 D.) γυναῖκα δ' ἐξελόντες — ὡς τοῦ μὲν αἰόλου γραφίοις ἐνημμένοις. Scribitur ἕωλον: sed locus corruptus est. De accentu praecipit Herodianus apud Arcadium p. 56, 7.

Αἰπεινός *alte situs*. αἰπεινᾶς Οἰχαλίας Trach. 855 ch. γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον Phil. 988 rupes unde se deiecturus erat Philoctetes.

Αἰπόλιον *grex caprarum*. ἐν — κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις Ai. 368 ch.

Αἰπύς (⏑) *arduus*. οὐρανὸς α. Ai. 832.

Αἵρεσις *optio*. εἰ νέμοι τις αἵρεσιν Ai. 258.

Αἱρέω I. *Formae. Praesens.* αἱρεῖ Phil. 113. 435. ubi vulgo inepte αἴρει. Verum est in cod. Ven. Ant. 602. *Impf.* ᾕρει Trach. 239. *Fut.* αἱρήσοιμι Phil. 353. αἱρήσειν Phil. 14. De futuro ἑλῶ (ἑλεῖ scripsit Reisig. Oed. Col. 1454.) v. Herm. l. c. *Aor.* **εἷλον Ant. 651. El. 200. εἷλε Phil. 604. Oed. Col. 1030. εἷλεν Phil. 936. El. 518. εἵλομεν Ant. 381. — ἕλω Oed. Col. 818. ἕλωσι Phil. 1082 mel. ἕλοις Ant. 743. ἕλοι Oed. Col. 819. 1030. 1687. Trach. 352. Ai. 1035. Sed fr. inc. CV. 153. ἑλῶ pr. ἕλω recte Brunckius. ἑλεῖν Oed. R. 996. Ant. 123 ch. Oed. Col. 768. Phil. 347. 693. 986. 1421. vitiose ante Herm. scribebatur ἑλεῖν pro αἰνεῖν v. 1088 ch. ἑλὼν Phil. 752. 919. 933. 1212. Ant. 493. ἑλοῦσα El. 1069. ἑλόντα Phil. 1331. ἑλόντες Ant. 1097. *Passivum pf.* ᾑρῆσθαι Antig. 489. *aor.* ᾑρέθη Oed. Col. 1150. Andromed. V. 1. (132 D.). *Medium aor.* εἱλόμην Trach. 731. εἵλου Phil. 1088 ch. El. 1075 ch. Antig. 551. 561. εἵλετο Phil. 441. εἱλέσθην Oed. Col. 449. ἕλῃ Oed. R. 1522. ἕλοιτο Trach. 1226. Phil. 47. Oed. R. 887 ch. ἑλοῦ El. 337. ἑλέσθε Ai. 390. ἑλέσθαι Trach. 161. Oed. R. 585. Phil. 365. Aoristi primi ab Atticistis abiecti (Lobeck. Phryn. p. 236.) non superest vestigium apud Sophoclem. — II. *Usus. Activum* significat 1. *capere prehendendo* vel *corripiendo* tum proprie tum tralate. ἀξίας χεροῖν ἑλόντες Ant. 1097. πρὶν στεφάνωμα πύργων — Ἥφαιστον ἑλεῖν Ant. 123 ch. φορβάδος ἔκ τε γᾶς**

ἑλεῖν Phil. 693 ch. scil. *herbas.* — τὰν οὐδ' ὕπνος αἱρεῖ (Διὸς ἀρχήν) Ant. 602 ch. πτωκάδες ἕλωσί μι Phil. 1082 ch. v. Herm. 2. *vi vel dolo capere*, item *interficere*, ἀνελεῖν, καθελεῖν· νιν αἱρήσειν δοκῶ Phil. 14. ὃν — Ὀδυσσεὺς εἷλε 604. ἄνδρ' ἑλὼν — ἄγει 933. v. Herm. οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε εἷλεν 936. ἀπάταισιν ἄνδρα — ἑλὼν 1212. κἀμὲ δεύτερον θέλεις ἑλεῖν Oed. Col. 768. ἣν σ' ἕλω ποτέ 819. τίς ἄν με — ἕλοι βίᾳ 820. καί σ' εἷλε θηρῶντ' ἡ τύχη 1030. κατά με — Ἀΐδας ἕλοι 1687 mel. τήνδ' εἵλομεν θάπτουσαν Ant. 381. τοιοῦτον ἄνδρα βουλεύων ἑλεῖν El. 989. Cf. Matth. ad Eur. Hipp. 652. *tollere de medio*: πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν αἱρεῖ πονηρόν Phil. 435. Affert Suid. in αἱρεῖ. ὡς ἕλοι δορί Ai. 1035. τὸ πατρῷον αἷμα — ἑλεῖν Oed. R. 996. διδύμαν ἑλοῦσ' Ἐρινὺν El. 1069 ch. cf. Herm. ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν El. 518. Simile est διδύμαιν χεροῖν αἳ τὸν ἐμὸν βίον εἷλον πρόδοτον El. 200 mel. *irritum fecerunt.* Cf. Abresch. Anim. ad Aesch. Prom. 121. 3. *expugno*, *vi capio* de urbe potissimum. αἱρεῖ τὰ τόξα — τὴν Τροίαν μόνα Phil. 113. τὰ Πέργαμα ἑλεῖν 347. εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμι 353. Τροίαν σ' ἑλεῖν δεῖ 986. τὴν πολύστονον Τροίαν ἑλόντα 1331. ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον 1421. ὡς Εὔρυτόν τ' ἕλοι τήν θ' ὑψίπυργον Οἰχαλίαν Trach. 352. ὅθ' ᾕρει — χώραν γυναικῶν 239. cf. Periz. ad Ael. V. Hist. III. 23. Jacobs ad Philostr. p. 453. 4. *deprehendo.* ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον — πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην Ant. 651. οὐκ ἄν γ' ἕλοις ἧσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ 743. Et passive: φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς τῶν μηδὲν ὀρθῶς — τεχνωμένων Ant. 489. Versum affert Eust. p. 1931, 8. 5. *adimo.* τὰ τόξ' ἑλὼν Phil. 752. 919. 6. Passive ἁγὼν ᾑρέθη Oed. Col. 1150. de *capta et deportata* victoria cf. Intpp. *Medii* prima significatio est 1. *secum ferendi abducendi sua sibi capiendi.* ἑλέσθε μ' οἰκήτορα Ai. 390 ch. κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα Oed. R. 887 ch. λέχους ἑλέσθαι κτῆσιν Trach. 161. τἄλλα — πάρεστί σοι πατρῷ' ἑλέσθαι Phil. 365. 2. *adimendi quod nobiscum necessitate copulatum.* μηδαμῶς ταύτας γ' ἕλῃ μου Oed. R. 1522. 3. *Optionem faciendi, deligendi sibi.* ὡς μᾶλλον ἂν ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους μολεῖν Phil. 47. ὃς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰςάπαξ εἰπεῖν 441. εἵλου τὸ κάκιον αἰνεῖν 1088 ch. εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι Oed. R. 585. τὰς δ' — εἱλέσθην θρόνους καὶ σκῆπτρα κραίνειν Oed. Col. 449. σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν Ant. 551. ὅθ' εἵλου — πράσσειν κακά 561. ἑλοῦ γε θἄτερα El. 337. πάγκλαυστον αἰῶνα κοινὸν εἵλου 1075 ch. ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην Trach. 731. τίς ταῦτ' ἂν — ἕλοιτο Trach. 1226. His significationibus omnibus communis accusativus casus est rei captae ademtae deprehensae occisae: *adimendi* sensu praeterea solo dativum vel genitivum addi patitur eius *cui quid adimitur*: Phil. 752. Oed. R. 1522. *Denique* circumscriptioni inserviens velut ἔχων ἄγων φέρων rem speciosius

exponit et manifestius. *Θέλεις τι μεῖζον ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών;* Ant. 493. Languidum enim esset *ἑλών postquam me cepisti* interpretari.

Αἴρω et *ἀείρω* (⏑). Hae formae non melicorum et diverbiorum discrimine seiunctae sunt, sed pariter in utroque genere sermonis apud Sophoclem reperiuntur. *Formae activi. Praesens. αἴρει* Oed. R. 914. *αἴρῃ* Phil. 1315. *αἶρε* Phil. 874. Ai. 541. *αἴρετε* Trach. 1254 anap. *αἴρειν* Antig. 264. *αἴρων* Phil. 701 ch. *Futurum. ἀρεῖς* Ai. 75. *ἄρῃς* verum esse non potest, quoniam aor. 1. act. et med. *ᾱ* producunt. *aor. ἄρῃς* Ai. 129. *ἆρον* Phil. 867. Trach. 796. *ἄρας* Trach. 80. 792. Oed. R. 1270. *ἄρασα* Aload. XII. 3. (110 D.) *ἀείρας* Antig. 414. *Passivi* aor. *ἀρθείς* Antig. 111 ch. *Medii praesens. αἴρεσθε* Trach. 1245. *ἀείρομαι* Trach. 215 ch. *imperf. ᾐρόμην* Ant. 898. v. Herm. *Futurum. ἀρεῖσθε* Oed. R. 1225. Oed. Col. 461. *aor. 1. ἄρῃ* Ai. 191. Sic Ald. et libri meliores tuentur. Tricl. et Suid. *ἄρῃς. aor. 2. ἀροίμην* El. 34. *ἀρέσθαι* Ai. 243 ch. *perf. ᾐρμένοι* El. 54. — *Αἴρω* ex *ἄρω* dilatatione factum, non ex *ἀείρω* contractum esse oportet: sic enim fieri non posset, quin aor. *ᾖρα* iota subscripto exararetur. Vetat hoc fieri secundum Dionysium Choeroboscus Etym. M. p. 38, 17. idem paradosin *ῑ* addere observans. Cum illis nunc grammatici sentiunt. Futuri nunc duplex secundum Pors. ad Med. 848. forma agnoscitur, producto et correpto *ᾰ*. Ille tamen *ἀείρω* primitivam formam vocando unde non *ἀερῶ* sed et *ἀἰρῶ* fiat contrahendum in *αἰρῶ*, graviter erravit. V. Elmsl. ad Eur. Heracl. 323. Matth. ad Med. 841. Sed apud Sophoclem futurum activi vel medii *ᾱ* producto non exstat: v. Ai. 75. Oed. Col. 461.; nam de Oed. R. 1225. et Aload. XII. 3. propter ambiguam iambi sedem iudicari non potest. Aoristus primus primam producit Ai. 191.: secundus corripit El. 34. Ai. 243. — De perpetua verborum *αἴρω* et *αἱρέω* confusione v. Schaef. ad Oed. R. 907. II. *Usus.* a. *activi.* 1. *tollo* proprie v. c. humo, vel manibus tractando. *αἴρω τὸ ὑψῶ καὶ ἀνυψῶ, αἰτιατικῇ* componi adnotat gr. Herm. de Cstr. verb. p. 358 laudans Ai. 541. *αἶρ' αὐτόν, αἶρε δεῦρο. αἴρετ' ὀπαδοί* Trach. 1254. Herculem in rogum imposituri. *οὐ φορβὰν — αἴρων* Phil. 701 ch. de herbis humi carpendis. *ἀλλ' αἶρε σαυτόν* 874. ut *αὐτὸς ἆρον* 867 de fulciendo corpore. *τούσδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους* Oed. R. 143. *ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων* Oed. R. 1270. quo loco quomodo C. F. Hermannus ad Luc. de Hist. Conscr. ita abuti possit, ut dicat intransitive *ἄρας* vel reflexive dici, non intelligo. *μύδρους αἴρειν χεροῖν* Ant. 264. *τυφὼς ἀείρας σκηπτόν* Ant. 414 cum excitandi adsignificatione. *ἆρον ἔξω* Trach. 796 adsignificata *amovendi* et adportandi notione. Item propius a tralatione abest *ὀφθαλμὸν ἄρας* Trach. 792. Sed dissimile est et proprie dictum

ἄρασα μύξας Aload. XII. 3. 2. *suscipio, subeo.* τοῦτον ἄρας ἆθλον Trach. 80. 3. Hinc μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς Ai. 75 ne contrahas ignaviae culpam, unde et μηδ' ὄγκον ἄρῃς Ai. 129. cf. Lobeck. cui adde Passov. ad Musaeum p. 195. Affert ista Eust. p. 807, 20. Et diversum hinc sed tamen de animo moto et concitato ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν λύπαισιν Oed. R. 914: quod commemorat Eust. p. 143, 15. 1007, 52. Musgravius eodem sensu ἠερέθοντο Apoll. Rh. III. 368 et μετέωρος dici adscribit. 4. *Orsus, excitus est* Πολυνείκης ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων Antig. 111 ch. b. *Usus Medii.* 1. *sublatum gestare.* τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν El. 54. 2. Tralate *suscipere faciendum vel tolerandum.* οὐ τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον Ant. 898. Sic Brunckii cod. E. Rell. ἀνηρόμην. ἂν abesse non potest. ὅσον δ' ἀρεῖσθε πένθος Oed. R. 1225. μή, μὴ — κακὰν φάτιν ἄρῃ Ai. 191 cf. Herm. ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι Ai. 243 ch. *clam aufugere.* Imitatus Rhesi scriptor v. 54. φυγὰν ἀρέσθαι. 3. Hinc et *sibi parare* s. *comparare* valet. τῇδε τῇ πόλει μέγαν σωτῆρ' ἀρεῖσθε, τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους Oed. Col. 461. Ad alterum membrum cum zeugmate δώσετε subaudiri iubet Elmsleius. ὅτῳ τρόπῳ δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα El. 34. *poenas sumere*, proprie lucrari s. comparare sibi ultionem. 5. Subinde non differt ab activo. ἄγ' ἐγκονεῖτ' αἴρεσθε Trach. 1245, quo sensu αἴρετε dicitur v. 1254. — De Schaeferi coniectura γὰρ αἴρων pro παρείρων Ant. 365 loco difficili et paene conclamato v. Hermannum.

Αἶσα. Argivorum pro μοῖρα fuisse fertur in glossis ap. Bekk. Anecd. p. 1095. Fatum sortem humanam regens significat περιώσι' ἄφυκτά τε μήδεα — ὑφαίνεται — Αἶσα Phaedr. I. 3. (604 D.) si versus illi Sophoclis sunt. Sortem homini constitutam valet κακὰν — ἐλπίζουσαν αἶσαν Trach. 111 ch. τὸν αἶσ' ἄπλατος ἴσχει Ai. 249 ch. Affert Suid. v. αἶσα et ἄπλαστος.

Αἰσθάνομαι. Num αἴσθομαι dictum sit, dubium: v. Schneider. ad Plat. Republ. t. III. p. 248; ex accentu in libris varie posito non recte coniecturam duxeris. Ceterum apud Sophoclem non exstat exemplum, in quod non conveniat aoristi αἰσθέσθαι significatio legitima. 1. *Audire* valet vel *auditu accepisse.* οὐδ' ὄνομα γ' οὐδὲ — κλέος ᾔσθου Phil. 252. ᾐσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν 443. ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σὸν Oed. Col. 302. ὅπως παιδὸς ᾔσθετ' ὀξυκωκυτὸν πάθος Ant. 1300. τηλόθεν — ᾐσθόμην βοὴν Ai. 1298. ἔδοξα προσπόλων τινὸς ὑποστενούσης — αἰσθέσθαι El. 79. πολλὰς δ' ἀντήρεις ᾔσθου στέρνων πλαγὰς 89 anap. Affert Suidas v. ἀντήρεις et πλαγάς. ὅτ' ᾔσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων 673. Affert Moschopul. Dictt. Att. v. ὄρθιον. 2. *Persentisco, animadverto:* οὐ γὰρ αἰσθάνει πάλαι ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς

ἴσα El. 1469. εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται Phil. 75. — Usitatior est igitur struendi verbi cum accusativo ratio: subinde addito participio ut Phil. 443.: rarius cum genitivo ponitur, El. 673 et participio addito 79. Semel sequitur οὕνεκα, El. 1469.

Αἴσιος. Proprium est de ave et omine. αἰσίῳ ὄρνιθι Oed. R. 52, quo loco utitur Eust. p. 805, 12. cf. schol. et Spanh. ad Callim. lavacr. Pall. p. 628. Tralate dictum αἴσιος σκοπὸς προσήκεις Oed. Col. 34: *faustus*, certior enim Oedipus ex eo fieri sperat, ne ignoratione locorum circumsitorum committat. Lexicographorum veterum explicationes ἀληθής, γνήσιος, δεξιός, ἀγαθός, καθήκων non faciunt huc.

Ἀΐσσω. ᾄσσω. I. *De scriptura.* In diverbiis et anapaestis contractionem patitur. ᾄσσεται Oed. Col. 1263. ᾄσσεις Trach. 395. ᾄσσω Ai. 32. ᾖξα Oed. Col. 894. ᾖξας El. 1394. ᾖξεν Ai. 40. ᾖξαν El. 701. ᾄξας Ai. 251 anap. ᾄξασα Oed. R. 1074. In melicis ἀΐσσω scribitur. ἀϊσσόντων γάμων Trach. 840. ἀΐσσει Oed. Col. 1495. Tertia scriptura αἴσσω vitiosa est debeturque libris veteribus ι non subscriptum sed adscriptum exhibentium. Ita Oed. R. 1074 Aldina contra metrum ἀΐξασα, scilicet ὁμηρικῶς: Turnebus αἴξασα, debuerunt ᾄξασα. Blomfieldus quidem (ad Agam. 76 et Pers. 476) et Monkius (ad Hippol. 347) contractam formam damnant, quod α non sit per se longum. At vero Homero est, imo vel tragicis subinde: et si non esset, nihil impediret. Quippe etiam Ἀΐδης bisyllabum est, etsi Ἀΐδης ᾰ corripit, et στᾳς atticum teste Photio fuit, non σταῖς, et δᾳς communiter omnibus frequentatur, quamquam δαΐς Homero priore brevi dicitur. Accedit, quod diphthongus αι duplici σσ praemitti non potuit, teste Herodiano, sive quisquis ille est, certe antiquae et bonae doctrinae praeceptori π. μονήρ. λέξ. p. 40, 25. Quarta vitiosa aperte scriptura ἄσσω, cui inani librorum reverentia patrocinatur Schneiderus ad Plat. Rpubl. tom. 3. p. 202 nunc a tragicis certe exsulat. ᾄσσω primus commendavit Hemsterhusius ad Arist. Plut. 732, quem sequitur Valck. ad Phoen. 1388. Porsonus vero ad Hecub. 31 longius etiam progressus duo sola tragicorum exempla trisyllabam scripturam postulare affirmat, Aesch. Pers. 471 et Eur. Iph. Aul. 12: quibus tertium Eur. Suppl. 962 addidit Elmsl. ad Bacch. 147. Falsa haec. In Oed. Col. enim v. 1495 et Trach. 840. ᾄσσει et ᾀσσόντων metri indicio tuta sunt: his adde ἀΐσσει Eur. Troad. 157. cf. Seidl. ἄϊσσον Troad. 1086 (1093 Seidl.) ubi Stephanus ἄϊστον, Ms. Flor. ἄιστον, Victor. ἀΐσσον, ἀΐσσει Bacch. 147. Haec omnia aut melicorum sunt aut anapaestorum praeter Aesch. Pers. 471 (462 Well.). — De mensura primae apud tragicos, cum epicis producatur, dubitatum est. Seidlerus ᾰ etiam

illis longum pronuntiari ait ad Troad. 157 spreta coniectura τάρβος metro fulciendo facta. At id unicum est eius mensurae exemplum. Nam in Eur. Suppl. 962 logaoedicus versus brevem poscit: in Troad. 1086 versus ex Pherecrateorum genere a basi incipiens tolerat: opus est ea Pherecrateo Bacch. 147 anapaesto Iph. Aul. 12. dochmiaco dimetro Oed. Col. 1495; in Trach. 840 prout Hermannus eos versus descripsit, nihil interest brevisne an longa sit. — II. *Usus.* 1. Plerisque locis intransitive significat *motum concitatum, currendi, advolandi, prosiliendi, festinandi.* *χαλκῆς ὕπαι σάλπιγγος ᾖξαν* El. 701 de quadrigis missis. *σὺ δ' ἐκτὸς ᾖξας πρός τί;* El. 1394. *ὡς ἐκ ταχείας ᾄσσεις* Trach. 395. *festinas proficisci.* *εὐθέως δ' ἐγὼ κατ' ἴχνος ᾄσσω* Ai. 32. *ᾄξας ὀξὺς νότος ὣς λήγει* 251. *ὑπ' ἀγρίας λύπης ᾄξασα (γυνή)* Oed. R. 1074 *praeceps abiens.* *δεῦρ' ᾖξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός* Oed. Col. 894. *σπεῦσον ἀΐσσ' ὦναξ* 1495. Tralate legitur *νέων ἀϊσσόντων γάμων* Trach. 840 scholiasta explicante *νεωστὶ προσβαλλόντων, recens ortarum s. se efferentium nuptiarum.* 2. Transitive dictum est Ai. 40: *καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα;* quod est *admovit, excivit,* de quo usu cum notasset Porsonus ad Hec. 1427, uberius exposuit vir Summus ad Ai. l. c. Inde passivum est: *κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται* Oed. Col. 1263. *iactatur, verberatur,* item praeeuntibus Epicis, ut observarunt Musgr. et Schaeferus.

Ἀϊστόω deleo. *σὺ γάρ μοι πατρίδ' ᾔστωσας δορί* Ai. 510. *κόρον ἀϊστώσας πυρί* Rhizot. III. (481 D.) ap. Hesych. in v. explicantem *διαχέας καὶ τήξας.* Scribitur *πῦρ* et in cod. Hesychii etiam *ἰστώσας,* hoc quidem manifesto falsum. Sed audacter nec minus falso Brunckius *κόρην ἀϊστώσας πυρί.* Nam neque *πυρὶ ἀϊστῶσαι* ut ille vult de amore puellae vehementer sufflaminando dici potuit, neque *διατήξας* et *διαχέας* Hesychii non essent ineptissime dicta. Ego *κόρον* figuram Iasonis ceream intelligo dici, a Medea sagarum ritu igne supposito liquefactam, quod satis notum est in praestigiis veterum amatoriis artificium.

Αἶσχος turpitudo. *αἶσχη μὲν — οὐδ' ἂν εἷς φύγοι βροτῶν* Phaedr. VIII. 1. (611 D.)

Αἰσχροκέρδεια turpis lucri cupido. *τὸ δ' ἐκ τυράννων (γένος) αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ* Antig. 1043.

Αἰσχρός turpis. Apud Sophoclem nonnisi de *animo moribus dictis factis* legitur. Positivus perfrequens: *comparativus* uno loco est El. 549. *τίς τούτου λόγος γένοιτ' ἂν αἰσχίων ἔτι.* Item rarior superlativus. *λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν* Phil. 897. *ὁπόσα — αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται* Oed. R. 1408. *αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις* El. 478 ch. *αἴσχιστα πάντων ἔργα* 576. *κἀμοὶ γὰρ αἴσχιστον* Ai. 1140. *αἰσχίστους λόγους* 1299. At in Phil. 1268 *ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς* coniectura est Piersoni ad Moer.

p. 135, recepta illa Brunckio, Schaefero, Hermanno, probata Porsono ad Phoen. 594. Legebatur ἔχθιστος. Quae commutari errore librariorum ostenditur Ai. 1038, ubi αἰσχίστῳ μόρῳ membr. Brunckii Aldus et aliquot codd.; reliqui ἐχθίστῳ; et Oed. R. 1519, ubi recte legitur ἔχθιστος: at Aldus αἴχθιστος, cod. Trin. αἴσχιστος. Etiam Oed. R. 367 σὺν τοῖς φίλοις αἴσχιστ᾽ ὁμιλοῦντα rectius ad adiectivum retuleris quam adverbium putes esse: obiectiva constructio est, velut ἀτάρβηθ᾽ ὁρμᾷ Ai. 195. ἄλεκτρα γηράσκουσαν El. 950. μή μοι θάνῃς σὺ κοινά Ant. 542: id est ὥςτε εἶναι ἀτάρβητον, ἄλεκτρον, κοινωνόν, ita et αἰσχρὸν τῇ ὁμιλίᾳ. — *Positivus.* οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ Phil. 108. τό τ᾽ αἰσχρὸν ἐχθρόν 474. αἰσχρὰ μέντοι 520. ὁ πάντ᾽ ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ᾽ ἔπη 603. αἰσχρὰν ὄνειδος 831 mel. αἰσχρὸς φανοῦμαι 894. μαθὼν — αἰσχρά 960. αἰσχρὰς ἀπάτας 1121 mel. μυρί᾽ ἀπ᾽ αἰσχρῶν ἀνατέλλοντα 1123, ubi ἀνατέλλων active dictum Ulixen spectat, qui est illic memoratus φωςἐχθόδοπος: est *excitat,* quod recte praeivit glossa Brunckii. ἀπάταισιν αἰσχραῖς 1212. ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτών 1233. αἰσχρὸν τὸ φεύγειν Oed. Col. 1424. οὐδὲν — οὔτ᾽ αἰσχρὸν οὔτ᾽ ἄτιμόν ἐστι Antig. 5. πρὸς αἰσχρὰ πράγματα 299. ἐκ τῶν — αἰσχρῶν λημμάτων 313. οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν 507. τὸ μανθάνειν πόλλ᾽ αἰσχρὸν οὐδέν 707. ἥσσων γε τῶν αἰσχρῶν 743. πτώματ᾽ αἰσχρὰ πίπτουσι 1033 turpiter peccant. ὅταν αἰσχροὺς λόγους λέγωσι 1034. τῇ μεταιτίᾳ τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ Trach. 448. κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς 594. αἰσχρὰ δ᾽ ἐκείνοις 1262. αἰσχρὸν γάρ Ai. 468. σοὶ δ᾽ αἰσχρὰ τἄπη ταῦτα 500. καὶ γὰρ αἰσχρόν 1138. ἤκουσεν αἰσχρά 1303. αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ᾽ ἐκδιδάσκεται El. 611. ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσιν 977. Utitur hoc dicto Stobaeus Serm. XVII. 1. νικᾶν ἐπ᾽ αἰσχροῖς Epig. I. 2. (194 D.) in turpi re. τὸ γυναιξὶν αἰσχρόν Phaedr. VI. 2. (609 D.) ἐπ᾽ αἰσχραῖς ἡδοναῖς inc. XI. 2. (665 D.) τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν inc. LXVI. (732 D.)

Αἰσχρῶς turpiter. ἔῤῥιψαν αἰσχρῶς ὧδ᾽ ἔρημον Phil. 265. αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ — λαβὼν ἔχω (τὰ τόξα) 1218. αἰσχρῶς δ᾽, ἐάνπερ καὶ λέγῃς El. 583. ζῆν αἰσχρῶς El. 977. De Oed. R. 367 v. sub αἰσχρός.

Αἰσχύνη. 1. *turpitudo.* στεναγμὸς ἄτη θάνατος αἰσχύνη Oed. R. 1284. αἰσχύνην φέρει Trach. 66. de qua sententia v. Wessel. ad Her. I. 10, 4. οὔποτ᾽ αἰσχύνῃ πεσεῖ 594 *turpiter te dabis.* 2. *pudor ob turpitudinem.* πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς Phil. 120. ὦ μεγάλα φάτις, ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς Ai. 174 ch. δέος — ᾧ πρόςεστιν αἰσχύνη θ᾽ ὁμοῦ 1058. αἰσχύνης ἄτερ El. 605. τῶνδέ μ᾽ αἰσχύνην ἔχειν 606. Suid. v. ἐπίστω. οἵαισιν αἰσχύναισιν (Brunckius αἰσχύνῃσιν) οἷα μαίνεται Tyr. XV. 9. (587 D.)

Αἰσχύνω. 1. Activum *turpitudine afficio, dehonesto.* αἰσχύνεις πόλιν Oed. Col. 933. αἰσχύνεις φίλους El. 508. εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει 1072 ch.

ἀρ' ὧδ' ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος; Ai. 1284. De habitu corporis *νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει* Antig. 525 an. ch. 2. Medium s. potius passivum *pudere* significat. Cum accus. *τὴν δυςγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται* Oed. R. 1079. Cum participio *facti* *πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ' ἂν ὠφελούμενος;* Phil. 1369. *οὐκ αἰσχύνομαι ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη* Ant. 536. Addito enuntiato circumscribente rem *αἰσχύνομαι μὲν — εἰ δοκῶ — δυςφορεῖν ὑμῖν ἄγαν* El. 246.

Αἰτέω. 1. Activum *postulo* et *precor* aliquem aliquid: cum accusativo interdum duplici velut *Ἅλιον αἰτῶ τοῦτο* Trach. 96 chor. *αἰτεῖς· ἃ δ' αἰτεῖς — ἀλκὴν λάβοις ἄν* Oed. R. 216. *τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν* Oed. R. 1518. *αἰτεῖς ἃ τεύξει* Oed. Col. 1108. *βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον* 1164. (*σε*) *αἰτεῖ πιθέσθαι* 1336. Additur etiam infinitivus. *αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς ξύγγνοιαν ἴσχειν* Ant. 65. *αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν — ὀργὰς εὐμενῶς κατασχεθεῖν* 1184. Nude dictum *αἰτῶ προπιτνῶ λίσσομαι* El. 1372. Medium 1. *sibi vel sua postulare vel deprecari.* Plurimis locis non minus bene activum convenit. *δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ* Phil. 63. *τὰ τόξ' ἑλὼν τάδ' ὥςπερ ᾔτου μ' ἀρτίως* 753. *τὸ — πάλαισμα μή ποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι* Oed. R. 880 ch. *δέχεσθαι τὸν ἱκέτην — αἰτοῦ* Oed. Col. 489. *τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου* 589. *αἰτήσομαι γάρ σ' ὧν δίκαια τυγχάνειν* Trach. 1105. *αἰτήσομαί σε οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν* Ai. 812. *αἰτοῦ δὲ — γῆθεν εὐμενῆ ἀρωγὸν — μολεῖν* El. 445. *τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην* inc. LX. 1, 2. (723 D.) 2. Sed est simpliciter *precari* *τὸν Ἅιδην αἰτουμένη* Ant. 774. Ad Phil. 753 male schol. *ᾔτου, ἠξίωσας, ᾔτεις.* Sed ea discrimina quae ab Hesychio, Harpocratione, Tzetza ad Hes. *ἔργ.* 453, Ammonium (cf. Valck. Anim. p. 12.) Gr. Bekk. An. p. 81, 17. 359, 14 inter *αἰτεῖν* et *αἰτεῖσθαι* posita leguntur, in Sophoclis usum non cadunt.

Αἰτητός *expetitus.* *ἀρχῆς — ἣν ἐμοὶ πόλις δωρητὸν οὐκ αἰτητὸν εἰςεχείρισεν* Oed. R. 384. Flor. *γ. ὠνητόν.*

Αἰτία. 1. *causa.* *πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας* (*τέθνηκε*) Oed. R. 1236. *ἥντιν' αἰτίαν προθείς* Ai. 1030. 2. *crimen.* *αἰτίαν δὲ πῶς Ἀχαιῶν φεύξομαι;* Phil. 1390. *ἴχνος αἰτίας* Oed. R. 109. *τὸν — φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ βαλεῖν* Oed. R. 657 ch. ut *ὥς νιν αἰτίᾳ βάλοι κακῇ* Trach. 936. = *αἰτιῷτο.* *ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον* Ant. 441. *φέρω τῆς αἰτίας* 533. *ὡς αἰτίαν γε τῶνδε — ἔχων* 1296. *ἔγκλημα — αἰτίαν θ' ἑτοιμάσας* Trach. 360. *τὴνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει* Ai. 28. 3. *culpa crimini danda,* *τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας* Antig. 1302 mel. cf. Hermann.

Αἰτιάομαι *culpo, criminis arguo.* *κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει* Phil. 385. *γνώμῃ δ' ἀδήλῳ μή με χωρὶς αἰτιῶ* Oed. R. 608. cf. Valck. ad Phoen. 632.

Αἴτιος auctor. qui in culpa est. σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον Phil. 588. Πάριν — ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ 1412. τὸν αἴτιον τίνοιτ' ἂν Oed. Col. 999. ὧν 'μάλιστα — τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω 1301. οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν Ant. 1158, de qua structura docte commentatur Schaef. Mel. Crit. p. 23. τὸν οὐδὲν αἴτιον τοῦ σοῦ κακοῦ Trach. 770. οὐ σύ μοι τῶνδ' αἰτία; El. 287.

Αἰτναῖος Aetnaeus. Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν Oed. Col. 313. *Magnitudinem* significari aiunt Hesychius, Suidas, Zonaras p. 85 schol. l. c.: id quod Reisigius refutavit Enarr. p. LXVII, et ineptissimum sane risus maximos excitasset. Rectius Reisigius ex Oppiano Cyneg. I. 170 et 272, schol. Ar. Pac. 72, Gratioque Falisco v. 624 de *celeritate* interpretatur.

Αἰτωλία terra. ἐξ Αἰτωλίας El. 694 = Αἰτωλός.

Αἰτωλίς Aetola mulier. Αἰτωλὶς γυνή Trach. 8. Deianira. Cod. Paris. Αἰτωλός.

Αἰτωλός Aetolus. Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος Oed. Col. 1317.

Αἰχμάζω armis utor. αἰχμάσσουσι δορατομαχήσουσι Gr. Bekk. An. p. 357, 13. αἰχμάζει πολεμεῖ, αἰχμάσας πολεμήσας Hesychius. — ὡς Ἔρως μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε Trach. 354. ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα; Ai. 97. Illud prius schol. explicat καταπράξασθαι τῇ αἰχμῇ, hoc σὺν αἰχμῇ ἐκίνησας. Prostat inutilis Musgravi coniectura ἤμαξας. Cf. Dissen. Expl. Pind. p. 374. Iacobs ad Anth. Pal. t. III. p. 786.

Αἰχμαλωτίς captiva. De homine τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος Ai. 1207. De re τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας Ai. 71.

Αἰχμαλωτός captivus. τὴν αἰχμάλωτον Trach. 416. ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν 529.

Αἰχμή cuspis. Aeolensium pro λόγχη dicitur in glossis κατὰ πόλεις ap. Bekk. An. p. 1095. *Proprie* θοὰν νύμφαν ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμᾷ Trach. 856 ch. κακοὺς ὄντας πρὸς αἰχμήν Phil. 1291. *imbelles*. *Tralate* τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε; Trach. 879 mel. Haec est difficillimi loci in libris scriptura. De Deianira chorus quaerit. Tricl. cum Brunckio τάνδ' αἰχμὰ βέλεος, quod recte quidem refutavit Hermannus scribens deleto τίς: θυμὸς ἢ τίνες νόσοι τάνδ' αἰχμᾷ singulis choreutis fere singula verba tribuens. Scholiasta etsi vitiose scriptum habet τὰν δὲ αἰχμάν, tamen librorum lectionem ante oculos habuit. Sic enim ille: αἰχμὰν, βέλεος (sic scribe) κακοῦ. περίφρασις, τὸ βέλος. βέλος δὲ τὴν Δηϊάνειραν εἶπε, ὅτι τρόπον βέλεος ἀνεῖλεν ἑαυτήν. Haec inepta sunt. Sed hic tandem aliquando Bothius in ed. nova verum vidit, Deianiram ipsam *malum telum* dici,

quod quasi telo usa veneno Herculem interemerat. *νόσος* *amentiam* significat.

Αἰχμόδετος, *αἰχμάλωτος* Hesych. ex Captiv. (Aechmalot.) VIII. 1. (41 D.)

Ἀΐω *sentio.* *ὁ πάντ' ἀΐων Διὸς Ὅρκος* Oed. Col. 1764 an. *audio.* *πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων ἀΐῃς μύθων* Phil. 1396 an. *ἔργων ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν* Oed. Col. 240 mel. Nam in illo *ἔπη — τῶν ἐκεῖνος ἀΐων* Oed. Col. 305 etiam *persentiscere et animadvertere* significare poterit: velut *videre* est et *intelligere* *προβίβαζε κούρα — σὺ γὰρ ἀΐεις* Oed. Col. 182 mel. *Ἄϊον*, *ἤκουον καὶ ᾐσθανόμην. ἀΐοντες*, *αἰσθανόμενοι* Hesych. *ἀΐειν*, *ἀκούειν καὶ αἰσθάνεσθαι* Suid. uterque ut *audiendi* significationem primam ponat, velut Apollonius Lex. Hom. p. 61. Sed neque rei natura permittit, ut, quod proprie *auditum* significet. et ad *intelligendi* et *videndi* sensum deflectatur, et alia docuit iam Aristarchus v. Lehrs de Arist. Stud. Hom. p. 150 unde Etym. M. p. 43, 5. *ἄϊον γὰρ τὸ ᾐσθόμην.* Vide Tollium praeterea in excursu p. 752. Nitzsch. Adnot. ad Odyss. VI. 175. Iacobs ad Aelian. de Nat. Anim. I, 6. p. 9. De mensura primae v. Hermann. ad Ar. Nub. 646. „ea (productio primae) Atticis usitata mensura est: v. Vesp. 576. Aesch. Suppl. 766 (740 Well.) Soph. Ai. 1263 (1242 H.). Mutasse videntur grammatici Homericae prosodiae adsueti. — — Corripiunt primam Attici in eis metris, quae ad heroici versus exemplum sunt formata.“ — Haec non plane vera sunt. Corripitur in anapaestis Soph. Phil. 1396. Oed. Col. 1764 dactylico logaoedico Oed. Col. 240: producitur non modo in trimetro legitimo Oed. Col. 305. Ai. 1242, sed etiam in dactylico logaoedico cum anacrusi Oed. Col. 182. Sed produxit iam Pindarus passim, velut Pyth. XII. 17., corripuit idem rarius, velut Isthm. VI. 36. Produxit Aeschylus Eum. 807. 838. Suppl. 57. Pers. 853 Well.; corripuit in anapaestis Ag. 55, in dactylis Pers. 625: idem apud Rhesi scriptorem v. 542. Auctarum formarum et propterea productarum exempla, velut Eur. Troad. 155. Ion. 510, in hunc censum non veniunt.

Αἰών. *χρόνος ἀΐδιος* Gr. Bekk. An. p. 357, 17 quo sensu apud Sophoclem non exstat. Idem habet Etym. M. p. 41, 9 ut tamen generalis significatio *αἰὼν ἡ ζωή* praemittatur. Hesychius: *ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ χρόνος τῆς ζωῆς.* *Vitam* significat *ὦ δύστατα γένη βροτῶν οἷς μὴ μέτριος αἰών* Phil. 179 ch. *ὦ στυγνὸς αἰών* 1332. *ποῖ δῆτ' — αἰῶνα τλάμον' ἕξω* Oed. Col. 1734 mel. *οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών* Ant. 579 ch. *ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν* Trach. 2 quod memorat Suid. v. *αἰῶνα.* *τοιοῦτος αἰὼν — τὸν ἄνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντα* Trach. 34. *ea vitae sors.* *αἰὼν Αἰακιδᾶν* Ai. 631 eodem sensu. *πάγκλαυστον αἰῶνα* —

εἴλου Electr. 1074 ch. Semel adverbiascit δι' αἰῶνος El. 1013 *in perpetuum significans.*

Αἰωρέομαι impendeo, inde *menti obversor.* τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον αἰωρούμενον El. 1382. = φαντασία προςδοκωμένη, quo posteriore verbo Schol. utitur, recte monens non cogitandum esse de somnio Clytaemnestrae.

Ἀκάθαρτος inexpiatus. οὐδὲ (τὸ πρᾶγμα) ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν Oed. R. 256.

Ἀκάλυπτος apertus. τοιόνδ' ἄγος ἀκάλυπτον ὧδε δεικνύναι Oed. R. 1427.

Ἀκαλυφής apertus. τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν Phil. 1311 antrum Philoctetae habitatum; ἀσκεπῆ schol. ἀκαλυφῆ καὶ ἀκάλυφον, ἄστεγον ὕπαιθρον, illud ex Sophoclis haud dubie loco Hesychius.

Ἀκάμας indefessus. ἀκάμαντος ἢ Νότου ἢ Βορέα Trach. 112 ch.

Ἀκάματος (– ⏑ ⏑ ⏑) *indefessus, inexhaustus.* γᾶν ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται (agricola) Antig. 339 ch. οὔτ' ἀκάματοι θεῶν μῆνες Ant. 603 ch. Quod cum minime congruat cum versu antistrophico, nec tamen sententia vitium arguat, olim Herm. οὔτε θεῶν ἄκμητοι, deinde οὔτ' ἀκάμαντες, Seidl. οὔτ' ἀκάμαντοι coniecere, hic quidem Hesychio solo nisus, apud quem pro ἀκάμαντοι scribendum ἀκάμαντες. — Adverbiascit ἀκάματα προςμένουσα El. 160 mel. Suid. v. ἀκάματα, apud quem ἀκάμαντα scriptum, et Zonaras p. 115.

Ἄκανθα dumus. κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην Phoen. V. 3. ap. Athenaeum p. 70 et Eust. p. 1822, 7. *spina.* τὰς ἀκάνθας ἐπεγείροντα inc. LXXIX. 3. (752 D.) quod quoniam a pisce tralatum ad Oratores ridicule referatur, memoria deceptum Eustathium (p. 1538, 3) putat Brunckius et verba illa Aristophani potius tribuenda. γραίας ἀκάνθης πάππος ὣς φυσώμενος inc. CV. 139 (748 D.) v. πάππος. Huc spectat Hesychii glossa v. πάππος ἀκάνθης.

Ἀκάρπως sine fruge. γῆς ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης Oed. R. 254.

Ἀκάρπωτος sine fruge, inutilis. νίκας ἀκαρπώτου χάριν Ai. 176 ch. *propter victoriam fruge cassam.* De verbis componendis v. Herm.

Ἀκέλευστος non iussus. λαχὼν τε κἀκέλευστος Ai. 1263.

Ἀκέομαι medeor. ὅςτις εἰς κακὸν πεσὼν ἀκεῖται Ant. 1014. *mederi* studet: ἀκοῦ δ' ἄχος Trach. 1027 mel.

Ἀκερδής lucro s. fructu carens. μηδὲ — ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως Oed. Col. 1481 ch. = μὴ πέσοιμι εἰς κακόν. τὴν μὴ δεόντως διδομένην explicat Gr. Bekkeri Anecd. p. 364, 3. Usitatissima figura dicendi, de qua iam Lambinus ad Hor. Od. I, 34. p. 100.

Ἀκεσσαῖος (⏑) ὄχοις *Ἀκεσσαίοισιν* Hydroph. 3. ap. Phot. Lex. p. 315. Addit *ἰδόκουν αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι εἶναι σπουδαῖαι. ἡ γὰρ Ἄκεσσα Σικελίας πόλις.* Hoc constat, ita ut scriptura *Ἀκεσταίοισιν* abiicienda sit, quae apud Hesychium exstat.

Ἀκεστήρ (⏑) *τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν* Oed. Col. 718 ch. ita dictum quod frenis reguntur equi et quasi corrigitur eorum lascivia, unde *φίλτρον ἵππειον* eadem appellantur Pindaro Ol. XIII. 97. Cf. Valck. Obss. ad Orig. Gr. Opusc. t. II. p. 314.

Ἄκεστρον Palam. II. 1. (427 D.) ap. Hesych. qui explicat *φάρμακον*.

Ἀκήλητος *insanabilis*. *ἀκήλητον μανίας ἄνθος* Trach. 995 anap.

Ἀκήρατος *purus*. *ἀκέραιος καὶ ἄφθαρτος* Suid. *ἄφθαρτος ἀπαθής* Anecd. Bekk. p. 364, 27. *χεῦμ' ἀκήρατον* Oed. Col. 472. *aqua lustralis*: color ductus ex Il. XXIV. 303. *ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ* Oed. Col. 696 ch. de amne agros laetificante. Illa tralata significatione, de qua dixere Ruhnk. ad Tim. p. 17. Valck. ad Hipp. 1104. Iacobs ad Philostr. p. 424, nunc apud Sophoclem non legitur.

Ἀκήρυκτος *sine nuntio*. *ἀκήρυκτος μένει* Trach. 45. *ἀκήρυκτον* explicans *ἄγνωστον ἀφανές* Hesychius memorat ex Thyest. VII. 1 (240 D.).

Ἄκλαυστος (*ἄκλαυτος*). Prima corripitur. *ἄκλαυστον* legitur Oed. Col. 1706 mel. in cod. Par. A. Ricc. Brunck. Reis. At Hermannus *ἄκλαυτον* ex ceteris ut videtur libris. *ἄκλαυστον* Ant. 29 (cf. Eust. p. 1466, 12.) in ceteris libris, sed Laur. A. B. *ἄκλαυτον*, itaque Hermannus; item ex iisdem et Dresd. a. *ἄκλαυτος* edidit v. 840 et 868 mel.: ita et Aldus. Contra *ἀκλαύστῳ* est El. 960 in omnibus codd. etiam Laur. A. ap. Elmsl. ad Oed. Col. 1360. Ergo ne optimi quidem libri sibi constant. Quam distinctionem utriusque formae posuit Hermannus ad Oed. Col. 1362, *κλαυστός* ut sit *lacrimandus s. quem convenit deflere*, hoc *lacrimabilis*, vereor ne nullum sit. Prudentius Elmsleius l. c. et Blomf. ad Pers. 403 graviorem formam veteribus, tenuiorem recentioribus Atticis tribuit: Dorvillius autem ad Char. p. 403, ad quem nos relegant, non diiudicat utrumque, nec mos erat illius aetatis. Contra Vossius ad Aratum 361 *ἄκλαυτον* veteribus poetis vindicatum ibat: non decernebat Reisig. ad Oed. Col. Comm. Crit. p. 384. Heinrichius ad Musaeum p. 132. Sed Pollux II. 64: *ἄκλαυστος παρ' Ὁμήρῳ καὶ Σοφοκλεῖ*: is igitur tenuiorem apud tragicum scripturam ignorat: *ἀκλαυστὶ ἄνευ κλαυθμοῦ* Suidas. Deinde apud Aeschylum *ἄκλαυστος* certis, *ἄκλαυτος* nullis documentis nititur: illud apud Homerum et veteres epicos etiam Solonem constat, hoc recentiorum epicorum est, velut Arati, Musaei, epigrammatum v. Iacobs t. l. p. 377.; apud Sophoclem *ἄκλαυστος*, *πάγκλαυστος* ex libris constant: *ἄγνωστος εὔγνωστος*, *ἀδάμαστος*, *ἀκόρεστος* solenni-

ter dicuntur, ut tenuiores formae de regula excipi videantur et a poetis vel metri vel selectioris usus causa praelatae esse, quamquam ἄγνωστος quidem nunc non exstat apud Sophoclem (quin etiam ἄγνωτος nonnisi semel): recte igitur nobis videmur colligere formam plenius sonantem ἄκλαυστος certiore fide esse. *Usus.* 1. *indefletum* significat ἐᾶν δ' ἄκλαυστον ἄταφον Ant. 29. οἵα φίλων ἄκλαυστος ἔρχομαι 840 mel. ἄκλαυστος ἄφιλος ἀνυμέναιος ἄγομαι 868 mel. οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυστον Oed. Col. 1706 mel. 2. At active significat *non lacrimantem* ἤ γε μηδὲ πρὸς θεοὺς ἔξεστ' ἀκλαύστῳ τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης El. 900. Hunc usum accuratius quam Porsonus ad Hecub. 1125 et ad Orest. 218 persequitur Mehlhorn. ad Anacr. p. 242.

Ἄκλεπτος (⏑) *sine fraude.* ἄκλεπτοι, οὐ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς Hesych. ex Phaedra IX. 4 (615 D.).

Ἀκληρία (⏑) ἀντὶ τοῦ ἀτυχία. οὕτω Σοφοκλῆς (inc. CV. 23. s. 816 D.) Gr. Bekk. Anecd. p. 367, 15.

Ἄκλητος (⏑) *non vocatus.* ἄκλητος, οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων κληθείς Ai. 287.

Ἀκμαῖος (⏑) *opportunus.* ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι Ai. 904. Affert Moschop. ad Il. β. 312. Suid. v. ἀκμαῖος.

Ἀκμή (⏑). Proprie *acumen et extremitatem* significavit. V. Valck. Obss. ad Orig. Gr. Opusc. t. I. p. 308. Ab hoc primitivo usu non multum abest quod Sophocles dixit διατόρους ποδῶν ἀκμάς *pedes perforatos* Oed. R. 1034. et *utraque manu* ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς 1243. Iam aliquid distat κερκίδων ἀκμαῖσιν Ant. 964 ch. 2. *Maturitas* inde significatur aetatis floridae et robustae. τίνα — ἀκμὴν ἥβης ἔχων Oed. R. 741. ἡνίκ' ἂν πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς 1492. Inde etiam *vis bellica.* δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά Oed. Col. 1068 ch. 3. *Temporis opportunitas.* ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων Phil. 12. Suid. qui versum affert, vitiose ἀκμήν exhibet. οὐχ ἕδρας ἀκμή Ai. 798. ἔργων ἀκμή El. 22. ἀπηλλάχθαι δ' ἀκμή 1330. Cf. Ilgen opusc. philol. vol. I. p. 31. Valck. ad Phoen. 590 et his antiquiorem P. Victorium Var. Lectt. XVI. 20. ἀκμή, αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ πράγματος ἐπιτάσεως Gr. Bekk. An. p. 365, 10. ἀκμὴ καλεῖ, καιρὸς καλεῖ Hesychius. — βελέων ἀκμάν pr. ἀλκάν coniectura Hermanni est metri causa facta Phil. 1136 mel.

Ἀκμής *indefatigabilis.* οὔρειον δ' ἀκμῆτα ταῦρον Ant. 351 ch. nunc Hermannus dedit ex cod. Laur. A. et Ricc. cum glossa ἀδάμαστον. Vulgo ἀδμῆτα, in quo prima vereor ut recte corripiatur.

Ἄκμων (–) *incus.* οἱ πυρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες fr. inc. LXXII. 2. quae cum Plutarchus suis usibus accommodata mutaverit, frustra in senarios non uno

nomine vitiosos redegit Gatakerus Opp. t. I. p. 493. — *καὶ πληγαῖς* eiiciendum, utpote quo *τυπάδι βαρείᾳ* explicatum sit.

Ἀκοή (⏑) *auditus. αὐδὴν ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ' ὄψιν* Phil. 1398 an. *ὀξεῖαν ἀκοὴν τοῖς ἐμοῖς λόγοις διδούς* El. 30.

Ἀκοίτης (⏑) *coniux. τὸν ὂν προσμένουσ' ἀκοίταν* Trach. 522 ch.

Ἄκοιτις uxor. ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν κατέβαν Trach. 562 ch. *ἄκοιτις ἡ Διός* 1037. *Διὸς μάτηρ ἄκοιτιν* 1139.

Ἀκόλαστος lascivus. ἀκόλαστον σῶμα inc. CV. 24 (817 D.). ex An. Bekk. p. 367, 20.

Ἀκολουθία (⏑) *consecutio, sequela* inc. CV. 25 an. Gr. B. Anecd. p. 367, 32 (818 D.).

Ἀκόρεστος et *ἀκόρετος insatiabilis. τάκεις ὧδ' ἀκόρετον οἰμωγάν* El. 122 ch. sic membr. Brunckii codd. D. E. ap. eundem, edd. Iunt. I. Brub. Brunck.: idque metro solum convenit. Ceteri codd. et Ald. Iunt. 2. *ἀκόρεστον*. Cod. T. ex emendatione ut videtur Triclinii *ἀκόρεστ' οἰμωγάν*. Hermannus olim *ἀκόρετον* receperat, vituperatus a Reisigio C. Crit. in Oed. Col. p. 385: nunc in stropha vel antistropha aliud vitium latere arbitratur. Sed has formas sola metri necessitate pendendas docet Aeschylus Agam. 1314. 1088. 1304. 1462. Nec sane *ἀκόρετος* in ullam regulam peccat: primum si *ἀδάματος* compares, dein si memineris Homero *ἀκόρητος* dici (v. Eust. p. 959, 31.), unde *ἀκόρετος* ita distat ut *ἀδάματος* ab *ἄδμητος*. — *ὁ πάντων ἀκορέστατος* Oed. Col. 120 ch. forma ex metaplasmo orta, *ὑβριστήν* significans, v. Doederlinum. Coniecturas, in quibus extremam barbariem redolens Angli cuiusdam est *ἀφοβέστατος*, praeterire satius duco.

Ἄκος (⏑) *medela. τῶν γὰρ ἡμαρτημένων ἄκη μέν ἐστι* Oed. Col. 1272. *κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος* Ai. 356 de quo proverbio v. Lobeck. Utitur eo Eust. p. 1461, 63, affert Stobaeus Serm. CVIII. — *πεσσοὺς κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος* Palam. I. 4 (380 D.); nisi ex Nauplio potius hic versus est: Palamedi assignat Eust. p. 1397, 8.

Ἀκοσμέω pecco. οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν Phil. 387. *τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν* Ant. 726. Utrumque locum spectare potuit Gr. Bekk. An. p. 369, 5. *ἀκοσμεῖν, τὸ μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ τάξει ποιεῖν, ἀλλὰ ἀκολασταίνειν. Σοφοκλῆς.*

Ἀκοσμία petulantia. οὐ κόσμος ἀλλ' ἀκοσμία φαίνοιτ' ἂν εἶναι inc. LXI. 2 (726 D.).

Ἄκοσμος petulans. εἰ γὰρ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω Ant. 655. *immorigeros esse patiar.*

Ἀκουσείω (⏑) *audire volo. ἀκουσείων, ἀντὶ τοῦ ἀκουσόμενος* inc. CV. 27 (820 D.). ap. Gr. Bekk. An. p. 369, 13.

Ἀκουσία (‒) τὸ πρᾶγμα (f. τὸ ἄκον πρᾶγμα). ἐξαίρετον τίθημι τὴν ἀκουσίαν inc. CV. 27 (822 D.). ap. Gr. B. An. p. 373, 13.

Ἀκούσιμος quod audiri potest. ἀκουσίμη, ἀντὶ τοῦ ἀκουστή. σπουδὴ οὐ πρὸς θυραίων, οὐδαμῶς, ἀκουσίμη inc. CV. 30 (823 D.). ap. Gr. Bekk. An. p. 373, 1.

Ἀκούσιος v. ἀεκούσιος.

Ἄκουσμα (◡) res audita accepta. ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι Oed. Col. 520 mel.

Ἀκουστέος audiendus. ἀλλ' ὅμως ἀκουστέον Oed. R. 1170. τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα El. 332. parendum est.

Ἀκουστος auditus. ἐς δεινόν, οὐδ' ἀκουστὸν οὐκ ἐπόψιμον Oed. R. 1312. auditu nefandum significet. — Ἀκουστὰ ὡς ἐν τῇ Κρεούσῃ (fr. VII. s. 327 D.) ἄπελθ' ἄπελθε παῖ, τάδ' οὐκ ἀκουστά σοι (σοι a codice abest). Καὶ Εὐριπίδης δὲ πολλάκις. ὁ μέντοι Σοφοκλῆς ἀκούσιμά φησι Gr. Bekk. An. p. 373, 5. Perverse haec scripta. Fortasse Σ. καὶ ἀκούσιμά φησι emendandum. Ut nunc est, ἀκουστόν a Sophocle abiudicare videatur, tribuere ἀκούσιμον; etsi non constat, Aeschylum vel Euripidem fabulam nomine Creusam fecisse.

Ἀκούω (◡). I. Formae. Praesens. ἀκούω Ai. 16. Oed. Col. 531. Ant. 988. ἀκούεις Oed. R. 897. Oed. Col. 194. ἀκούει Oed. Col. 1606. ἀκούετε indicativus Oed. Col. 885. El. 1398. ἄκουε El. 633. 782. 935. Trach. 1147. Ai. 1311. Oed. R. 952. inc. CV. 26 (819 D.). ἀκούετε imperativ. Acris. I. 1 (58 D.). ἀκούειν Oed. R. 7. 1170. Codd. et Ald. manifesto vitio ἀκούων, in Laur. C. supra scriptum tamen ειν. Verum hic servavit Plut. Moral. p. 522 et adv. Epicur. p. 1093. B. — Oed. R. 1204 ch. 1339 mel. 1431. Oed. Col. 533. 1177. Ant. 64. 688. inc. XIV. 4 (668 D.). ἀκούων Phil. 603. Oed. R. 105. 295. Oed. Col. 33. 454. 557. 560. 1173. A. 580. Hippon. I. 2 (284 D.). ἀκουούσης Oed. R. 1386. ἀκούουσιν partic. Ai. 588. ἀκούοντας libri Oed. Col. 169. v. infr. Imperfectum ἤκουε Phil. 1297. ἤκουον plur. Phil. 591. — Perfectum ἀκήκοας Phil. 52. 584. 599. 1224. Oed. Col. 900. Ai. 475. Trach. 873. Futurum ἀκούσομαι Phil. 1063. Oed. Col. 992. Ant. 1176. ἀκούσεται El. 992. ἀκούσεσθε Oed. R. 1224. Aoristus. ἤκουσα El. 367. 1399. Oed. R. 95. 293. Ant. 817 mel. 1317. ἤκουσας Phil. 616. Oed. R. 841. Trach. 340. El. 914. ἤκουσε Phil. 610. El. 783. Trach. 431. 774. Ai. 1303. Oed. R. 850. Oed. Col. 417. ἠκούσαμεν Oed. R. 567. El. 1097. ἠκούσατε Ai. 327. ἤκουσαν Oed. Col. 1603. ἀκούσῃ Ai. 615. ἀκούσωμεν Oed. Col. 13. 190 an. ἀκούσαιμι El. 220. ἄκουσον Phil. 1251. 1300. Oed. R. 547. El. 877. Trach. 339. ἀκοῦσαι Phil. 225. Oed. R. 729. Oed. Col. 486. 520 mel. 1189. 1290. Ant. 831. Ai. 1049. Tymp. I. 3 (563 D.).

Phthiot. II. 2 (622 D.). *ἀκούσας* Phil. 382. 560. Oed. R. 43. Oed. Col. 1354. 1395. *ἀκούσαντα* Oed. R. 726. *ἀκούσαντες* Oed. Col. 419. *Ἀκουσέτην* ex Sophocle affert Gr. Bekkeri An. p. 372, 14. Scribendum vel *ἠκουσάτην* vel *ἀκούσετον*, ut *ἀκούσω* aliquando pro *ἀκούσομαι* Sophocles posuerit. — Passivi nulla apud Sophoclem memoria. II. *Usus.* 1. Audiendi sensu accipere significat: vel cum accusativo vel genitivo rei, illud tamen frequentius: item cum genitivo loquentis accusativo rei: additur etiam participium: item cum praepositionibus *παρά* et *πρός*. Dein additur infinitivus vel enuntiatum circumscriptioni auditae rei serviens. Sed et nude sine casu dicitur. *ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας* Phil. 52. *φωνῆς ἀκοῦσαι βούλομαι* 225. *εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας* Oed. R. 43. *τοῦτ' αὐτὸ νῦν μου πρῶτ' ἄκουσον* 547. *ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδε* 729. *ποῖον δέ μου περισσὸν ἤκουσας λόγον* 841. *ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε* 952. *ἀκούων τῆσδε* Oed. Col. 33. *τῶνδ' ἀκούσαντες* Oed. Col. 419. *τῆσδέ γε μαντεῖ' ἀκούων* Oed. Col. 454. *τούτων* (*λιτῶν*) *ἀκοῦσαι βούλομαι* 486. *πολλῶν ἀκούων τὰς — ὀμμάτων διαφθοράς* 557. *ἔξοιδ' ἀκούων τῶνδε* 1173. *λόγων δ' ἀκοῦσαι τίς βλάβη;* 1189. *κἀκούσας γ' ἐμοῦ τοιαῦτα* 1354. *τοῦ τάδ' ἤκουσας βροτῶν* El. 914. *ἧς ἠκούσαμεν φήμης* 1097. *ὅς τοῦ παρὼν ἤκουσεν, ὡς —* Trach. 431. *ἦ οὐκ ἠκούσατε Αἴαντος, οἵαν τήνδε θωΰσσει βοήν;* Ai. 327. *λόγων ἀκοῦσαι* 1349. *πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος* Tymp. I. 3. — *τίνι γάρ ποτ' ἂν πρόσφορος ἀκούσαιμ' ἔπος* El. 220 mel. *ἤκουσεν ὧν δεῖ* 783. *εἴ τις τούσδ' ἀκούσεται λόγους* 992. *ἤκουσ' ἀνήκουστα* 1399 ch. *οὐδὲ τὸν πάρος μῦθον μάτην ἤκουσας* Trach. 340. *σὺ δ' οὖν ἄκουε τοὔργον* 1147. *φώνημ' ἀκούω* Ai. 16. *ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν* 580. *ἤκουσεν αἰσχρά* 1303. *τοιαῦτ' ἀκούσας — κακά* Phil. 382. *λόγον κρύψαι — μηδέν' ὧν ἀκήκοας* 584. *ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη* 603. *ἤκουσας πάντα* 616. *λόγους δ' ἄκουσον* 1251. *ὧν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι, ἄκουσον* 1300. *τὰς σὰς ἀκούων — ἀράς* Oed. R. 295. *πόλις γὰρ ἤκουσε — τάδε* 850. *οἷ' ἔργ' ἀκούσεσθε* 1224. *τί — ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ* 1339 mel. *ἀκούειν κακά* 1431. *ἃν ἀκούσωμεν* Oed. Col. 13. *ἵνα τὸ μὲν εἴπωμεν τὸ δ' ἀκούσωμεν* 190 an. *παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;* 417. *ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι* 520 ch. *θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν* 533 mel. *καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε* 1395. *ἀκούει φθόγγον — πικρὸν* 1606. *καὶ ταῦτ' ἀκούειν* Ant. 64. *ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε* 688. *ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων* 988. *ὁ πάνθ' ὁρῶν καὶ πάντ' ἀκούων χρόνος* Hippon. I. 2. *πόλλ' ἀκοῦσαι* Phthiot. II. 2. Huc refer locutionem *πάντ' ἀκήκοας* Trach. 873 sive *πάντ' ἀκήκοας λόγον* Phil. 1224. Ai. 475. — *ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;* Ai. 1214. *ἀκούσομαι — πρὸς τοῦδε* Phil. 1063. *μὴ παρ' ἀγγέλων ἀκούειν* Oed. R. 7. *οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα* 95. *Genitivo* participii addito significatur

auditus ipsius loquentis auribus perceptus, accusativo quando quis fando aliquid accepit, καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον — Ὀδυσσέως λέγοντος Phil. 591. μάτηρ τιν ὅταν νοσοῦντα — ἀκούσῃ Ai. 615 chor. εἰ μὴ κακὸν μέγιστον εἰς αὐτὴν ἰὸν ἤκουσα El. 367. καὶ ταῦτ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος τὸν μάντιν εἰπόντα Phil. 610. Non necessarium hoc de regula excipi. Dativus personae, unde quid auditur, rarus est. τίνι — ἀκούσαιμ' ἔπος El. 220 mel. Recte enim schol. et Suidas sequentibus Brunckio et Hermanno πρὸς τίνος interpretantur. Sed hoc ἅπαξ εἰρημένον. Reliqua dicendi verbi genera melicis et diverbiis promiscua sunt: ut et quando nude sine casu dicitur. ἀλλ' ὧδ' ἄκουε El. 633. ἄκουε Νέμεσι 782. πρὸς νῦν θεῶν ἄκουσον 877. ἄκουε δὴ νῦν 935. Ai. 1311. οὐκ ἀκούετε El. 1398. τοῖς ἀκούουσιν λέγε Ai. 588. σταθεῖσ' ἄκουσον Trach. 339. ὡς ἤκουσε 774. ἀκούσας δ' ἄγγελος πάρειμί σοι Phil. 560. ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας 599. ἐξοιδ' ἀκούων Oed. R. 105. ἤκουσα κἀγὼ 293. κοὐκ ἠκούσαμεν 567. οἷόν μ' ἀκούσαντα — ἔχει ψυχῆς πλάνημα 726. κἄγωγ' ἀκούειν (εἰμὶ πρὸς τῷ δεινῷ) 1170. discrepantem scripturam v. supra. τανῦν δ' ἀκούειν τίς ἀθλιώτερος; 1204 ch. ὡς ἀκούεις Oed. Col. 194 ch. ἠκούσαμέν τε 435. ὡς ἀκούω 531. ὁδοῖς ἐν ταῖσδ' ἀκούων 557. τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἔστι; 1177. διδοὺς ἐμοὶ λέξαι τ' ἀκοῦσαί τε 1290. αἱ δὲ παρθένοι ῥίγησαν ὡς ἤκουσαν 1603. σοὶ — μέγ' ἀκοῦσαι Ant. 831 an. (*magnificum auditu*) ὦ ἀκούετε Acris. I. 1. ἄκων ἀκούειν inc. XIV. 4. Huc refer ἄκουε σίγα (s. σῖγα): τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή inc. CV. 26. — Infinitivus accusativum casum refert. ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι τὰν Φρυγίαν ξέναν Ant. 817 mel. — Sententia circumscriptiva sequitur. ἀκούων — οὕνεκ' αἴτιος σκοπὸς προσήκεις Oed. Col. 33. ἔδοξ' ἀκοῦσαι σοῦ τόδ' ὡς ὁ Λάϊος κατασφαγείη Oed. R. 729. Relativum sequitur ἄκουσον ὡς ἐγὼ Oed. R. 547. ἀκούεις οἷα φθέγγεται Oed. Col. 885. οἷά περ πέπονθ' ἀκήκοας 900. ἢ οὐκ ἠκούσατε Αἴαντος, οἵαν τήνδε θωΰσσει βοὴν Ai. 327. — 2. Paucis locis selectiorem aut figuratam significationem habet. In *illis* est quod πηγὴ ἀκούουσα dicitur Oed. R. 1386 pro ἡ δι' ὤτων ἔννοια. ἀκουστικὴν δύναμιν schol. explicat. In *his*, quod *audire* i. q. *dicto audientem esse* significat, quo iam illud τοῖς ἀκούουσιν λέγε trahi licet, Ai. 588. ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν εἴκοντας ἃ δεῖ καὶ ἀκούοντας; Oed. Col. 169 an. Librorum scriptura est κοὐκ ἀκούοντας, unde Brunck. Reis. κοὐκ ἄκοντας scripsere secundum Triclinium. Illa Musgravi coniectura haud paulo melior. Deinde ἀκούειν est *fama esse aliqua* s. *dici*. Viam transferendi verbi monstrat illud ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη Phil. 603 et ἀκούσομαι μὲν ὡς ἔφυν οἴκτου πλέως πρὸς τοῦδε 1063. id est καταγνωσθήσομαι ὡς ἥττων οἴκτου ὤν. V. Herm. ad v. 1060. Inde οὐ γὰρ οὐδ'

ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς γάμοισιν Oed. Col. 992. ἧκου' ἄριστα Phil. 1297. εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις πάντων ἀνάσσων Oed. R. 903 ch. Libri inserunt Ζεῦ et πάντα habent. ὀνομάζῃ schol. ad v. 874 interpretatur. De loquendi genere v. Valck. ad Phalar. Ep. p. XXVI sqq.

Ἄκρα (⏑⏑) *cacumen.* De *promontorio* Λοκρῶν ὅρεισι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκραι Trach. 785. De promontoriis Euboeae praecipitibus et naufragiis multorum infamibus v. Valck. ad Herod. VI. 100. στείχοντα παρ' ἁλίαν ἄκραν Pastor. (Poem.) III. 3. Brunckius παραλίαν πέτραν, sed illud Harpocratio habet v. Νάττιον. De montis *vertice* ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας Πίνδου Λάκμου τε (Ἀχελῷος) Inach. XI. 1 (265 D.); omissum Brunckio indicavit Tyrwhittus Coni. in Strab. p. 25 apud Geographum VI. p. 416 (271 Coray.). — De Oed. Col. 1489. v. ἄκρος.

Ἀκραιφνής *integer.* ἀκραιφνοῦς ἀβλαβοῦς ἤγουν ἀκηροφανοῦς Gr. Bekk. p. 366, 10. ἀκραιφνές, καθαρόν, ὑψηλόν, τέλειον Suidas. ἀκραιφνής, καθαρός, ἀκριβής, ἀληθής Hesychius. Nihil horum ad Sophoclem. ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημμένων Oed. Col. 1149. *incolumes*, illaesae minis. Memorat Eust. p. 694, 30.

Ἀκρατής *viribus defectus.* γῆρας ἀκρατὲς ἀπροσόμιλον Oed. Col. 1237 ch. Doederlinus ad v. 1230 *impotentem irae* interpretatur, quod vitium etsi Oedipo iure crimini datur, non est tamen senum generatim. Longe aptius Eustathius p. 790, 62. ἀκρατὲς ἐκεῖνος γῆρας φησιν, οὐ τὸ ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ τοιοῦν πάρεσιν, ὡς μὴ ἔχοντα τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ. Eodem facit Hesychius ἀκρατές, ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ. V. etiam ἀκράτωρ.

Ἄκρατος *merus.* ψυχῆς ἄκρατον αἷμα El. 776. Tralate Venus dicitur s. amor ἄκρατος ἵμερος *merum* i. e. *vehementissimum desiderium* inc. XXIII. 5 (678 D.).

Ἀκράτωρ *viribus defectus.* καίπερ ὢν ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλός Phil. 484. Schol. ἀσθενής, κρατεῖν ἐμαυτοῦ μὴ δυνάμενος. Rectius hic, quam Hermannus, qui coniungit cum praegresso προσπίτνω, ut sit ἀκρατὴς τοῦ προσπίτνειν.

Ἀκροθίνιον. Pluralis *primitias* inprimis praedae significans maxime usitatus. νίκης ἄγων τροπαῖα κἀκροθίνια Trach. 748. Hesychius: ἀκροθίνια· σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί. — Gr. Bekk. An. p. 218, 16. οἱ μέν, ἐνιαυσιαίων καρπῶν ἀπαρχάς, οἱ δὲ τὰς ἀπὸ τοῦ πολέμου σκυλεύσεις ἀπαρχὰς ἐξαιρέτους εἶναι (sc. λέγουσιν). cf. id. p. 203, 12. 366, 30. et Suidas in v. Cf. Stanl. ad Aesch. Eum. 837.

Ἄκρος. Prior syllaba in thesi, qua longe crebrior, corripitur, in arsi producitur. Significat 1. *extremum* et *summum* de locis et partibus. Et de membris quidem corporis extremis dictum uberius explicat Len-

nep. ad Phalar. p. 72 (p. 83 Lips.). *πάταξον εἰς ἄκρον πόδα* Phil. 738. *ἄκρου ποδός* 813. *ἐς ἄκραν δεξιὰ ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν* Oed. Col. 1463 ch. *γλῶσσαν ἄκραν* Ai. 234 an. *ἄκρας φόβας* El. 441. De *regione, montibus*, aliis locis. *ναίων ἐπ᾽ ἄκρων ὀρέων* Oed. R. 1166 ch. *ἐπ᾽ ἄκρου λάου* Oed. Col. 196 ch. *ἄκραν ἐπὶ γύαλον* Oed. Col. 1489 ch. libri hoc et Suidas scholiaque, sed nec genus nec versus patitur. Itaque Hermannus *ἄκρον ἐπὶ γύαλον*, etsi non video quomodo *γύαλον*, cum non sit *montis iugum*, sed *convallis*, ita dici possit. Reisigius *εἴτ᾽ ἄκραν ἢ ᾽πὶ γυάλων*. Alios conatus diiudicatos vide ap. Hermannum l. c. et C. Matthiae Quaest. Sophocl. p. 158 sqq. Is recte adoptatâ ex parte Reisigii emendatione scribit *εἴτ᾽ ἄκραν ἢ ᾽πὶ γύαλον*, praepositione *ἀπὸ κοινοῦ* posita. — *βαλβίδων ἐπ᾽ ἄκρων* Antig. 132 an. ch. *καθήμεθ᾽ ἄκρων ἐκ πάγων* Ant. 407. *Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ* 819 mel. *πέδιον ἐπ᾽ ἄκρον (ἑσπόμην πόσει)* 1182. Laur. A. *πέδιον ἐπ᾽ ἄκρων*, Laur. B. *πεδίων ἐπ᾽ ἄκρων*, ut Aug. E. F. Brunckii; Dresd. a. *ἀπ᾽ ἄκρων*. Male omnia, cum sensu tum versu indicante. *ἀπ᾽ ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός* Trach. 272. *κατ᾽ ἄκρον Οἰταῖον νάπος* 436. *ἄκρον Κήναιον* 750. *ἄκραν ὑπὸ πλάκα Σουνίου* Ai. 1199 ch. *ἀμφὶ νεῶν — ἄκροισιν — ναυτικοῖς ἑδωλίοις* 1256. *κολώνης ἐξ ἄκρας* El. 882. — *στήλην ἄκραν παίσας* El. 734. 2. *Tralate*: *οὔτοι ποθ᾽ ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου* Polyid. III. (463 D.) ad summam laudem. *ἀκρότατ᾽ ἐξαμβιβάσασιν ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν* Oed. R. 876 ch. Libri *ἀκροτάταν εἰσαναβᾶσα* (sc. *ὕβρις*). Olim Herm. *ἀκρότατον* ex coniectura Erfurdtii. Nunc illud dedit: et *εἰσαναβιβάσασ᾽* quidem Cod. Paris. D. habet et scholiastam habuisse apertum. Est *quum altissime extulerunt* sc. *τὰ πολλὰ ἃ μὴ ᾽πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα*. Affine his sed usu latius est *ὑψήλ᾽ ἐκόμπεις κἀπ᾽ ἄκρων ὡδοιπόρεις* Ai. 1209. quae affert schol. Arist. Acharn. 645. Num a proverbio *ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ὀνύχων* ducatur, quod dicit scholiasta, dubium, etsi Libanius dixit *ἐπ᾽ ἄκρων πορεύεσθαι δακτύλων* t. I. p. 326. Nam potest etiam significare *in summis rebus quasi locis versari*, id est summa sibi videri attigisse, ut *τῶν ἄκρων ἥκειν* in fr. Polyxenae, cui similia sunt *ἄκρον ἀρετῆς* et *τέλος ἄκρον ἱκέσθαι*, de quibus vide Dissen. Expl. Pind. p. 505. — A locis ad tempora traductum est *ἄκρας νυκτός* Ai. 278. quod docte ut omnia exposuit Lobeckius posse significare et *ἑσπέραν* et *ὄρθρον*: ad facinus autem Aiacis cum haud dubie opportunius esset tempus paulo ortum solis antecedens, eo iure inclinat Lobeckius. Boeckhius *concubiam noctem* interpretatur Expl. Pind. p. 338: qui quod eandem *mediam* dicit, reprehendendus est; nunquam enim concubia et media nox ab antiquis hominibus antelucanam evigilationem sectantibus confunduntur. — *Μάντις ἄκρος* Electr. 1491 *praestantissimus* est: sed num *summus* an *certus*,

ἀκριβής, non definio. Illuc facit ἄκρον δρᾶν, ἄκρον φροντίν, οἷον ἐξέχειν Gr. Bekk. An. p. 372. 5. — In Trach. 242 pro οἰκτραὶ γάρ secundum scholion εὐγενεῖς γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, Bothius probabiliter coniecit ἄκραι γάρ. Sed ἄκρος non tam *genere nobilem* quam *virtute et laude primarium* significare monet Hermannus. Nec decebat Graecas mulieres suae gentis primarias dici, quippe quae publicae vitae et laudis luce carerent. — De adverbiali κατ' ἄκρας v. κατάκρας.

Ἀκρουχέω. ἀκρουχεῖ ἄκρον ἔχει. Ἄκροι δέ, ὄρος τῆς Ἀργείας — — Σοφ. Ἰφιγενείᾳ (fr. III. 1. s. 290 D.) Hesychius. Aut scribendum Ἄκρους ἔχει, aut duae glossae confusae sunt, et Sophocles Ἄκρους *montem*, sed non ἀκρουχεῖν verbum in Iphigenia fabulae posuisse credendus.

Ἀκροφύσιον, τὸ τῇ χώνῃ προστιθέμενον Soph. inc. CV. 31 (824 D.). ex Gr. Bekk. An. p. 373, 15.

Ἀκρωτηριάζω. οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Πολυξένῃ (fr. VI. 2. s. 474 D.). Explicat Lennep. ad Phalar. p. 72 (83 Lips.).

Ἀκτένιστος *impexus*. κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ἄσσεται Oed. Col. 1263., quem locum Pollux apposuit II. 34.

Ἀκτέριστος *insepultus*, proprie *iusto sepulturae honore orbus*. ἔχεις δὲ — ἀκτέριστον ἀνόσιον νέκυν Ant. 1058. Inde traductum, quod simili scelere insepultam persequebatur Antigonen Creon, ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα dicitur Ant. 1192 quod ante νυμφεῖον Ἅιδου, quippe sepulcri sed non iusti simile. Schol. τὸν κακοκτέριστον τῆς Ἀντιγόνης τάφον· ἢ τὸν μὴ δεξάμενον ἐντάφια. Recte hoc, si universam τιμὴν ἐντάφιον dixit.

Ἀκτή. 1. Proprie *litus* et quidem *praeruptum*. Vide, ne exscribam inutiliter, Ammonium p. 9. Hesych. in ἀκτή, schol. Soph. Ai. 414 (408 H.) cod. Vat. 1410. ap. Bekk. Anecd. p. 1313. Etym. M. p. 54, 14. Aliter sed perperam Niebuhr. de Geogr. Herod. p. 221. et hunc sequens Doederl. ad Oed. Col. 1233 (1242 H.). — ἀκτὴ μὲν ἥδε Λήμνου Phil. 1. εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς 272. ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε 1005. ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς Oed. Col. 1052 ch. de tractu Atticae inter Pythium Oenoae et Eleusina: v. Herm. De λαμπάσιν ἀκταῖς scholiasta: Ἐλευσῖνι· διὰ τὰς ἐν μυστηρίοις λαμπάδας. Ceterum ἀκτὴ zeugma facit; Oenoe enim maritima non erat. — βόρειος ὥς τις ἀκτὰ Oed. Col. 1242 ch. στόνῳ βρέμουσιν δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί Ant. 588 ch. ἀκταὶ Βοσπόριαι 956 ch. ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοΐς Trach. 236. παραναιετάοντες χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας 634. *Artemisium* intellige: v. Musgr. inprimis ex Apoll. Rh. I. 571. ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον Κήναιόν ἐστιν Trach. 749. Cenaeum promontorium. τὰν Κρῖσαν βούνομον ἀκτάν Electr. 175 ch.

Appositione additum ἀκτάν, v. Hermannum. Σκείρωνος ἀκτῆς Aeg. I. 5 (19 D.). Σαρπηδὼν ἀκτή Captiv. (Aechmal.) VIII. 18 (40 D.). 2. Iam quamlibet *oram* significat, velut *ripam* fluminis. τὰν Ἀχέροντος ἀκτάν Ant. 807 ch. ἀκτάς ἀπαιωνάς τε καὶ μελαμβαφεῖς λιποῦσα λίμνης ἦλθον Acherusiae paludis Polyx. II. 1 (469 D.). Olim legebatur vitiose ὦ τὰς et λίμνας. Brunckius μελαμβαθεῖς, quod non magis necessarium quam Valckenarii suspicio μελαμφαεῖς, ad Phoen. p. 367 prolata. *Loca mediterranea* etiam ἀκταί dicuntur. καί σε Νυσαίων ὀρέων — ὄχθαι χλωρά τ' ἀκτά πολυστάφυλος πέμπει Ant. 1120 ch. de Bacchi locis circa Thebas natalibus. Et sic ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ loca dicta videmus in quibus Pluto regnat, Oed. R. 178 ch. 3. Solenni usu *oram Atticae maritimam* significat. πατὴρ δ' ἀπειλθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοί Aeg. I. 1 (19.); recte sic ordinavit Brunckius quae Strabo inverterat; scribitur etiam ἀκτάς apud hunc. Ἀκτή, ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς Gr. Bekk. Anecd. p. 370, 8. Ἀκτή, ἰδίως ἐπιθ. τ. μ. τ. Ἀ. Suidas. 4. ἀκτὰν πάρα βώμιον Oed. R. 184: schol. ἐξοχὴν explicat: Aeschylus Choeph. 718. ἀκτὴ χώματος de tumulo sepulcrali posuit similiter. Brunckius repugnante quamvis metro Musgravi coniecturam receperat αὐτάν.

Ἀκτίς. Attica enim ἀκτίν dictum non est. 1. *splendor solis radiantis.* ἀκτὶς ἀελίου Ant. 100 ch. memoratum Eustathio p. 161, 18. ἀκτῖνός τ' ἀεὶ θερμῆς ἄθικτον Trach. 683. ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν 694. 2. Inde ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖνα Oed. Col. 1250 ch. est *a meridiana parte.* 3. *Fulmen* solis radiorum instar vibrans. ὦ Διὸς ἀκτὶς παῖσον Trach. 1076 mel.

Ἀκτίτης *litoralis.* ἀκτίτης λίθος, ἀπὸ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ἀκτῆς Acris. XIV. 2 (72 D.). Idem locus a Suida significatur v. ἀκτή et Gr. Bekk. An. p. 370, 12. Sed hi, ex quibus illa in lexica novellorum hominum defluxere, ignorabant Acrisii fabulae scenam Argis, non Athenis fuisse.

Ἄκων (-) *nolens, invitus.* 1. *De homine* tralaticium. τάχ' ἄν τις ἄκων ἴσχε Phil. 305. ἑκούσιον λαβών, εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα 614. σὺ γάρ μ' ἄκοντα προὐτρέψω λέγειν Oed. R. 358. πολλὰ κἂν ἄκων ἴδρων 591. ἐφηῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος 1213 ch. οὔτοι μήποτέ σε — ἄκοντά τις ἄξει Oed. Col. 174 ch. καίτοι τοσαύτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν, ὥσπερ 779. τήνδε — ἐξάγειν ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται 831. ἃς (ξυμφορὰς) — ἤνεγκον ἄκων 968. ἄκων ἔγημα φθέγγομαι δ' ἄκων τάδε 991. οὕνεκα — ἄκουσα — ἔρξειεν τάδε Trach. 931. ἄκων δ' ἁμαρτὼν οὔτις ἀνθρώπων κακός Tyr. X (582 D.). 2. Rarum illud quod ἄκων de factis dictum est. Hesychius: ἄκον, ἀκούσιον. Σοφ. Οἰδίποδι Τυράννῳ. Sed scribendum Κολωνεῖ, in quo exstat τό γ' ἄκον πρᾶγμα 981. et ἔργων ἀκόντων ἄκοντες αὐδάν 240 mel. Schol. ἀκουσίων. Cf. Etym. M.

p. 50, 4. 3. Usitatissimum antitheton notandum. *ἑκόντα μή ʼ ἄκοντα* Phil. 760. *κακὰ ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα* Oed. R. 1230. *πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν* Ant. 276. *φιλεῖ δ' ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους* inc. XIV. 4 (668 D.). De hoc genere iam Eustathius notavit p. 645, 16. cf. Markl. ad Lys. p. 542. — *ἄκοντας* Triclin. Oed. Col. 169. v. *ἀκούω*. *ἤνεγκον ἄκων* Oed. Col. 526 librorum lectio est metro adversa. v. *ἄκω*.

Ἀλαλά (⏑⏑–) *clamor faustus*. *ἀνολολύξατε — ἐφεστίοις ἀλαλαῖς* Trach. 205 ch. *ἀλαλαγαῖς* schol. Rom., Triclinius, Brunckius. Illud et Eustath. tuetur p. 377, 1. Schol. *ταῖς ἐπὶ τῶν θυσιῶν εὐχαῖς. ἀλαλή, ὁ θόρυβος* Etym. M. p. 55, 48 et similiter Zonaras cognatum *ἀλαλαγμός* explicat. Sed *ἀλαλή*, cum non *significatio clamoris*, sed *clamor ipse* sit, nunquam dictum puto: non potuit enim tenuior vocalis grandisono illi subrogari; v. Buttm. Gr. Mai. t. I. p. 140. Fortasse etiam mansit, ut vocabulum militare, ex Doriensium sermone.

Ἀλαλαγή v. *ἀλαλά*.

Ἀλαλάζω faustum clamorem edere. *ἀλαλάζει, ἐπινικίως ἠχεῖ. ἀλαλαγμός, ἐπινίκιος ὕμνος*. Hesych. et postrema etiam Gr. Bekk. An. p. 374, 9. et Suidas. — *ἤδη νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι* Ant. 133 an. ch. cf. Iacobs ad Achill. Tat. p. 619. Medium, si lectio certa, exstat Rhizot. I. 6 (479 D.). *ἃς (ῥιζῶν τομὰς) ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη γυμνὴ χαλκοῖς ἤμα δρεπάνοις*. Sed scribendum censeo *ὀλολυζομένη*. hoc verbum enim solenne de mulierum in sacris opertis et mysticis clamore: v. Hemsterhus. ad Luc. Somn. t. I. p. 177. Bip. Nitzsch ad Hom. Od. III. 450. cf. Elmsl. ad Eur. Heracl. 782. Nec moveor, quod Valckenarius ad Phoen. 337 verba ista promiscue haberi dicit. Id sic verum est, quod de *clamore* utrumque, sed neque de victorum fausto clamore *ὀλολύζειν* neque de ululatu mystico *ἀλαλάζειν* dicitur. Si quis obiicit, *ὀλολύζειν* dici, non *ὀλολύζεσθαι*, hoc idem est in *ἀλαλάζειν* et *ἀλαλάζεσθαι*.

Ἀλαλία. ἀλαλίαν, πονηρίαν ἀταξίαν. Hesych. ex Herc. Taenar. III. 1. (220 D.). Dictum quasi *κακολαλία*.

* *Ἀλάμπετος*. v. l. in Oed. Col. 1658. v. *ἀλύπητος*.

Ἀλαμπής non collustratus. *κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου δῶρον* Trach. 688. *ἀλαμπὲς ἡλίου* iungenda: v. Schaefer. Mel. Crit. p. 137.

Ἀλάομαι vagor, erro. 1. *Proprie*. *ἀλώμενος, πλανώμενος* Gr. Bekk. An. p. 381, 10. *πτωχὰς ἀνάνδρους — ἀλωμένας* Oed. R. 1506. *ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη* Oed. Col. 350. *φυγὰς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην* 445. *ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος* 1365. *in exsilium actus*. *ἤ τιν' ἀπίαν γᾶν ἢ πόντιον κλύδων' ἀλώμεναι* 1683 mel. *ἐπὶ ξένης χώρας ἀοίκους ἀπάτορας τ' ἀλωμένας* Trach. 299. De mendicis proprium, ut in locorum ex Oedipo utroque allatorum aliquot. V. Schaefer. App. ad Dem. t. II. p. 730.

2. Tralate ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανές, ἀλλ' ἀλώμεθα Ai. 23. V. Boeckh. Expl. Pind. p. 109.

Ἀλαός (⏑⏑) *caecus*. Cypriorum vox dicitur in glossis κατὰ πόλεις ap. Bekk. An. p. 1095. Ab ἀλᾶσθαι Hesychius, rectius a λάειν i. q. βλέπειν Suidas Eust. p. 857, 45. Et. M. p. 57, 5. ducit. De accentu praecipit Etym. Gud. p. 316, 4. — ἀλαῶν ὀμμάτων Oed. Col. 147 ch. οὐκ ἀλαοῖς — ὄμμασιν 244 mel. ἀλαοῦ ξένου 1450 ch. ἕλκος ἀλαόν Ant. 962 ch. = ὀφθαλμοὶ ἐκτυφλωθέντες. — γεραὸν ἀλαὸν πατέρα Oed. Col. 238 mel. ex Laur. in quo supra scriptum ἀλαόν et Tricl., qui utrumque iuxta adiectivum exhibet, Herm. strophico metro commendatum recepit.

Ἀλάστορος nominativo casu dictum non est, sed a genitivo facta anadrome ortum: v. Etym. M. v. τρίβακος. Eust. p. 757, 38. — Gr. Bekk. An. p. 382, 29. cum dicit ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁ ἀλάστορος idem significat, thematicum esse. ἕλκος — ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις Ant. 962 ch. sic codd. omnes et Aldus. Ante Brunckium edebatur ἀλαστόροις contra versum. Schol. τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν: rectius ὀφθαλμοῖς ἀλαστόρως τυφλωθεῖσι.

Ἄλαστος *nefandus*. ἄλαστα, τὰ κακά, ἀνεπίληστά τινα ὄντα Etym. M. p. 57, 48. ἄτλητα, ἀνεπίληστα, ἄτιμα ἢ δεινά Hesych. Ἄλαστον δεινόν, κακόν· ἢ ἀδιάλειπτον· Idem. — *De homine*. ἄλαστον ἄνδρ' ἰδών Oed. Col. 1480 ch. Hermannus autem a λάζυμαι ductum hoc esse vult, proprie *intolerabilem* deinde facinorosum significans. *De re*. ἔπαθον ἄλαστ' ἔχων Oed. Col. 543 mel. πατρὸς ἔμφυτον ἄλαστον αἷμα 1668 mel. Insitum infandum sanguinem dicit, cui multa sua mala debeant, ut recte Reisigius.

Ἀλάστωρ. ὁ ἁμαρτωλός Gr. B. An. p. 206, 9. ὁ μεγάλα τετολμηκὼς ἀδικήματα p. 211, 18. ὁ ἁμαρτωλός. ἢ ὁ φονικὸς δαίμων p. 374, 22. cf. 382, 31. quae ex eisdem fluxere fontibus, unde sua Etym. M. habet p. 57, 25 et Gudianum, praeterea ἀσεβῆ et κακοποιόν explicans secundum Herodianum p. 32, 45. ἀλάστορας τοὺς ἄληστα εἰργασμένους Galen. gl. Hippocr. p. 422. ἀλ. ἔφορος δαίμων τῶν τὰ ἄλαστα πεποιηκότων καὶ τιμωρός schol. Eur. Phoen. 1461. ἀλ. παλαμναῖοι, οὐ (scr. ἢ) μιάσμασιν ἐνεχόμενοι. ἢ οἱ μεγάλα ἁμαρτάνοντες. ἀλαστόρων, ἀσεβῶν, μιάσμασιν ἐνεχομένων Hesychius. ἀλ. πικρὸς καὶ φονικὸς δαίμων, τιμωρῶν καὶ ἀνεπίληστα ἔργα ποιῶν. — — ἢ ὁ τοιαῦτα τολμήσας, ὧν μὴ ἔστιν ἐπιλαθέσθαι Suidas. Primus haec digessit Vales. ad Harpocr. p. 6 (t. II. p. 265 D.). Prima significatio mihi quidem *dei Vindicis* videtur, maleficum quasi comitantis atque in eos etiam, qui cum illo versarentur, ingruentis. ἐκεῖ χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων Oed. Col. 792. ἀλ. οὑμός

dictum ut ἡ ἐμὴ s. σὴ Ἐρινύς. ὅστις μὴ 'ξ ἀλαστόρων νοσεῖ Trach. 1225. = nisi quis divinitus insanieverit. Tralate de malefico ipso ἐς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας Ai. 366. i. q. ἐχθρούς, τοὺς ἀσεβήσαντας. V. Iacobs ad Philostr. p. 629. Alia tralatione leo Nemeaeus dicitur βουκόλων ἀλάστωρ Trach. 1082.

Ἀλγεινός. 1. *dolore afficiens.* μηδὲν ἀλγεινὸν παθών Oed. R. 1530. οὐδὲν — ἀλγεινόν Ant. 4. μῦθος ἀλγεινός 12. ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν ἀλγεινόν 435. βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν Ai. 489. ὡς μὲν ἐν λόγοις ἀλγεινά El. 752. ἔχει ἀλγεινά Thyest. III. 4 (236 D.). ἀλγεινά, Πρόκνη, δῆλον Ter. XI, 1 (521 D.). ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας Ant. 850 mel. 2. Longe rarius est, cum *dolore affectum* significat. οὐδὲ σὺν νόσοις ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετο Oed. Col. 1660. morbi dolore affectus. — Cf. etiam ἀλγίων.

Ἀλγεινῶς dolenter. ἀλγεινῶς φέρων Phil. 909. ἡδέως — κἀλγεινῶς ἅμα Ant. 432.

Ἀλγέω doleo. I. *Formae.* ἀλγῶ Phil. 86. 795. Oed. Col. 421. 748. El. 325. ἀλγεῖς Trach. 1057. 1109. ἀλγοίην Oed. Col. 768. ἀλγοίης Ai. 370. ἀλγῶν El. 1192. ἀλγοῦσα Ant. 547. El. 794. ἀλγεῖν El. 949. Oed. Col. 365. ἤλγουν Ant. 464. ἤλγησα Ai. 777. ἀλγήσας Ant. 763. II. *Usus.* Cum dativo rei dolentis ponitur: adduntur etiam praepositiones ἐν, ἐπί. ὅσῳ περ ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς Oed. Col. 748. κείνοις ἂν ἤλγουν Ant. 464. τοῖσι σοῖς ἀλγῶν κακοῖς El. 1192. κἂν ὅτοις ἀλγεῖς μάθῃς Trach. 1109. ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς Oed. Col. 768. Inepte enim coniungerentur ἐν οἷς ἁλούς. ἀλγῶ 'πὶ τοῖς παροῦσιν El. 325. τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις Ai. 370. Semel cum casu quarto dictum est. (πρᾶξιν) ἣν ἤλγησ' ἐγώ Ai. 777. Sine casu dictum nude οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων Phil. 86. ἀλγῶ πάλαι 795. δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι ἀλγεῖν Oed. Col. 365. ἀλγῶ κλύουσα ταῦτα 421. ἀλγοῦσα μὲν δῆτα (γελῶ) Ant. 547. τοὺς — ἀλγήσας 763. ὡς ἀλγοῦσα El. 794. πάρεστι δ' ἀλγεῖν 949. εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν εἶδος Trach. 1057.

Ἀλγηδών dolor. τὰς δειλαίας ἀλγηδόνος ᾇ ξυνέστας Oed. Col. 516 ch. Quidam libri manifesto vitio ἀλγηδόνας et τάς.

Ἄλγημα dolor et causa doloris. τὰ σὰ ἀλγήματα Phil. 340. πάλιν παλαιὸν ἄλγημ' ὑπέμνασας 1155 mel.

Ἄλγησις dolendi sensus. εἴθε σοι διαμπερὲς στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε Phil. 781. *pectori inhaereret*, v. Herm.

Ἀλγίων ἄλγιστος dolentior, gravior ad ferendum. 1. Comparativus ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα Ant. 64. 2. Superlativus. τοιαῦται φύσεις αὐταῖς — εἰσὶν ἄλγισται φέρειν Oed. R. 675. gravissimae ad ferendum. τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἄπεστιν 1238. οὐ λόγων ἄλγιστ'

ἂν — ἐξαναςχοίμην κλύων Oed. Col. 1176. Adverbii quidem locum tuetur hoc, sed non est adverbium; ab ἐξαναςχοίμην suspenditur obiective. ὦ πάντων θεαμάτων — ἄλγιστον Ai. 972. ὄκνον ἄλγιστον Trach. 8. ταῦτ' ἐστὶν ἄλγιστα Creus. VI. 1 (321 D.).

Ἄλγος. Cypriorum pro ὀδύνη fuisse fertur in gl. κ. π. Bekk. An. Gr. p. 1095. 1. *Dolor corporis.* ἄλγος — νόσου Phil. 724. σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης 1310. τούς σε — παίσοντας ἄλγους 1365. 2. Usitatius est de *angore animi* vel *aerumna.* ὕπν' ὀδύνας ἀδαὴς ὕπνε δ' ἀλγέων Phil. 816 ch. οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει 1342. τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται Oed. R. 62. καὶ μὴ τὸ μηδὲν ἄλγος εἰς μέγ' οἴσετε 638. τί δ' ἄλγος ἴσχοντα — με λαμβάνεις; 1031. quod cum τῇ σωτηρίᾳ opponatur, dolorem significare non potest. θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται Oed. Col. 959. ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν παρ' οὐδὲν ἄλγος Ant. 462. μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ Trach. 25. καὶ νῦν φρόνιμον νέον ἄλγος ἔχει Ai. 252, quod longe exquisitius ex Aldo, Suidae ed. Mediol. et nonnullis libris receptum ab Hermanno: alii φρόνιμος. οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν 1376. ut τί δ' ἴσχες ἄλγος El. 1167. ἀμήχανον ἄλγος El. 139 ch. πολλοῖς ἐμπρέπουσαν ἄλγεσιν 1178. οὐδὲν γὰρ ἄλγος οἷον ἡ πολλὴ ζωή Scyr. V. 1 (500 D.).

Ἀλγύνω fut. ἀλγυνῶ *dolore vel molestia afficio.* De corporis dolore non exstat. De animo τούτων γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς Phil. 66. De str. v. Herm. Cod. Ven. ἀλγυνεῖ. ὅπου ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν 481. ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ Oed. R. 332. οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον 446. ταῦτα μ' ἀλγύνει πάλαι 1067. τοῦτο μ' ἀλγύνειεν ἂν Trach. 458. τὸ σὸν μὴ στέρνον ἀλγύνοιμι 482. Passivum *dolere* significat. ἐγὼ δ' ἀλγύνομαι τοὐπ' αὐτό Phil. 1010. τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι Ant. 464. πῶς σὺ δῆτ' οὐκ ἀλγυνεῖ; Ant. 230 *de poena.*

Ἀλεής (⏑) *tepidus.* Usitatius est ἀλεύς, quod Hesychius θερμὸν ἢ χλιαρόν explicat. ἀλεὴς δ' ὕπνος ἐσθλός Phil. 847. Schol. ὁ ὕπνος ὑπὸ τὴν ἀλέαν τοῦ ἡλίου. Trich. ἀλέης. Margo Turnebi ἀλεῆς. Cur ᾱ produci Hermannus affirmet propter Hesiodi ἐπαλέα λέσχην Opp. 391. non video: in composito enim productio illa idoneam rationem habet. Quid Homericum ἀλέη τε γένηται Od. XVII. 23? Sed scribendum ἀλεής secundum Eust. p. 1636, 20. Gr. Bekk. p. 380, 20. et Lex. π. πνευμ. p. 209: at eodem loco et recepta consuetudine et Herodiani auctoritate (ἐν τῇ Καθόλου, vulgo vitiose ἐν τῷ K.) tenui spiritu notatum accepimus.

Ἄλεκτρος *innuptus.* νῦν ἄγει μ' ἄλεκτρον ἀνυμέναιον Ant. 908. ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε El. 950 adverbiascente usu. At ἄλεκτρα γάμων ἁμιλλήματα El. 482 infausti ominis nuptiae sunt Clytaemnestrae: δύςλεκτρα igitur, sic schol. Suid. v. ἄλεκτρα et Zonar. p. 130. De

hoc genere qui observarunt laudasse aliquam multos sufficit: Abresch. An. ad Aesch. lib. III. p. 34. Hemsterhus. ad Luc. Dial. Mort. t. II. p. 500 Bip. Pierson. Verisimil. p. 182. Schaefer. ad Dion. de C. V. p. 87. ad Hec. Porsoni v. 87. App. Demosth. t. III. p. 393; Pflugk. ad Eur. Hecub. 612. 948.

Ἀλέκτωρ (⏑) *gallus.* *ὄψιος δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην* inc. LXV. 2 (730 D.).

Ἀλεξαίθριον θερμὸν σκέπασμα interpretatur Hesych. ex Amphiar. VI. 2 (120 D.).

Ἀλεξήτωρ averruncus, auxiliator. *ἀλεξητῆρα, βοηθόν.* Gr. B. Anecd. p. 375, 10. *Ζεῦ ἀλεξῆτορ* Oed. Col. 141 ch. Doederlinus *ἀλεξήτωρ*, ut *προπάτωρ, παντλάμων* vocativo casu: quae quomodo differant, nemo non videt; et codicum fides deest.

Ἀλεξίμορος mortem arcens. *τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι* Oed. R. 163 ch. Schol. *ἀποδιώκοντες τὴν μοῖραν, ἤγουν τὴν δυστυχίαν.* Invocantur Averrunci Minerva, Diana, Apollo, pestilentiam depulsuri.

Ἀλέξω (⏑). Tragici *ἀλέξομαι* tanquam deponenti verbo usi sunt. Praesens *ἀλεξεῖν* (Pind. Ol. XIII. 12.), de quo ambigebat Boeckhius Expl. Pind., certa fide caret. Veteres incertos fuisse consilii num gravarent an inflecterent, Etym. M. p. 59, 15 ostendit: quamquam etiam illic secundum Methodium docetur gravasse Atticos. Neque est, cur *ἀλέξομαι* futurum esse credamus. *οὐκ ἔνι φροντίδος ἔγχος ᾧ τις ἀλέξεται* Oed. R. 171 ch., etsi usitatius esset *ᾧ τις ἂν ἀλέξηται*, tamen se tueri poterit: item *κοὐκ ἀλεξοίμην παθών* Oed. R. 539.

Ἀλεύω (⏑). *ἀλεύσω ἀντὶ τοῦ φυλάξω* fr. inc. CV. 32 (825 D.) ap. Gr. Bekk. p. 383, 4.

* * *Ἄλη grex.* *βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεται δ' ἄλη* inc. XXXV (693 D.). Legitur *ἔρχεται δ' ἄλλη* vel *ἄλλῃ δ' ἔρχεται.* Sed scribendum *ἔρχεται δ' ἄλη.* Scilicet ex Hom. Odyss. XI. 632. *ἀλλὰ πρὶν ἐπὶ ἔθνε' ἀγείρετο μυρία νεκρῶν ἠχῇ θεσπεσίῃ.* Hesychius *ἄλη, πλάνη, ἄθροισμα.*

Ἀληθεία (⏑). Sic enim scribendum secundum Aelium Dionysium ap. Eust. p. 1579, 28. Draconem p. 52, 23. Moerin p. 191. Choeroboscum cod. Barocc. 50. ap. Bekk. Anecd. p. 1314. Etym. M. p. 462, 4. Hic cum accurate dicat, Atticos quamvis producta ultima servare tamen diphthongum *ει*, satis refutatur Matthiae Gr. t. I. p. 143, cum de correptis antepenultimis in *προμηθία, ἀληθία, εὐσεβία* grammaticos praecepisse censet. Neque enim ea aetate cum antiquissimi libri in manibus hominum egregie doctorum versarentur, ita errari potuit; et cum *ἀγνοία* apud tragicos subinde producere ultimam necessario constet, nescio cur

de ἀληθεία dubitari possit. Sic igitur censeo, et ἀλήθεια et ἀληθεία scriptum, ubi longa, ἀληθία ubi brevi penultima opus sit: quamquam nunc apud tragicos ultima huius vocabuli producta non legitur: atticum autem, ut fere omnia, doctores illi veteres non id dixere, quod *solum atticum*, sed quod *solorum Atticorum* esset. — ὄρθον ἀλήθει' ἀεί Ant. 1180. ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἀλήθει' ἄγει Creus. II. 2 (323 D.). εἴπερ τί γ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας σθένος Oed. R. 369. κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος Ant. 1178. ἦ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις; Trach. 397. *pignus veracitatis dabis*: v. Valck. ad Hipp. 1058. τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ Aload. IX. 3 (107 D.). μὴ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι Trach. 91.

Ἀληθής. 1. *Verum* et *veracem* significat. Illud et adiective quidem κρίσις οὐκ ἔστιν ἀληθής Oed. R. 502 ch. ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία Ai. 649. Substantive λέγοντες εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην Phil. 345. ᾧ (μάντει) τἀληθὲς ἐμπέφυκεν Oed. R. 299. τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω 356. τἀληθὲς ἐξερῶ 944. τἀληθὲς εἰπέ El. 669. καὶ τοῦτ' ἀληθές; 1035. ubi raram adsignificationem *rei certae et decretae* habet. λέγων τἀληθές Ter. III (573 D.). τἀληθὲς αἰεὶ πλεῖστον ἰσχύει λόγου inc. XXXIII (691 D.). Et substantivum et adiectivum poterit haberi: εἰπὲ πᾶν τἀληθές Trach. 453. πᾶν σοι φράσω τἀληθές 474. — καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς Phil. 909. τἀληθῆ λέγων 1220. λέγεις ἀληθῆ Oed. R. 1141. εἰπόντι τἀληθῆ Ai. 1307. θέμις δὲ τἀληθῆ λέγειν inc. XXIII. 14 (678 D.). Sed *veracem* s. *veridicum* valet Phil. 881. οὐκ, ἀλλ' ἀληθεῖς (sc. τοὺς θεοὺς τίθημι). 2. Bis ἄληθες in interrogatione mirabunda aut indignante cum irrisione dicitur: *itane? profecto?* Latinis. Loci sunt Oed. R. 350 ubi gl. εἰρωνικόν et Ant. 754 ubi schol. κατ' εἰρωνείαν. De accentu consensu notatum: Ammon. p. 10. Etym. M. p. 358, 49. Gr. Bekk. An. p. 376, 7. schol. Ar. Nub. 843. Equ. 89. (Quam ibi emendationem fecit Valck. ad Ammon. l. c. eadem sanandus scholiasta Nubium: quippe pro αὐτὸ τὸ ἀληθές scribendum αὐτὸ τὸ ἀληθῶς. αὐτό est αὐτὸ ἐκεῖνο, *ipsum illud*, de re satis nota et trita omnibus dici solitum.) Schol. Plut. 123. Suid. v. ἄληθες: inprimis vero Ioann. Alex. Ms. ex Herodiano ap. Dindorf. ad Ar. Ran. 848.

Ἄλημα (⏑) *fraudator, machinator.* v. Suid. v. ἄλημα et κακόν. Eust. p. 108, 32 ex Ai. 374 m. κακοπινέστατον ἄλημα στρατοῦ et ἐχθρὸν ἄλημα v. 374. Ulixes. Respicit Eust. p. 352. 35 et Gr. Bekk. An. p. 363, 2. τρίμμα, περίτριμμα schol. explicat, quem ab ἀλεῖν duxisse oportet, velut Hesychius ἄλημα interpretatur λεπτὸν ἄλευρον: quae quomodo cum πάλημα, παιπάλημα cohaereant, docte exposuit Lobeck. p. 280. Eustathius autem πλάνον vel πλάνημα interpretatus ad ἀλᾶσθαι

retulit. In Antig. 320, quo loco λάλημα legitur, quod ipsum schol. περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς οἷον πανοῦργος explicat, ἄλημα olim legendum suspicatus est I. G. Schneiderus in Lex. Gr.

Ἀλήτης erro, sed non turpi, ut hoc Latinis solet, adsignificatione admissa. τοιόνδ' ἀλήτην Oed. Col. 50. ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα 162 ch. ἀεὶ δ' ἀλήτην 750. ὦ ξεῖν' ἀλῆτα 1098. τῶν μακρῶν ἀλάταν πόνων Ai. 872 chorus se vocat, propter labores oberrando et Aiacem quaerendo susceptos. Uno loco contemptim dicitur Ἄρεος — πάγον —, ὃς οὐκ ἐᾷ τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει Oed. Col. 953. De accentu praecipiunt schol. Ven. Il. ε. 158, quamquam hic non nominatim; Etym. M. p. 61, 55. Philemon p. 12.

Ἁλιάδης (⏑⏑⏑) nauta, piscator. Etym. M. p. 63, 39. ἁλιάδες, ἔναλοι, οἱ διὰ θαλάσσης πλέοντες. Hesych. ἁλιάδων, ἐναλίων. Illud ἁλιάδαι scribendum, hoc ab Abreschio correctum Ἁλιαδᾶν. Sed fuisse femininum ἁλιάς ostendit Hesychius: γοργάδων, ἁλιάδων, et An. Bekk. p. 376, 13: ἁλιάδας, μικρὰ φλασκίδια ἢ σκαφίδια, quod etsi in alia omnia abire videtur, tamen vocabulum non minus rarum quam ἁλιάδης communis originis vinculo tenetur. Sophocles Ai. 867 ch. ἁλιαδᾶν ἔχων ἀΰπνους ἄγρας. Schol. οἱ παῖδες τῶν ἁλιέων, ἤγουν οἱ ἁλιεῖς. Docte Lobeckius de appellativis patronymicorum formam prae se ferentibus, in quibus etiam ἁλιάδης. Ceterum codd. Barocc. 1. 2. Mosq. b. Dresd. b. ἁλιαδῶν: sed diserte respuit hoc Gregorii Corinthii cod. c. ap. Schaef. p. 226, ex quo cur verba illa recepta non sint miror.

Ἄλιβας (⏑⏑–). Eustathius p. 1237, 20. διαγνωμονοῦντος Ἀχιλλέως, ὅτι τε εὐψύχως ἔτι διακεῖται καὶ διερῷ ποδί, καθ' Ὅμηρον, ἢ χλωροῦ γόνυ κατὰ Θεόκριτον ἔχων βαίνει καὶ οὔπω δέος εἰς ἄλιβαντα καταπεσεῖν αὐτὸν ζῶντι ποδὶ χρώμενον· ὥς φησι Σοφοκλῆς (fr. inc. LXXVIII (751 D.)). Eodem haud dubie spectat Hesychii glossa: Ἀλύβας ὄρος παρὰ Σοφοκλεῖ, ἢ πόλις. οἱ δέ, λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ ἐν Τροίᾳ. Unde iniuria fecerunt fr. inc. 831 D. Apud Hesychium permixta Ἀλύβη urbs Asiae, Il. β. 857, quam ipsam deinde Hesychius memorat, Ἀλύβη, πόλις Τρωϊκή: dein Ἀλύβας urbs Italiae Sicanis habitata secundum Hom. Od. ω. 303. Cum his si contuleris eiusdem Hesychii dicta s. Ἄλιβας, νεκρὸς ἢ ποταμὸς ἢ ὄρος patebit, qui haec concinnaverint, Sophoclis aut fabulam, unde sumta esset glossa, non tractasse manibus, aut non intellexisse mentem. — Brunckius in lex.: „videtur hoc nomine appellasse Sophocles inferorum paludem aut fluvium." Recte Suidas et Gr. Bekk. An. p. 376, 21. Ἄλιβας ὁ νεκρὸς ἢ ποταμὸς ἐν Ἅιδου. λέγεται ἄλιβας καὶ τὸ ὄξος, παρὰ τὸ μὴ λείβεσθαι τοῖς θεοῖς. Quae postrema non negligenda, quia ostendunt, quomodo flumina et

lacus Orci nomen *ἀλίβας* nacti fuerint: *quippe dis hominibusque invisa.* Cognatum illud est ap. Etym. M. p. 63, 45. *ἀλίβαντας, τοὺς ἐν θαλάσσῃ τελευτήσαντας, ἢ τοὺς ξηρούς (f. τοὺς ἐπὶ ξένης) ἄλλοι δὲ τοὺς διὰ πενίαν ἀτάφους.* Non enim his a propinquis iusta fieri poterant; ergo illud quoque a *λείβειν.* *Ἀλύβας* igitur ex Sophocle exterminandum censeo.

Ἁλιεύς (⏑) *piscator.* *ὁ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν φύσει. κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Σοφ. ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ* (fr. V. s. 118 D.) *λέγων· ἔτ' αὖ ** ὥσπερ ἁλιεὺς πληγεὶς ** ἐνὼν διδάσκαλος* Schol. Plat. p. 378. cf. Zenob. Prov. II. 14.

Ἁλίκλυστος maritimus. *πόντου πρόβλημ' ἁλίκλυστον* Ai. 1190 ch. promontorium mari circumfusum.

Ἁλίκτυπος mare pulsans, i. e. *pernavigans.* *κελαιναὶ νᾶες ἁλίκτυποι* Ant. 943 ch.

Ἀλίνω molo. *ἀλίνουσι ἀντὶ τοῦ λεπτύνουσι* inc. CV. 33 (826 D.), ap. Gr. Bekk. Anecd. p. 383, 11. Apud Hesychium scribitur *ἀλινεῖν ἀλείφειν* et *ἀλῖναι ἐπαλεῖψαι*: prius corrigendum *ἀλίνειν.*

Ἅλιος sol. v. *ἥλιος.*

Ἅλιος (⏑) *marinus.* *Νύμφαις ἁλίαισιν* Phil. 1456 an. *ἁλίας στραβήλου* Camic. I (299 D.). — *maritimus* i. q. mari adiacens. *στείχοντα παρ' ἁλίαν πέτραν* Pastor. s. *Ποιμ.* III. 3 (445 D.). Brunckius proposuit *παραλίαν* legendum. — *maritimus* i. q. ad mare spectans. *ἁ δ' — ἁλία πλάτα* Oed. Col. 720 ch. *ἅλιον ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν* Ai. 351 ch. de nautis dictum. Ante Hermanni emendationem contra dochmiorum legem scribebatur *ἁλίαν.*

Ἅλιος (⏑) *vanus.* *οὐ γὰρ ἅλι' ἀφορμᾷ ποτε* Oed. Col. 1468 ch. Libri *ἅλιον*, quod schol. *μάταιον* interpretatur, sicut lexicographi. Illud Hermannus dedit propter strophici versus constitutionem eam, quae proxime ad librorum scripturam accedit.

Ἁλιόω irritum reddo. *κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος* Trach. 257. *οὐχ ἐματαίωσε, οὐ μάταιον ἔλεγε τὸ ἔπος* schol. — *exstinguo.* *τὸ (φύλλον ἐλαίας) μέν τις οὐ νέος οὔτε γήρᾳ σημαίνων ἁλιώσει χερὶ πέρσας* Oed. Col. 708 ch. i. q. *ἀφανιεῖ*, *exitio dabit.* Sermo ad sacram oleam spectat, quae a Persis combusta revixisse fertur, secundum Herod. VIII. 55.

Ἀλιπαρής non nitens. *δὸς αὐτῷ τήνδ' ἀλιπαρῆ τρίχα* El. 443. Sic libri, Hesych. et Suid. v. *ἀλιπαρῆ* et *ζῶμα*, Eustathius p. 787, 50. 871, 32, apud quem posteriore loco scriptum *θρὶξ ἀλιπής.* Suidae verba *αὐχμηράν, ἢ λιπαρῆ, ἐξ ἧς αὐτὸν λιπαρήσομεν* lucem accipiunt ex scholio: *ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι λιπαρῆ, ὅ ἐστιν, ἐξ ἧς αὐτὸν λιπαρήσομεν, ὡς εἰ ἔλεγεν ἱκέτιν τρίχα.* Hoc Brunckius et Erfurdt. receperunt. Rece-

ptum igitur ἀλιπαρῆ antiquitus, sed λιπαρῆ repertum in eis adnotatum commentariis, quibus veterum criticorum lectiones explicabantur. Recte Herm. ἀλιπαρῆ recepit; interpretatus comam quae non satis compta niteat, supplicationi accommodata non sit, coll. Eur. El. 183.

Ἁλίπλαγκτος *maritimus*. σὺ (Salamis) ναίεις ἁλίπλαγκτος Ai. 594 ch., schol. ἐν θαλάσσῃ οὖσα ἀτακτούσῃ περί σε. ἰὼ Πὰν ἁλίπλαγκτε Ai. 680 ch. Suid. v. ἁλίπλαγκτος· Schol. vet. μεγαλόφωνον explicat, quasi ἁλίῤῥομον. Sed docuit secundum schol. Barocc. (qui explicat θαλασσόκλυστε) Lobeckius, quomodo in Dis marinis habitus Pan et ἄκτιος dictus sit. Hoc erit igitur a πλάζω. Illi priori loco de Salamine insula hoc non convenit; et cum ne cum scholio quidem conciliari possit, suspicio est scribendum ἁλίπλακτος: et sic nunc Hermannus dedit ex codd. Ven., Dresd. utroque, Aug. b. ed. Flor. Rell. et Eust. p. 306, 19. ἁλίπλαγκτος. Illud Aeschyli exemplo firmatur, Aiacis insulam θαλασσόπληκτον vocantis Pers. 307, navigia vero ἁλίπλαγκτα Prom. 466.

Ἁλίπληκτος v. ἁλίπλαγκτος.

Ἁλίῤῥοθος *fluctu sonans*. ἰὼ πόροι ἁλίῤῥοθοι Ai. 407 mel. Suid. v. πόρος, Harpocr. v. πόριος: uterque explicat ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν ῥέοντες.

Ἅλις (⏑⏑) *satis, affatim*. ἱκανῶς, δαψιλῶς lexica: atticorum dicitur in gl. κατὰ πόλεις ap. Bekk. Anecd. p. 1095. Semel adverbium est — ἅλις γάρ μοι τεθρύληται λόγοις Phil. 1387. Semel cum genitivo pendente dicitur: ἅλις λόγων Oed. Col. 1020. Substantivum est: οὔ 'πὶ νηῒ γὰρ ἅλις πόνος τούτοισι συνναίειν ἐμοί Phil. 880. v. Herm. ἅλις ἔμοιγ', ἅλις — φαίνεται ἔνθ' ἔληξεν αὐτοῦ μένειν Oed. R. 685 ch. ἅλις γὰρ ἡ παροῦσα (λύπη) Trach. 331. ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ Oed. R. 1061. ἅλις, ὡς ἀκούεις Oed. Col. 194 ch. ἅλις (sc. ἐστί) Ai. 1381 an. sermoni finem imponit, *satis est* (*Basta*). Sed male Brunckius Oed. R. 1515 sic distinxit: ἅλις, ἵν' ἐξήκεις δακρύων; ἵνα enim nunquam interrogativum est. Scribendum ergo ἅλις, ἵν' ἐξήκεις δακρύων. De tono v. schol. Il. π. 324.

Ἁλίσκομαι. I. *Formae*. ἁλίσκεται Oed. R. 542. Ai. 634. 1246. inc. XVI. 1, 3 (670 D.). — ἁλώσομαι Oed. R. 576. Ant. 46. ἁλώσεται Oed. Col. 1067 ch. — ἁλούς Phil. 1321. Oed. Col. 553 ex certa Hermanni emendatione: vulgo ἄλλους, cuius nec mensura lectionis nec sensus convenit: nocet metro etiam ἀγνώς Tyrwhitti coniectura Brunckio probata. Porsonus ap. Kidd. p. 217 ἄνους. — Porro ἁλούς Oed. Col. 768. Ant. 492. Ai. 215 anap. ἁλόντα El. 124. ἁλῶναι Phil. 1325. 1426. Formae auctae non exstant, ut de augmento ambigendi locus non sit. II. *Usus*. 1. *vi maxime bellica capere*. Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν Phil. 1325. τὸ δεύτερον γὰρ — χρεὼν ἁλῶναι 1426. Rectius etiam de vi quam dolo capto

intelligas ἀνὴρ — ἐστὶν ἐκ Τροίας ἁλούς Phil. 1321. 2. *circumvenire.* ἀθεώτατα — ἀλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα El. 124 mel. καὶ γὰρ ἁλοὺς ἐφόνευσα Oed. Col. 553. *circumventus*, necessitate quadam obstrictus, quominus facerem aliter. κακοῖσί τις ἁλούς Ant. 492. (τυραννίδα θηρᾶν) ὃ πλήθει χρήμασίν θ' ἁλίσκεται Oed. R. 542. μανίᾳ γὰρ ἁλούς Ai. 215 an. Etiam hoc *insperati mali* adsignificationem habet. Maxime ad propriam significationem *reti* vel *laqueo* capiundi accedit (γυνὴ) ἐν τοῖσιν αὑτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται fr. inc. XVI. 1, 3. 3. Non multum hinc distat *deprehendendi* et *reperiendi* notio. οὐ γὰρ δὴ φονεὺς ἁλώσομαι Oed. R. 576. οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι Ant. 46. τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς χάρις διαῤῥεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται Ai. 1246. Paulo aliter dictum ἁλίσκεται χὠ δεινὸς ὅρκος καὶ περισκελεῖς φρένες Ai. 634. et ap. Eust. p. 336, 24. *deprehenduntur quae non exspectaramus fieri posse.*

Ἀλύπητος illaesus, tranquillus. ἀλυπήτῳ βίῳ Trach. 167. τὸ νέρτερον εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον Oed. Col. 1658. Haec scriptura est librorum et impressorum ante Brunck. omnium, praeter Par. F., qui ἀλάμπετον, quod in Laur. A. pro diversa lectione adscriptum est. Pollucis testimonium, ἀλύπητον ex Sophocle memorantis, etiam Trachiniarum locum spectare potest. Scholia utrumque commemorant. Brunck. Erf. Reis. ἀλάμπετον recepere, analogiam plenius exposuit Lobeck. ad Phr. p. 571, cum iniuria impugnasset Piersonus Veris. p. 165.; Elmsl. et Hermannus ἀλύπητον, ad Oedipum referendum illud, retinuere, ut quod a libris praesidium habeat et facilius potuit ab his corrigi, qui idem quod εὔνουν credebant significare.

Ἄλυπος illaesus. ἀρχῆς ἀλύπου Oed. R. 593. τίς οὖν — ἄλυπος ἄτης ἐξαπαλλαχθήσεται El. 950. = μὴ λυπούμενος ἄτῃ. Scholiastes, qui elegans sibi videretur sermonis observator: ἄμοιρος ἄτης ὤφειλεν εἰπεῖν:

Eadem verborum structura est ἃ σοι γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει Oed. Col. 1515. Sic Hermannus dedit v. 1761 an. ἔφη — κακῶν χῶραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον. Libri languidissima sententia καλῶς; et κακά de bellis cum vicino hoste gerendis optime quadrat. De structura v. Schaef. Mel. Cr. p. 137. Reisig. enarr. Oed. Col. p. XCIX. — ἄλυπον ἄνθος ἀνίας Dionys. satyr. I. 2. apud Gr. Bekk. An. p. 385, 18. De sententia v. Valck. Diatr. p. 179.

Ἄλυρος fidium decore carens. Μοῖρ' ἀνυμέναιος ἄλυρος ἄχορος Oed. Col. 1224 ch. De sententia v. Valck. ad Phoen. 1034 et Wyttenb. ad Plut. de Aud. Poet. p. 16. C. Ridicule παρῳδεῖ eius vocabuli apud tragicos usum Alexis apud Athenaeum II. p. 55 a.

Ἀλύσκω (⏑) ἀλύξαι, ἐκφυγεῖν Gr. Bekk. An. p. 380, 19. ἐκκλῖναι, ἐκφυγεῖν Hesych. — αὐτή δὲ χἠ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον μόρου κακίστου Ant. 484. Eadem cum genitivo verbi structura, sensus paulum diversus θράσους τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις El. 617, sed ad idem fere redit, quia truculentiae causa poenas datura Electra erat. Cf. Musgr. et Hermannum. Ellipsin in his recte non agnoscit Eustathius p. 710, 57. Notarunt de hoc usu Boeckh. Expl. Pind. p. 310 et Iacobs ad Aelian. H. An. p. 397. — De coniectura Reisigius Oed. Col. 1199 (1193 suae ed.) invexit κἂν κεῖν' ἀλύξῃς. Libri κἂν κεῖνα λύσῃς. Herm. ex Piersoni emendatione (Veris. p. 250) cum reliquis edd. recentioribus λεύσσῃς.

Ἄλυτος infinitus. τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται El. 223 m. Schol. ἄλυτα — ἐπεὶ οὐδὲ ἐγὼ μεταβληθήσομαι ὥστε μὴ θρηνεῖν. — ἄλυτον, ἀκατάπαυστον Hesych. ex Soph. Oeneo (fr. I. 416 D.) secundum certam Dindorfii emendationem; legebatur Ἰνεῖ; Brunck. Ἰνοῖ, sed Ino fabulam Sophocles non docuit: Blomf. in Mus. Cr. Cant. Αἰγεῖ corrigebat.

Ἀλύω (⏑‒‒) *amens sum. affligor.* Diversissimas verbo significationes tribuunt. Schol. El. 133. ἐν ἄλλοις δυσφορίαν σημαίνει, ἐνιότε δὲ τὸ γεγηθέναι. Gr. Bekk. An. p. 380, 20. ἐπαίρεσθαι, χαίρειν et λυπεῖσθαι significare dicit. Eust. p. 1636, 21. μέσην λέξιν vocans et ἀδημονεῖν et χαίρειν interpretatur. Similia horum Suidas; Hesychius autem ἀλύω, ἀδημονῶ, ἀθυμῶ explicans alteram significationem ignorare videtur. His omnibus antiquior Plutarchus Mor. p. 22 E. vol. 2. iam Homero dupliciter dici observat, ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖν, ut Il. ε. 352, et ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν et χαίρειν, ut Od. σ. 332. Pro πλανᾶσθαι dici specie deceptus Etymol. ait p. 56, 42. 72, 30 medicorum lexicorum auctores secutus, quod reprehendit Erotianus p. 31 ex quo *aegrotantium fastidia* ἀλυσμούς dici colligitur. V. Stanl. ad Aesch. Sept. 397. Wyttenb. ad Plut. Moral. l. c. (t. I. p. 168 Lips.). Sed *gaudendi* sensu apud So-

phoclem dictum non exstat. *ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ χρείας ἱσταμένῳ* Phil. 174 ch. Schol. *δυςφορεῖ, ἀδημονεῖ.* — *ἀλύοντι χειμερίᾳ λύπᾳ* 1179 m. *γᾶν — ἐν πόνοις ἀλύουσαν — οὔρισας* Oed. R. 695 ch. *ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν* El. 133 m. Videndum vero, ne aspero spiritu notanda vox sit. Certe *ἁλύειν* scribitur apud Suidam, Electrae loco usum; Eustathius p. 1636, 18 eam atticam consuetudinem vocat, Ptolemaeus autem Ascalonita asperari iussisse fertur, cum de gaudio dicatur Eust. p. 555, 24. Inde suspicio subnascitur, aliquantum atticorum consuetudini universe cognitae datum, Ascalonitam autem distinctione subtiliore quam veriore opinioni illi causam praetexere studuisse. Diversa enim miscuerunt, qui non essent sobrii *παραδόσεως* observatores: de *ἁθρόος* certa res, *ἅμαξα* apud omnes communiter sic scribitur, sed *ἁλύειν, ἅρκυς* vel recentioris Atticorum consuetudinis videantur, vel similitudinis causa a grammaticis conficta. Sed exoritur melior his omnibus testis Didymus An. Bekk. p. 380, 20. ubi ea ipsa quoque quam memoravimus distinctio a nonnullis probari dicitur: *Δίδυμος δὲ ἀμφότερα δασέως· καὶ γὰρ τὸ ἁλεαίνεσθαι δασύνουσιν οἱ Ἀττικοὶ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.* Didymus autem et antiquior est et doctior testis, quam in quem incerta de atticismo coniectura vel inanis distinguendae secundum externas notas sententiae libido cadat. Adversatur autem *λεξ. π. πνευμ.* p. 210, in quo *ἄλυς*, quod *ἀδημονίαν* significet, ab omnibus *ψιλοῦσθαι* affirmatur, etsi de *ἁλέα, ἡ θερμασία* cum Grammatico Bekkeri convenit. Equidem *ἐπέχω*: neque enim libri adiuvant aspirationem, neque adeo diserta quam in *ἁθρόος* et *ἁλεής* attulimus testimonia. — Penultima apud Atticos producitur: v. Graefium Mel. Cr. p. 67 Meinek. in Athenaeum p. 54. Prima apud omnes corripi solet.

Ἀλφεσίβοια n. pr. *Ἀλφεσίβοιαν, ἥν ὁ γεννήσας πατήρ* inc. CIV. ex Prisc. vol. II. p. 415 Kr. (785 D. ap. Brunck. omissum). De qua productione v. Elmsl. et Herm. ad Ai. 209. Sed Prisciani testimonium *Ἀλφεσσίβοιαν* scribi vetat.

Ἀλφηστής. ἀλφηστῆσιν, ἐντίμοις Gr. Bekk. An. p. 386, 17. *τοῖς εὑρετικοῖς καὶ συνετοῖς* Hesychius. Idem *ἀλφησταί, ἀμειπταί, ἔντιμοι.* Suidas *ἀλφηστής, εὑρετής.* *Sollers. ἀνέρες ἀλφησταί* Phil. 701 ch. Apud Homerum lucri et fructus cupidum significare docuit Nitzsch. ad Od. ζ. 4. De accentu v. *ἀγρώστης.*

Ἀλωπεκιάω (⏑). *ἀλώπηξ, ὄρχησίς τις. καὶ ἀλωπεκίαι Σοφοκλῆς Μάμῳ* (fr. I. 369 D.) *ὅπερ ἐστὶ ἐν σώματι πάθος γενόμενον.* Hesych. v. *ἀλώπηξ.* Scribendum videtur *ἀλωπεκιᾷ*, *crinium defluxu laborat*: de quo verborum genere tractat vir Summus ad Phryn. p. 80.

Ἀλωπός (⏑) ἀλωπεκώδης, πανοῦργος. Σοφ. Thyeste (VII. 3. n. 242 et Inacho 276 D.) ap. Hesych. v. ἀλωπός. Is pergit: οἱ δέ, ἀφανὴς κατὰ πρόσωπον. Hi a colore duxerunt: v. Coraen ad Plut. t. III. p. ιθ'.

Ἁλώσιμος (⏑) τὸ δ' ἁλώσιμον ἐμῇ φροντίδι Phil. 851 ch. ἀγρευσίμον schol. explicat, usitatius rariore vocabulo. Est *quod ego deliberatione* (consilio) *assequi possum.*

Ἅλωσις. 1. *expugnatio urbis.* ἁγνὰ θύματα — τῆς ἁλώσεως Trach. 287. 2. *capiendi artificium.* μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου Phil. 61.

Ἁλωτός *quo quis potiri potest.* τὸ γὰ ζητούμενον ἁλωτὸν Oed. R. 111. Sententiam habent Plut. de Fortuna p. 98. Stob. Serm. XXIX. 48. Suid. v. ἁλωτός. v. Brunck.

Ἅμα (⏑⏑) Ammonius p. 13. χρονικὸν vocat, ὁμοῦ τοπικὸν ἐπίῤῥημα, quae eadem sed corrupte scripta exhibet Etym. Gud. p. 40, 39, Eranius Philo p. 162; similia Hesychius, Eustath. p. 878, 20. Gr. Bekk. p. 183, 7. 216, 4. Plerumque tamen non ita diserte enuntiatur temporis notio, quin ut in latino adverbio *una* insit interior quaedam rerum perficiendarum coniunctio. 1. *Simul.* σοφὸς — κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα Phil. 119. σαυτόν θ' ἅμα κἀμέ 761. γῇ τῇδε τιμωροῦντα τῷ θεῷ θ' ἅμα Oed. R. 136. ἅμα σωτὴρ θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος 149. οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα κέντρων — οἴστρημα καὶ μνήμη κακῶν 1316. Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα — συμμάχοισι Oed. Col. 1396. γῆν τε προσκυνοῦνθ' ἅμα καὶ — Ὄλυμπον 1650. ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα Ant. 281. ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα 432. ἢ σεσώσμεθα — ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα Trach. 85. ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα 717. ὀθούνεκ' — ἴσοιθ' ἅμα πατρός τ' ἐκείνης τ' ὠρφανισμένος 937. μέλειν μὲν ἡμῶν εὔνοιάν θ' ὑμῖν ἅμα Ai. 674. καλῶ θ' ἅμα — Ἑρμῆν 818. σός πατὴρ ἐμός θ' ἅμα 987 (et meus et tuus). τὸ σόν σπεύδουσ' ἅμα καὶ τοὐμὸν El. 243. οἵ θ' ἅμα ἵπποις ὁμοκλήσαντες 701. τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα Alet. VII. 3 (94 D.). ἅμα τι πρόβατόν τι θύειν Pel. II. 5. nisi hoc ab Aristophane est, qui versus ex Peleo sumptos suis interpositis risit. χρόνος ἅμα κραταιᾷ τλημοσύνῃ βίου inc. VII. 2 (658 D.). In Oed. Col. 189 recte scripsit Hermannus ἵν' ἅμ' εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες — εἴπωμεν· Vulgo ἵν' ἄν; editorum nonnulli εἴποιμεν; Reisigius de eo loco explicat, quo pie facere verba possit: quod, cum certus locus sit, indicativo potius λέξομεν dicendum fuit. 2. Semel est *statim*, παραχρῆμα. τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἵψεται Ai. 801. 3. De *comitatu* (*una*) item rarius est. Viam traductionis monstrat Ant. 1136 ch. προφάνηθι Ναξίαις ἅμα περιπόλοις; incertum enim, num *simul cum illis adspectum*, an *ab illis comitatum* significet. — στείχειν ἅμ' αὐτοῖς Phil. 971. ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς 1015. σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα El. 245. 4. Pro *praeterea*, ut Latinorum *simul* di-

etum est Phil. 1150, si vera Hermanni emendatio ceteroqui probabilis. Libri ἀλλὰ γνῶθ' εὖ γνῶθ' ὅτι σοὶ κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν. Sed non inest oppositi significatio in chori verbis ulla. Quoties ἅμα et ἀλλά confundantur in libris, in vulgus notum.

Ἀμᾰθία *inscitia.* ὡς δυςπέλαστον ἀμαθία κακόν inc. X. 2 (663 D.). Ante Grotium ἡ ἀμαθία edebatur ap. Stob. tit. IV. p. 27: is etiam ἐστίν infersit.

Ἀμαιμάκετος (⏑ – ⏑ ⏑ ⏑) *indomitus, saevus.* κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς Oed. R. 177 ch. schol. εὐτονώτερον τῆς περισσῶς μεγάλης φλογὸς καὶ πρὸς ἣν οὐκ ἔστι μῆκος παραβαλεῖν. Alter ad v. 163 ταχύτερον τῆς ἀστραπῆς, recte. τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν Oed. Col. 127 ch. Furiarum. Schol. ἀκαταμαχήτων ἢ ἀπροςπελάστων. De etymo v. Etym. M. p. 76, 10. Intpp. ad Il. ζ. 179. coll. Mützell. de Em. Theog. Hesiod. p. 454. — Accentum qui in penultima ferebatur Oed. Col. l. c. primus Hermannus correxit.

Ἀμᾰλάπτω. ἠμαλάψαι, κρύψαι, ἀφανίσαι Hesych. ex Soph. Ulixe furente II. 2 (413 D.). cf. Eustath. p. 691, 49.

Ἄμαλλα (⏑) *manipulus frugum.* ἄμαλλαι, τὰ δράγματα, δέσμαι τῶν ἀσταχύων Hesych. ex Triptol. IX. 2 (540 D.). cf. Eust. p. 1162, 26 et Etym. M. in v. Apud Hesychium est ἄμαλλα, vitiose.

Ἁμαξιτός *via publica.* τὸν μὲν λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς Oed. R. 716. πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς 730. Utroque loco celeberrima illa Phocidis σχιστή significatur.

Ἁμαρτάνω (⏑) I. *Formae. Praesens.* ἁμαρτάνω Oed. R. 1149. Ant. 740. ἁμαρτάνει Ai. 1073. ἁμαρτάνουσι Ant. 918. Ai. 1075. ἁμαρτάνειν Ant. 905. 1235. Oenom. I. 3 (419 D.). *Impf.* ἡμάρτανον Oed. Col. 972. *Futurum.* ἁμαρτήσει El. 1198. *Perfectum.* ἡμαρτηκότες Ant. 917. *Aor.* ἥμαρτον Trach. 483. El. 1312. ἥμαρτε Trach. 1113. 1126. Syndipn. II. 2 (147 D.). ἁμάρτῃ Ant. 1012. ἁμάρτοι Ai. 155. ἁμαρτεῖν Phil. 231. ἁμαρτών Phil. 1233. Ant. 1245 an. Tyr. X. (582 D.). *Passivi perfectum.* ἡμαρτημένων Oed. Col. 440. 1271. ἡμαρτημένοις Tr. 1117. ἡμαρτημένα (nom.) Oed. R. 621. — II. *Usus.* 1. Proprie significat *iaciendo s. iaculando aberrare a scopo.* τὴν κάκοσμον οὐρανὴν ἔῤῥιψεν οὐδ' ἥμαρτε Synd. II. 2. 2. Inde facili tralatione dicuntur haec: τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς οὐκ ἂν ἁμάρτοι Ai. 155 an. 3. Liberius translatum significat *non assequi.* οὔτ' ἐμὲ ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ' οὐδ' ὑμᾶς ἐμοῦ Phil. 231. Respicit Hesych. v. ἁμαρτεῖν, explicans ἀποτυχεῖν. τὰ τοῦδε μὲν πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα Oed. R. 621. meum irritum erit consilium. κοὐχ ἁμαρτήσει ποτέ El. 1198. ὡς ἐγὼ οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον 1312. 4. Longe creberrime significat *peccare, delinquere.* ἥμαρτον, εἴ τι τήνδ'

ἁμαρτίαν νέμεις Trach. 483. *οἷς δ' ἥμαρτεν οὐχ ἑκουσίᾳ* 1113. *τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις* 1117. *ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη* 1126. *ὡς μηδὲν ὢν γοναῖσιν εἶθ' ἁμαρτάνει, ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη* Ai. 1073—75. *τὴν ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτών* Phil. 1233. *τί δ' — ἁμαρτάνω* Oed. R. 1149. *τὸν θυμὸν — κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων* Oed. Col. 440. *τάδ' εἰς ἐμαυτὸν — ἡμάρτανον* Oed. Col. 972. *τῶν ἡμαρτημένων ἄκη μέν ἐστι* 1271. *ἁμαρτάνω γάρ, τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;* Ant. 740. *Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν* 905. *παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες· εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσιν* 917. 918. *ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ* 1012. *αὐτὸς ἁμαρτών* 1245. *εἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν* Oenom. I. 3. *ἄκων δ' ἁμαρτών* Tyr. X. Carmina igitur et diverbia usus discrimen non faciunt. Ponitur autem *sine casu*, velut El. 1198. Trach. 483. 1113. 1126. Ai. 1173. 1175. Ant. 740. 905. 917. 1012. 1245. Tyr. X. Cum *genitivo* nonnisi *non assequendi* significatu dicitur: cf. Gr. Hermanni de Em. R. Gr. Gr. p. 356; velut Ai. 155. At Phil. 231 *ὑμῶν ἁμαρτὼν τοῦτό γε* etiam sic ordinari licet, ut *ὑμῶν* sit *παρ' ὑμῶν*, velut dicitur *τυγχάνω σοῦ τινός*. Tertia ratio est *ἁμαρτάνειν εἰς*, *peccandi* significatione usitata Oed. Col. 972. Oenom. I. 3. Si quando cum *accusativo* ponitur, is adverbiascit, et sic intelligendus Gr. Bekk. An. p. 125, 3. cum et accusativi et genitivi regendi potestatem verbo tribuit, Dione Cassio auctore usus. Adverbiascit accusativus Phil. 231. Ant. 905.: *τοιαῦτ' ἁμαρτάνουσιν ἔπη* Ai. 1075 praegnanti sensu dictum pro *τοιαῦτα λέγουσιν ἁμαρτάνοντες*. *ἁμαρτίαν ἁμαρτών* Phil. 1233 suas rationes habet, de quibus dixit vir Summus in monogr. fig. gramm. edita a. 1832. Tamen factum inde, ut passive diceretur *τὰ ἡμαρτημένα*. In Trach. 1126 recte distinxit Hermannus *ἅπαν τὸ χρῆμ'· ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη. peccavit, honesta quaerens: haec tota res.*

Ἁμάρτημα delictum. ἰὼ φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα Ant. 1247 m.

Ἁμαρτία delictum. ἡ δ' ἁμαρτία τίς ἦν; Phil. 1209. *τὴν ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτών* 1232. *ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν* Oed. Col. 971. *εἴ τι τήνδ' ἁμαρτίαν νέμεις* Trach. 483. *ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν* Eriph. III. 3 (204 D.).

Ἀμαυρός (⏑). *σκοτεινόν* explicant lexica. Unde *caecus* Sophocli est. *ἀμαυρῷ κώλῳ* (ἕπεο) Oed. Col. 178 m. *ψαύσας ἀμαυραῖς χεροῖν* 1635. cf. Reisig., recte defendentem hanc scripturam: Brunckius inconsiderate *ἀφαυραῖς* dederat. V. Porson. ad Phoen. 1722 coll. Valck. ad 851. Sed Oed. Col. 1022 sensus coegit nullius auctoritate lectionem ex Turnebi ed. recipere: *τί δῆτ' ἀφαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν;* Creon enim nec *ignobilis* nec *obscurus*, *infirmum* autem *ἀμαυρός* nunquam signi-

ficavit. De accentu v. Schol. Cantabr. ad Hesiod. Theog. 832. Arcad. p. 72, 20.

Ἀμάχητος *inexpugnabilis*. τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη Phil. 198 an.

Ἄμαχος *invictus*. ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα Ant. 793 ch.

Ἀμάω (-) *meto*. ἀμᾶν ἀττικῶς, θερίζειν ἑλληνικῶς Moeris p. 85. ἀ., θερίζειν, παρὰ τὸ ἅμα. Gr. Bekk. p. 386, 30. Explicatius Hesychius ἀπὸ τοῦ ἅμα ἀνέχειν. Repetebant enim a corripiendis ad colligandum spicis. ἃς (herbas) ἤδε — γυμνὴ χαλκοῖς ἤμα δρεπάνοις Rhizot. I. 7 (479 D.). Tralate dictum: ἀμάσεται ἀπὸ τῆς ἀμήσεως, οἱονεὶ σφάξει, Σοφ. ex Troilo (III. 1. s. 550 D.) Hesychius.

Ἀμάω (⏑) *condo*. κατ᾽ αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν νερτέρων ἀμᾷ κόνις Ant. 599 ch. Askewii coniectura κόπις perelegans est. ἀμᾶν καταμᾶν θερίζειν καταβάλλειν explicat Triclinius, paulo ante longe melius scripto διότι γὰρ ἐκάλυψεν Ἀντιγόνη τὸν ἀδελφόν, διὰ τοῦτο τεθνήξεσθαι ἔμελλε. Dorvillius ad Char. p. 422 cum de καταμᾶν ἐπαμᾶν multa utilia contulisset, ad demetendi significationem rediit et errare eos affirmat, qui de obruendo cogitent: et sic nunc etiam Hermannum sentire video. Sed ἀμᾶν *metere* pulveri minime convenit, ut iam ea de causa ad Askewii coniecturam confugiendum esset. Contra de *pulvere tegente humatos* etsi nove dictum (nam nunc quidem activum apud cadentis demum aetatis scriptores legitur, v. Dorvill. l. c. et Valck. ad Herod. VIII. 24.); tamen apte et poetice enuntiatum est. — Νερτέρων κόνιν bene explicuit Hermannus.

Ἄμβασις *escensio*. πᾶσα δ᾽ ὁρμᾶται κατ᾽ ἀμπυκτήρια πώλων ἄμβασις Oed. Col. 1072 ch. i. e. οἱ ἀναβάται πάντες.

Ἀμβλύνω *hebeto*. ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κόπις ἐν χειρὶ θήγει μέν, τάχει δ᾽ ἀμβλύνεται inc. LXXXIV. 762. Legebatur νότις ante Valckenarii emendationem ad Hipp. p. 240. Reliqua vero neque bonos numeros habent, neque sensu constant. Brunckius θήγετ᾽, ἐν τάχει δ᾽ ἀμβλ. Dindorfius edidit θήγει, σὺν τάχει δέ. Malim κόπις τεθηγμένη μὲν ἐν τάχει δέ.

Ἀμβλύσκω. ἀμβλύσκει, ἐξαμβλοῖ. κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλου. καὶ ἐκτιτρώσκει. Hesych. ex Androm. VII. 1 (134 D.). Nec opus ἀμβλίσκω scribi. V. virum Summum ad Phryn. p. 210.

Ἄμβροτος *immortalis*. ἄμβροτε Φάμα Oed. R. 158 ch. ἄμβροτ᾽ Ἀθάνα 159 ch. ἀμβρότων ἐπέων εὐαζόντων Ant. 1121 voces sanctae in sacris editae dicuntur. Sic cod. Laur. A. Par. Ald. ἀβρότων a Turnebo ortum: strophicum versum huic accommodavit Hermannus ἐνναίων pro ναίων scribendo.

Ἀμείβω (⏑). Activum bis exstat de *loco vel sede mutanda*. ἔξελθ᾽ ἀμείψας τάσδε πετρήρεις στέγας Phil. 1246. Schol. καταλιπών; melius διαλλάσσων. νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας Trach. 655. *relicta insula*. De medio Gr. Bekk. p. 183, 15. ἐπὶ τοῦ χάριν εἰδέναι καὶ ἐπὶ τοῦ κακὸν ἀντιδιδόναι. cf. p. 217, 15. Hesychius: ἀμείβου, ἀνταποδίδου. Hoc sensu exstat ὦ παντοίας φιλότητος ἀμειβόμεναι χάριν El. 132 m. τὸ χρύσεον δὲ τῆς Δίκης δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ᾽ ἄδικον ἀμείβεται Ai. Locr. I. 4 (11 D.). *Commutando sibi parare* deinde significat: (εἱλόμην ἄν σοι) λῴους φρένας τῶν νῦν παρουσῶν τῶνδ᾽ ἀμείψασθαί ποθεν Trach. 734. De *verbis alternis* et responsione: δηχθεὶς πρὸς ἁξήκουσεν ὧδ᾽ ἠμείψατο Phil. 378. ὧν δ᾽ ἂν κἀμείβῃ μ᾽ αὖθις βαιάν μοι — πέμπε λόγων φάμαν 833 ch. ἀμείβῃ in libris: illud metrorum exaequandorum causa Hermannus dedit. ἓν γάρ μ᾽ ἄμειψαι μοῦνον ὧν σ᾽ ἀνιστορῶ Oed. Col. 995. ὁ δ᾽ ὑψικόμπως — ἠμείψατο Ai. 763.

Ἀμείνων *melior*. τούτου τίς ἂν — δρᾶν ἀμείνων εὑρέθη Ai. 120. τρέφειν τὸν νοῦν ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢ νῦν Ant. 1077. προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ κέρδος λαβεῖν ἄμεινον El. 1004. — ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον Oed. R. 1443. σιγᾶν ἄμεινον El. 1229. — adverbiascit: ἆρ᾽ οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν Θήβαις φρονῶ; Oed. Col. 795. σὲ — δαίμων ἄμεινον ἢ ᾽μὲ φρουρήσας τύχοι Oed. R. 1479.

Ἀμελέω *negligo*. πῶς ἐπὶ τοῖς φθιμένοις ἀμελεῖν καλόν; El. 230 m. ὅστις Μουσῶν ἀμελεῖ Camic. n. 304 Dind. Nam ap. Brunckium deest particula prolata ex Io. Damasc. App. ad Stob. Gaisf. vol. IV. p. 36. Legebatur Εὐριπίδου κωμικοῦ. Probabiliter Dind. Σοφοκλέους Καμικῶν. *Passivum*. ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον Oed. R. 111 oppositum τῷ ζητουμένῳ. Hinc sua expressisse videtur Plutarchus de Educ. Liber. p. 2. c.

Ἀμέμπτως *recte*. καί μ᾽ εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως Phil. 1451 an. Activa significatione, Atticis peculiari (v. Moerin p. 89.) apud Sophoclem nunc non dicitur.

Ἀμεμφία *laus?* τοιόνδ᾽ ἐμὸν Πλούτων᾽ ἀμεμφίας χάριν Inach. VI. (259 D.). Active dictum ἀμεμφής tetigit Schaef. ad Plutarch. t. IV. p. 410. Sed quomodo Sophocles dixerit, non constat. Ceterum ἀμέμφεια ab ἀμεμφής fieri necesse, nisi cogat versus, velut εὐσέβεια et εὐσεβία hac sola necessitate dignoscuntur.

Ἀμενηνός. ἀσθενῆ et ἄψυχον Hesychius interpretatur: sic Etym. M. p. 81, 53 et Eust. p. 641, 55 a μένος repetentes ἀσθενῆ λεπτὸν μάταιον comparant: qui a μένειν, *fugacem* et *solivagum* explicant. ἀλλ᾽ ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου Ai. 874. Schol. quem Erf. sequitur ἀμενηνόν ad praegressum ἐμέ refert, ἄνδρα ad Aiacem, quod durissimum: Musgravius coniiciebat μεμπτόν ἄνδρα, quod et interpretis videretur et frigi-

dum. Probabilis Hermanni sententia, *virum morbo debilitatum* dici. — Apud Homerum ut in lexicis vett. consensu scribitur acute: eiusque τονώσεως causam attingit Eust. l. c. ex ἀμενός inserta syllaba ῡη ortum vocabulum observando. Quod etsi ineptum, tamen et veterum inventum est et certam indicat de tono παράδοσιν. Hermannus usu plane solitario ἀμένητος scribit, quasi compositum; nec tamen μενητός exstat, et a μενεαίνω ἀμενέαντος potius fieri oportuit, velut ἀμίαντος, ἀμάραντος.

Ἀμέριμνος *securus*. κεῖμαι δ' ἀμέριμνος Ai. 1186. Exspectes *curarum plenum* dictum iri. Quare Bothius olim πολυμέριμνον edidit, Lobeckius ex epigr. Posidippi docet passive dici, ut sit *spretus, neglectus*. Sed haudquaquam absurda est Triclinii interpretatio μὴ ἔχων μέριμναν — ὧν ἔφη, στεφάνων κυλίκων καὶ ἐρώτων: sane enim de cultus et oblectamentorum aspernatione locutus chorus erat.

Ἀμέριος (–). Nam ἡμέριος, quod diverbiorum esset, non exstat. *Diurnum* significat: τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας νὺξ ἥδε βάρος; Ai. 207 an. Librorum haec et scholiastarum scriptura recte habet, etsi non cum his subaudiendum καταστάσεως sed ὥρας: ut νὺξ pro νυκτερινή, quod exspectares, ὥρα dictum sit. Deinde hominum *cito pereuntium* cognomentum est: οὔτε θεῶν γένος οὐδ' ἀμερίων ἔτ' ἄξιος βλέπειν τιν' εἰς ὄνασιν ἀνθρώπων Ai. 392 ch. οὔτ' ἀθανάτων οὐδ' ἀμερίων ἐπ' ἀνθρώπων Ant. 784 ch.

Ἀμήτωρ *materna pietate carens*. μήτηρ ἀμήτωρ El. 1143. κακομήτωρ explicat Hesychius Sophoclis auctoritate usus.

Ἀμηχανέω *consilii inops sum*. ἀπορεῖν τῇ διανοίᾳ Eust. p. 1636, 24. ἀμηχανῶ δέ, πότερον — τὸ σὸν πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον ἢ κεῖνον στένω Phil. 337. ποῖ λόγων ἀμηχανῶν ἔλθω; El. 1165 recte ex cod. C. Brunckius sequentibus edd. dedit. Libri ceteri ἀμηχάνων, in qua scriptura explicanda se torserunt scholiastae. λόγων autem ἀπὸ κοινοῦ et ad ποῖ referendum et ad ἀμηχανῶν: ποῖ λόγων ἔλθω ἀμηχανῶν λόγων *nesciens quid sit dicendum*.

Ἀμήχανος. Saepius de hoc vocabulo agit Eustathius varias ab una stirpe dissipatas significationes percensendo, p. 190, 33. 646, 1. 701, 31. 1002, 40. 1184, 21. *Prima* videtur eius esse, *quod nulla arte prohiberi efficive possit*. ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς Ant. 90. Proverbium est τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν, quod illustravit Fritzschius ad Luc. Dial. Deor. p. 4. θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα Ant. 92. ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν ψυχὴν 175. τῶν δ' ἀμηχάνων ἔρω; πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν Thyest. III. 3. nisi Euripidis est sententia ap. Stob. Floril. CVIII. 23. Dindorfius omisit. His affine est νόσων ἀμηχάνων Ant. 360 ch. i. q. ἀκαταμαχήτων, ἀνιάτων, medelam respuentium. Et a corpore ad animum

traducto vocabulo *ἄλγος ἀμήχανον* El. 138 ch. Affert Suidas v. *δύσφορα*. Denique de homine dicitur, *qui a se impetrare aliquid non potest*. *τὸ δὲ βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος* Ant. 79.

Ἄμικτος ferus. *διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν θηρῶν* Trach. 1085. *Centauros* dicit; schol. *τὸν τῶν Κενταύρων ἀπροςπέλαστον, ᾧ οὐκ ἦν συμμίξαι καὶ συμβαλεῖν*.

Ἅμιλλα certamen. *ἁ. ἀγώνισμα, φιλονεικία, ἔξίωσις* Gr. Bekk. An. p. 387, 28. quibus et propria simul et tralata significatio exhausta. *πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις ἁμίλλαις* Oed. Col. 1066 ch. de pugna curuli. *χαλαργοῖς ἐν ἁμίλλαις* El. 850 m. in certamine quadrigarum. Tralate: *ἰδού μ' ἀναταράσσει — ὁ κισσὸς — Βακχίαν ὑποστρέφων ἅμιλλαν*. Trach. 219 ch. V. Hermann. *Βακχικὴν ἅμιλλαν, τουτέστι χορείαν* schol.

Ἀμίλλημα certamen. *ἀλεκτρ' ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήματα* El. 484 ch. *contentionem in cupiendo incesto concubitu* iam Camerarius explicuit. Infelix est Musgravi suspicio *ὁμιλήματα*.

Ἁμιλλητήρ properans. *μὴ πολλοὺς ἔτι τρόχους ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν* Ant. 1052. *celeres solis circumactiones*, cf. Schaefer. Schol. *ὥςπερ ἐξ ἁμίλλης περιιόντας*.

Ἄμιππος (⏑) proprie quid sit, lexicographi docent, idem Harpocr. v. *ἄμιππος*, Gr. Bekk. p. 205, 5. Eust. p. 1037, 56. 1539, 29. *Tralate* *τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις Βορεὰς ἅμιππος* Ant. 972 ch. Schol. *ταχεῖα, ἴσον ἵππῳ δυναμένη τρέχειν*, unde suspicio fuisse qui *ἁμίπποις* legerint. — Locum affert Eust. l. c.

Ἄμισθος sine mercede. *ἄμισθος ὁ ξένος πορεύεται* inc. CV. 38 (832 D.). ap. Phryn. *προπ. σοφ.* p. 14, 20. et Hesych. in v.

Ἀμμένω pro *ἀναμένω exspecto*. *ὄμμα νύμφας — ἀμμένει* Trach. 525 ch. *δυοκαιδεκάμηνον ἀμμένουσαι* Trach. 645 ch. Tralate *οὐ μακρὰν ἔτ' ἀμμένει — ὄνειρον* El. 1381 ch. *Ἑρμῆς σφ' ἄγει — κοὐκέτ' ἀμμένει* 1389 ch. non moratur, *οὐκέτι ἀναμένει καὶ ἀναβάλλεται* Triclinius. In Trach. 334. *πρῶτον βαιὸν ἀμμείνασα* Hermannus scripsit ex Tricl. Iunt. pro *ἐμμείνασα*, quod in libris est. Ita Laurr. tres.

Ἄμμιγα mixte. *ὕδρας προςτετακὼς φάσματι· μελαγχαῖτα δ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει ὑποφόνια δολόμυθα κέντρα* Trach. 835 ch. Posteriora nonnisi amplificationem priorum continent. De animi enim dolore ex Nessi fraude concepta, quod Hermannus vult, intelligi non potest. Ignorabat enim Hercules, quo veneficio periret, discitque ex Hyllo demum, v. 1131. Accentum iure sequitur simplicis *μίγα* s. *μίγδα*, de quo Apoll. de Adv. p. 562.

Ἀμνήμων qui sui memoria caret. *ἀμνήμονος γὰρ ἀνδρὸς ὄλλυται χάρις* inc. CV.

Ἀμνηστέω immemor sum. *οὐ γάρ ποτ᾽ ἀμναστεῖ γ᾽ ὁ φύσας Ἑλλάνων ἄναξ* El. 473 ch. Wakef. Silv. Cr. III. p. 93 coniecit *ἀμναστεῖ σε.* Recte vero illud habet. Ultio enim Clytaemnestrae Aegisthoque instans tanquam Furiarum Agamemnonis iniuriae memoris opus cogitatur. Sic *ζῶσιν οἱ γᾶς ὑπαὶ κείμενοι* dicitur v. 1409: quod si Orestis simulatam mortem spectaret, frigidissimum foret. — Suid. v. *ἀμνηστεῖ* libros sequitur.

Ἀμοιβός vicissim datus. *τῶν σῶν — ἐκ σπλάγχνων ἕνα νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει* Ant. 1054.

Ἄμοιρος expers. *νεκρὸν ταφῆς ἄμοιρον* Ai. 1306. *ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ᾽ αὖ θεῶν ἄμοιρον ἀκτέριστον ἀνόσιον νέκυν* Ant. 1058. *ἄμοιρον τῶν κάτωθεν θεῶν* iungenda: *consortio inferorum prohibitum.*

Ἄμορος et *ἄμμορος expers.* *πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ* Phil. 182 ch. *κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότα — κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον* Oed. R. 248 ex Porsoni emendatione metro necessaria repositum. Codd. et Suid. *ἄμοιρος.* Kiddius quidem in Porsonianis p. 191 docet, Porsono etiam *ἄμμορον τρῖψαι βίον* non displicuisse. *ἄμμοιρος* iure suspectum vocat idem ad Hec. 421. *ἄμμορος* et *ἄμορος* utpote rariora visa in *ἄμοιρος* et *ἄμμοιρος* depravari docens: quibus adde Elmsl. ad Med. 1362. Scriptura libri Livineii *κακῶς ἄμοιρον* omisso *νιν*, quod exquisitius additur, emendatio est eius, qui iam antiqua aetate versui opitulaturus esset. — Ceterum schol. *κακόμοιρον* explicat. Nude sine casu etiam Pindarus posuit: v. Dissen. Explic. p. 408.

Ἀμόρφωτος. ἀ. ἀδιατύπωτον Hesych. ex Thyeste VII. 4 (243 D.).

Ἀμός (–) *noster.* *πατέρα τὸν ἀμόν* El. 271. *ἀμῷ πατρί* Ant. 857 m. cod. Dresd. a. habet, antistrophicoque versu id vulgato *ἐμῷ* respondet accuratius. Hos Sophocleos locos Eustathius significat p. 574, 43. Inconsiderate Blomfieldus *ἁμός* scribit: v. gloss. ad Sept. 413. Sed *ἁμός* doricum est Etymologo p. 84, 51, unde consentaneum attice *ἀμός* dici, itaque diserte praecipit schol. Ven. Il. ζ. 414. *λεξ. π. πνευμ.* p. 211.

Ἄμοχθος aerumna carens. *ἄμοχθον βίον* Trach. 146. *ἄμοχθος γὰρ οὐδείς* Mys. II. 1 (359 D.).

Ἄμπελος vitis. *χῶρος βρύων δάφνης ἐλάας ἀμπέλου* Oed. Col. 17. *Βακχίας ἀπ᾽ ἀμπέλου* Trach. 701. *κἀμπέλου σπονδή* Polyid. IV. 1 (464 D.).

Ἀμπέχω tego. *κρατὶ δ᾽ ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει* Oed. Col. 315. Memorat Eust. p. 641, 46. De usu duplicis accusativi praeter grammaticos huius aetatis v. testes citatos Matthiaeo ad Hecub. 795.

Ἀμπλακεῖν amittere, non assequi. *Αὐθυπότακτον* esse certissimum est. *εἰ ταῦδ᾽ ἤμπλακον* Ant. 901. *ἐκ δ᾽ ὁρμωμένου πατρὸς — ἤμπλακε* 1219. Schol. *ἀπέτυχε*: vulnerare nequivit. *κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;*

550 *non fiam consors.* — *ἀπλακὼν ἀπλακεῖν*, si brevi prima opus, usurpari melius Porsono docuit Erf. ad Oed. R. 473 coll. Matth. ad Iph. Aul. 121. At sic etiam in productione primae scribendum esse, etsi Porsonus ita in Aeschylo octies rescripsit, in Euripide autem vulgatam non mutavit, vellem argumento docuisset Elmsleius ad Med. 115, cui iure adversatur Hermannus in Censura Opusc. Vol. III. p. 146. Monkius autem (ad Hipp. 145) melius taceret, cum non viderit in Hippol. 834, ubi *ἀπλακίαισι* scripsit numerorum gratia, dochmio versui utrumque convenire. *Ἀπλακεῖν* et *ἀμπλακεῖν* eodem quo *ἄβροτος* et *ἄμβροτος* iure sunt: in tragicis scriptura accurate perpensa *ἀμπλακεῖν* etiam a libris maximum habere praesidium patet: itaque in Aeschylo edendo Wellauerus iure a Porsoni auctoritate discessit. Quin etiam apud cadentis aetatis prosarios scriptores illud reperitur: v. Bergl. ad Alciphr. II. 4. Agnoscitur *μ* ab Gr. Bekk. p. 388, 5 et Etym. M. p. 86, 26, qui cum eam literam radicalem esse putat, eodem plane modo erravit in *ἄμβροτος* p. 4, 31.

Ἀμπλάκημα *delictum.* *ἀπλ.* *ἁμάρτημα* Gr. Hermannus de em. R. Gr. Gr. p. 18. *ἀμπλακήματα, ἁμαρτήματα* Hesychius. — *πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων* Ant. 51.

Ἀμπλακητός v. *ἀναμπλάκητος.*

Ἀμπνέω v. *ἀναπνέω.*

Ἀμπνοή *spiritus.* *οὐκέτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα* Ai. 412. Suid. v. *ἀμπνοὰς ἔχοντα.* Schol. *ἤγουν ζῶντα.* De forma et assimilatione v. Lobeck. ad Phryn. p. 340. De dicendi genere inprimis crebro apud Euripidem et Pindarum v. Dissen. Expl. p. 418. Iacobs ad Anthol. Pal. t. III. p. 370.

Ἀμπυκτήριος *frontalis.* *πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα πώλων ἄμβασις* Oed. Col. 1070 ch. Sententia certa: *omnis equitatus detractis frenis properat.* *φάλαρα* autem abundat. Hesychii quidem locus *ἀμπυκτήρια, τὰ φάλαρα Σοφ. Οἰδ. ἐν Κολ.* quomodo intelligi, non corrigi debeat, recte ostendit Hermannus: sed *Sophoclem scripsisse φάλαρα* non sequitur. Ad sensum nihil interest. In tanta versuum antistrophicorum difficultate tutissima videtur ea ratio, ut scribatur *ὀρειβάταν δὴ Θησέα*, nam Bothii scriptura *ὀρειβάταν καὶ Θησέα* eo refellitur, quod *καί* ante *ὀρειβάταν* poni oportuit.

Ἄμπυξ (⏑). Hesychius: *ἄμπυκες, τὰ διαδήματα, ἢ χαλινοί, ἢ τροχοί. οὕτω Σοφ. Φιλοκτήτῃ. διὰ τὸ κυκλοτερές. δεσμὸς τριχῶν ἢ κόσμος τῆς κεφαλῆς* Gr. Bekk. p. 388, 7. Cum Hesychio eisdem verbis congruit Etym. M. p. 86, 20, convenit etiam Eust. p. 556, 33 et copiosius exponens p. 1280, 51, ubi etiam rotam significare adnotat, item schol. Hesiod. Theog. 916. Cf. Lennep. ad Coluth. p. 15. *Rota* aperte est

Phil. 674 ch. Ἰξίονα δρομάδα κατ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλεν παγκρατὴς Κρόνου παῖς. Schol. κατ' ἄμπυκα, κατὰ τρόχον. δρομάδα idem ad Ixionem retulit, quod falsum est. Librorum lectio positu vocabulorum et metro discrepat; ἄμπυκα tamen in omnibus est. Nec opus Musgravi coniectura ἄντυγα.

Ἄμυγμα (⏑) *scissio.* πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας Ai. 621 ch. Sic Lobeckius primus dedit metri causa: libri ἀμύγματα. Schol. ἀμύγματα, σπαράγματα. — ἀμύσσει, ξέει, σπαράττει Gr. Bekk. p. 388, 15. ἄμυξις, σπάραξις idem l. 14. ἀμύσσειν, ξέειν, σπαράττειν, λυπεῖν Hesych. et similia v. ἄμυσσε. Affert Eust. p. 567, 32. Lobeckius, cum Graeci de *capillo scindendo* dixisse non videantur, olim coniecit σπάραγμα: Sophocleam tamen manum optime defendit. Adde Stanl. ad Aesch. Choeph. 22.

Ἀμῡνάθειν (⏑) *opitulari.* ξυμφοραὶ — ἄξιαι τ' ἀμυναθεῖν Oed. Col. 1019. Probo Elmsleii sententiam (ad Med. 186) eius finitionis verba authypotacta esse censentis, ita quidem, ut non complectar ea, *quae genere intransitiva, significatione talia sunt, quae statum vel indolem et naturam notant:* velut φθινύθω, μινύθω, τελέθω, θαλέθω, φλεγέθω: de his, quae actionem significant, unum excipio πελάθω, sed σχεθεῖν, διωκαθεῖν, ἀμυναθεῖν, εἰκαθεῖν, ἀλκαθεῖν praesentis forma carere arbitror. De σχεθεῖν res certa est, quidquid dicat Buttm. Gr. t. II. p. 36 coll. Passow. lex. v. σχεθεῖν: sed etiam reliquis in verbis illis melius aoristi quam praesentis aut imperfecti convenire significationem monstravit Elmsleius; accedit, quod Photius ἠμύναθον ἤμυνα explicat et in aliis ut ἀλκαθεῖν iuxta ponuntur ἀλκάθω, καὶ ἀλκάθειν, quae res indicio est, praesens a grammaticis nonnisi infinitivos scriptos reperientibus rationemque aoristorum ignorantibus affictum esse. Illis doctior adversarius est Lehrs de Arist. Stud. Hom. p. 263.

Ἀμυντέος defendendus. ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις Ant. 673. *leges defendendae*, v. Wexium. Atticam istam structuram dicit Eust. p. 759, 38.

Ἀμύνω. I. *Formae.* ἀμύνω Oed. Col. 1130. ἀμύναι Phil. 598. ἀμύνειν Oed. R. 894 ch. ἤμυναν Oed. Col. 430. Libri etiam ἤμυνον: aptius illud propter coniunctum ἔσχον. *Medium* ἀμύνομαι Oed. Col. 877. ἠμύνατο Trach. 277. ἠμύναντο Ter. IV, 1 (514 D.). ἀμύνασθαι inc. CV. 39 (833 D.). II. *Usus.* 1. *Activi.* Proprie *defendere* significat et *arcere.* οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ οὔτ' ἔσχον οὔτ' ἤμυναν Oed. Col. 430. τίς ἀνὴρ (ἔσται) θεῶν βέλη ψυχᾶς ἀμύνειν Oed. R. 894 ch. *deorum tela ut a vita arceant, quis satis vir est?* Sic quidem nunc Hermannus constituit. Cf. ἀνήρ et θυμός. Glossae ἀποσοβεῖν explicant. Alii ἀμύνων legebant,

velut schol. Rom. ἀπελαύνων interpretatus. Tralate *remunerari* et *rependere* εἰδὼς δ' ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε Oed. Col. 1130. θεῶν βία καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά Phil. 598. De struendo verbo cum casu non facit huc Gr. Bekk. p. 125, 10: explicatius loquitur Eust. p. 761, 43. 1135, 10. 2. *Medium* proprie significat *a se arcere*, *sese vindicare ab aliquo.* εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο Trach. 277. φήμασιν σ' ἀμύνομαι Oed. Col. 877. ἐκεῖνον ἠμύναντο Ter. IV. 2. De structura notarunt Gr. Bekk. p. 125, 17. Eust. p. 40, 2. 1116, 30. 1608, 51. 1964, 54. Huc pertinet Suidas et Bibl. Coisl. p. 231. ἀμύνασθαι Θουκυδίδης μὲν ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι, Σιμωνίδης δὲ ἀντὶ τοῦ χάριν ἀποδοῦναι, Σοφοκλῆς δὲ ἀντὶ τοῦ ἀπαλεξῆσαι· κυρίως γοῦν τὸ ἀμύνομαι ἐπὶ τῶν προηδικημένων καὶ εἰς μάχην μετὰ τοῦτο κεκινημένων λέγεται. Haec Oedipi Colonei versum spectant. De ἀμύνεσθαι et ἀμείβεσθαι significatu similibus et saepe confusis v. Herm. ad Antig. 639. cf. Valck. ad schol. Phoen. 695. Poppo ad Thucyd. I. 42. Vol. VII. p. 201.

Ἀμυχνός. ἀμ. τὸ μὴ μυσαρὸν ἀλλ' ἁγνὸν καὶ καθαρόν. οὕτω Σοφοκλῆς (inc. CV, 40. s. 834 D.) γράφεται δὲ καὶ ἀμυχρόν. *Suidas.* „Tertiam formam Sophocle auctore profert ἀμυγνόν, mendose, ut opinor. Sic μυσαχνός, μυσαχρός, ψυδνός, ψυδρός, de quibus v. doctos viros, quos laudavimus ad Theogn. 124." *Brunck.* in lex. Ψυδνός huc advocari non debuit. Est autem a μύζω.

Ἀμφέπω *tracto*, inde *possideo.* κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν Ant. 1105 ch. de Baccho deo tutelari: v. Dissen Expl. Pind. p. 418. — (δός) δόμους τ' Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ' ἀμφέπειν τάδε El. 641. Schol. ἤγουν διέπειν, τὸ διευθετεῖν.

Ἀμφήκης *anceps.* ἄμφηκες, ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον Gr. Bekk. p. 388, 18. ἄμφηκες λαβὼν ἔγχος Ai. 279, *gladium.* ἁ παλαιὰ χαλκόπλακτος ἀμφήκης γένυς El. 476 ch. Brunckius ἀμφάκης, ex Hesychio: sed cum apud hunc scriptum legatur ἀμφακλῆς, ἀξίνη, Σοφοκλῆς, dorismus ille incertissima fide est. De accentu v. schol. Ven. Il. π. 768.

Ἀμφήμερος *tertiana.* Prosariorum est ἀμφημερινός, sed illud inprimis atticum. v. Intpp. ad Moer. p. 46. — Ἀμφήμερον τὸν ἀμφημερινὸν πυρετὸν Σοφ. Ποιμέσι: Κυρμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου. Suidas. Est Past. VI. 1 (448 D.).

Ἀμφί. Adverbium fuit, nec unquam apud atticos scriptores magnopere celebratum usu est: v. Bernhardy Synt. p. 246. Apud Sophoclem *semel adverbiascit:* ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι Trach. 784. *Praepositio* 1. *locali* significatione et dativum habet et paulo crebrius accusativum, nec satis manifesto discrimine, nisi dativo *contiguitatem*, accusativo *lon-*

pinguiorem paulo *habitum* significare dixeris; quod aliquantum ambiguitatis habet. Certe Reisigii distinctio enarr. Oed. Col. p. LXXII. ad *proprium* voculae usum non facit. Cum *dativo*: ἀμφὶ μὲν νεῶν — ναυτικοῖς ἑδωλίοις πυρὸς φλέγοντος Ai. 1255. ἀμφὶ μέσσης περιπετῆ προσκείμενον Ant. 1208. *mediam amplexus tenebat*. ποδαπὸν τὸ δῶρον ἀμφὶ φαιδίμοις ἔχων ὤμοις Niptr. V. 4 (403 D. a Brunckiana editione abest, a Bekkero protractum ex schol. Dion. Thr. p. 872, 19.). Cum *accusativo*: δαρόν τε δὴ κατείχετ' ἀμφὶ Τροίαν χρόνον Ai. 410. τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη πάταγος Ant. 124 ch. κωκυμάτων κλύει τις ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα 1192. ὁμοῦ γὰρ ἀμφὶ νῶτα καὶ τροχῶν βάσεις ἤφριζον — ἱππικαὶ πνοαί El. 708. Sed non potuit cum tertio casu commutari, cum *motus locum versus* significaretur. χιτὼν θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν πτύσσεται Helen. IV. 2 (791 D.), quae verba tractavit Valck. Diatr. p. 221. Aliquando accedit ad cognatarum praepositionum ἐπί et παρά significatum, tamen admixta circumdandi vel circa quid faciendi potestate. ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος Ai. 1043. ἐκ τίνος φόβου ποτὲ βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετε Oed. Col. 892. cui loco persimilis est Eur. Herc. f. 980. Herm. quo loco iniuria Elmsleius ἀμφιβωμίαν κρηπῖδα suadet. 2. Tralate dicitur a. *primum* ita, ut via et ratio facile a locali significatione deprompta appareat. τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι λείψω Ai. 559. Cogitandum de Homerica περιβάσει heroum suos defendentium: v. Eust. p. 33, 8. 588, 15. 1046, 33. Etym. Gud. p. 48, 10; cf. ἀμφίβασις Apoll. lex. p. 106. Hesych. in v. et Etym. M. p. 89, 3. — ἃ — ἀμφὶ τοῖν σοῖν δυσμόροιν παίδοιν κακὰ νῦν ἐστι Oed. Col. 366 cf. Reisig. en. p. LXXII. κοὐκέτι τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν Oed. Col. 1610. cui geminum est τροφῆς — τὴν ἐγὼ θάμ' ἀμφί σοι πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον El. 1133, quo utroque loco significatur *occupari circa aliquem*, Homericum ἀμφιπένεσθαι, ἀμφέπειν, quo etiam Sophocles usus est. Cum *quarto casu*: (ὑμᾶς) ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν Ant. 168. ἐφάνη γὰρ μελέτωρ ἀμφὶ τὸν ἐν πένθει El. 836 m. — προστῆναι μέσην τράπεζαν ἀμφὶ σῖτα καὶ καρχήσια Tyr. VIII. (580 D.) quod quomodo intelligendum sit, docet Athenaeus p. 475 (p. 1063. t. II. Dind.): πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσεληλυθέναι τοὺς δράκοντας καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ καρχήσια. Legebatur apud Sophoclem σιτία, Porsonus correxit. Sed προστῆναι de draconibus parum aptum videtur, ut paene correxerim π ρ ὸ ς τ ὴ ν μέσην. b. *Liberior tralatio* in his inest. Cum dativo *propter* s. *rei causa alicuius* significat, ubi de cura, metu, ira sermo: nam ἀμφὶ μέριμναν et similia tragicorum non sunt: v. Dissen Expl. Pind. p. 359. ἀμφί νιν γοώμενος Trach. 933. ἀμφί σοι ἁζόμενος Oed. R. 155 ch. ἀμφὶ σοὶ βοᾷ

Ai. 333. ἀμφ' ἐμοὶ στένεις; El. 1171. ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἂν ἀμφὶ σοί Oed. Col. 493. ἀμφὶ τοῖς σφαλεῖσι μὴ 'ξ ἑκουσίας ὀργὴ πέπειρα Trach. 724. Et de causa facti ἀμφὶ θυμῷ iratus Synd. II. 1 (147 D.). cf. Brunck. et eundem ad Apoll. Rhod. II. 96. Porro ut περί (de) significat, de quo sermo est vel cogitatio. λόγους ἀνέσπα, τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ Ai. 296. ἀμφὶ — τοιοῖσιν εὖ σχήσει 669. Eandem sententiam habet cum genitivo dictum ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ 'νεκα βουλεύματ' ἐστί Phil. 550. ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι ταῦτα 1338. πάντα τὰ ἀμφ' ἐμοῦ sunt τὰ ἐμὰ κακά, κύκλοι oculi, ut recte iam Camerarius. Ceterum Triclinius ἐμοί minus illud exquisitum. Non certa sententia est fr. Niob. 1. (393.) ὦ ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι. — Anastrophen respuere ἀμφί notum. Apollon. de synt. p. 309. Etym. M. p. 123, 22. Gud. p. 47, 44.

Ἀμφίᾰλος *mari cinctus*. ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον Phil. 1450 an.

Ἀμφιάρεως n. pr. δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως Oed. Col. 1315. ἄνακτ' Ἀμφιάρεων El. 826 m. Utroque loco ι quiescit.

Ἀμφιβάλλω *circumdo*, inde *capio*. κουφονόων — φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει Ant. 343 ch. Schol. περιβαλὼν τοῖς δικτύοις ἀγρεύει. Medium *induendi s. sese tegendi* significationem habet. ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα Ant. 1080. schol. ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νεότητος ἄχρι γήρως. Inest ab amictu facta tralatio. V. Eust. p. 1482, 2. Boeckh. Expl. Pind. p. 104.

Ἀμφίβληστρον *laqueus*. καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον Trach. 1041. τὸν χιτῶνα ὡς ἀμφίβληστρον schol. Sumptum ex Aesch. Agam. 1355. Choeph. 485. — δίκτυον explicant Hesychius et Suidas.

Ἀμφίγυος *anceps*. ἐπὶ τάνδε — τίνες ἀμφίγυοι κατέβαν Trach. 503 ch. Schol. ἀντίπαλοι ἢ ἰσχυροὶ ἐν τοῖς γυίοις, ἢ ἄμφω τεθωρακισμένοι ἢ ἄμφω παρωξυμμένοι. Gr. Bekk. An. p. 388, 27. ἀμφιγύοισι τοῖς ἐξ ἑκατέρου μέρους πλῆξαι ἢ γυιῶσαι δυναμένοις; similia Eustath. p. 925, 41. 1021, 36; eadem Suidas perperam praefixo ἀμφιγυιής: sunt autem duae in unam confusae glossae: altera ἀμφιγυήεις Vulcani cognomen, altera ἀμφιγύοις. Musgravius interpretatur de his, qui adversarios nunc manu nunc pedibus urgent. Bothio ἀμφί visum αὐξητικόν (fortasse quod περί Homero sic dicere usus est), et ἀμφίγυος membrorum magnos artus habens, i. e. *robustus*; ἔγχη ἀμφίγυα hastas esse robustis viris aptas, i. e. *maximas*. Hermanno ἀμφίγυος de armis proprie, de hominibus figurate dici videtur, ut sint *ancipitibus armis certantes*. Ego *exercitatissimos*, ἀμφιδεξίους significari puto.

Ἀμφιδέξιος. Propria *ambidextri* notione praeditum Sophocli non est, sed *utrumque* significat. *κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς* Oed. R. 1243. Schol. min. *ἀμφοῖν χεροῖν. ἐρείσατε — πλευρὸν ἀμφιδέξιον* Oed. Col. 1114. Vulgo *ἀμφὶ δεξιόν.* Illud Brunckius edidit, repertum post in Laur. A. B. et Victor. et aperte falsa est antiqua scriptura.

Ἀμφίδρομος circumdans. ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται Ai. 346 m. Schol. *ἤγουν κίνησις καὶ φορὰ ἄτακτος ὧδε κἀκεῖσε ἄγουσά με.* Potest *σαλεύσεως* inesse notio, tamen *κῦμα ἀμφίδρομον κυκλεῖται* iuncta sunt *ἐκ παραλλήλου.*

Ἀμφιδύομαι (δύσομαι) induo. ὅπως μηδεὶς — κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ (πέπλον) Trach. 602.

Ἀμφίθηκτος anceps. ἀμφιθήκτῳ ξίφει Ant. 1293 m. Schol. *διστόμῳ.*

Ἀμφίθρεπτος concretus. ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν σφαγῶν Trach. 569. Schol. *τὸ πεπηγός· θρέψαι γὰρ τὸ πῆξαι.* Cf. Iacobs ad Philostr. p. 673.

Ἀμφίθυρος biforis. οἶκον μὲν ὁρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον Phil. 159 an. cf. Elmsl. ad Med. 133.

Ἀμφικεῖμαι amplector. ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι ἔκλαον Oed. Col. 1616. *accedo. σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον* Ant. 1278 m. *cruentam uxoris necem accedere calamitati.* Hoc ab ea praepositionis *ἀμφί* repetendum significatione, qua universe *propinquitatem et coniunctionem* exprimit.

Ἀμφικίων columnatus. ἀμφικίονες, κίοσι κυκλῷ περιεστυλωμένοι Eust. p. 706, 22. — *ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων* Ant. 285.

Ἀμφίκλυστος fluctu illisus. ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Trach. 749. *πρὸς ἀμφίκλυστον πέτραν* 777. Schol. *τὴν ἐκ τοῦ πόντου ἀμφοτέρωθεν κλυζομένην.*

Ἀμφίλινος = λινόδετος. Hesychius ex Captiv. VIII. 3 (43 D.). *πατὴρ δὲ χρυσδὲς ἀμφίλινα κρούπαλα.* Sic cod. Brunckius *χρύσε' ἀμφίλιν' εἰςδύς.*

Ἀμφίλογος controversus. Πολυνείκης ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων Ant. 111 ch. Schol. *ἢ τῶν ἀμφισβητησίμων ἢ τῶν ἀμφιβολίας ἐμποιούντων.* Posterius ineptum. Potest etiam *controversia altercante cum convicio utroque* cogitari.

Ἀμφίλοφος cervici impositus. ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν Ant. 350 ch. Schol. *ἀντὶ τοῦ περιβαλὼν αὐτῷ ζυγὸν περὶ τὸν λόφον ὑπάγει.* Is *ἀμφὶ λόφον* legit. Alter *ἢ ἀμφίλοφον, τὸ ἀμφιτράχηλον.* Brunckii suspicio *ὑπάξεται* vel Bothii *ἄρ' ἄξεται* longe probabilior quam violenta simul et ipsa glacie frigidior Hermanni correctio *λασιαυχένα θ' ἵππιον ἐξέτε ἀμφὶ λόφον ζυγοῖ.* V. *ἄγω.*

Ἀμφινεικής *lite expetitus.* τὰν ἀμφινεικῆ Δηϊάνειραν Trach. **104** ch. Schol. τὴν περιμάχητον. Cf. Stanl. ad Aesch. Ag. 695. sic etiam ἀ μ φ ί ν ε ι κ ο ς περιμάχητος ἐναντίους ἔχων λόγους ex Trachiniis laudatum explicat Hesychius. Aut erravit, aut scribendum τὰν ἀμφίνεικον Δηϊάνειραν.

Ἀμφινείκητος *lite expetitus.* τὸ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας Trach. 524 ch. Schol. ἀντὶ τοῦ ἡ περιμάχητος νύμφη.

* Ἀμφίνεικος v. ἀμφινεικής.

Ἀμφινοέω *ambigo.* ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ Ant. **372** an. Schol. περισσὴ ἡ ἀ μ φ ί, iniuria, v. Hermann.

Ἀμφίον, ἔνδυμα Mom. II (370 D.). ἀμφίον, ἔνδυμα, **ἱμάτιον** sine Sophoclis auctoritate Gr. Bekk. p. 389, 10. In deminutivis posuit Schaef. ad Greg. Cor. p. 28; et est sane ea forma, nec dedecent talia satyricam fabulam, sed significatu deminutivi naturam exuit.

Ἀμφιπίπτω *incumbo.* ἀμφιπίπτων στόμασιν Trach. 934 *deosculatus.*

Ἀμφίπλεκτος *circumiectus.* Activum sensu est Trach. **517** ch. ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες. v. κλίμαξ. et Pors. ad Hecub. 1117.

Ἀμφίπληκτος *circumsonans.* ἀμφιπλήκτων ῥοθίων Phil. **682** ch. v. Herm. ἑκατέρωθεν πληττόντων schol. De toto hoc verbalium genere adiri debet Mehlhorn. ad Anacr. p. 242. Potest autem **ἀμφιπλάκτων** scribendum videri. ἀμφὶ πλήκτρων Laur. a.

Ἀμφιπλήξ *ab utraque parte feriens.* Proprie ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ Trach. 926. Figurate ἀμφιπλὴξ μητρός τε καὶ — πατρὸς ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς — ἀρά Oed. R. 417. Active dictum laudant Suidas et Hesych. v. ἀμφιπλήξ. De usu casuum obliquorum neutrius generis nomini adiunctorum v. Lob. ad Ai. p. 270 sq. De tono praecipiunt schol. Ven. Il. ζ. 135. Eust. p. 629, 52. v. ἀγνώς.

Ἀμφιπλίξ. περιβάδην. — π λ ί σ σ ε σ θ α ι τὸ βάδην διαβαίνειν καὶ π λ ί γ μ α τὸ διάστημα τῶν ποδῶν. Σοφ. Τριπτολέμῳ (IX. 3. 538 D.) δ ρ ά κ ο ν τ ε θ α ι ρ ὸ ν ἀ μ φ ι π λ ὶ ξ ε ἰ λ η φ ό τ ε. Etym. M. p. 395, 11. Recte sic emendavit Koen. ad Greg. p. 548 ex Rufo Ephesio de part. hom.: vulgo δράκοντα et εἰληφότες. Apud Pollucem II. 172 est εἰληφότα, ap. Etym. Leid. Ms. δράκοντα δ' αἶρον — εἰληφότε. Ceterum ἀ μ φ ι π λ ί ξ ex Triptolemo Sophoclis memorant etiam schol. Ar. Ach. 217. Suid. v. περιβάδην et πλίξ. — De tono v. Et. M. p. 781, 40. Eust. p. 842, 44. schol. Ven. Il. φ. 16.

Ἀμφιπολέω *circumvagor.* (Διόνυσος) θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις Oed. Col. 686 ch. ἀ μ φ ι π ο λ ε υ ό μ ε ν ο ς, *curatus,* explicat Erf. ad Trach. p. 209. *pererrans* Herm. ad Trach. 195. Doederlinus l. c. *versatus circa,* quae quidem propria verbi significatio est, ita tamen ut Nymphas circa Bacchum, non hunc circa Nymphas versari oporteat, quippe maiorem

deum. *Cum aliquo oberrare* explicueris, memor Homericam *ἀμφιπολεύειν* non solum de famulis circa aliquem versantibus, sed et de *sequentibus* et *circumeuntibus* universe dici pro *συνέπεσθαι* et *συμπεριοδεύειν*, v. Eustath. p. 1883, 53.

Ἀμφίπολος ministra. Non cadunt in Sophoclem, quae veteres de *ἀμφίπολος περίπολος ἐπίπολος* disseruere, nec num *ἀμφίπολος* de femina sola an etiam de mare famulo dicatur; v. Ammon. p. 71. Eust. p. 994, 26. 1090, 57. 1400, 56. 1624, 23. coll. Lobeck. Aglaoph. p. 1235. t. II. Semel exstat *ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις — τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ* Trach. 857 ch. Recte schol. *ὑπηρετησαμένη*. Melius etiam nostrum convenit *Vermittlerin*.

Ἀμφίπρυμνος. ἀμφίπρ. πλοῖον τὸ ἑκατέρωθεν πρύμνας ἔχον· Hesychius ex Androm. VII. 2 (135 D.).

Ἀμφίπυρος proprie *igne circumdatus*. *τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν θέσθ' ἐπίκαιρον* Ai. 1384. *ἀμφίπυρον θέσθε* coniungenda, non ut schol. *ἤγουν χυτρόποδα ἀμφοτέρωθεν τὸ πῦρ δεχόμενον*. Tralate *lucifer*. *Ἄρτεμιν ἀμφίπυρον* Trach. 213 ch. quippe cum Hecate confusam, ut recte schol. cf. Aristoph. Ran. 1406. Spanh. ad Callim. II. de qua *θεοκρασίᾳ* inprimis videndus Vir Summus in Aglaoph. t. I. p. 79.

Ἀμφίρρυτος mari circumfusus. *τῆς ἀμφιρρύτου Σαλαμῖνος* Ai. 134 an. Propter sequens *ἀγχιάλου* illud huius interpretationem continere existimans eiecit Musgravius iniuria. Sed v. Lobeck. coll. Boeckh. not. crit. ad Pind. p. 559.

Ἀμφίστημι. Eae solae huius verbi partes apud Sophoclem leguntur, quae intransitiva significatione praedita sunt. *κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις* El. 185 m. Libri *ἐφίσταμαι*, quod et metro nocet et minus elegans est. Illud ab Hermanno emendatione illatum Laur. B. et Eustathius habet p. 1692, 27. Laur. A. *ἀφίσταμαι ἐν κύκλῳ μαθόντες ἀμφέστησαν* Ai. 711. *Tralate* dictum: *ξὺν ἑπτὰ — λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν* Oed. Col. 1314. *ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος* 1475 ch. de tonitrubus ex omni caeli parte auditis. Schol. *περιίσταται ἡμῖν μέγας ψόφος*.

Ἀμφίστομος. ὧν (κρατήρων) κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους Oed. Col. 474. Schol. *τὰς ἑκατέρωθεν ἐστομωμένας, ἢ διὰ τὸ ἑκατέρωθεν τοῦ στόματος ταύτας εἶναι, ἢ πρόσωπά τινα θηρίων ἑκατέρωθεν ἐχούσας*. Prior explicatio unice vera: cf. Herm. Quid sit *quae os s. marginem cingunt*, ut Hellerus interpretatur, ignoro. Ceterum Suidas v. *χοάς* mendose *λαβὲ ἀμφὶ στόμα*.

Ἀμφιτέρμως. ἀποτετερματισμένως ex Amphitr. II. (125 D.) Hesychius.

Ἀμφιτρής perforatus. *δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου* Phil. 19. Schol. *τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένου*. De enallage generis, genitivis et dativis

etiam ad substantiva generis neutrius adiunctis v. Lob. ad Ai. 323. p. 270. Suidas ex Sophocle *ἀμφίτρητος* videtur afferre. Ed. Ald. Iunt. *ἀμφιτρῆρος*. De tono v. s. *ἀγνώς*.

Ἀμφιτρίτη n. pr. *ἐς μέγαν θάλαμον Ἀμφιτρίτας* Oed. R. 195 ch. mare *πολύκοινον Ἀμφιτρίταν* ex Hydroph. II. (597 D.) schol. Ant. 1. *πολυάδελφον* explicans, et Hesychius v. *κοινός*.

Ἀμφιχαίνω inhio. *στὰς δ᾽ ὑπὲρ μελάθρων — φονίαισιν ἀμφιχανὼν λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα* Ant. 118 de hoste Argivo Thebas urgente: v. Abresch. ad Aesch. Choeph. 540 et Blomf. in gl. ad v. 538.

Ἀμφίων n. pr. *Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος* Ant. 1140. Thebani dicuntur. *δόμων* Schaeferus *ἀπὸ κοινοῦ* etiam Cadmum spectare vult, quod etsi potest fieri, tamen necessarium non est.

* *Ἀμφορεύς* urna. *πιστοί γε κωχεύουσιν ἀμφορεῖ δέμας* Camic. V. (303 D.) Hesych. v. *κωχεύουσιν*, ubi cum exstet *ἐμφοραιδέσμας* Ruhnkenius in Auctario ex Etym. suo Ms. quod exhibet *ἐν φορᾷ δέμας* emendavit. Fortasse verius Dindorfius *ἐν φορᾷ*. Hesychius *ἀμφορείῳ, φορτίῳ* quod sic scribit Ruhnkenius: *ἀμφορεῖ, τῷ φορτίῳ*.

Ἄμφω ambo. Mirum, quod glossae *κατὰ πόλεις* ap. Bekk. An. p. 1095 *ἄμφω* pro *ἀμφότεροι* dictum Phliasiis peculiare esse voluerint. *Nom.* *ἄμφω γ᾽ ὁμοίως* Oed. Col. 418. *ἔχετον κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω* Ant. 147 an. *Accus.* *ἄμφω γὰρ αὐτὼ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς;* Ant. 766. *Genit.* *ὡς — κοινά τ᾽ ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ* Phil. 25. *ἀμφοῖν ἀπ᾽ αὐτοῖν* Oed. R. 684. *ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν* Oed. Col. 484. *στόνος ἀμφοῖν* Trach. 519 ch. *τοῖς λόγοις ἀμφοῖν ἔνεστι κέρδος* El. 362. *εὖ γὰρ καὶ διχοστατῶν λόγος σύγκολλα τἀμφοῖν ἐς μέσον τεκταίνεται* inc. LXXIV. 2 (746 D.). Vitiose impressi *συγκολλᾶτ᾽ ἐς μέσον ἀμφοῖν τέτακται*. In Valckenarii schedis cum ex cod. enotatum fuisset *τεκταίνεται*, reliqua Brunckius correxit. Unus memorabilis locus Oed. Col. 1427. *ὃς — σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ*. Ibi enim *ἀμφοῖν* est *ἀλλήλοιν*. *Dativus.* *ὑμῖν ἀμφοῖν* Ai. 1243.

Ἀμφώβολα π. *Σοφ.* *αἱ διὰ σπλάγχνων μαντεῖαι* Eust. p. 1405, 30. Est inc. CV. 41. s. 835 Dind.

Ἄν particula adverbiascens, rem expositam aliqua incertitudinis vel suspensi animi notione augens. Sed de primitiva particulae vi etiam eis, quae peculiaribus libris Hermannus et Reisigius, in commentariis grammaticis Matthiae et Bernhardy, in lexico Passovius disseruerunt, minime satis patefacta non dicemus: usum demonstrare satis habebimus.

I. Et *verbo* quidem fere semper additur. Antiquissimus et olim praecipuus usus haud dubie *adverbialis* fuit, rem factam incerto quodam loquendi genere narrans indicativo modo coniungi solita. (Nostrum

wohl, etwa). V. Herm. de part. ἄν Op. t. IV. p. 20. inpr. p. 36 sqq. Pors. ad Phoen. 412. Bernhardy Synt. p. 374. Schaef. ad Iulian. Or. in Const. p. XVIII. Bornemann ad Xen. Anab. II. 3, 11. Nam de talibus quale illud οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, quae apud Sophoclem non reperiuntur, constat ἂν ὑπερβάτως cum optativo coniungendum esse: v. Elmsl. ad Med. 911. Herm. ad Alc. 48. Nitzsch. ad Hom. Odyss. II. 85. — πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς ὀδυσσεὺς ἔπλει; Phil. 568. quis fuerit, ad quem —. Quod Hermannus ποῖον ἂν coniungens ait, si ad verbum referendum ἂν esset, scribendum fuisse πλέοι, falsum est: hoc enim esset ad quem navigaret. εἷρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε τότ' ἂν εἰλυόμενος Phil. 695. vulg. ἕρπει. Post ἄλλοτε iniuria distinxit Hermannus. Solebat forte (er mochte wohl —). κἂν ἐγίγνετο πληγὴ τελευτῶσα Ant. 260 non est fortasse vel verbera accidissent, sed forte vel verbera accepta dataque sunt. Huc refer τάχ' ἄν τις ἄκων ἔσχε Phil. 305 forte fiebat, si quis appelleret; certa enim videtur Hermanni emendatio. Legebatur τάχ' οὖν sensu cassum. Deinde ex hoc genere explicanda illa exempla sunt, quibus ἂν imperfecto rei fieri solitae significationem impertit. ὅ μοι βάλοι νευροσπαδὴς ἄτρακτος αὐτὸς ἄν, τάλας, εἰλυόμην Phil. 290. εἶτ' ἔδει — ποτὸν λαβεῖν — ταῦτ' ἂν ἐξέρπων, τάλας, ἐμηχανώμην et εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν (es mochte wohl oft fehlen) 292—295. Sed Ai. 1057. orationis obliquae est, et in El. 1475. ἀλλά μοι πάρες κἂν σμικρὸν εἰπεῖν videtur pro καὶ ἐὰν esse dictum, subaudiendo expleta sententia κἂν σμικρὸν ᾖ.

II. Tanquam coniunctio cum modo indicativo verbi dictum. Et 1. cum indicativo praesentis non dicitur: v. Herm. de part. ἄν p. 14. Gr. Bekk. An. p. 126. coll. Apoll. de synt. p. 204. Recte Hermannus Brunckio adversatur (ad Ar. Plut. 885. Equ. 1131. Ach. 873.). Nec quisquam huc trahet Ant. 730 quo loco ne Brunckium quidem fugit, ἂν sententiae non convenire.

2. Cum indicativo futuri dictum Homericum est et adverbiascit. Apud cultioris aetatis scriptores non exstat, etsi vindicatum eis ibant Brunck. ad Phil. 1089. Theogn. 1015. Ar. Nub. 465. 1157. Markl. ad Iph. Taur. 894. Locell. ad Xen. Eph. 229. Schaef. ad Greg. Cor. p. 66. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 22. Reisigius de ἂν part. p. 99. cf. Lobeckium ad Phryn. p. 733. Πάνυ ἀμαθές dicit Thomas v. ἵνα, recte, siquidem hic atticos, inprimis πολιτικὴν χρείαν respexit. V. Hermann. l. c. p. 30. Male Brunckius τί ποτ' ἄν μοι τὸ κατ' ἦμαρ ἔσται; Phil. 1078 (1089 Br.) m. ex cod. B. dedit: reliqui et scholiastes recte τί ποτ' αὖ. — τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσω — ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν Trach. 669 iure nunc legitur de Herm. Seidl. Erf. sententia. Libri

ἂν φράσω, quod Schaeferus pro ἐάν dictum putat, recte sane, dummodo certum esset, ἄν pro ἐάν tragicis usitatum fuisse. Sed hac ipsa de causa concidit, in qua multum se torsit, Hermanni ratio Oed. R. 1062: οὐδ' ἂν εἰ 'κ τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή v. l. c. et de p. ἄν p. 100. Plenam hanc esse orationem dicit σὺ δὲ οὐκ ἐκφανεῖ κακὴ οὐδ' ἂν εἰ τρίτης κ. τ. λ. Nam ad οὐδ' ἄν quid subaudiri potest nisi futurum ἐκφανεῖ? Scribendum vel cum Hermanno quondam ad Vig. p. 791 οὐδ' ἐὰν τρίτης vel quod melius οὐδέ γ' εἰ τρίτης.

3. Cum *indicativis imperfecti vel aoristi.* a. In *apodosi conditionali* ut ex tali re concludatur ratio, quae fieri ponitur, etsi nec fiat nec facta sit. Nota temporum discrimina: nec probo, quod Hermannus sic quoque aoristum *de re cito praetereunte* dici ait p. 50. Quam particulae ἄν finitionem posuit Gr. Bekk. p. 126, ea ad hunc solum usum apta est. πῶς ὁ λῃστής εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ ἐπράσσετ' — ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη; Oed. R. 125. εἰ δ' ἐτύγχανες βλέπων — ἂν ἔφην 340. εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων εἶναι — ἔγνως ἄν 403. οὐδ' ἱκόμην — εἰ σὺ μὴ 'κάλεις 432. εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε — οὐκ ἄν ποτ' εἶπε 573. εἰ δ' αὐτὸς ἦρχον — ἂν ἔδρων 591. εἰ — ἦν φραγμός, οὐκ ἂν ἐσχόμην 1387. sic certe plerique codd. ἀνεσχόμην, Aug. b. Dresd. a. b. Par. B. ἠνεσχόμην (sic H.), praebentibus haud male scriptum a Brunckio et habet ita Flor. Γ. De Laurentianis non satis constat. Sed et omissio particulae haud male defendi potest. ἔδρασ' ἂν — εἰ μὴ πρώτιστ' ἔχρῃζον 1438. εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, πόλλ' ἂν παρῄνουν 1512. ἐγὼ στείχων ἂν ἦν εἰ μὴ πέλας Ὀδυσσεία — ἐλεύσσομεν Phil. 1203. εἰ φρονῶν ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός Oed. Col. 273. εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον — οὐ μεθῆκ' ἂν 910. εἰ — εἶχον ἐνδικώτατα, οὔθ' εἷλκον οὔτ' ἂν ἦγον 931. καὶ ταῦτ' ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μὴ — ἠρᾶτο 955. εἰ — μὴ 'τύγχανε προσπέμψας — οὔτἂν ποτ' ὄμφης — ἐπῄσθετο 1353. εἰ — ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν, κείνοις ἂν ἤλγουν Ant. 462—4. εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν 751. οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν, — βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον 896. εἰ δὲ — βάξιν κατῄδη — κἂν πάλαι παρῆν Trach. 87. εἰ — ἔλευσσες, κάρτ' ἂν ᾤκτισας 893. κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ Ai. 45. εἰ ζῶν — κρίνειν ἔμελλε — οὐκ ἄν τις αὔτ' ἔμαρψεν ἄλλος 439. καὶ μὴ φρένες — ἀπῇξαν, οὐκ ἄν ποτε — ἐψήφισαν 444. κεἰ μὴ θεῶν τις — ἔσβεσεν, — θανόντες ἂν προὐκείμεθα 1038. οὐδ' ἂν ἐμνήσθην — εἰ μὴ ἤκουσα El. 365. ἦν ἄν, εἰ — ἠπίστασο 386. εἰ δὲ — ἀεὶ λόγοις ἐξῆρχες, οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν 547. εἰ μὴ — ἔβλαστε — οὐκ ἂν — ἐπέστεφεν 433. εἴπερ ἔσθενον, ἔδρων ἂν 595. εἰ φρενῶν ἐτύγχαν' αὐτὴ — ἐσῴζετ' ἂν τὴν εὐλάβειαν 981. εἰ — μὴ 'κύρουν ἐγὼ — ἦν

ἄν 1324. εἰ — ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά, ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν Scyr. VI. 3 (501 D.).

b. Eadem ratio est, *protasi participio inclusa*. τότε γὰρ ἂν θανὼν οὐκ ἦν φίλοισι — τοσόνδ' ἄχος Oed. R. 1355. πόσις γάρ ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν Ant. 900. ἡ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο ὑψήλ' ἐκόμπεις Ai. 1208.

c. Non minus frequenter *protasis conditionalis reticetur*. Herm. l. c. p. 20. οὐ γὰρ ἄν ποτε — ἐσυλήθην ἐγώ Phil. 440. οἷν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότων κλύειν 425. ὃς οὐκ ἂν εἶλετ' εἰσάπαξ εἰπεῖν 441. οὐ γάρ ποτ' — ἂν ἐξηύχησ' ἐγώ 857. οὐ γάρ ἂν σθένοντά γε εἷλέν με 935. ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ' εἰ μὴ δόλῳ 936. ἐπεὶ οὔποτε — ἐπλεύσατ' ἂν 1026. ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην 1223. ἀλλ' ἤθελον — ἄν σε πεισθῆναι 1262. οὐ γὰρ ἂν — ὧδ' εἷρπε Oed. R. 83. οὐδὲ — ἐχρήσατ' ἂν 117. οὐ γάρ ἂν μακρὰν ἴχνευον 220. οὐ γάρ ἂν δεῦρ' ἐκόμην 318. ἐπεὶ σχολῇ γ' ἂν — ἐστειλάμην 434. θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν 1356. οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς ἦλθον 1357 m. οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις — πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον 1372. οὐ γὰρ ἄν ποτε θνήσκων ἐσώθην 1455 ex ipsa morte servatus non essem. οὐ γὰρ ἄν ποτε — ἀντέκυρσα Oed. Col. 99. προσέβα γὰρ οὐκ ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος 126 ch. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις ὄμμασιν εἷρπον 144 an. οὐκ ἂν πεσεῖν ἔδοξα 946. ἐπεὶ σχολῇ γ' ἂν ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγώ Ant. 386. τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος — οὐκ ἂν μεθεῖτο Trach. 196. ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν Ai. 88. τίς ἂν — ἀμείνων εὑρέθη 119. ἃ πρόσθεν — οὐκ ἔτλη ποτ' ἂν 405. τίς ἄν ποτ' ᾤετο — ξυνοίσειν 425. οὐκ ἄν ποτ' ἔστη τῇδε μὴ θεῶν μέτα 930. ᾧ φθέγγ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες 1123. ἐπεὶ τὰν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγὼ El. 315. ἂν ἐγὼ οὐδ' ἂν ἤλπισ' αὐδὰν 1273 m. ὡς — οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον 1311. ἢ γὰρ ἂν καλῶς ἔσωσ' ἐμαυτὴν ἢ καλῶς ἀπωλόμην 1312. τὸ δὴ πανοῦργον οὐκ ἂν ἦν πολύ 1499. κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτυχεῖ κακὸς γεγώς Alet. VII. 10 (94.). ἡ πατρόκτονος δίκη κέκλητ' ἂν αὐτῷ Phthiot. 624 D. ex Gr. Bekk. p. 128, 3. Brunckio nondum cognitum. Eadem res est, cum sententia profertur interrogative. πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον κατέσχον; Ant. 498. πόθεν γὰρ ἄν ποτε — παρέσχ' εὔνοιαν —; Trach. 704. Et in eiusmodi optato, quod expleri non posse videmus: ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην Trach. 731.

4. Cum *plusquamperfecto* positum eadem est qua cum aoristo potestate, sed rarius reperitur. καλῶς ἅπαντα ταῦτ' ἂν ἐξείρητό σοι, εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα Oed. R. 984. κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς Scyr. VI. 7 (501 D.).

III. *Cum modo optativo potentiali* quem vocant, ut *rem secundum loquentis iudicium incertam indicet, quae tamen fieri possit*.

1. *In apodosi conditionali*, cum protasis quoque optativo profertur. Aoristi et praesentis exiguum ita dicti discrimen: *aoristus* tamen aliquanto minus finito ad tempus qualecunque, *praesens* magis ad proximum et instans spectat. *Futuri* usus paucissimis exemplis est, in quibus de re *exspectanda* sermo. *εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι* Phil. 1033. *iam credam*. *πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι — εἴ μοι παρείκοι* 1036. *ἐν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν, εἰ λάβοιμεν* Oed. R. 120. *οὐδεὶς — ὅστις ἂν εἰ θεὸς ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύναιτο* Oed. Col. 253 m. *οὐ γὰρ ἂν κακῶς — ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα* 803. *οὐδ' ἂν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο* 925. *ὡς μάλιστ' ἂν εἰ πόθῳ λάβοις* 1675 m. Subaudiendum cum Hermanno *βαίης*, *quo maxime modo mortem oppetas, si exoptatum adipiscare*. *ἐν πόθῳ* Canteri coniectura est, Brunckio et Elmsleio probata. Libri, ut dedimus, modo quod Par. T. et Farn. *εἰ πόθον*. — *οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' — οὔτ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα* Ant. 70. *λέγοιτ' ἂν εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσοι φόβος* 501. nisi *metus occlusurus esset*: Hermannus *sit*, cetera recte: cogitandum enim *cum quis dicere voluerit*. Schaeferus *ἐγκλείσαι*: illud non libri solum omnes sed et Eust. tuetur p. 1391, 64. *ἀοιδὰς — οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν* 875. *τάχ' ἂν σαφῆ λέξειεν, εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις* Trach. 386. *κἂν σοῦ στραφείη θυμός, εἰ τὸ πᾶν μάθοις* 1124. *πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις —;* Ai. 258. *εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα* 451. *μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπίδ' εἰ λάβοις* 1101. *εἰ σθένος λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν* El. 326. *εἰ λάβοις σθένος, τὸ τούτων μῖσος ἐκδείξειας ἂν* 340. *οὐκ ἄν ποτ' οὐδ' εἴ μοι τὰ σὰ μέλλοι τις οἴσειν δῶρα — τούτοις ὑπεικάθοιμι* 351. *εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν τότε* 405. Olim Hermannus *λέγεις* cum Ald. Iuntt. Laurr. Aug. b. c. Lips. utroque Ien. Laud. Bar. 2. quod sensu caret: si indicativo locus, scribendum fuit *λέξεις*. *φαίη δ' ἂν ἡ θανοῦσά γ', εἰ φωνὴν λάβοι* El. 538. *σύ τοι πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις* 573.

2. Haud raro *indicativo* conditio, *optativo ἂν* addito conclusio profertur, cum a posita quadam re certa visa mutata sententia ad incertitudinem revolvimur: nam quod contrarium est, cum ab incertis progressi certiores nos fieri sentimus, Sophoclis in fabulis nunc non reperitur. *εἰ κείσεται — ἔῤῥοι τἂν αἰδώς* El. 241 ch. *ἦ κἂν ἐγὼ θαρσοῦσα μᾶλλον ἐς λόγους τοὺς σοὺς ἱκοίμην, εἴπερ ὧδε ταῦτ' ἔχει* 306. *εἰ γὰρ τῶνδέ μοι μεῖζόν τι λέξεις, οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι* 369. *οὔκουν ἀποστείχοιμ' ἄν, εἰ τόδ' εὖ κυρεῖ* 789. *ἐγὼ φράσαιμ' ἄν, εἰ τὸ τῶνδ' εὔνουν πάρα* 1194. *οὐδ' εἰ δοκεῖς ἔχειν, ἔχοις ἂν γνώμην* Trach. 590. *σιγῶν ἂν ἁρμόζοι σε — εἰ μή τι λέξεις παιδὶ τῷ σαυτῆς* 728. *θηρατέ' ἂν γίγνοιτ' ἂν εἴπερ οὐδ'*

ἔχει Phil. 116. *εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἂν* 657. *εἰ τάδ' ἐν τούτοις (τί) ἂν — προσθείμην πλέον;* Ant. 40. *εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά, — ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες* 917. *εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν, οὐκ ἂν παρείμην* — Oed. Col. 1662. *ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ, ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ* 1766 an. *εἴπερ ἔστι — τάχ' ἂν γενοίμεθ' αὐτοὶ — σωτήριοι* Ai. 765. Paulo rarius praesente futurove imperfectum in protasi est. *κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν, θανόντ' ἂν οἰμώξειαν* Ai. 942. *εἴ τι θέσφατον πατρὶ ἱκνεῖτο — πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί;* Oed. Col. 975. *πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν* Trach. 71. *πολλῶν ἂν ἥκοις — ἄξιος τυχεῖν, εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς* El. 787. Monkius requirebat *εἰ παύσειας*, nec sane, si scriptum esset, reprehenderet quisquam. *ἔπαυσας* sic intelligendum, ut sit *siquidem effecisti, ut nunc postremum locuta sit.* — Praeter libros grammaticos de hoc usu laudare sufficiat Heind. ad Plat. Protag. p. 557 et 573. Matth. ad Eur. Hipp. 471.

3. Nec raro protasis *coniunctivo* comprehensa est, suspenso illo a particulis *ὅταν* et *ἐάν*. Quo facto potentialis optativus persimilis futuro videtur, modo quod sententiam minus graviter profert. *ἐάν*. *κἂν φρονῇς — ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα* Phil. 1244. *τἄμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη κλύων δέχεσθαι, ἀλκὴν λάβοις ἂν — πόνων* Oed. R. 218. *ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων σοὶ ταῦτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος* 840. *ἢν ἐφῇς μοι, τοῦ τεθνηκότος γ' ὕπερ λέξαιμ' ἂν ὀρθῶς* El. 545. *ὅταν*. *ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν* El. 686. *ὅταν δ' ἵκηται — κακὸς μὴ δρῶν ἂν εἴην* Oed. R. 77.

4. Item protasis ***relativum enuntiatum*** continet, vel, quod illi affine, ***participio*** inclusa est. *ἀναγκάσαι θεοὺς ἃν μὴ θέλωσιν, οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ* Oed. R. 281. *ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι;* Ant. 642. *ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ* Ai. 520. *οὐδεὶς ἄν, ὅστις καὶ φίλος, τλαίη βλέπειν φυσῶντ' ἄνω* 900. *οὔτ' ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς φέροιντ' ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος* 1053. *ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὃ δ' ἂν λέγοι* Trach. 23. — *τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο τὴν αὑτοῦ σκοπῶν πρᾶξιν* 150. *ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μὴ ποτιψαύων χεροῖν* (sc. *εἴη ποιῆσαι*) 1204. *δυσάλγητος γὰρ ἂν εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν* Oed. R. 12. *παρ' οὗ τις ἂν σκοπῶν — ἐκμάθοι* 285. *συνθείς τ' ἂν οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον* 446. *λέγοις ἂν εὖ φρονῶν* 570. *τοιόσδε δ' ἐκφὺς οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι πότ' ἄλλος* 1084. *χεροῖν θιγὼν δοκοῖμ' ἔχειν σφᾶς* 1470. *οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν στείχουσαν ἀστοῖς* Ant. 185. *οὔτ' ἂν φίλον — θείμην ἐμαυτῷ τοῦτο γιγνώσκων* 188. *τῶν — μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς οὐκ ἂν ἁμάρτοι· κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι* Ai. 155 an. *οὔτ' ἂν στρατός γε σω-*

φρόνως ἄρχοιτ' ἔτι, μηδὲν φόβου πρόβλημα — ἔχων 1054. οὕτω — τάχ' ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν 1127. σοῦ γὰρ λέγοντος οὐκέτ' ἂν μάθοιμ' ἐγώ 1241. πῶς γὰρ ἥτις εὐγενὴς γυνὴ πατρῷ' ὁρῶσα πήματ' οὐ δρῴη τόδ' ἄν; El. 250. οὐδ' ἂν σύ, σώφρων γ' οὖσα (οὐκ ἂν ἐρῴης) 357. κοὐδ' ἄν σε λυπήσασα βουλοίμην βραχὺ αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος 1296. οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις, ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια λάγδην πατεῖται Phaedr. III. 1 (606 D.). Exemplorum quae sunt *participii* longe maxima pars sententiam generalem in omne tempus valentem continent, qualem si sermone finito resolveris, particulam cum coniunctivo iungendam postulari videbis: unum Oed. R. 1084 indicativo et particula ἐπειδήπερ opus habebit.

5. Longe frequentius *protasis premitur plane.* μᾶλλον ἂν ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους μολεῖν Phil. 46. πρὸς βίαν οὐκ ἂν λάβοις 103. οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν 118. σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα 119. πολλὰ γὰρ τάδε γένοιτ' ἂν 306. ὂν δὴ παλαί' ἂν ἐξ ὅτου δέδοικ' ἐγὼ μή μοι βεβήκῃ 491. Hanc librorum lectionem, cuius loco Triclinius substituit παλαιόν, Hermannus olim de coniectura παλαιά γε, recte Brunckius explicuit subaudiendo εἴη: quod nunc etiam Hermannus, ut par erat, probavit. ἐγὼ μὲν — πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους 513 ch. θᾶσσον ἂν — κλύοιμι 628. παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος 669. οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδὲν εὐσεβῆ 1040. τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι 1067. οὐκ ἂν μεθείην 1286. κοὐκ ἴσθ' ὅπου ὀργὴν ἔχοις ἂν — εἰς ἐμέ 1293. λέγοιμ' ἂν Oed. R. 95. ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις — ὅρμενον 175 ch. τὰ σὰ βέλεα θέλοιμ' ἂν — ἐνδατεῖσθαι 205 ch. τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμι 282. οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου 333. καὶ γὰρ ἂν πέτρου φύσιν σύ γ' ὀργάνειας 334. οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι 343. σοφίᾳ δ' ἂν σοφίαν παραμείψειεν ἀνήρ 503 ch. οὔποτ' ἔγωγ' ἂν — καταφαίην 505 ch. μακροὶ — ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι 561. πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ' ἀφεὶς τάδε; 599, ubi in participio protasis non quaerenda. οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς κακός 600. οὐκ ἂν τλαίην ποτέ 602. κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ 615. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος 845. οὔτ' ἂν μαντείας γ' ἂν βλέψαιμι 857. καὶ μὴν χάριν γ' ἂν ἀξίαν λάβοις 1004. ποδῶν ἂν ἄνθρα μαρτυρήσειεν 1032. ὑμεῖς γ' ἄριστ' εἰδεῖτ' ἂν 1046. Inepte Ald. et codd. εἰδῆτ' ἂν vel εἴδητε ἄν, hoc a correctore, praeter Laur. c. Aug. c. qui veram scripturam retinuere. οὐκ ἂν γένοιτο ταῦτα 1058. οὐκ ἂν πιθοίμην 1065. ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνή 1172. τὰ πάντ' ἂν ἐξήκοι σαφῆ 1182. ὡς πυθοίμεθ' ἂν ὅπου ποτ' ἐσμέν Oed. Col. 11 si vera correctio Hermanni ἂν addentis, quod libri omittunt. Sic est *quoniam comperiamus*: sed non minus bene Brunck. Reis. ὡς πυθώμεθα, *ut comperiamus.* Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴποι λεώς νιν 42. ὥστ' οὐχ ἕδρας

— ἂν ἐξέλθοιμ᾽ ἔτι 45. οὐ γὰρ ἴδοις ἂν 252 m. οὐ σθένοιμεν ἂν 257. κἄνευ θεοῦ τις τοῦτό γ᾽ ἂν γνώμῃ μάθοι 404. ὡς — οὔτ᾽ ἂν μείνειεν 426. οὔτ᾽ ἂν ἔλθοι ποτ᾽ αὖθις 427. εἴποις ἂν 432. θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγώ 492. δειμαίνοιμ᾽ ἂν ἀμφί σοι 493. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας ἔρημον ἕρπειν 503. χωροῖμ᾽ ἂν εἰς τόδε 508. δεινὴν γάρ τιν᾽ ἂν πρᾶξιν τύχοις λέξας 566. ὥσπερ ξένον γ᾽ ἂν — ὑπεκτραποίμην 571. χρόνῳ μάθοις ἂν 586. πῶς δῆτά σ᾽ ἂν πεμψαίατο 603. μέγ᾽ ἂν λέγοις δώρημα 653. οὔκουν πέρα γ᾽ ἂν οὐδὲν — φέροις 657. φαίνοιτ᾽ ἂν ἤδη τέρμα 729. ἡ δ᾽ οἴκοι πλέον σέβοιτ᾽ ἂν 764. ἐν οἷς μάλιστ᾽ ἂν ἀλγοίην ἁλούς 768. κἀκ᾽ ἂν λάβοις 800. ταῦτ᾽ ἂν εἰδείη 886. οὐδεὶς — ἂν ἐμπέσοι ζῆλος 917. οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ ὄνειδος οὐδέν 970. τὸν αἴτιον τίνοι ἂν 1000. ὅπως ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι μαθεῖν 1170. τὰ τέρποντα δ᾽ οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου 1220 ch. οὔτ᾽ ἂν ἐξείποιμι 1525. πολλῶν γὰρ ἂν — πημάτων ἱκνουμένων πάλιν σε δαίμων — αὔξοι 1563 ch. ξυντομωτάτως μὲν ἂν τύχοιμι λέξας 1575. οὐδ᾽ ἂν εἷς φράσειε 1652. σὺ μὲν τάδ᾽ ἂν προὔχοιο Ant. 80. οὔτ᾽ ἂν φίλον ποτ᾽ ἄνδρα — θείμην 187. οὐδ᾽ ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμί τι 240. τοὺς πλείονας ἀτωμένους ἴδοις ἂν 314. σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτόν 440. σίδηρον — ῥαγέντα πλεῖστ᾽ ἂν εἰσίδοις 472. τοῦτον ἂν — θαρσοίην 664. κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ᾽ ἂν 676. οὔτ᾽ ἂν δυναίμην μήτ᾽ ἐπισταίμην 682. γένοιτο μεντἂν χἀτέρως καλῶς ἔχον 683. οὐδ᾽ ἂν κελεύσαιμι 727. καλῶς ἐρήμης γ᾽ ἂν σὺ γῆς ἄρχοις 735. οὐτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ 743. ὅστις ἂν βλάστοι 903. οὔτ᾽ ἄν νιν ὄλβος — οὐχ ἁλίκτυποι νᾶες ἐκφύγοιεν 942 ch. στείχοιμ᾽ ἂν 1095. οὐκ ἂν πημαίνοιμ 1156. ὡς οὐκ ἂν αἰῶν᾽ ἐκμάθοις βροτῶν Trach. 2. οὐκ ἂν διείποιμι 22. τοῦτό μ᾽ ἀλγύνειεν ἂν 458. πρίονος ἐκβρώματ᾽ ἂν βλέψειας 697. τοιαῦτα δ᾽ ἂν λέξειεν οὐχ ὁ τοῦ κακοῦ κοινωνός 726. τόδ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἷς ποτε φαίη — ἰδεῖν 1061. οὐ γὰρ ἂν γνοίης 1108. τοὺς δ᾽ ἂν τὸ Θήβης ἄστυ ναίοντας μάθοις 1144. οὐ γὰρ ἂν ποτε κακὸς φανείην 1240. μένοιμ᾽ ἂν Ai. 88. μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ᾽ ἂν — ὀρθοῖτο 160 an. ἥκοι γὰρ ἂν θεία νόσος 185 ch. ὥστ᾽ οὐκ ἂν ἄϊδρις ὑπείποις 212 an. τοιαῦτ᾽ ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον 217 an. ὧδέ γ᾽ Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που 464. ἔχειν σ᾽ ἂν οἶκτον θέλοιμ᾽ ἂν 522. αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ᾽ ἔπη 522. καὶ γένοι᾽ ἂν οὐ κακός 547. τάχ᾽ ἄν μ᾽ ἴσως πύθοισθε — σεσωσμένον 676. οὐδὲν ἀναύδατον φατίξαιμ᾽ ἂν 702 ch. κἂν ὁ μηδὲν ὢν — κράτος κατακτήσαιτο 755. ὁ — σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος γένοιτ᾽ ἂν 803. οὐδεὶς ἂν — τλαίη 900. ἐγὼ — φάσκοιμ᾽ ἂν 1016. τάχ᾽ ἂν — ἐξίκοιτο 1021. οὐκ ἂν — ἄνδρα θαυμάσαιμι 1072. τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην 1096. πόλλ᾽ ἂν — σὺ κλέψειας κακά 1116. ἦ γὰρ εἴην οὐκ ἂν εὖ φρονῶν 1309. οὐτἂν ἀτιμάσαιμ᾽ ἂν 1318. ὡς οὐκ ἂν ἐνδίκως ἀτιμάζοιτέ σοι 1321. οὐ γάρ τι τοῦτον φθεί-

ροις ἄν 1323. ὡς ἐγὼ — νέμοιμ᾽ ἄν 1350. ὡς οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ᾽ ἔτι El. 623. ὁ πᾶς ἂν πρέποι — ἐννέπειν τάδε χρόνος 1245 m. ἢ κάρτα κἂν ἄλλοισι θυμοίμην 1270. ὡς ἐγὼ οὐδ᾽ ἂν ἐν κακοῖς λαθοίμαν 1278 m. χρόνου γὰρ ἄν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος 1284. οὐ γὰρ ἂν καλῶς ὑπηρετοίμην 1297. οἵ᾽ ἂν οὔτε τις δόμων ἀπώσαι᾽ οὔτ᾽ ἂν ἡσθείη λαβὼν 1317. τελουμένων εἴποιμ᾽ ἂν 1336. οὐκ ἂν μακρῶν — λόγων τόδ᾽ εἴη τοὔργον 1364. τἀνθάδ᾽ ἂν μέλοιτ᾽ ἐμοί 1430. συμφορᾶς γὰρ ἂν ἔξωθεν εἴην 1440. ὡς ἐμοὶ τόδ᾽ ἂν κακῶν — γένοιτο — λυτήριον 1482. τὸ γὰρ καλῶς πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος Alet. IV. 3 (91 D.). γένος — εὔκλειαν ἂν κτήσαιτο V. 3 (92 D.). ἔχοιμ᾽ ἂν αὐτὸ — ἀπεικάσαι Achill. Am. I. 2 (162 D.). ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ᾽ ἀνήρ Inach. I. 2 (255 D.). τίς ἂν πείσειεν Niptr. I. 2. si de loco mutilato iudicare licet. οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο — δεῖξαι Polyx. III. 1 (470 D.). κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν Tyr. XV. 8 (587 D.). οὐδὲν γυναικὸς — μεῖζον κακὸν κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ᾽ ἂν Phaedr. V. 1 (608 D.). αἴσχη μὲν — οὐδ᾽ ἂν εἷς φύγοι VIII. 8 (611 D.). οὐκ ἂν πλέον τέρψειας inc. XLIV. 2 (702 D.). ὥσπερ σελήνης ὄψις εὐφρόνας δύο στῆναι δύναιτ᾽ ἂν LVI. 4 (713 D.). γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς inc. LVIII. 5 (718 D.). ἀκοσμία φαίνοιτ᾽ ἂν εἶναι LXII. 2 (726 D.). In Creusa autem III. 2 (324 D.). optativus verus est εὐξαίμαν, non potentialis, mendose enim scribitur vulgo εὔξαιμ᾽ ἄν.

6. Similis usus est *interrogationum* potentiali modo comprehensarum. τίνι γάρ ποτ᾽ ἂν — πρόσφορον ἀκούσαιμ᾽ ἔπος —; El. 220 m. πῶς γὰρ — οὐ δρῴη τάδ᾽ ἂν —; 250. τί μοι κέρδος γένοιτ᾽ ἂν 345. τίς ἂν τούτου λόγος γένοιτ᾽ ἂν αἰσχίων ἔτι —; 549. πῶς ταῦτ᾽ ἐπαινέσαιμ᾽ ἂν —; 581. πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, εἰ —; 650. πῶς γὰρ ἂν μάτην λέγοις —; 763. πόθεν ἂν εὕροις πημάτων — ἄρηξιν; 863. τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι; 1070 ch. τίς ἂν — φράσειεν —; 1092. πῶς ἂν γένοιτ᾽ ἂν — βλέπειν; 1180. τίς — μεταβάλοιτ᾽ ἂν ὧδε σιγὰν λόγων; 1251 m. πῶς γὰρ ἂν λήξαιμ᾽ ἐγὼ —; 1305. ποῦ δῆτ᾽ ἂν εἶεν οἱ — ξένοι; 1442. τί γὰρ — ἂν — κέρδος φέροι —; 1477. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ — προσβαίη —; Phil. 41. οὐκ ἂν φράσειας —; 1206. πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ᾽ ἂν —; 1369. πῶς δῆτ᾽ ἐγὼ κεῖν᾽ ἂν λάβοιμ᾽ ἀφεὶς τάδε; Oed. R. 599. πῶς ἂν μόλοι — πάλιν 765. τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι λέξαιμ᾽ ἂν —; 773. τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ᾽ ἀνήρ; 816. ἆρ᾽ οὐκ — ἂν κρίνων ὀρθοίη —; 828. ἆρ᾽ ἂν παρ᾽ ὑμῶν — μάθοιμι —; 924. πῶς δ᾽ οὐκ ἂν (ἥδοιο); 937. τί δῆτ᾽ ἂν — σκοποῖτό τις —; 964. τί δ᾽ ἂν φοβοῖτ᾽ ἄνθρωπος —; 977. τίνων τὸ — ὄνομ᾽ ἂν εὔξαίμην κλύων; Oed. Col. 41. ἆρ᾽ ἄν τις αὐτῷ πομπὸς — μόλοι; 70. τίν᾽ ἂν σου πατρίδ᾽ ἐκπυθοίμαν; 205 ch. τίς δ᾽ ἂν τι τοιοῦδ᾽ ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν; 392. πῶς δῆτά σ᾽

ἂν περιψαίατο —; 608. πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά; 612. τίς δῆτ' ἂν εὐμένειαν ἀνδρὸς ἐκβάλοι τοιοῦδε —; 637. τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ; 819. πῶς ἂν δικαίως ταῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί —; 975. πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; 981. ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως; 998. πῶς σ' ἂν — θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρὸς —; 1134. τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προςθακῶν ἕδραν; 1168. καὶ τίς ἄν σε — οὐ καταστένοι, κάσι; 1442. τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί; 1488. τί δὲ — προςθείμην πλέον; Ant. 40. τί δῆτ' ἂν ἄλλῳ τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι; 218. τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ; 548. τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο — φῦσαι —; 642. τί γὰρ γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός; 648. τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν —; 1179. τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; 1229. πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἂν —; Trach. 292. τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις; 313. τίς ἂν γυνὴ δύναιτο —; 542. τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις; 627. τὸ γὰρ φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν; 740. πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων — ἔχοι πόνων λατρείαν; 825 ch. πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕτερον — ἴδοι —; 832 ch. οὐ γὰρ ἔχω πῶς ἂν στέρξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων Trach. 987 an. genus interrogationis obliquae. θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμην; 999 an. secundum eam distinctionem, quam necessariam sensui fecit Hermannus. καὶ πῶς ὑπαίθων σῶμ' ἂν ἰῴμην τὸ σόν; 1200. τίς τοῦτ' ἂν φέροι; 1221. τίς ταῦτ' ἂν — ἕλοιτο —; 1225. τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις; Ai. 370. τίς δῆτ' ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς; 514. τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε; 533. τίς ἂν δῆτά μοι — ἀπύοι; 867 ch. πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα; 948. ἢ πού με Τελαμὼν — δέξαιτ' ἂν εὐπρόςωπος —; 988. etsi Hermannus aliter distinxit. οὔκουν ἂν εἴποις —; 1030. ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δαιμόνων νόμους; 1109. ἆρ' — ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος; 1284. ποία πόλις ἂν τάδ' ἐνέγκοι; Aload. VII. 4 (105 D.). πῶς δῆτ' ἐγὼ — ἂν — Διὸς γενοίμην εὖ φρονεῖν σοφώτερος; Polyx. III. 6 (470 D.). τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις —; Tymp. I. 1 (563 D.).

7. *Talis interrogatio nonnunquam pro optato est.* πῶς ἂν ὑμῖν ἐμφανὴς ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προςφιλῆ; Phil. 527. Ἀγάμεμνον, ὦ, Μενέλαε, πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ τὸν ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον; 783. ὦ πόλις — πῶς ἂν εἰςίδοιμί σ' ἄθλιος ἀνήρ; 1198 m. τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν δοίη —; Oed. Col. 1102. πῶς ἄν τις — τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι; 1457. πῶς ἂν — τέλος θάνοιμι καὐτός; Ai. 381 m.

8. *Porro imperativi loco lenius pronuntiati* is optativus ponitur. ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν ἄκουσαν Oed. Col. 830. ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδών Ant. 1320 m. χωροῖς ἂν εἴσω Phil. 670. στείχοις ἂν ἤδη Trach. 621. κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε El. 627. χαίροις ἄν, εἰ

σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε 1449. χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει 1483. Sed non videntur huc esse referenda exempla Ant. 80 et 440 quae supra adscripsimus.

9. Solitarium est ὡς et μή *cum potentiali* dictum. ὡς ἂν ποταθείην *ut volare possim*, Oenom. IV. 2 (423 D.). Corruptum est fr. inc. XVIII. 2 (673 D.). — δέδοικα γὰρ μὴ πρῷ λέγοις ἂν Trach. 628. Sed suam optativus consuetudinem retinuit: *vereor ne fieri possit, ut prius dicas.* Hanc loci recte intelligendi viam primus Schaeferus monstravit.

10. Item *in oratione obliqua maxime post infinitivum* vel ὡς et ὅτι, cum secundariae actioni vel enuntiato includitur, suae significationis tenax est. χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκ᾽ ἂν χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβὼς, τότ᾽ ἢ θανεῖν χρείη — ἢ τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ Trach. 163—167. Sic ordinanda verba: προτάξας ὡς, ἡνίκα ἂν χρόνον τρίμηνον κἀνιαύσιος βεβὼς χώρας ἀπείη, τότε χρείη θανεῖν ἢ ζῆν. καί μοι τάδ᾽ ἦν πρόῤῥητα — τὸ φάρμακον τόδ᾽ ἄπυρον — ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ, ἕως ἂν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που Trach. 684. Sic et explicandus locus Trach. 2. λόγος — ἔστ᾽ ἀρχαῖος —, ὡς οὐκ ἂν αἰῶν᾽ ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν θάνοι τις. Cod. Paris. Laurr. et Suidae cod. Leid. θάνῃ, quod si poeta scripsit, oratione obliqua excidit. Rectae enim convenit, οὐκ ἐκμαθήσει, πρὶν ἂν θάνῃ τις.

11. Unico apud Sophoclem exemplo est ἂν *cum* εἰ *eodem enuntiato coniunctum* secundum Hermanni explicationem: εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι — μώραις δ᾽ ἄγραις προςκείμεθα, πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με χειρὶ φονεύοι Ai. 402 m. Interpretatur *si poterit occidere*, relegans nos ad sua ad Vig. p. 830 adnotata. Apud alios scriptores earum particularum consociatio non caret exemplis, Sophocli inusitata est; nec video, quid prohibeat, quominus πᾶς δὲ στρατὸς ἂν φονεύοι tanquam apodosis praecedentium videatur, praefixo quod apud poetas frequentissimum, δέ.

IV. *Cum modo coniunctivo.*

1. Cum *coniunctivo solo sive nude posito* ἂν non dicitur, neque reperitur inde in sententia suis numeris absoluta sive per se stante. Nam quae hic illic memorata emergunt exempla, vitiosam et dudum correctam scripturam habent. V. Schaefer. Mel. Crit. p. 97. Hermann. de p. ἂν l. c. p. 93. Sophoclea haec sunt: ὑμεῖς γ᾽ ἄριστ᾽ εἰδῆτ᾽ ἂν οὑπιχώριοι Oed. R. 1046. Sic plerique codd. et Aldus. Unice conveniens εἰδεῖτ᾽ ἂν a Brunckio repositum ex cod. Aug. b. repertum etiam in Laur. c. — τί δῆτ᾽ ἂν ἡμεῖς δρῶμεν, εἴ σέ γ᾽ ἐν λόγοις πείσειν δυνησόμεσθα μηδέν Phil. 1379. Manifesto veram scripturam Triclinius servavit, δρῷμεν. In Trach. 943 ch. membranae Brunckî, cod. Harl. Ald. πότερ᾽ ἂν πότερα ἐπιστένω. Laur. a. Iunt. 2. et schol. Rom. πότερ᾽ ἂν πρότερ᾽

ἐπιστένω: sed ἄν nihili est, cetera illi melius. Codd. Parr. Flor. πότερ' ἂν πότερ' ἐπιστένω. Turnebus ἂν omisso πότερα πρότερ' ἐπιστένω contra versum. Leni emendatione Hermannus πότερ' ἄρα πρότερ' ἐπιστένω.

2. *Pronominibus adiectivis adverbiis relativis et coniunctionibus ex adverbio deflexis additum* ἄν rei incerto tempore futuro vel qualicunque exspectandae significationem dat.

a. Cum *pronomine relativo.* οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ Phil. 86. si quid audio ingratum, soleo etiam facere detestari. ἂν λέγῃς δέ, μὴ φώνει μέγα 570. ὧν δ' ἂν κἀμείβῃ μ' αὖθις πέμπε λόγων φάμαν 833 ch. μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται 1260. ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα — πρὸς πυρὰν ἐμὴν κόμιζε 1418. ἀναγκάσαι θεοὺς ἂν μὴ θέλωσιν, οὐδ' ἂν εἷς δύναιτο Oed. R. 281. ἂν ᾖ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται 580. ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν ἐρευνᾷ, ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ 725. ἂν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ 749. ἂν δ' ἀκούσωμεν τελεῖν Oed. Col. 13. οἷς ἂν σὺ προσθῇ τοῖς δ' ἔφασκ' εἶναι κράτος 1334. ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ, φόνον προκεῖσθαι Ant. 35. οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν 559. οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει 580 ch. ἀλλ' οἶσθα τἀγοὺς ὅντινας ἂν λέγῃς λέγων; 1044. καὶ μὴ δοκῶμεν δρῶντες ἂν ἡδώμεθα οὐκ ἀντιτίσειν Ai. 1064. τλῆναί σε δρῶσαν ἂν παραινέσω El. 931. ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ (sc. νέμω τὸ πιστόν) Trach. 398.

b. Cum *adiectivis correlativis.* λέγων ὅσ' ἂν θέλῃς καθ' ἡμῶν Phil. 64. ὁποῖον ἄν σοι ξυμφέρῃ γενήσεται 655. ὅσ' ἂν — λέγῃ σοι, ταῦτά σοι χἠμεῖς φαμέν 1062. κακὸς μὴ δρῶν ἂν εἴην πάνθ' ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός Oed. R. 77. quo loco δηλοῖ coniunctivum esse olim operae pretium duxit adnotare Erfurdtius. φώνει — ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ 1122. ὅσ' ἂν λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν Oed. Col. 74. πράξεις οἷον ἂν θέλῃς 960. τελεῖν ὅσ' ἂν μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί 1630. δράσω — πάντ' ὁπόσ' ἂν μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν 1770 an. ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω El. 934. ὅσ' ἂν θεοὶ διδῶσι inc. LXXVI. 2, 1 (749 D.).

c. Cum *adverbiis correlativis.* Notandum sic posita adverbia illa non solum rei futurae vel incerto qualicunque tempore exspectandae significationem habere, sed etiam *generatim proferendae relationi* servire, quod genus aliis affixis οὖν et δή ποτε efficitur. Sic οὗτος δ' ἔνθ' ἂν ᾖ στυγήσεται Oed. R. 672 *ubicunque* fuerit, ὁπουδήποτε. ὥστε μὴ σπάνιν σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου 1461. παῦλαν ἴσθι μήποτ' ἐντυχεῖν — ὡς ἂν οὗτος ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ Phil. 1314 *utcunque*, i. e. donec v. Herm. ἐμοὶ μὲν οἰστέα τάδ', ὥσπερ ἂν ζῶ σοῦ φονέως μεμνημένος Oed. Col. 1363. Recte Hermannus *quomodocunque vivam:* quod non intelligens Brunckius ἕωσπερ scripsit. ὡς ἂν ποιήσῃς πανταχοῦ χρηστός γ' ἔσει Ai. 1348. quo-

modocunque feceris: sic iam scholiastes intellexit. — Altero et insolito significatu praeditum est his locis: *μολών τε χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω* Ai. 642. *εἶμι κἀγὼ κεῖσ' ὅποιπερ ἂν σθένω* 797. *μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς* Oed. Col. 406. *ἐρῆμος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος κρύψω* Ant. 769. *χὥσπερ ἂν θίγῃ (ἄτρακτος) φθείρει τὰ πάντα κνώδαλα* Trach. 712. *Simulac* interpretatur Hermannus: rectius *ut primum* i. e. uno ictu. *ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ* Ai. 1096 cum explicatione in libris nonnullis addita ἕως. v. Herm. Excludendus hinc locus vitiose scriptus *ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες τὰ μὲν εἴπωμεν* Oed. Col. 189 an. V. *ἅμα.*

d. Cum *coniunctionibus finalibus ὡς et ὅπως:* nam ἵνα cum ἂν sic non dicitur. *ὡς ἂν ἀγνοίᾳ προςῇ* Phil. 129. *ἐάσωμεν — ἔκηλον αὐτόν, ὡς ἂν εἰς ὕπνον πέσῃ* 816. *ὡς ἂν εἴπω* Oed. R. 329: non enim recte olim Hermannus *εἰπών* scripsit, nunc ab ipso repudiatum. *ὡς ἂν προςαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα* Oed. Col. 72. *δίδασχ', ὅπως ἂν ἐκμάθω* 581. *ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων* Ant. 215. *ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ — ἐξαλεύσωμαι* Ai. 640. *ὅπως ἂν ἀγγείλῃς σαφῆ* El. 41. *ὡς ἂν ἐν ταὐτῷ θάνῃς* 1488. *ἡνίκ' ἂν — συνειδῇ* inc. XV. 2, 1 (669 D.). *ὡς ἂν Διὸς μέτωπον ἐκταθῇ χάρῳ* inc. LXXXVIII (768 D.). *πρὶν ἂν φάγῃ* Synd. IV. 2 (149 D.). *ὡς ἂν μὴ — δόξωμεν* inc. C. 11 (779 D.).

e. Cum *coniunctionibus temporalibus adverbiascentibus.* *οὐδεὶς δ', ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει σῶσαι* Phil. 310. *φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω* 332. *ὡς ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν — εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα* 462. *ἴθ', ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ — ὁρμώμεθα* 868. *οὐδέποτέ γ'· ἕως ἂν ᾖ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον* 988. *πρὶν ἂν — μόλῃς* 1316. *μήπω γε πρὶν ἂν — ἀτῇς* 1396 an. *ἕως δ' ἂν οὖν — ἐκμάθῃς, ἔχ' ἐλπίδα* Oed. R. 835. *ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς, τίς οὗτος ἔσται;* 1492. *μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ* 1529. *οὐδ' ἐμοὶ — πόλεως δίχ' ἐστι θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ* Oed. Col. 48. *κρύψον — ἕως ἂν ἐκμάθω* 114. *οὐ γὰρ — ἔξει, πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων* 913. *οὐχὶ παύσομαι, πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων* 1045. *εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ* 1231 ch. *ἀμήχανον — ἐκμαθεῖν — πρὶν ἂν — ἐντριβὴς φανῇ* Ant. 176. *οὐχ — Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν ζῶντες — δηλώσητε* 308. *εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα ῥέξῃ — φρόνει νιν ὡς ἥξοντα* Trach. 286. *οὔ· πρίν γ' ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ* 414. *πρὶν ἄν τι δράσῃς* — Ai. 107. *πρὶν ἂν δεθεὶς — θάνῃ* 108—110. *οὐ — λήξω θρήνων, ἔς τ' ἂν — λεύσσω* El. 105 m. *οὐκ ἀλύξεις, εὖτ' ἂν Αἴγισθος μόλῃ* 617. *ἕως ἂν ἐξῇ* inc. C. 5 (779 D.). Optativum in eiusmodi structura nonnisi in obliqua oratione addi sibi patitur, velut Trach. 2.

V. Cum *infinitivo orationis obliquae.* Et infinitivo futuri non magis additur, quam futuro finito. De loco Oed. Col. 1079 post agendi copia

erit. Sed infinitivis *aoristi et praesentis* adiunctum *ἄν* *futuri* dare vim tralaticia olim opinio erat nostratibus inprimis accepta, quoniam et nobis in interpretanda eiusmodi structura periphrasi uti usus est (*ich würde*) et Latina futura periphrastica (velut *φιλῆσαι ἄν δοκῶ* *puto me amaturum fuisse*) poni solent. V. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 204. Ceterum infinitivorum *aoristi et praesentis* tenue discrimen est nec ubique: ita ut rei cito praetereuntis significatus haudquaquam sufficiat. Sed tenendum hos infinitivos *conditionalium dictorum* sermonis recti loco haberi et pro re nata modo coniectantis et modeste suae sententiae diffidentis speciem prae se ferre, quale genus recta oratione *potentiali optativo* dicitur, modo rem infectam vel irritam tanquam veram et factam ponere, ita ut *imperfectorum aoristorumque conditionalium* locum tueantur. Protasis conditionalis nonnunquam additur, frequentius omittitur.

1. *Infinitivi obliqui cum ἄν pro optativis potentialibus positi.* *οἶμαι γὰρ οὐδ᾽ ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν ἄλλον λαβόντα — τλῆναι τάδε* Phil. 532. *δεινὰ τὸν Λαερτίου ἐμ᾽ ἐλπίσαι ποτ᾽ ἂν — δεῖξαι* 625. *ὃς οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν κρατύνειν* 1047. *λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ᾽ εἰ τύχοι κατ᾽ ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ᾽ ἂν εὐτυχεῖν* Oed. R. 88. *ἀντέπεμψεν ἔκλυσιν μόνην ἂν ἐλθεῖν — εἰ κτείναιμεν* 307. *ὥστε μήτ᾽ ἐμὲ μήτ᾽ ἄλλον — βλάψαι ποτ᾽ ἂν* 375. *οἶδα μήτε μ᾽ ἂν νόσον μήτ᾽ ἄλλο πέρσαι μηδέν* 1457. *τὴν — οὐκ ἄν ποτ᾽ εἰς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν ἔδοξα* Oed. Col. 752. *οἷς οὐδὲ τὴν πατρὸς ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί* 1003. *τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον* Ant. 236. (*θαρσοίην ἂν τοιοῦτον*) *εὖ δ᾽ ἂν ἄρχεσθαι θέλειν, δορός τ᾽ ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον μένειν* 665. 66. *μάλιστά γ᾽· ὥστε μήποτ᾽ ἂν προθυμίαν — λαβεῖν* Trach. 666. *κἄρτ᾽ ἂν εὐτυχεῖν δοκῶ* (*ἐμέ*) Ai. 256. *ἄνδρα χρὴ δοκεῖν πεσεῖν ἂν* 1057. *ἆρ᾽ οὔ σοι δοκεῖ χωρεῖν ἂν εἰς πᾶν ἔργον* El. 605. *ὥστ᾽, εἰ πατὴρ ἵκοιτο, μηκέτ᾽ ἂν τέρας νομίζειν αὐτό* 1309. *μάλιστά σοι μέλειν οἶμαι μάλιστα δ᾽ ἂν κατειδυῖαν φράσαι* 1439.

2. *Infinitivi obliqui pro imperfectis vel aoristis* conditionalium modo positis. Etiam optandi formulae, rem quam nobis posse contingere diffidimus spectantes, oblique enuntiatae eadem lege reguntur. *εἴ τιν᾽ ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ ἄτρεστον εὕδοντα* Oed. R. 584. *ὡς σ᾽ ἠθέλησα μηδέ γ᾽ ἂν γνῶναι* 1353. *ἔχειν σ᾽ ἂν οἶκτον — θέλοιμ᾽ ἂν* Ai. 521. Id est, si recta utaris oratione, *εἴθ᾽ εἶχες· μὴ δόκει μ᾽ ἂν — θυραῖον οἰχνεῖν* El. 305. *ὥστε μηδένα γνῶναι φίλων ἰδόντ᾽ ἂν ἄθλιον δέμας* 746. Semel exstat *infinitivus perfecti* pro plusquamperfecto conditionali positus. *ἴσθι — ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα πεφάνθαι μ᾽ ἂν* Oed. R. 692 ch. Ceterum in Phil. 1313 scribendum cum Schaefero Mel. Crit.

p. 86. et Porsonum ap. Kidd. p. 220 παῦλαν ἴσθι τῆςδε μή ποτ᾽ ἂν τυχεῖν νόσου, pro librorum scriptura ἐντυχεῖν, quam cum ita defendit Hermannus, ut interpretetur *scito nunquam eius mali finem fore*, plane illud inest in ἂν τυχεῖν.

VI. *Cum modo imperativo non dicitur.* Nam Phil. 119 scribendum fuit σοφός τ᾽ ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ᾽ ἅμα ex schol. et Triclinianis. Libri veteres et cod. Harl. vitiose κέκλησο. Nam neque ἂν neque imperativo universe ibi suum munus est. Et Oed. R. 1438 ἔδρασ᾽ ἂν εὖ τοῦτ᾽ ἴσθ᾽ ἂν ad iteratae particulae exempla referendum. V. Herm. de p. ἂν p. 176.

VII. *Cum participio positum* reperitur eadem qua infinitivus lege: sed cum haec nonnisi in sententia *a verbo dicendi* pendente obtineat, clarum est ea exempla sola participia monstrare ἂν additum habentia in quibus pro infinitivis sunt, velut cum a verbis οἶδα et similibus reguntur, vel certe in finitis temporibus explicata aliquid oblique dictum prae se ferunt. ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου γλώσσῃ θιγόντα Phil. 405. = ὅτι παντὸς λόγου ἂν ἔθιγεν. φράζε — ὡς θέλοντος ἂν ἐμοῦ προςαρκεῖν πᾶν Oed. R. 11. = ἐπεὶ λέγω πᾶν ἂν προςαρκεῖν θέλειν. ὦ — ἀπὸ παντὸς ἂν φέρων λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον Oed. Col. 765. = ὦ σύ, ὃς δοκεῖς ἐμοὶ φέρειν ἄν. θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον τάχ᾽ ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι 969 non idem quod οἳ τάχ᾽ ἄν τι μηνίοιεν, sed οἵ μοι δοκοῦσιν ἂν μηνῖσαι. Sed in Trach. 1097 scribendum duco secundum scholiastam κἂν τὸ μηδὲν ὦ κἂν μηδὲν ἕρπων, τήν γε δράσασαν τάδε χειρώσομαι κἀκ τῶνδε. Ad ἕρπων subaudi ὦ, κἂν est καὶ ἐάν. Vulgo κἂν τὸ μηδὲν ὦ κἂν μηδὲν ἕρπω: Hermannus ὢν et ἕρπων, etsi non video quid sit κἂν ὤν. — In Oed. Col. 596 librorum plerorumque scripturam ἀλλ᾽ εἰ θέλοντ᾽ ἄν γ᾽ οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν sensu cassum esse dudum intellectum est. Ven. et Vat. εἰ θέλοιεν. Laur. B. εἰ θέλοντά γε. quem sequitur Elmsl. Hermannus sola distinctione aliter posita a Reisigio discrepans ἀλλ᾽ εἰ θέλοντάς γ᾽ οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν, *quid si, cum te volunt recipere, ne tibi quidem decorum est exsulem esse.* V. Herm. l. c. Schaef. ad Plut. Vit. t. IV. p. 347.

VIII. *Reticetur verbum omnium modorum.* Herm. de p. ἂν p. 187. οὐδ᾽ ἂν σύ, σώφρων γ᾽ οὖσα El. 357. sc. οὐκ ἤρας. οὔτ᾽ ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ᾽ ἐκεῖνα σοῦ Phil. 115. sc. πέρσειεν. παλαί᾽ ἂν sc. εἴη Phil. 491. ἥδοιο μέν, πῶς δ᾽ οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ᾽ ἴσως Oed. R. 937. Heindorfius ad Plat. Phaed. p. 135, quem sequitur Reisigius de p. ἂν p. 108 permire distinguit, ἥδοιο μέν, πῶς δ᾽ οὔκ; ἂν ἀσχάλλοις δ᾽ ἴσως. Sed initio sententiae ἂν nunquam ponitur. Brunckius partim ex scripturae librorum vestigiis τάχ᾽ ἂν ἥδοιο. Cum nuntius dicturus esset

ἥδοιο μὲν ἄν, interrumpebat se interpositis πῶς δ' οὐκ ἄν, quare particula huic enuntiato adhaesit, ἀπὸ κοινοῦ ad utramque referenda sententiam. Num Phinei fr. IV (637 D.). οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόριον ἐν Σκύθαις ὕδωρ huc referendum sit ex uno illo versu non perspicitur. Nec advocanda ea exempla ubi verbum unum pluribus membris sententiae commune est, velut Oed. R. 858. Oed. Col. 1526.

IX. Sed praeter verba modosque etiam aliis vocabulis ἄν applicari nonnullis visum est, et de τάχ' ἄν inprimis pronuntiavit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 44. ad Oed. R. 139 Addend. et ad Oed. Col. 965. Matth. Gr. Gr. §. 599. c. vol. II. p. 1199. Et sane vix aliter sentiet, qui illius usus exempla non omnia eiusdem generis esse accurate consideraverit. Nec tamen male Reisigius ad Oed. Col. 960 ἄν dicit ad modum verbi referri, et τάχα ei particulae propter sensus affinitatem agglutinari: non multum enim interest, si ab uno loco discesseris, quem statim tractabimus. τάχ' ἄν τις ἄκων ἔσχε Phil. 305. τάχ' ἂν τὸ σὸν γέρας τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν 1050. χοὖτος τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι 1067. τάχ' ἂν κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι Oed. R. 139. ἦλθε μὲν δὴ τοὖτο τοὔνειδος τάχ' ἂν ὀργῇ βιασθὲν 523 (haud dubie, opinor). οὐ μου προὔχοις τάχ' ἄν που τὸν βοτῆρ' ἰδὼν πάρος 1116. θεοῖς — τάχ' ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι Oed. Col. 969. ὡς τάχ' ἂν σαφῆ λέξειεν Trach. 386. καὶ τάχ' ἄν μ' ἴσως πύθοισθε, κεἰ νῦν δυστυχῶ, σεσωσμένον Ai. 676. τάχ' ἂν γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι 765. τάχ' ἂν κακοῖς γελῶν — ἂν ἐξέλκοιτ' ἀνήρ 1021. Haec summam lectionis constantiam monstrant. Horum si ea inspexeris quae optativum potentialem quae se ferunt, aperte τάχα cum ἄν ita habent ἐκ παραλλήλου positum ut (velut nos loquimur *es ist leicht möglich, dass*) ἄν aliquid confirmationis ex addito adverbio accipiat. Sed in exemplis indicativi Phil. 305. Oed. R. 523 vis sententiae in adverbio τάχα nititur, cui quasi elevandae mitigandaeque ἄν additur (*vielleicht wohl*): et in his ἄν non minus adverbiascere et ad modum verbi vix valere clarum est. Et ut τάχ' ἂν ἴσως copulari vidimus Ai. 676 sic ἴσως ἄν cum parallelismo sententiae composita sunt: δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ἄλεός τ' ἴσως Ai. 938 et ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα Phil. 1244. — V. Herm. l. c. p. 41 et Schneider. ad Plat. Rpubl. p. 610. A. (p. 254. t. III.). Unus relinquitur locus Oed. Col. 1078. ὡς προμνᾶταί τί μοι γνώμα τάχ' ἂν δώσειν τὰν δεινὰ τλᾶσαν δεινὰ δ' εὑροῦσαν πρὸς αὐθαίμων πάθη. Haec librorum scriptura, modo quod ἀμέτρως ex glossemate αὐθομαίμων. Schol. τάχα ἐνδώσει, φησί, ὁ Κρέων. Hinc Elmsleius ἐνδώσειν et τᾶν — τλᾶσᾶν et εὑρουσᾶν, ut πάθη nominativus sit hoc sensu *mox remissura esse mala virginum aerumnosa perpessarum*: simul in codice scholiasten ἀ ν δ ώ σ ε ι ν pro lemmate scri-

ptum habere affirmans. Sed librarium errasse ᾱν pro ε̄ν scribendo et scholiasten voluisse ἐνδώσει verisimile, quod apud alterum interpretem plenius exstat dictum τάχα, φησί, ἐνδώσει ὁ Κρέων τὴν τὰ πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν παρθένον, τουτέστι τὴν Ἀντιγόνην. Quidquid dicat Hermannus qui libros secutus est, profecto ἄν cum infinitivo futuri non aliter dictum exstat usquam nisi in oratione obliqua, quando etiam in recta futuro utendum esset: v. Schaef. ad Demosth. t. IV. p. 243. Quod cum ab hoc loco alienissimum sit, nec satis placeat durissima quam Hermannus excogitavit l. c. p. 181. ellipsis δώσειν, καὶ τάχ' ἄν sc. διδοίη, aut cum Schaefero ἄν ad τάχα erit referendum aut scribendum ἀνδώσειν, quod nove dictum sit pro ἐκδώσειν, *redditurum*, sive potius *redhibiturum*. Suidas: ἀνεδέδοτο, ἀνεπέμπετο.

X. *Idiomata particulae.*

1. *Persaepe omittitur ἄν.* Et inprimis quidem a. *ad pronomina relativa, adverbia relativa et coniunctiones temporales quando cum coniunctivo structa exstant.* Certe prosae orationi in talibus ἄν addere solenne est, etsi ne in hac quidem omissionis exempla desunt. V. Herm. l. c. p. 6. et p. 113 sqq. Pors. et Elmsl. ad Med. 215. Brunck. ad Oed. Col. 393. Aesch. Sept. 259, quamquam Porsonus quidem familiari sermone additum ἄν requiri nimis praefracte pronuntiavit. Hermannum autem miror ad Alcest. 76 et de p. ἄν l. c. p. 117, ὅς ἄν dicentem semper significare *quicunque*, et soloece ἄν addi cum reddendum sit *is qui*. Tu vide Phil. 833. Oed. R. 281. Oed. Col. 1334. — De usu prosae orationis laudasse sufficit Stallbaum. ad Phileb. p. 61. et ad Phaedon. p. 40. — τῶν δὲ πημονῶν μάλιστα λυποῦσ' αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι Oed. R. 1231. Vulgo αἱ 'ν φανῶσι cum inaudita elisione, quia nemo ἄν sed ἐν potius detritum putaret. Buttmannus non minus inusitatam crasin ἅ̓ν ex αἱ ἄν coaluisse existimat. ἄν omittitur in codd. Laur. A. B. C. Pal. Flor. Γ. Δ. Aug. b. Dresd. a. in quo ἄν supra scriptum. — μένε — ἕως ἐγὼ τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ δημόταις λέξω Oed. Col. 77. οὐκ ἂν πριαίμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν 1662. πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προςαύρῃ Ant. 615. ἄμοχθον ἐξαίρει βίον, ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῇ Trach. 147. τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον προςεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ 250. ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς Ai. 552. σώζειν θέλοντες ἄνδρα γ' ὃς σπεύδῃ θανεῖν 799. quod pro ἐάν dictum: aptius esset σπεύδει. οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ 944. ἕς τ' ἐγὼ μόλω 1162. ἕως ἀνῇ τὸ πῆμα Phil. 753. μὴ στέναζε πρὶν μάθῃς 905. ὄφρα με βίος ἔχῃ El. 218 m. οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προςγίγνεται 761. ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει Phaedr. V. 3 (608 D.). Haec si oratione obliqua optativis enuntiantur ἄν aliquando adsciscere

vidimus v. supr. III. 10. Sed et in hac omittitur. *τείνειν τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη πρὶν ὅδ᾽ ἐξήκοι χρόνος* Phil. 199 an. Cod. Ven. *ἐξήκει.* Flor. *ἐξίκοι.* Schaeferus malebat *ἐξήκῃ*, quod praestabit, si referetur ad *ποτέ* ex prioribus repetendum, sed non opus. *ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι* Phil. 547. b. *In apodosi conditionali ad imperfecta vel aoristos*, ex re infecta vel irrita ratiocinantibus. V. Schaefer. Mel. Cr. p. 55. Herm. de p. *ἄν* p. 58 sqq. Mehlhorn ad Anacr. Excurs. p. 235. Nec eam omissionem, quae et prosariis omnibus usitatissima est, quemadmodum Latini plusquamperfectis indicativi modi pro coniunctivis utuntur, pro lubidine admissam dixerim: quin ad sententiam saepe nihil interest, res num tanquam facta per se an aliqua conditione posita enuntietur; sed cavendum, ne in discrimine utriusque generis, quod pertenue est, constituendo argutemur. V. etiam Matth. ad Alcest. 923 in locutionibus *χρῆν*, *εἰκὸς ἦν* sim. haud infeliciter versantem explicandis. Quod de *ε* finalis rara elisione (ut non dicatur v. c. *ἐλάνθαν᾽ ἄν*) Elmsleius scripsit ad Med. 416 not. p. casu non ratione verum esse arbitror. Cf. Herm. l. c. p. 71. Locum geminum Alcest. 923. M. probabiliter emendavit Hermannus. *οὐκ οἶδ᾽ ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.* (In his protasis inest, *εἰ γὰρ ἐβουλεύσω*) — *κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ᾽ ὢν ἢ ζῶν τυφλός* Oed. R. 1368. *ἢ χρῆν σ᾽ ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ᾽ ἐτύγχανες* El. 519. *εἴθ᾽ ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην — εἶναι· πάντα γὰρ κατειργάσω* 1011. Bruncki cod. C. Aug. c. Bar. 2. Harl. Ien. *πάντα γὰρ ἄν*, unde Brunckius secundum Dawesium (p. 260.) *πᾶν γὰρ ἄν.* *χρῆν δ᾽ εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην* 1497. *οὐδ᾽ — ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν.* Oed. R. 256. Sed non pertinet huc Ai. 183. v. Herm. l. c. p. 74. c. *Sed etiam ad potentialem optativum ἄν* omitti multis visum est. v. Schaefer Mel. Cr. p. 51 sqq. p. 129 sqq. C. F. Hermann. ad Luc. de Hist. Conscr. p. 35. Et de scriptoribus non Atticis inprimis sequioris aetatis poetis quis negaverit? At Atticos idem sibi indulsisse nondum satis demonstratum; paucissimis enim, quae vulgo contulerunt, exemplis cum ingenti multitudine eorum quae *ἄν* habent compositis corruptelae potius suspicio oritur. De atticis poetis plane negandum est omitti *ἄν* ad optativum vere potentialem, *id est eum qui rem non factam dicat sed qualis secundum loquentis argumentantisve sententiam fieri posse videatur:* quare quam de omisso additove *ἄν* secundum sensum distinguendo Fritzschius sententiam protulit Ep. Cr. ad Friedem. p. XXXI. plane sequor: illud enim Graecum, hoc barbarum esse aio. Nam eximenda sunt omnia, quorum ex oratione obliqua rationem sollerter deduxit Reisigius de p. *ἄν* p. 132. Optativus enim solus recte ponitur cum non ex nostra sed ex alterius mente aliquid pro-

ferentes ratiocinamur. *καὶ τίς ποτ' ἐστίν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;* Oed. Col. 1174 non *quem reprehendam s. qui mihi reprehensione dignus videatur* sed *quem quis a me reprehendi posse dicat?* *πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι ταὐτὸν εἰσάπαξ τρίσας;* 1420. 21. *ἄγοιμ' ἂν* Toupius, Schaeferus Mel. Cr. p. 99. *αὖθις ἂν πάλιν* Brunckius olim Hermanno quoque probatum ad Ai. 904. Sed ad Oedipi locum commentans ipse Schaeferus has coniecturas improbavit. Recte. Est enim *quomodo putas fieri posse ut alterum aeque copiosum colligam exercitum?* *τεὰν Ζεῦ δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχοι* Ant 601. Bruncki cod. E. *κατάσχῃ;* sed non deliberationi locus, quid quis debeat facere, sed quid possit. *κατάσχοι ἂν* est *quis possit vincere.* Nunc dicit *quem quis putet posse vincere.* Sed quartus locus his similis non exstat. Nam quod incertus consilii et pudore facinoris plenus Neoptolemus secum colloquens dicit Phil. 883. *παπαῖ· τί δῆτα δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε* ex mente alterius commode repeti non potest. Ineptum enim in tali animi statu iudicium aliorum respectare ut dicat *hei, quid censeat quis me iam deinceps facere.* Unice convenit *quid faciam:* ita ut vere correxisse putem Schaeferum *τί δῆτ' ἄν,* probatum illud etiam Elmsleio ad Iph. T. 89 et Med. 773. In Oed. R. 829 *ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἀνορθοίη λόγον* dudum omnes sequuntur Schaeferum qui Mel. Cr. p. 89 correxit *ἂν ὀρθοίη:* sed futuros censeo qui etiam in hoc argutarentur, nisi ad sensum plane ineptum esset *ἀνορθοῦν.* Locum multum vexatum Ai. 904 *ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι πεπτῶτ' ἀδελφὸν τόνδε συγκαθαρμόσαι,* quo Brunckius *ἀμέτρως ὡς ἂν ἀκμαῖος,* Wakef. et Pors. olim *ὡς ἀκμαῖ' ἂν* scripsere, Hermannus qui olim (ad Ai. 1109.) mira commentus optativum cum *ἂν* dictum de re futura, omisso *ἂν* de praeterita dici interpretationem pro emendatione tentarat, nunc iam repudiato illo praecepto (de p. *ἂν* p. 163.), quod quaevis pagina scriptorum Graecorum refutet, unice veram viam ingressus est, ut *optative* intelligat dictum *ὡς μόλοι utinam veniat.* Sed mutandae distinctiones videntur: *ὡς, ἀκμαῖος εἰ βαίη, μόλοι — συγκαθαρμόσαι: utinam veniat mortuum compositurus, si forte adhuc tempestivus veniat.* Illi priori placito viri acutissimi iure olim adversati erant Matth. ad Hippol. 468 et Bornem. ad Xen. Symp. p. 130. Denique El. 790. *ἐπείπερ οὔτ' ἐμοὶ κατάξίως πράξειας οὔτε τοῦ πορεύσαντος ξένου,* in quo certatim *κατάξι' ἂν* scribendo mendum tollere sibi visi sunt Bothius, Monkius, Reisigius, Elmsl. ad Heracl. 544, recte explicuit Hermannus ex paedagogi verbis *οὐκοῦν ἀποστείχοιμ' ἄν,* ad quae Clytaemnestra respondet, *ἂν* subaudiendum docendo. v. ad Vig. p. 944. Sed quam prona librariis in illa particula grassandi libido fuerit libri docent, saepe cum

apertissimo mendo vel sententiae vel metri omittentes. Sic *οὐ γὰρ ὧδ' ἀλλοτρίοις ὄμμασιν εἷρπον* Oed. Col. 144. codd. Laur. A. Par. B. F, Ricc. Vat. ed. Iunt. ruente versu anapaestico. — *τίνα σου πατρίδ' ἐκπυθοίμαν* Oed. Col. 205 pro *τίν' ἂν* libri omnes, sensu nullo metro adverso. — *σιγᾶν γὰρ ἁρμόζοι σε τὸν πλείω λόγον* Cod. Par. Trach. 723 pro *σιγᾶν ἄν*, etsi *γάρ* plane inepte dicitur. In Oed. R. 281 *ἀναγκάσαι θεούς, ἃν μὴ θέλωσιν, οὐδὲ εἷς δύναιτ' ἀνήρ* intolerabili hiatu codd. vel optimi Laur. tres, Flor. Γ. Pal.; Brunckii duo et Trin. Mesq. Dresd. b. *οὐδ' ἂν εἷς*, ut scribendum praeceperat Koenius ad Greg. Cor. p. 56. cod. Aug. b. *οὐδεὶς δύναιτ' ἄν*. — d. *Ad infinitivos obliquae orationis* non magis omittitur *ἄν* quam ad potentialem rectae optativum. Quocirca Schaeferi et Porsoni emendatio *ἂν τυχεῖν* Phil. 1313 unice vera est. Aiacis autem locum 1062: *ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται πάρα, ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν — ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν* optime explicuit Hermannus. Errarunt et alii et Elmsleius in eo, quod de re futura aut imminente cogitarunt: est vero oblique dictum pro *αὕτη ἡ πόλις χρόνῳ ποτὲ εἰς βυθὸν ἔπεσεν*. Neque etiam cum Elmsleio *δέξεσθαι* scribendum El. 435 pro *δέξασθαι*, cum non tum primum inferias Agamemnoni Clytaemnestra faceret, sed pridem fecisset.

2. *Omissioni simile*, quod iam tetigimus, cum *ἂν* ponitur *κοινῶς* ut *ex uno membro sed disiuncto, non coniuncto, subaudiatur in altero*. V. Oed. R. 937. Quae Hermannus huic loco adscripsit, eis iniuria obloquitur Schaef. App. ad Demosth. t. V. p. 686. — *ἔξοιδα· πῶς γὰρ οὐχί; συμφορᾶς γὰρ ἂν ἔξωθεν εἴην*. El. 1440. Ex hoc membro in interrogatione subaudiendum *ἂν* sc. *ἐξειδείην*. *καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν* Ant. 665. Ex *εὖ δ' ἂν θέλειν* in prioribus subaudi *ἂν* ad *ἄρχειν*· utrumque enim, et *ἄρχειν* et *ἄρχεσθαι* a *θέλειν* pendere sententia non patitur.

3. Contra *geminatur*, imo *ter ponitur ἂν* ubi semel dicto satis erat. Veterum huius rei meminere Gr. Bekk. p. 128. et Greg. Cor. p. 43, qui atticam eam consuetudinem vocat. Recentiorum primus docuit Stephanus ad Aesch. Pers. 708. At iniuria saepius tragicis hanc sibi dilectam loquendi rationem inutili correctione obtrusit Elmsl. in Cens. Hecubae Porsonianae et ad Med. 416 not. p. Usitatissima iteratio est in optativis potentialibus. *θηρατέ' ἂν γίγνοιτ' ἂν* Phil. 116. *ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν — τύχοιμ' ἂν* 222. *τάχ' ἂν κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι* Oed. R. 139. *τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη κλύων —;* 339. *συθείς τ' ἂν οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον* 446. *οὔποτ' ἔγωγ' ἂν πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος μεμφομένων ἂν καταφαίην* 505 ch. *οὐκ ἂν — ἄλλου δρῶντος ἂν*

πλαίην ποτέ 602. *τῷ γὰρ ἂν — λέξαιμ' ἂν* 772. *μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ βλέψαιμ' ἂν οὔτε τῇδε* 857. *οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν* 862. *ἦδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι* 1053. *τίς ἂν — εὖ πράξειεν ἂν* Oed. Col. 392. *ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;* 784. *πῶς ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;* 981. *οὔτ' ἔτ' ἂν πανάθλιος θανὼν ἂν εἴην* 1112. *ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ* 1525. *οὔτ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα* Ant. 69. 70. *κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἂν* 676. *ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἂν* 875. *οὐκ ἔσθ' ὁποῖον ἂν — βίον οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ* 1140. *τρόπον μὲν ἂν πόνων οὐκ ἂν διείποιμι* Trach. 21. *τὸ γὰρ φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν* 740 a Laur. A. firmata coniectura Porsoni est; in ceteris *τίς ἂν δύναιτ' ἀγέννητον*. Suidas *τίς ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιῆσαι*. *κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι* Ai. 155 an. *τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε* 533. *ἐγὼ μὲν ἂν — φάσκοιμ' ἂν* 1015. *οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν — νόμοι καλῶς φέροιντ' ἂν* 1052. *οὐκ ἄν ποτε κατάστασις γένοιτ' ἂν* 1225. *οὐκ ἄν γ' ἀτιμάσαιμ' ἂν* 1318. *οὐ τἂν* Elmsl. *οὔκουν* Brunckius ex uno cod. et edd. vett. *οὐκ ἂν* sine *γε* in IV. Iohns. et Brunckii membr. *ὥστ' ἂν — δηλώσαιμ' ἂν* El. 326. *ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν* 687. *τίς οὖν ἂν ὑμῶν τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν —;* 1092. *τίς οὖν ἂν ἀξίαν — μεταβάλοιτ' ἂν σιγάν* 1252 m. *οὐκ ἂν μακρῶν — οὐδὲν ἂν λόγων τόδ' εἴη τοὔργον* 1364. — Ad imperfecta vel aoristos conditionaliter positos iteratur: *ἀρχὴν δ' ἄν, εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε, τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποτε — ἐπέστεφεν* El. 431—33. *κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος μὴ 'δυστύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα* Oed. R. 261. *ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἂν εἰ μὴ — ἔχρῃζον* 1438. Brunckius distinctione posita alterum *ἂν* ad *ἴσθι* referebat, ubi locus particulae non est. Sed uno tenore pronuntianda etsi *εὖ τοῦτ' ἴσθι* parentheta sunt: nec veteribus, nisi distinctionibus nullis in scribendo usis, talia potuisse elabi puto. *ἦ τἂν οὐκ ἂν ἦν* Oed. Col. 1368. *ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς — ἰσχόμην νέκυν, κείνοις ἂν ἤλγουν* Ant. 463. *οὔτ' ἂν — βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον* 896. *ἡμεῖς μὲν ἂν — θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ* Ai. 1038. *ᾧ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες* 1123. *ἐπεὶ οὔποτ' ἂν στόλον ἐπλεύσατ' ἂν* Phil. 1026. *κἀμοὶ γὰρ ἂν πατὴρ — ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς* Scyr. VI. (501 D.). *οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις* Phaedr. III. 1 (606 D.). *οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν ἀνὴρ κτήσαιτ' ἂν* V. 1 (608 D.). *οὐ γὰρ ἂν — μάθοις ἂν* inc. VI. 1 (659 D.). Haec exempla si quis consideret, partim sola luxuriantis linguae grata quadam negligentia iterari particulam, in aliis autem exemplis in eo causam videbit, quod ab *ἂν* incepta sententia principali protasis inseritur, ut longiore quodam circuitu

facto quasi in memoriam revocanda esset. — Postremo etiam additum obliquae orationis infinitivis geminatur. *οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν νίψαι* Oed. R. 1227. *ἀλλ' ἄνδρα χρὴ — δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ* Ai. 1057. Quanquam haec ellipsin habet loquendi ratio: *πεσεῖν ἂν καὶ πεσεῖν ἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ*. — *Ter positum*, quantum quidem quaerendo reperi, *semel* exstat loco a Gr. Bekk. p. 128, 27 memorato fr. inc. CV. 42 (789 D.). *πῶς ἂν οὐκ ἂν ἐν δίκῃ θάνοιμ' ἄν.* — Hermanni de hoc particulae usu placita l. c. p. 188 vereor ut probari possint.

4. De *collocatione* particulae notum est neque initio eam sententiae, quod Heindorfio visum, poni et uni earum vocum adhaerere ex quibus sententia, quam spectat, efficitur. V. Herm. l. c. p. 193, cuius observata Sophoclis certe exemplis omnibus concinunt.

5. De *mensura* particulae satis est adire Hermannum Opusc. vol. IV. p. 373, qui *corripi* eam contra Dindorfium adeo manifesto demonstravit, ut addi nihil possit.

Ἄν pro *ἐάν* (producitur. v. Herm. opusc. vol. IV. p. 173) apud tragicos non dicitur, sed *ἤν*. Phil. 570 *ἂν λέγῃς δέ, μὴ φώνει μέγα* Brunckius in *ἄ'ν* mutavit. ut *ἄ'ν μὴ θέλωσιν* Oed. R. 281, relegans lectores ad Marklandi notata ad Suppl. 364. In Trach. 669 pro *ἂν* quod in libris est, dudum editur *ἤν*. Sic scribendum etiam Cedal. II. si lectio certa, Creus. VI. (321 D.), quod Brunckio est inc. X. 5, 1., et inc. C. 8 (779 D.) fecitque Dindorfius. Denique Oed. R. 1062, si Hermanni sententia vera est, ad *ἂν* potentiale spectat, aut emendandus locus. Schaeferum non satis mirari possum, qui ne correpto quidem *ἂν* offensus est, quin pro *ἐάν* dictum putaret: quanquam ne sic quidem oratio constat.

Ἀνά (⏑ ⏑) inprimis de spatio et locis certis finibus destitutis obeundis vel pervagandis. (*per*) *φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ πέτρας* Oed. R. 476 ch. *τούσδ' ἀνὰ χώρους* Oed. Col. 1061 ch. *ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν* Ai. 1169 ch. Sed *αἱ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖν', αἱ δ' ἐννυχιᾶν ἀπὸ ῥιπᾶν* Oed. Col. 1251 est *a meridie*, velut quod adiungitur, *a septemtrionibus*. — Tmesin patitur secundum certam Hermanni emendationem et adverbiascit *sursum* significans, quae est primitiva voculae significatio, *ἀνὰ γάρ ὄμμα σε τόδ' ὦ πάτερ ἐμὸν στένει* Oed. Col. 1707 m. Libri *ἀεὶ* contra versum; Elmsl. *ἔτι*, Reisigius *ἀεὶ* in unam coire syllabam putabat. Praepositio igitur tenui est et maxime in melicis partibus usu: v. Bernhardy. Synt. p. 233. — Anastrophe non afficitur: certe vetabat fieri Aristarchus, v. schol. Il. ε. 824. Eust.

p. 75, 7. schol. Dion. Thr. p. 930. Herod. l. c. Quanquam fuerunt, qui non parerent: v. schol. l. c.

Ἄνα pro ἀνάστηθι. ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων Ai. 192 ch. Schol. ἀνάστα ἐκ τῶν θρόνων. De tono Aristarchus praecepit et nota res est: v. schol. Il. ε. 824. Apocopen non pati observat Herodianus Etym. M. p. 95, 47.

* Ἀναγιγνώσκω *agnosco*. Uno eoque dubio loco est Oed. R. 1348. ὡς σ' ἠθέλησα μηδ' ἀναγνῶναί ποτ' ἄν. Sic Laur. tres, Pal. inepte ἄν inculcato; omittunt edd. vett. membr. Br. aliiq. codd. Elmsl.: ἠθέλησ' ἄν — ποτέ. Sensum esse intpp. viderunt: utinam te ne *novissem quidem*: quod cum γνῶναι sit, non ἀναγνῶναι, quemadmodum vel glossator sensit explicans ἀντὶ τοῦ γνῶναι, chorus μή non μηδέ dicere debuit. Cod. Flor. Γ μηδ' ἂν γνῶναι, unde recte Herm. μηδέ γ' ἂν γνῶναί ποτε. Nec impedit, quod mediocris doctrinae homo Eust. p. 957. 56. αναγιγνώσκω pro γιγνώσκω dici ait.

Ἀναγκάζω (⏑) *cogo*. *Cum accusativo duplice*. κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε Phil. 1352. ἀναγκάσαι θεούς, ἃ ἂν μὴ θέλωσιν, οὐδ' ἂν εἷς δύναιτο Oed. R. 281. *Cum infinitivo*. κεῖνοί κομίζειν δεῦρ' ἀναγκάζουσί με Oed. Col. 595. μέ a κομίζειν suspensum omittitur, v. Herm. οὔκουν τις — πάντ' ἀναγκάσει λεὼν σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος 902. ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν El. 248. Cum *participio*. οὐκ ἐπαισχύνει γάμους — μ' ἀναγκάζων λέγειν Oed. Col. 983. *Passivum* semel dictum *urgeri et vexari* significare videtur. δεινοῖς ἠναγκάσθην, δεινοῖς El. 214 m. Libri ἐν δεινοῖς; sed controversa sententia. V. Herm.

Ἀναγκαῖος. 1. *Quod fieri oportet*. τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν Phil. 1301. τἀναγκαῖα τοῦ βίου Thyest. III. 5. quae necessario per vitae cursum accidunt. Apud Brunckium haec particula omissa: est fr. 236 D. 2. *Fatalis*. τῆς ἀναγκαίας τύχης οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις φέρειν Ai. 480. *Captivitatem* intelligunt: v. Eust. p. 1089, 37. Loco utuntur Suidas v. ἀναγκαία. Zonar. t. I. p. 178. Schol. Eur. Med. 93.: illustrat, ut omnia, docte Lobeckius. — πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης Ai. 790. Schol. ἐπίκουροι γένεσθε τῆς κατεπειγούσης δυστυχίας. τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης El. 48. ἡ μὲν εὖ πίπτουσά τινι dubium num ex hoc loco memoraverit Eust. p. 651, 30. Suidas interpretatur οἷον ἀναγκαστῷ μόρῳ καὶ οὐκ ἐκ ταὐτομάτου, ἐκ βίας, οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ; et his similia schol. Mihi qualiscunque fatalis mors dici videtur.

Ἀναγκαίως *necessario*. ταρβεῖν μὲν ἔργα δεῖν' ἀναγκαίως ἔχει Trach. 720.

Ἀνάγκη. 1. *necessitas* cum quam coacti subimus, tum qua quid fieri oportet. πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ οὔτ' ἐξ ἀνάγκης Phil. 73. *Con-*

ctum significat, nec minus spectat ad Ulixem, quod contra Hermannum recte monuit C. Matthiae Qu. Soph. p. 106. ἐγὼ δ᾿ ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν τάδε Phil. 534. πολλὴ κρατεῖ τούτων ἀνάγκη 910. σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς ἔπλεις ἅμ᾿ αὐτοῖς 1014. νῦν πᾶσ᾿ ἀνάγκη ὀκνεῖν Oed. R. 986. ταρβεῖν — τἀνθυμήματα πολλή ᾿στ᾿ ἀνάγκη τἀπό σου Oed. Col. 294. ὀκνοῦντ᾿ ἀνάγκη (sc. διδάσκειν) 661. μή μ᾿ ἀνάγκῃ προςβάλῃς τάδ᾿ εἰκαθεῖν 1180. ἀνάγκῃ δ᾿ οὐχὶ δυςμαχητέον Ant. 1093. ἐν τοῖς κακοῖς πολλή γ᾿ ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά El. 301. τίς γάρ σ᾿ ἀνάγκη τῇδε προςτρέπει βροτῶν 1184. *quis hanc tibi necessitatem imposuit*, sc. ὥςτε δουλεύειν, v. Herm. καλῶς πράσσοντ᾿ ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη Trach. 230. πολλή ᾿στ᾿ ἀνάγκη τῇδε τοῦτο συντρέχειν 294. καὶ τῶνδ᾿ ἀνάγκη καὶ οἰωπώντων κλύειν Past. V. 2 (447 D.). νόσους δ᾿ ἀνάγκη τὰς θεηλάτους φέρειν Phaedr. VIII. 3 (611 D.). σιγᾶν ἀνάγκη fr. inc. XV. 1 (669 D.). ἡ τῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἐμβριθέστερον inc. XXXVIII. 3 (696 D.). 2. *vis aerumnae et laboris.* φθογγά του στίβου κατ᾿ ἀνάγκαν ἕρποντος Phil. 206 ch. v. Herm. ἤ που πταίων ὑπ᾿ ἀνάγκας βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν 215 ch. ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ, schol. δουλίας ζυγὸν ἀνάγκας Ter. VIII. 7 (518 D.). v. δούλιος. *Servitus* significatur. 3. *vis fati* cum sortem regens humanam tum sors ipsa fato constituta. ἔστ᾿ ἀνάγκη Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν Phil. 1324. Κενταύρου δολοποιὸς ἀνάγκα Trach. 829 ch. cf. Herm. ὅτι σφ᾿ ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί Oed. Col. 611. πρὸς τὴν Ἀνάγκην οὐδ᾿ Ἄρης ἀνθίσταται Thyest. I (234). Elegantius enim cum Dea Necessitate quam cum aliqua vi occulta pugna congredi Mars dicitur. De qua προςωποποιίᾳ v. Voss. ad hymn. Cerer. 216. p. 68. coll. Dissen. Expl. Pind. p. 441. Iacob ad Luc. Toxar. p. 89. — ὕβρις — ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν Oed. R. 877 ch. — Num huic an primae significationi accenseam ἡ πᾶσ᾿ ἀνάγκη τήνδε τὴν στέγην ἰδεῖν τά τ᾿ ὄντα καὶ μέλλοντα Πελοπιδῶν κακά El. 1490, ambiguum. — 4. Formulae πολλή γ᾿ ἀνάγκη, πολλή ᾿στ᾿ ἀνάγκη, πολλή μ᾿ ἀνάγκη. Haec quidem adstrictioris usus est nec potest dici nisi infinitivus sequatur vel respiciatur antegressus; nec legitur apud Sophoclem. Reliquarum Reisig. not. crit. ad Oed. Col. p. 230. Valckenarium secutus (Phoen. 1668.) unice probat πολλή γ᾿ ἀνάγκη, non alia de causa, nisi quod a brevitate commendetur, velut etiam ἁπᾶσ᾿ ἀνάγκη sine verbo substantivo addito dicatur. Contra Pors. ad Med. 1008. promiscui usus utramque esse et valde inter utramque fluctuari Elmsleius observarat ad Med. 981. Hermannus ad Trach. 294. recte videtur pronuntiasse πολλή γ᾿ ἀνάγκη *confidentis et concedentis*, πολλή ᾿στ᾿ ἀνάγκη *affirmantis* esse: addo a libris standum, quippe sensu ubique utrumque ferente. In Trach. 294. πολλή ᾿στ᾿ ἀνάγκη editur ex membr. Brunck codd. Harl. Laur. A. Paris. Ald. et rell. edd. vett.

Duo codd. Brunck Ven. Flor. πολλή τ' ἀνάγκη, quod in enuntiato non nexo absonum. Idem vitium plerosque codd. insedit El. 301, ubi sententia confitentis et argumentantis ex confessione πολλή γ' ἀνάγκη suadet, ut editur ex codd. Brunck. E. Ien. et ed. Ald. Variant libri inter πολλή τ' πολλή γ' πολλή 'στ' Oed. Col. 294, sed merito hoc praetulere praeter Reisigium editores recentiores, quippe in optimo cod. Laur. A. ed. Iunt. 2. et Suid. v. ταρβεῖν servatum; etsi huius cod. Leid. πολλή σ' manifesto vitio.

Ἄναγνος *impurus, scelere contaminatus.* *ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος (ἔφυν);* Oed. R. 823. Schol. *μιαρός:* oportuit et scripsit fortasse *μυσαρός.* Affert Suid. v. *ἄναγνος.* — *τὸν ἐκ θεῶν φανέντ' ἄναγνον* Oed. R. 1383. *ἄνδρα καὶ πατροκτόνον κἄναγνον* Oed. Col. 949. Duo codd. *κἄνανδρον.*

Ἀνάγω. 1. de expergiscente *tollo.* *κινεῖ γὰρ ἁνὴρ ὄμμα κἀνάγει κάρα* Phil. 854. 2. *attollo, sublevo* tralate. *ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τἀνθρώπεια* Ai. 131. 3. *παιᾶν' ἀνάγετε* Trach. 210 ch. *celebrate.* *Passivum* propria significatione *reducendi* dictum *κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς* Scyr. VI. 7 (501 D.).

Ἀναδείκνυμι *palam monstro.* *σιγᾶν ἀνανδῶ κἀναδεικνύναι πύλας πᾶσιν Μυκηναίοισιν* El. 1450. *πύλας* in *πέλας* mutandum Reiskius censuit, Purgoldus in *τύχας,* Doederlinus *πύλαις* scribendum, quod exstat in cod. Monac. Schol. Iohns. inepte *τὰς τοῦ τάφου πύλας* scribit. *Δέμας* legisse videri posse scholiasten veterem observat Hermannus: sic enim scribit: *κελεύει ὁ Αἴγισθος ἐμφανῶς δείκνυσθαι τὸ σῶμα τοῦ Ὀρέστου.* Sed ea ad sensum non ad verba spectare neque quidquam mutandum idem recte monet. Patefactis enim portis (id est enim *ἀναδεικνύναι πύλας,* pro *ἀνεῳγμένων τῶν πυλῶν δεικνύναι τὰ ἐντός*) monstrari quae essent intus iubebat. Sic *μυστοδόκος δόμος ἀναδείκνυται* Aristophani dictum Ran. 304.

* *Ἀναδίδωμι.* v. *ἄν* et *δίδωμι.*

Ἀναδοχή *susceptio.* *ὁ δ' ἔλακεν — ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων τῷ Διὸς αὐτόπαιδι* Trach. 822 ch. Schol. *ἀνάπαυσιν, ἀνακωχήν, ἄνεσιν.* Sed *τελεῖν* est *finire,* *ἀναδοχή* igitur, quod viderunt Hoepfn. et Billerb. *susceptio,* cuius finis oraculo portendebatur. Aliam viam institit Wakefield.

Ἀναζέω *ebullio.* *ἐκ γῆς ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί* Trach. 699.

* *Ἀναθαυμάζω* *identidem miror.* *κἀνεθαύμασα τηλέσκοπον πέμφιγα χρυσέαν ἰδών* Colch. V (319.). Apud Gal. vol. IX. p. 385 legitur *κἂν ἐθαύμασα.* Herm. diss. de Aesch. Prom. sol. p. 24 correxit *κἂν ἐθαύμασας.* Bentleius ad Mill. p. 57. *κἀπεθαύμασα.*

Ἀνάθημα donarium. ὅςτις — ναοὺς πυρώσων ἦλθε κἀναθήματα Ant. 286.

Ἀναίδεια impudentia. ἀναιδείας πλέαν El. 597. ἀναιδείας φᾶρος Soph. Inacho X. 3 (274). ap. Hesychium ex Homero interpretatum παρὰ τὸ χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

Ἀναιδής impudens. De homine ὦ θρέμμ' ἀναιδές El. 612. ὦ φθέγμ' ἀναιδές Oed. Col. 867. ὦ λῆμ' ἀναιδές 964. *De re:* πέπονθ' ἀναιδῆ Oed. Col. 518 m. Sic pro vulgata πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ ex schol. Reis. et Herm. Audacissima figura dicitur νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ δός μοι σεαυτόν Phil. 83. i. e. in breve tempus te mihi da impudens futurus.

Ἀναιδῶς impudenter. οὕτως ἀναιδῶς ἐξεκίνησας τόδε ῥῆμα Oed. R. 354. Versum cum sequentibus duobus habet Stob. Serm. XIII. 2.

Ἀναιθύσσω, ἀνασείω Hesych. ex Sinon. II (486 D.).

Ἀναιρέω tollo. δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών Ai. 233 an. Schol. ἀνελόμενος, βαστάσας. Vivos enim ex caede facta domum retulerat. Eust. p. 107, 3. 1315, 61. 1476, 56 sine Sophoclis nomine meminit. Medium *secum auferre, nancisci.* δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην Oed. R. 1035. (δῶρον) ὃ — παρὰ Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην Trach. 555. πυρὸς ἀνειλόμην — ἄθλιον βάρος El. 1129 de ossilegio.

* *Ἀναίρω* v. αἴρω ex Ant. 898.

Ἀνακαλέω iterum iterumque pronuntio. συλλαβὼν τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ ἔμπρησον Phil. 789. Schol. ἀνακαλοῦντι interpretatus cum συλλαβὼν coniungebat. Melius est cum Erf. Herm. *multum celebratum* explicare. — Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος El. 683. Victor renuntiatus. Medium est *invocare, obtestari.* νῦν δ' ἀνακαλοῦμαι ξυμμάχους ἐλθεῖν ἐμοὶ (sc. θεούς) Oed. Col. 1378. αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη Trach. 906. Hermannus scriptum Sophocli suspicatur ἀγκαλουμένη: sed huius suspicionis certe nullus in eo fundus reperietur quod Ald. Iunt. 2. habent δαίμονα καλουμένη.

Ἀνάκειμαι accumbo. Athenaeus p. 23 (t. I. p. 52 D.). κατακεῖσθαι δὲ λέγεται καὶ κατακεκλίσθαι. ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτό φησιν· Ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰςαλοίμην (inc. XXXVII. s. 695 D.). Brunckius haec ad Herculem in Taenaro refert. In versus sine violentia redigi non possunt, nec hiatus tolli, sed scribendum arbitror ἐπικείμενος, pone Herculem accubans. Commemorant idem verbum Eust. p. 1404, 6. 1498, 48. Phryn. προπ. σοφ. p. 26, 23. v. Lobeck. ad Phryn. p. 216.

Ἀνακηρύσσω per praeconem pronuntio. κἀνακηρύσσων φόνον τὸν Λαΐειον Oed. R. 450.

Ἀνακινέω resuscito. πρὶν τήνδ' ἀνακινῆσαι νόσον Trach. 1249 an.

Ἀνακίνησις commotio. οἷον μ' — ἔχει ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν Oed. R. 727. Schol. ἤγουν ταραχὴ λογισμῶν ἔχει με.

Ἀνακίρνημι misceo, potionem conficio. κἀνακίρναται ποτόν Thyest. VI. 8 (239) de uva vino maturescente.

Ἀνακλαίω vel ἀνακλάω lamentor. ὑμῖν τάδε — ἀνακλάομαι παροῦσιν Phil. 927. De scriptura v. κλάω.

Ἀνακουφίζω allevo, attollo. Proprie (αἰγείρου) κάρα κινεῖτ' ἐν αὔραις, κἀνακουφίζει πτερόν frontes per auras attollit; Aeg. VI (24 D.). sic certe Brunckius constituit. Apud schol. Od. η. 106 legitur κινήσῃς αὔραις ἀνακουφίζει. Tralate πόλις — ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου Oed. R. 23. traductum a nave, quae quin mergatur non multum abest. V. Dorvill. ad Char. p. 307.

Ἀνακούφισις sublevatio, recreatio. ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν Oed. R. 218. Schol. satis male ἐλευθερίαν τοῦ βάρους τῶν κακῶν. De verbis κουφίζειν et ἐπικουφίζειν simili modo dictis v. Iacobs ad Ach. Tat. p. 426.

* Ἀνακούω v. ἐπακούω.

Ἀνακτάομαι. ἀνέκτημαι, ἀνείληφα Hesych. ex Creusa VII. 2 (328 D.).

Ἀνακτόρειον urbs Anactorium. Steph. Byz. v. Ἀνακτόριον. Ἀκαρνανίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν Ἀνακτόριος, καὶ θηλυκὸν Ἀνακτορία, ἡ γῆ. καὶ Ἀνακτοριεύς. Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ διφθόγγου· Ἀ ν α κ τ ό ρ ε ι ο ν τ ῆ σ δ' ἐ π ώ ν υ μ ο ν χ θ ο ν ό ς inc. XCVI (775 D.). Sic certe Eugenius a Stephano memoratus scripturus erat. Ipse meliores codd. antestatus per ι scriptum sese reperisse affirmat.

Ἀνάκτορον penetrale, arcanum. (ἀνάγκης) ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον, inc. XXXVIII (696 D.).

Ἀνακωκύω lamentor. ἡ παῖς ὁρᾶται κἀνακωκύει πικρᾶς ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον Ant. 419. Sine casu κἀνακωκύσας καλεῖ 1212.

Ἀνακωχεύω. A navigatione ad cursum quadrigarum transtulit poeta. δεινὸς ἡνιοστρόφος ἔξω παρασπᾷ κἀνακωχεύει El. 722. *sinit praetervehi procellam equestrem.* Zonaras p. 201. Suid. v. ἀνακωχεύειν. Hic ita: ἀνακωχεύειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ ἀνασειράζειν. καὶ ἀνακωχεύειν τὸ ἐν πελάγει χειμῶνος ὄντος στείλαντας τὰ ὀθόνια σαλεύειν. (Haec etiam Gr. Bekk. An. p. 391. 9.) — — μεταφορικῶς οὖν ἐπὶ τοῦ ἅρματος εἴρηκεν, ὅτι οὐ διημιλλήσατο ἀλλ' ἀφῆκε τὸν τῶν ἵππων κλύδωνα καὶ ἠρέμα ἔλαυνεν. Cf. C. Matthiae Qu. Soph. p. 70.

Ἀναλαμβάνω *corrigo.* ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι Phil. 1233. Proprie *resumere* manibus elapsa. Phavor. ἀναλαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἀνακαλέσασθαι (se colligere) καὶ ἐς ὀρθὸν στῆσαι.

Ἀνάλγητος 1. de homine *durus*, *humanitatis expers*. ὁ ἀνεπίστρεπτος τοῦ καθήκοντος Ammon. p. 16. ὤμοι ἀναλγήτων δισσῶν ἐθρόησας ἔργον Ἀτρειδᾶν Ai. 927 ch. ἀναλγήτων, ἀσυμπαθῶν schol. Affert Suidas v. ἀνάλγητος. cf. Monk. ad Eur. Hipp. 1383. 2. de re *non dolens*. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' ὁ πάντα κραίνων — ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας Trach. 126 ch. *res laetas*. Schol. οὐδὲ γὰρ ἄλυπα τοῖς ἀνθρώποις ὁ Ζεὺς τὰ πράγματα πεποίηκε.

Ἀναλγήτως. ἀναισθήτως, ἀπόνως. Gr. Bekk. p. 391, 14. τὸν ἄνδρα τόνδε — μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν Ai. 1312.

Ἀναλίσκω *consumo.* τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον; Ai. 1028. tot inutilia verba fecisti. Tralate *tollo*, *interficio.* ὡς ἀναλώσαιμί νιν Oed. R. 1174. ἀναλῶσαι, ἀφανίσαι Hesych. ex Past. VI. 2 (452 D.). Cod. ποιμένεσιν, pro ποιμέσιν. παῖδας γάρ, οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει inc. LXXXV. 1 (764 D.). In ea formarum auctarum raritate (apud Sophoclem semel, infrequenter Euripidi, ne semel quidem Aeschylo dictae sunt) lubricum est diiudicare num per η augeatur an ᾱ retineat. Nam et ratio et grammaticorum testimonia et librorum scriptura, si recte iudicare velis, spectanda sunt. Thomas: ἀνάλωσα καὶ ἀνάλωκα Ἀττικοί, τὸ δὲ μετὰ αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνήλωσα et ἀνήλωκα, κοινόν. Contra Philemon p. 150. πλὴν τὸ μὲν ἀνήλωκα καὶ ἠνάλωκα γράφεται Ἀττικῶς, ἀνάλωκα δ' ἀναύξητον κοινῶς. Moeris p. 25: ἀνηλωμένον Ἀττικῶς, ἀναλωμένον κοινῶς. Suidas v. ἀναλίσκειν: ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι καὶ διὰ τοῦ η, ἀδιαφόρως. Patet igitur iam Veteres varie in libris scriptum reperientes frustra de certa regula cogitasse. Recentiorum vero primus Valckenarius ad Phoen. 591 pronuntiavit secundum Thomam, quod prima natura produci solita augmento nec indigeat nec patiatur augeri. Huic assentitur Piersonus ad Moer. l. c. Brunckius ad Ar. Plut. 380. Fischerus ad Well. III. p. 32 iniuria, ut videbimus, codices testatus optimos; Porsonus, Coraes ad Isocr. t. II. p. 3. et ad Heliod. t. II. p. 173. Matthiae gr. Gr. p. 303 et ad El. 676 (686). alii, quos concervavit Kuehlstaedt de dial. Soph. p. 124. Et primam verbi syllabam natura produci concedendum Valckenario, v. praeter Sophoclis locos Aesch. Sept. 813. Eur. Med. 325; sed hinc res non conficitur: non per omnia enim sermonis consuetudo regulas iustas sequitur. Mediam quasi sententiam Suidam secutus Goettlingius tuetur ad Theod. p. 221., apertissime ineptiens, quippe qui etiam ἀνάλισκον non ἀνήλισκον solum reperiri affirmet, cuius scripturae vix usquam

vestigium cernitur. Alii rem in medio reliquerunt, velut Iacobs. ad Ach. Tat. p. 413 et Buttm. Gr. Mai. vol. II. p. 76.: quippe quod libri nimia dissensione distineantur. Et in Sophoclis quidem loco omnes auctam formam, in Euripidis autem Phoen. 608. Andr. 456. El. 686 non auctam repraesentant. Ultra si quaeris, aucta forma longe testatior est. Apud Thucydidem quidem, si Popponem audis, ᾱ frequentius exstat, ῆ autem in omnibus libris est II. 13. III. 81. v. Popp. t. I. p. 226. At de oratoribus cum viam praeisset Bremi ad Dem. Or. de Chers. p. 497. t. II. Schaef., nunc rem confecit Benseler. ad Isocr. Areop. p. 133 sqq. Is enim *in omnibus decem* oratoribus vix ullum non auctae formae certum exemplum reperiri manifesto ostendit, contra plerisque locis vel omnes vel plurimos et optimos libros, ut Urbinatem Isocratis, alteram consensu tueri. Valckenarii autem argumentum concidit, cum *ἀίω ἀίσσω ἀθλέω* consideraverimus augmento non carere, quamquam aut semper aut antiquissimis certe scriptoribus plurimisque locis ᾱ producunt. *ἐπήϊσαν* Herodotus (IX. 93.) et Apollonius Rhodius (I. 1023.) posuere; reliquorum verborum exempla omnibus in promptu sunt. Denique Elmsleius inscriptionem ex Ol. XCII. 3. protulit *ΑΝΕΛΟΣΑΝ* id est *ἀνήλωσαν* exhibentem. Sic igitur Hermannus quoque scripsit, *ἀνάλωσα* vulgari sermoni tribuens. Matthiae autem illa inscriptione mire abutitur, ut auctam potius formam plebis usu tritam dicat, quod inscriptiones imperitorum fabrorum usum et menda commissa referant. Cadit hoc in titulos maxime privatos et deflorescentis Graeciae aetatis, sed in inscriptionibus publica fide positis subtilissimas sermonis attici leges observari religiose videmus. Nec quis obiiciat, *γινώσκειν* etiam et *γίνεσθαι* in monumentis publicis reperiri. Sunt enim haec *pronuntiandi* vitia, quae ex vitiosa vulgi consuetudine diu ante quam apud scriptores invalescerent forte inferri potuere: illud autem ad *formationem* refertur, nec magis ferendum, quam si quis propter titulorum fidem *εὑράμην* et *εἱλάμην* defendere vellet.

Ἄναλκις ignavus. ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος El. 293. Schol. ἀσθενής. Affert Suid. v. ἄναλκις. In v. ὑλακτεῖ idem duobus versibus in unum contractis ὁ πάντα κλεινὸς οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη. V. Pors. Adv. p. 208.

Ἀνάλῦσις requies. ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν El. 140 ch. Triclinius ἀναπόδοσις καὶ ἐς τὸ ἀρχαῖον ἐπάνοδος· καλὰ γὰρ ἦν ἐξ ἀρχῆς, εἶτα κακὰ γέγονεν. Rectius ἀνάπαυλαν s. τέλος interpretatus esset. Cf. Abresch. ad Aesch. Choeph. 157. Inutiliter correcturus erat Wakefieldus, quod affert etiam Suidas v. δύσφορα.

Ἀνάμιγδᾰ mixte. τόξων πάταγος ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων Trach. 516. Vocis rarissimae unum praeter hoc exemplum reperit Wakefield.,

Nicandr. Alexiph. 545. Aut hoc aut ἄμμιγα obversatum putaverim Valckenario, cum scriberet ad Herod. VII. 40. ἀναμίξ apud Sophoclem exstare. De tono praecipit Apoll. de adv. p. 549, 29. 562, 10.

Ἀναμίγνυμι misceo. Passivum solum exstat. ὁμοῦ δὲ πάντες ἀναμεμιγμένοι ᾿φείδοντο κέντρων οὐδέν El. 705.

Ἀναμιμνήσκω in memoriam revoco. ἐγὼ ἀγνῶτ᾿ ἀναμνήσω νιν Oed. R. 1133.

Ἀναμπλάκητος et ἀναπλάκητος non aberrans. Haec altera forma semel exstat δειναὶ δ᾿ ἅμ᾿ ἕπονται Κῆρες ἀναπλάκητοι Oed. R. 473 ch. Sic codd. Laur. A. a prima manu, Laur. B. Pal. Mosq. a. Dresdenses, Tricl. schol. Reliqui praeter Aug. c., qui ἀνάμπλακτοι, consentiunt in ἀναμπλάκητοι; illud firmant etiam Zonar. p. 181. et Suidas v. ἀναμπλάκητοι, hic ordine certe literarum. Musgravi de corripienda secunda in ἀναμπλάκητος sententia nuper patronum haud indisertum nacta est C. Matthiaeum Qu. Soph. p. 165 quod longe incertius sit ἀπλακεῖν ἀπλάκημα quam correptio syllabae ante μπλ. Hoc si verum est, iam omnis doctrina prosodiae abiiciatur oportet. Brunckius ἀπλάκητοι praetulit, Abreschii ann. ad Hesych. v. ἀπλάκητοι deceptus, quod ille ἀναμάρτητον valere sibi persuaserat. V. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 19. Si a πλαγχθῆναι esset, ἄπλαγκτος diceretur, quemadmodum πολύπλαγκτος ipse Sophocles posuit. Est autem ab ἀμπλακεῖν, id quod cum πλάζεσθαι cohaeret quidem, sed μ corroborandae stirpi insertum habet, ἁμαρτάνειν significans, unde ἀπλακεῖν scribendum in brevi prima, et ἀπλακητός non ἀπλάκητος. Ἀναμπλακήτους Κῆρας igitur cum explicet schol. Oed. R. 473. αἱ μηδὲν ἁμαρτάνουσαι ἀλλὰ πάντων κρατοῦσαι· ἢ οὕτως, ἄφυκτοι, ἀπλάνητοι, ἀπροσπέλαστοι, ἀφανεῖς, ἃς οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν *media* illa inter tres explicandi rationes probanda est. — Plenior forma ab Hermanno de Em. R. Gr. Gr. l. c. restituta est Trach. 120 ch. ἀλλά τις θεῶν αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει. Herculem dicit. Libri ἀμπλάκητον; Brunckius etiam hic ἀπλάκητον. Viam emendationis monstrat schol. sic scribens: θεῶν γάρ τις αὐτὸν ἀναμάρτητον καὶ δίκαιον ὄντα κωλύει ἀπὸ τοῦ Ἅιδου. ἢ ἀμπλακητόν, ἐπιτυχῆ, παρὰ τὸ μὴ ἀναπλακεῖν (scr. ἀμπλακεῖν). Quanquam ἀναμάρτητον, quatenus δίκαιον significat, a sensu loci alienissimum est, certe constat, scholiasten legisse ἀναμπλάκητον, et a librariis in lemmate erratum esse. Simul autem ille rectam verborum componendorum rationem iniit. Non enim struenda θεῶν τίς σφ᾿ ἐρύκει, ἀμπλάκητον τῶν Ἅιδα δόμων, sed θεῶν τίς σφ᾿ ἐρύκει τῶν Ἅιδα δόμων, ἀναμπλάκητον ὄντα, i. e. non aberrantem, tenentem certum vitae cursum.

Ἄνανδρος proprie *viro carens.* μή σφε περιΐδῃς πτωχὰς ἀνάνδρους — ἀλωμένας Oed. R. 1506. et *virum nondum experta* ἄνανδρος ἢ τεκνοῦσα Trach. 307. Tralate *parum habitatum* significat: robore virorum carentem. ἄνανδρον πόλιν Oed. Col. 943.

Ἀνάνδρωτος viri expers. εὐναῖς ἀνανδρώτοισι Trach. 109 ch. Schol. ταῖς ἐρήμαις τοῦ ἀνδρός.

** *Ἀνανεόομαι redintegro.* πρὶν ἡμᾶς κἀνανεώσασθαι λόγους Hermannus scripsit Trach. 395 ex Eustath. p. 811, 20 eam locutionem Sophocli adscribente. Vulgo καὶ νεώσασθαι, quod verbum sic dici non solet. Canterus coniecit ἀνανεώσασθαι, deleto καί.

Ἄναντος. ἄναντα τὰ μὴ κεκολλημένα, παρὰ τὸ ἄνειν, ὅ ἐστι καταχόπτοντα πτίσσειν Hesych. ex Inach. X. 4 (275 D.). Scribendum αὔνειν, v. Intpp. Hesychii v. ἀφῆνα.

Ἄναξ (⏑). I. *Formae.* Sing. *nom.* ἄναξ Phil. 264. Oed. R. 96. Oed. Col. 555. Ant. 1242 an. Trach. 154. 274. Ai. 689 ch. El. 474 ch. *voc.* Ai. 166 an. 190 ch. 683 ch. 885 ch. 1295. 1300. Phil. 26. 94. 150 ch. 505 ch. libri etiam v. 508 ch. ἄναξ, Herm. ὦναξ. 951. Oed. R. 85. 203. 276. 617. 650 ch. etiam 690 ch. praeter Dresd. a. libri. 698. 746. 770. 1002. 1173. Oed. Col. 635. 717 ch. 1501. 1555 ch. 1756 m. Ant. 223. 278. 384. 394. 720. 762. 1078. 1090. El. 635. 1368. *Altera forma* ἄνα quam in sola deorum compellatione poni constat, semel apud Sophoclem reperitur: Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ Oed. Col. 1482 ch. Eam mirabiliter ἐτυμολογίζει Eust. p. 423, 10. 1057, 37. *Cum crasi* ὦναξ: Trach. 1075 m. Oed. R. 80. 103. 286. 304. 834. 852. 1468. Phil. 818 ch. certe a libris et schol. agnitum, Brunckius ἄναξ dedit. Oed. Col. 1018. 1132. 1175. 1179. 1495 ch. Ant. 559. Ai. 505. 590. Creus. IV. 1. In Phil. 508 libri ἄναξ, Hermannus ὦναξ ad aequandam syllabarum versus dochmiaci mensuram: item ex Dresd. a. Oed. R. 695, etsi in anacrusi monosyllaba ibi vix refert quidquam. Ceterum scribendum, ut fecimus, ὦναξ. Nam ἃ per aphaeresin non demi conquisitis omnibus exploratum habeo: contra si arcto quodam nexu vocabula tenentur, crasi vocales coalescunt, velut ὦναξ, ἁρετή, sin minus, plene scribendum nec nisi pronuntiatione synaloephe profertur ut in μὴ ἀδικούμενος. Quare in attica synaloephe ὦναξ inflecti iubet Philemo p. 131. Editores sibi non constant. Ceterum usu vocativi ἄναξ et ὦναξ minime distinguuntur, etsi existimes hoc ut splendidius melicis maxime convenire. Sed exempla supra apposita frequentius in diverbiis quam in melicis ὦναξ reperiri ostendunt, et ubique poni cum longa priore syllaba opus sit; quare ἄναξ nusquam saepius legitur quam in extrema parte senarii. — *genitivus.* ἄνακτος Oed. R. 1426. Trach. 1034. *dativus.* ἄνακτι

Oed. R. 284. El. 625. *accusativus.* *ἄνακτα* Oed. R. 284. Oed. Col. 1474. 1626. 1646. El. 826 ch. Trach. 363. Pluralis. *vocativus.* *ἄνακτες* Oed. R. 631. 911. Oed. Col. 835. Ant. 975. *accusativus.* *ἄνακτας* Oed. Col. 296.

II. *Usus.* 1. *Deorum* compellatio est. *ἄναξ Ἄπολλον* Oed. R. 80. El. 1368. *ἄναξ Ἀπόλλων ὁ Δάλιος* Ai. 689 ch. *Λύκει' ἄναξ* Oed. R. 203 ch. El. 635. *ἄναξ ὁ τῶν ἁπάντων Ζεύς* Trach. 274. *ὦναξ Ἅιδη* Trach. 1075 m. *ἐννυχίων ἄναξ Αἰδωνεῦ* Oed. Col. 1555 ch. *ὦ θεῶν χοροποί' ἄναξ* Ai. 683 ch. Pan dicitur. *Φοῖβος ἄναξ* Oed. R. 96. *ἄνακτι Φοίβῳ* Oed. R. 284. *ἄνακτος Ἡλίου* Oed. R. 1426. *ἄναξ Ποσειδάν* Oed. Col. 717 ch. *Ζεῦ ἄνα* Oed. Col. 1482 ch. 2. Compellatio est *regum et heroum*, cum nomine adiecto, tum frequentius omisso. *ἄναξ Ἡρακλῆς* Trach. 154. *ἄνακτ' Ἀμφιάρεων* El. 826 ch. *ἄναξ Ὀδυσσεῦ* Ai. 1295. 1300. Phil. 26. *ἄναξ — Θησεύς* Oed. Col. 555. *γῆς ἄνακτα Θησέα* Oed. Col. 1626. — *καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει* Ant. 1242 ch. *ὁ Κεφαλλήνων ἄναξ* Phil. 264. *ἄνακτα χώρας τῆσδε* Oed. Col. 1474. *ἄνακτα δ' αὐτόν* Oed. Col. 1646. *ὁ — Ἑλλάνων ἄναξ* El. 474 ch. *ἄνακτι τοῖδ' ὅπως εὐχὰς ἀνάσχω* El. 625 Clytaemnestra Agamemnonem precatura dicit. *κτείνει δ' ἄνακτα πατέρα τῆσδε* Trach. 363. Eurytum Iolae. *συμφορὰς ἄνακτος* Trach. 1034 Herculis. Reliqua permulta exempla colloquii compellationem habent, *ἄναξ* Phil. 94. 150. 505. 951. Oed. R. 85. 276. 617. 650. 698. 746. 770. 1002. 1173. Ai. 166. 190. 885. Oed. Col. 635. 1501. 1756. Ant. 223. 278. 384. 394. 720. 762. 1078. 1090. *ὦναξ* Phil. 508. 818. Oed. Col. 1018. 1132. 1175. 1179. 1495. Ant. 559. Ai. 505. 590. Oed. R. 103. 286. 304. 690. 834. 852. 1468. Creus. IV. 1. Plurative: *παύσασθ' ἄνακτες* Oed. R. 631. Chorus Oedipum et Creontem alloquitur. Sed in Oed. Col. 296 cum exstet *τῆσδε γῆς ἄνακτας ἀρκεῖ ταὐτό μοι διειδέναι*, solus Theseus significatur. 3. Praeterea *nobiles* *ἄνακτες* vocantur, inprimis qui Homero *δημογέροντες*. *Unus* quidem Tiresias solus sic compellatur *ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι — Φοίβῳ Τειρεσίαν* Oed. R. 284. Sed de pluribus: *χώρας ἄνακτες* Oed. R. 911. *ὦ γῆς ἄνακτες* Oed. Col. 834. *Θήβης ἄνακτες* Ant. 975. His omnibus exemplis chorus senibus et honoratis constans sic vocatur idque probe notavit advocato loco Oed. R. 911., Eust. p. 1425, 48.

Ἀνάξιος indignus. Et solum per se et cum genitivo et cum infinitivo ponitur. *παῖδα ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ* Phil. 997. *ἀνάξιαι γὰρ πᾶσιν ἐστὲ δυστυχεῖν* Oed. Col. 1448. *ἅπερεί τις ἔποικος ἀναξία οἰκονομῶ θαλάμους πατρός* El. 182 mel. Probabiliter *ἀναξία* ad *οἰκονομῶ* referri iubet Hermannus, sed neque distinctione propter hoc opus post *ἔποικος* ponenda, et videndum etiam, ne Homericum ante oculos habuerit poeta *ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην*, unde concidit argumen-

tum, ἔποικον per se indigna esse conditione, nec opus fuisse addi ἀναξίᾳ. Suidas v. οἰκονομῶ habet ἀναξίως. Sed v. ἀναξία cum libris congruit. *Cum reprehensione* dictum est ἀνάξιον μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι Phil. 437. *Superlativus.* ἀναξιωτάτη κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει Ant. 690.

Ἀναξίως indigne. ἀνὴρ ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως Phil. 680 ch. τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν ἀναξίως Ai. 1371.

Ἀναπαιδεύω. Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη γερονταγωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν Pel. I (434 D.). „Profert hos versus etiam, sed minus emendate schol. Comici ad Nub. 1498. Medii (secundi) parodia est in Equit. 1098 ubi Demus isiciario: καὶ μὴν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτονὶ γερονταγωγεῖν κἀναπαιδεύειν πάλιν. V. Toup. Cur. Nov. in Suid. p. 33." Brunck. Παιδεία in pueros cadit: vix dubium igitur quin Sophocles rara et exquisita amans ἀναπαιδεύειν de sene dici voluerit qui infantis instar curatur et enutritur.

Ἀνάπαυλα requies. σπουδὴ — ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν Phil. 634. τοῦδε τοῦ κακοῦ δοκεῖ λήθη τις εἶναι κἀνάπαυλα 866. φέρω — κἀνάπαυλαν ὧν πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν El. 861. Schol. ἀνάπαυσιν, addens et ἀνάπαυσιν et κατάπαυσιν dici sed non κατάπαυλαν. De tono v. Arc. p. 96, 21.

Ἀναπαύω finio, cessare facio. κἀναπαύσατον τοῦ — πλάνου Oed. Col. 1115. Libri κἀναπαύσετον. Verum in Triclinianis est. ὦ — ψυχή, ἀνάπαυε βοὴν Trach. 1252 anap.

Ἀναπέτομαι evolo, tollor. ἔφριξ' ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν Ai. 678 ch. quem locum affert et explicat Eust. p. 473, 10. Ante Brunckium ἀνεπτάμαν legebatur: illud unus cod. Bruncki et Laur. B. servavit, sed etiam Suidae cod. Oxon. v. ἔφριξα et Eustath. p. 452, 31. 526, 46. 961, 42. 1419, 44. 1679, 50. Iure huic consensui fontium cedendum censuere Pors. ad Med. 1. coll. Herm. ad Ai. 275. — Ab inusitato et thematico *ΠΤΗΜΙ* est ἀνέπταν φόβῳ Ant. 1292 ch. Locutionibus utrisque illustrandis sunt quae contulere Musgr. ad Ai. l. c. et Seidl. ad Eur. Electr. 177.

Ἀναπλάκητος v. ἀναμπλάκητος.

Ἀναπνέω respiro, recreor. Proprie: ἥδομαι μέν σ' εἰσιδὼν παρ' ἐλπίδα ἀνώδυνον βλέποντα κἀμπνέοντ' ἔτι Phil. 871. Tralate ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν Oed. R. 1221 ch. de urbe post gravia mala ab Oedipo recreata. Schol. ἀναψυχὴν ἔσχον ἐκ σοῦ. De morbo: ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου Ai. 267. Schol. ἄνεσιν ἔσχε.

Ἀναπολέω itero. Non recte Gr. Bekk. Anecd. p. 395, 8. ἀναπολεῖ, ἀναμιμνήσκεται. δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη Phil. 1222.

Schol. *τὰ αὐτὰ λέγειν, ἀπὸ τῶν δεύτερον ἀναπολούντων τὴν ἠροτριασμένην γῆν.* Cf. Pind. Nem. VII. 153. Heyn. et Dissen. Expl. Pind. p. 440.; adde Intpp. Hesychii v. *ἀνεπόλησα*, Wyttenb. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 60. Iacobs ad Philostr. p. 445. Stallbaum. ad Phileb. p. 98.

Ἀναπτύσσω aperio. οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει πρὸς φῶς El. 620. de aperienda animi sententia. Schol. *ἀνακαλύψαι.* de aperiundis arcanis: *ὁ πάνθ' ὁρῶν — πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος* Hippon. I. 2 (284 D.). cf. Blomf. gl. Aesch. Pers. 259.

Ἀναπτυχή. ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονός, νυκτός τε πηγὰς οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχάς, Φοίβου παλαιὸν κῆπον inc. XCIII. (655 D. qui Orithyiae fabulae assignavit). Eo Orithyiam raptam Boreas avexisse ferebatur Sophocli. Brunckius ad Phineum referebat versiculos. Hunc locum non addito nomine poetae in mente fortasse habuit Eustathius haec scribens ad Il. p. 679, 49. *αἱ δὲ πτύχες καὶ τὰς περιπτυχὰς παράγουσιν καὶ τὰς αὐταῖς ἀντικειμένας ἀναπτυχάς, ὡς τὸ ἡλίου ἀναπτυχαί, τοῦ ἀναπτύσσοντος δηλαδὴ τὰ ἐν σκότῳ.* Memoriter vel ex aliis libris Eustathius, qui nullam integram fabulam legit, quae non nunc etiam reliqua sit. Ceterum *ἡλίου ἀναπτυχαί* interpretationem sapit. Caelum enim tenebricosum ipsum sole oriente quasi reserari et retegi recte dicitur.

Ἀναπτύω respuo. ἐπὶ σποδῷ μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο, κἄτυφε κἀνέπτυε Ant. 996. Schol. *ἀνέβαλλε τὰ μηρία ἐκ τοῦ λίπους.* „Minime. Hoc dicit, bullivisse adipem et cum crepitu ferventes particulas eiecisse.“ *Hermann.* Passovius in lex. cum ῠ atticis corripi dicit, hoc loco redarguitur. Anceps est ut apud epicos: cf. Ant. 649. Nam Ant. 1217 *πτύσας* sede iambici versus incerta legitur.

Ἀνάρετος (ᾰ?) *iners. λάθα Πιερίδων στυγερὰ καὶ ἀνάρετος* Synd. I (146 D.). Grotius *Πιερίσι*, quod secutus Dindorfius; et *ἀνέραστος*, Brunckius *ἀνάρσιος*. Sententia vulgatae lectionis elegans, sive active sive passive *λάθαν Πιερίδων* dictam existimes. — Secundum originem *α* secundae syllabae corripiendum est: numeri produci suadent, sed incerta res in tam brevi particula carminis.

Ἄναρθρος exarticulatus. νῦν δ' ὧδ' ἄναρθρος καὶ κατερρακωμένος — ἐκπεπόρθημαι Trach. 1093. Male schol. *οὐκ ἔχων τὰ ἄρθρα τῶν μελῶν, διὰ τὸ σεσῆφθαι αὐτά.* Est autem *vi artuum orbatus.*

Ἀνᾰρίθμητος immensus. Nam propria *innumeri* significatione non constat apud Sophoclem. *ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος* Ai. 632. Afferunt hunc et sequentes versus Stob. Ecl. Phys. p. 17., schol. Hes. Theog. p. 280., Suid. v. *ἄελπτος* et *ἀναρίθμητος.* Is bene explicat *ἄπειρος.*

Ἀνάριθμος innumerus. Hanc formam ne quis putaverit dorismum habere pro *ἀνήριθμος* dictam. Est quidem melicorum solorum, sed ᾱ constanter corripit: *ὦ πόποι ἀνάριθμα γὰρ φέρω πήματα* Oed. R. 168 ch. et antistropho 179. *ὧν πόλις ἀνάριθμος ὄλλυται. ἀνάριθμος ὧδε θρήνων* El. 225 m. *lacrimis innumerabilis*, i. e. flens perpetuo. Scholiastae ineptiunt, sed et *ἀνήριθμος* et *ἀνάνομος* legi commemorant, quarum lectionum illa metrum perdit, haec nihili est. De utraque forma *ἀνάριθμος* et *ἀνήριθμος* observavit Vir Summus parerg. ad Phryn. p. 711.

Ἄναρκτος. ἄναρκτον, ἀνυπότακτον, οὗ οὐδεὶς ἦρξε, ex Aethiop. III. 1 (28 D.). Hesych.

Ἀναρπάζω eripio. μή τις, ὡς κενῆς σκύμνον λεαίνης δυςμενῶν ἀναρπάσῃ Ai. 966. Suid. v. *κενῆς. φροῦδος ἀναρπασθείς* El. 838 m. de mortuo. V. Dorvill. ad Char. p. 416.

Ἀναῤῥήγνυμι. 1. transit ve *scindo, findo. τὰ δὲ πλευροκοπῶν δίχ' ἀνεῤῥήγνυ* Ai. 232 an. *ἀντὶ τοῦ εἰς δύο μοίρας* schol. Similiter nostri venatores de aperiendis corporibus captis *aufbrechen.* 2. Intransitive *erumpo. δέδοιχ' ὅπως μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆςδ' ἀναῤῥήξει κακά* Oed. R. 1075. Sic Brunckí codd. D. E. et Laur. Rell. et Ald. *ἀναῤῥήξῃ.* De Laurentianis non videtur constare: quare miror Hermannum Brunckí vestigia premere, quanquam Dawesianam regulam falsam esse huic ipsi loco adscripserit.

Ἀναῤῥοιβδέω. ἀναῤῥοιβδεῖ, ἀναῤῥοφεῖ. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις ἀντὶ τοῦ διαπνεῖν. Ὅμηρος δέ, ἀναπίνει. καὶ ἀναῤῥοφήματα ποιοῦντα ἦχον. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυσικάᾳ ἀντὶ τοῦ ἀναῤῥίπτει Hesychius. *ἀναῤῥοφεῖν* explicat etiam Gr. Bekk. An. p. 392, 24. Nausicaae est fr. II. 1 (390). De pilae coniectu dictum verisimile.

Ἀνάρσιος hostilis, infestus. αὐλὸς — οὐκ ἀναρσίαν ἰάχων καναχὰν ἐπάνεισιν, ἀλλὰ θείας ἀντίλυρον μούσας Trach. 638 ch. *festos non hostiles* sonos edit. *οὐκ ἐχθρὰν οὐδὲ θρήνων βοήν* schol. *νόσος, οἷον ἀναρσίων οὔπω Ἡρακλέους ἀγακλειτὸν ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι* Trach. 850 ch. quale ne ab hostibus quidem illatum deflendum fuit.

Ἀναρχία obedientiae detrectatio. ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν Ant. 668. Affert Stob. Serm. XLIII. *δέ* pro *γάρ* exhibens.

Ἀνασπαστός. κλῇθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης χαλῶσα Ant. 1171. Ipsa porta circumscribitur: nec tamen satis perspicuum *ἀνασπαστός.* Schol. alter *δυςχερῶς ἀνασπωμένης καὶ ἀνοιγομένης:* alter *βιαίως τὰ κλεῖθρα τῶν πυλῶν ἀνέσπασα, οὐ γὰρ ἠδυνάμην φέρειν τὴν ἀκοήν. δέον δὲ εἰπεῖν ἀ ν α σ π α σ τ ῶ ς, ἀ ν α σ π α σ τ ο ῦ πρὸς τὸ πύλης εἶπεν.* Coraes ad Heliod. p. 290. *καταῤῥακτὴν θύραν* interpretatur, refutatus ab Hermanno, hanc pensilem esse in solo ianuam adnotante, quae descensum praebeat

ad ea, quae infra sunt (*Fallthür*). Musgravium interpretantem *ianuam, quae in aperiendo intus* trahitur, recte refutat Boeckh. ap. Wex. in syll. p. 274, quod ea aetate fores in publicum versus aperiebantur. Et iure idem Hermannum probat, nihil nisi *pessuli retractionem* significari observantem, ut usitatissima illa prolepsi πύλην ἀνασπαστὸν χαλᾶν idem sit quod θύραν χαλᾶν ὥστε ἀνασπαστὸν γίγνεσθαι. Ita etiam Naekius fecit ap. Schopen. diss. de Terentio et Donato p. 19. Rem pluribus enarrat Eust. p. 1358, 57. Cur acuatur ἀνασπαστός, docet Etym. M. p. 269, 3. etsi tota illa de synthetis et parasynthetis doctrina multum incerti habet.

Ἀνασπάω *convero*. Phryn. προπ. σοφ. p. 6, 5. ex comicis profert ἀ ν α σ π ᾶ ν γ ν ω μ ί δ ι ο ν κωμικῶς εἴρηται, οἷον ἐκ βυθοῦ διανοίας ἄγειν (scr. ἀνάγειν). Similia ante oculos habuit quale illud est Menandri in Ῥαπιζομένῃ ap. Suid. v. ἀνέσπακεν, quod hic inepte ἀνεώγηκεν, εἴληφεν interpretatur. — σκαιὰ τινι λόγους ἀνέσπα Ai. 295. Musgravius interpretatur *cum contentione voce proferre*, quod cum fiat, spiritum quasi ex imo pectore hauriri videri. Praeiverat hanc viam Steph. Thes. t. III. p. 917. E. Hermannus mavult *cum iactatione proferre:* Wakefield. Silv. Cr. p. 34. *sermones trahere*, velut dicatur λόγους τείνειν; Lobeckius Eustathium secutus p. 679, 61. ἀ ν α σ π ᾶ ν λέγεται καὶ ἐπὶ ἀλαζονείας, ὡς δηλοῖ παρὰ Σοφ. τὸ λ ό γ ο υ ς ἀ ν α σ π ᾶ ν, ὅμοιον τῷ ὀ φ ρ ῦ ς ἀ ν α σ π ᾶ ν scribentem, ἐπύργου λόγους, *gloriabatur insolenter locutus.* Iure hoc probat Meinek. ad Menandr. p. 153. — Rem expressit Aristid. de Quatuorv. t. II. p. 309.

Ἄνασσα *regii generis mulier.* σὲ τὰν ἄνασσαν Trach. 137 ch. Deianiram dicit. ὦ χαῖρ' ἄνασσα El. 656. Clytaemnestram nuntius. Nude ponitur in allocutione ἄνασσα Trach. 290. *Minervam* sic appellat Aiax Ai. 761.

Ἀνάσσω *regno, rego.* Selectioris usus vox, quae ter in diverbiis, sexies in melicis legitur. — *Cum genitivo* ὁ Κυλλάνας ἀνάσσων Oed. R. 1104 ch. Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες Ai. 1081 ut versu priore ποῦ δὲ σοὶ λεῶν ἔξεστ' ἀνάσσειν Ai. 1080. *Cum significatione loci, quo quis regnat* ταῖς μεγάλαισιν ἐν Θήβαισιν ἀνάσσων Oed. R. 1203 ch. ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων El. 177 ch. νῦν ὑπὸ γαίας — ἀνάσσει (Amphiaraus) 831 ch. *Nude* sine casu οἱ ἀνάσσοντες Phil. 6. i. q. οἱ βασιλεῖς καὶ στρατηγοί. Non satis certus locus est Oed. R. 904 ch. ubi libri Ζεῦ πάντ' ἀνάσσων. Nam neque adverbialiter πάντα recte cum ἀνάσσω coniungi poterit, nec accusativus esse. Quare Hermannus omisso Ζεῦ π ά ν τ ω ν dedit. *Passivum.* παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται Phil. 140 ch. *cui regitur sceptrum* a Iove commissum, id est, *penes quem*

summa potestas: exquisitiore verbo pro vulgari *ἐστί* posito. V. Wunder. Adv. in Phil. l. c.

Ἀνάστασις experrectio. *ποίαν μ᾽ ἀνάστασιν δοκεῖς — ἐξ ὕπνου στῆναι τότε;* Phil. 276. Schol. *λέγει νῦν τὴν ἐξ ὕπνου ἔγερσιν.*

Ἀνάστατος extorris. Proprium est igitur *de hominibus.* Gr. Bekk. An. p. 183, 19. *ἀ. ὁ καταλιπὼν τὴν οὐσίαν καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ζῆν αἱρούμενος.* *Οὐσίαν* mendose scriptum arbitror, corrigendumque *οἰκείαν.* Sic Gr. l. c. p. 211, 10. Falsum est quod p. 392, 31 traditur, *ἀνάστατος, κατεστραμμένος:* nam ne in urbes quidem cadit. — *ἀνάστατος αὐτοῖν ἐπέμφθην κἀξεκηρύχθην φυγάς* Oed. Col. 430. *ἡμεῖς — ἀνάστατοι ξένῳ παρ᾽ ἀνδρὶ ναίομεν* Trach. 39. — *De urbe et domo, desertus.* Gr. Bekk. p. 211, 9. *ἀνάστατον τὴν πόλιν ποιήσας, ἀνοικίσας καὶ μεταστήσας καὶ μεταγαγών.* — *ὅθ᾽ ᾕρει τῶνδ᾽ ἀνάστατον δορὶ χώραν γυναικῶν* Trach. 239. *δορὶ ἀνάστατον* iungenda, unde non necessario prolepsin agnoscas, etsi fecit vir Summus ad Ai. 515 p. 299. *ἥδε (ἡ ἀναρχία) ἀναστάτους οἴκους τίθησιν* Ant. 670. cf. Dorvill. ad Char. p. 393. Lips.

Ἀναστενάζω ingemisco. *τοιά μοι — ἀνεστέναζες ὠμόφρων ἐχθοδόπ᾽ Ἀτρείδαις* Ai. 912 ch. *diras imprecabare gemens.*

Ἀναστένω ingemisco. *τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;* Phil. 727. *ἔκειτο πολλ᾽ ἀναστένων* Trach. 935.

Ἀναστρέφω revoco. *τὰ μὲν πανοῦργα — χαίρουσ᾽ ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου (δαίμονες)* Phil. 447. Sisyphus significatur cf. 621. Longe aliter *ἀναστρέφων* fr. inc. CV. 43 (836 D.). a Sophocle dictum refert Hesychius, quippe explicans *ἀγνοούμενος,* quo sensu comicis usitatum *στρέφεσθαι.*

Ἀναστροφή reditus. (reversio). *ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν* Ant. 226. Schol. *στρέφων ἐμαυτὸν εἰς ἀναχώρησιν.*

Ἀναστρωφάομαι vagor. *ὡς οὐδέν ἐσμεν — βάρος περισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι* inc. XXVII. 1, 3 (682 D.).

Ἀναστύφω. *ἀναστύψαι, ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον, ἢ στυγνάσαι.* Hesych. ex Momo fr. III (371 D.).

Ἀνασχετός tolerandus. *ταῦτα δῆτ᾽ ἀνασχετά —;* Phil. 975. *ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαν οὐκ ἀνασχετόν* Trach. 718. *ὡς δεινοῦ — φόβου φανέντος οὐδ᾽ ἀνασχετοῦ βλέπειν* Oed. Col. 1648.

Ἀνασώζω servo. *ἀπὸ φόνου ἔῤῥυτο κἀνέσωσεν* Oed. R. 1352 m. Medium *πρίν σε — κἀνασώσασθαι φόνου* El. 1122 sensu non differt.

Ἀναταράσσω excito. *ἰδού μ᾽ ἀναταράσσει — ὁ κισσός* Trach. 217 ch. Schol. *παρορμᾷ.*

Ἀνᾱτεί *sine noxa.* Hesych. ἀνατί, ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης. ita et Gr. Bekk. An. p. 392, 33. εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη Ant. 481. Herm. ἀνατί, id quod Laur. A. B. et schol. Med. 1357., hic quidem propter aetatem sublestae fidei confirmant. Codices in his sine ratione nihil valent. Variae de adverbiis in ει vel ῐ exeuntibus VV. DD. sententiae sunt, Hemsterhusii ad Polluc. IX. 143. Spanhemii ad Call. t. I'. p. 174. Valck. ad Adon. p. 228. Ruhnk. ad Tim. p. 31. Vales. ad Harpocr. p. 11. Goettlingii ad Theodos. p. 229. Sturzii in Opusc. Schneideri ad Plat Rpubl. p. 621. A. Hermannus nos ablegat ad sua ad Ai. 1206 adscripta, in quibus nihil ad ἀνατεί spectans reperitur. Mire miscuerunt, quos attulimus, fere omnes. Nobis quidem insistentibus viam a Viro Summo ad Ai. 1213 (coll. parerg. ad Phryn. p. 515) munitam distinguenda genera plura videntur. Quae a verbis ducuntur cum manifesta futuri temporis specie, ut ἀμεταστρεπτί, ἀστακτί, ἀνοιμωκτί, necessario in ῐ terminari pronuntiamus secundum similitudinem fallacem quidem eorum, quae gentilitium quendam morem significant, velut λυδιστί ἑλληνιστί: num producatur an corripiatur ῐ, pro lubitu et commoditate poetae dispensaverunt. Quae a nominibus ducuntur, ea cum tertiae declinationis vel primae speciem referunt, secundum dativorum analogiam iudicanda videntur, ut παμπαιδί sed παγγενεί scribendum censeam, in quo non assentior Lobeckio ad Phryn. p. 515. Nam cum Etym. M. παγγενῆ μετεβλήθη ἐξ αἰτιατικῆς πτώσεως εἰς ἐπίῤῥημα scribit, hoc ipsum, ut Hemsterhusius ad Pollucem l. c. et ad Hesychium v. Κρίσαμις volebat, significavit, παγγενεί ex παγγενῆ factum, eodem sono, sicut illis hominibus visum, alia scriptura. Sic et ἀνατεί i. q. ἄνευ ἄτης scribendum videtur non ab ἄνατος ductum, sed comparandum cum ἀβλαβεί: sin vero brevi ultima opus, exarandum ῐ. Πανθοινί νηποινί ab adiectivis πάνθοινος νήποινος ducenda arbitror. Sed quae παρασχηματισμόν habent, velut πανουδί et πανσυδίᾳ, πανστρατί et πανστρατιᾷ, πανομιλί et πανομιλίᾳ, αὐτοποδί et αὐτοποδίᾳ, αὐτοχειρί et αὐτοχειρίᾳ, sibi ῐ iure deposcere videntur. Quae a secunda declinatione sunt, et pauca et partim parum probata, ut πανοικί, ipsa quoque ῐ terminari puto Unum πανδημεί sic scriptum potiore fide videtur. Ceterum ἀνατεί diserte agnoscit Pseudo-Herodianus epimerism. p. 255.

Ἀνατέλλω intransitive *orior.* αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν, αἱ δ' ἀνατέλλοντος Oed. Col. 1248 ch. Active pro ἀναπέμπω, ut iam glossator Brunckii explicuit: φῶτα — μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλοντα, *infinita,* i. e. *multa alia excitantem* e turpibus illis, quos in me cruciatus machinatus est, Phil. 1123 m.

Ἀνατίθημι *removeo.* τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει προσθεῖσα

κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν Ai. 471. Affert Stob. Flor. VII. p. 46. Suid. v. ἦμαρ. Moschop. Dictt. Att. v. ἀνατίθημι. Brunckius ex membr. pro var. lect. et schol. min. κἀνεθεῖσα. Vulgata ab eis ducta, qui calculum promotum retrahunt, tralata ad hos, qui dicta factaque retractant: post Salmas. ad Solin. p. 767. B. Intpp. Hesychii v. ἀναθέσθαι et Valck. ad Hippol. p. 242ᵇ, B. docte explicuit Lobeck. Cf. Meinek. ad Menandr. p. 32. et Boeckh. ad Pind. Ol. VII. 61. Significat igitur *vel addens vel remittens aliquid de necessitate moriendi.*

Ἀνατλάω *fero.* ἐπεὶ — πατέρα τόνδ' ἐμὸν οὐκ ἀνέτλατε Oed. Col. 239 mel. non tulistis, i. e. *abominamini.*

Ἄνατος *sine noxa.* ὡς — πόλις δέ σοι κακῶν ἄνατος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός Oed. Col. 790. Sic membr. Br. et edd. vett. ἄναιτος, quod in plerisque libris et Suida v. ἄναιτος ex scholiis legitur, et explicatur glossa cod. Ricc. A. ἤγουν ἀναίτιος eorum inventum est, qui sententiam non caperent. Non absimile tamen veri videtur Dindorfio praef. Scen. Gr. p. XV. Cod. Vat. ἄνετος. χθὼν Thebae sunt, ut non sit opus cum Scaligero τῆσδε scribi. De structura v. ἄλυπος.

Ἀνατρέπω *excito.* ἀνατέτροφας ὅτι καὶ μύσῃ Trach. 1005 m. schol. ὅτι ἂν ἡσυχάσῃ τοῦ κακοῦ τούτου, πάλιν κινήσας ἀνέτρεψας. Alter διήγειρας. Libri ἀμέτρως ἀντέτροφας. — *everto.* οἴμοι λακπάτητον ἀντρέπων χαράν Ant. 1261 m. Eust. ad Il. p. 625, 21. τὴν χαρὰν λὰξ πατήσας.

Ἀναύδακτος v. ἀναύδητος.

Ἀναύδητος de re *indictus*, de homine *silens.* κοὐδὲν ἀναύδητον φατίσαιμ' ἄν Ai. 702 ch. Sic libri et Suid. v. ἄναυδος. Lob. Erf. ἀναύδατον, ille propter Hesychium, apud quem exstat ἀναύδακτον, explicatum ἀνεξήγητον, ἄλεκτον. At Hermannus ἀναύδακτον probam vocem esse et dubitandum ait, an eam non ex hoc ipso loco lexicographus enotaverit, dorismum autem improbat. Sed adeo sibi non constitit, ut Erfurdtium laudaret ad Trach. 964, quod ibi suo monitu pro ἄναυδος dedisset αἰαῖ ὅδ' ἀναύδατος φέρεται. Nam si αὐδάσω et βοάσω tragici, dixerunt etiam ἀναύδατος, inprimis cum anapaestorum in talibus minorem quam melicorum libertatem esse conveniat.

Ἀνίστημι *attollo, excito.* τί μ' αὖ — ἐξ ἕδρας ἀνίστατε Ai. 775. τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι Scyr. VI. 2 (501 D.). οὔτοι τὸν — πατέρ' ἀναστάσεις El. 136 ch. οὐ μὴ 'ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον κἀκκινήσεις κἀναστήσεις Trach. 975 an. Vulgatam μὴ 'ξεγείρῃς — κἀναστήσῃς a Dawesio emendatam Misc. Cr. p. 223 non reliquissent modo sed defendissent quidam, nisi ἐξεγείρῃς metrum perderet. — ὅς μ' ἔνερθεν ὄντ' ἀνέστησας πέρα Phil. 662. Schol. ἐποίησάς με τῶν ἐχθρῶν ὑπερέχειν ὄντα αὐτῶν

ἐλάσσοντι. — *ὥςπερ με κἀνεστήσαθ᾽, ὧδε σώσατε* Oed. Col. 277. *assurgere iussistis.* *ἔνθεν μ᾽ ὧδ᾽ ἀνέστησεν μολεῖν ὁ — κοίρανος* 1288. Alter aoristus intransitive *surgo, exsisto* significat. *ἐμᾷ χώρᾳ πύργος ἀνέστας* Oed. R. 1201 ch. Schol., ut cod. Laur. a. a prima manu, *ἀνέστα;* Elmsl. olim coniiciebat *ἀναστάς* fracta sententiae vi.

Ἀνιστορέω sciscitor. *ἐν γάρ μ᾽ ἀμείψαι μοῦνον ὧν σ᾽ ἀνιστορῶ* Oed. Col. 995. *ὡς μηδὲν εἰδότ᾽ ἴσθι μ᾽ ὧν ἀνιστορεῖς* Phil. 253. *ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνιστορεῖς* Oed. R. 578. *καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἀνιστόρουν μακρὰν* Trach. 316.

Ἀνόητος stultus. *τοὺς ἀνοήτους τούτων γνώμας προδιδάσκειν* Ai. 162 an. De Ai. 745. v. *ἀνόνητος.*

Ἄνοια stultitia. *λόγου τ᾽ ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύς* Ant. 599 ch. *ἁμαρτίαν* schol. explicat. *φεῦ τῆς ἀνοίας* El. 908. *πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά* 1043. *Ἀνοία* scribendum secundum grammaticos, quos adhibuimus v. *ἀγνοία*, nec Aeschyli solum exemplis tutum hoc et Euripidis, Sept. 404. (384 Weil. qui in lexico mutavit sententiam), Androm. 521, sed ipsius Sophoclis in Tereo VII. 5 (517 D.): *τερπνῶς γὰρ αἰεὶ πάντας ἁ νοία τρέφει.* Vulgo *ἡ 'νοία;* Brunck. *ἡ 'γνοία.*

Ἀνοίγω aperio. Proprie: *ἀλλ᾽ ἀνοίγετε* Ai. 337. Tralate: *μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς τᾶς σᾶς* Oed. Col. 517 m. Schol. *μὴ ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα.*

Ἀνοικτίρμων immisericors. *ὁ ἀνηλεὴς καὶ ἀπαραίτητος* Phryn. App. Soph. p. 20, 15. — *κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν* Tyr. XV. 8 (587 D.).

Ἀνοίκτως misere. *νηλέα δὲ γένεθλα — κεῖται ἀνοίκτως* Oed. R. 180 ch.

Ἀνοιμωκτί impune. *ῥήματα — τλῆναι καθ᾽ ἡμῶν ὧδ᾽ ἀνοιμωκτὶ χανεῖν* Ai. 1206. Ald. et libri quidam sequentibus olim Lobeckio et Erf. *ἀνοιμωκτεί.* Alii codd. et Eust. p. 723, 28 per ī scribunt, hosque sequor propter auctoritatem Apollonii de adv. p. 568. Theodosii p. 74. Herodiani epim. p. 257. v. *ἀνατεί.* Sed ī in his verbalibus anceps est pro versuum ratione: v. Reisig. Comm. cr. ad Oed. Col. CCI. Schneid. ad Plat. Rpubl. t. III. p. 301. Mira narrat Hermannus ad Oed. Col. 1253, ī verbalium corripi. V. *ἀνατεί.*

Ἀνοιστέος nuntiandus. *ὡς ἀνοιστέον σοι τοὔργον εἴη — κοὐχὶ κρυπτέον* Ant. 272. Eadem vis verbi *ἀναφέρειν* ab Intpp. illustratur.

Ἄνολβος infortunatus. *κεῖνος οὐκέτ᾽ ἔστ᾽ ἀνὴρ ἄβουλος οὔτ᾽ ἄνολβος* Ant. 1033. Glossa: *μῶρος. ὄλβος γὰρ ἡ φρόνησις τῷ αὐτὴν ἔχοντι.* — *τοιαῦτ᾽ ἄνολβον ἄνδρ᾽ ἐνουθέτει παρών* Ai. 1135, ubi similia proxime adscriptis schol. *ἄνολβα βουλευμάτων* Ant. 1251 m. Dei donum signi-

ficatur prudentia: qua qui orbatus est ἄνολβον, *infaustum* haud male dixeris.

Ἀνολολύζω *clamo*. De fausto clamore proprium. ἀνολολύξατε δόμοι Trach. 204 ch. Codd. Harl. Flor. Laurr. A. Aldus ἀνολολύξετε; Vat. ἀνολολύξει. Illud Brunckius ex Par. B.; Elmsl. ad Heracl. 782. ἀνολολύξεται δόμος. De hoc legitimo vocabuli significatu praeter lexica vetera consule schol. Od. III. 450. ibiq. Nitzsch., rectius statuentem Blomfieldo ad Aesch. Ag. 570, item Hemsterhus. ad Luc. Somn. p. 177. t. I. Bip. Wesseling. ad Diod. t. II. p. 90. — Sed *infaustum* etiam *clamorem* significat καταχρηστικῶς: στρατὸς — ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν οἷα — λαγχάνει κακά El. 740. Unde inepte ἐτυμολογίζει Eustathius p. 1932, 60. ab ὅλοον λύζειν ducens.

* Ἀνόμαλος v. ὁμαυλος.

Ἀνόμματος *oculorum usu carens*. ἀνὴρ δ᾽ ἀνόμματος Phil. 845 ch. Schol. ἐστέρηται τοῦ φωτός. Dormiebat enim.

Ἄνομος *lege carens*. μή μ᾽ ἱκετεύω, προςίδητ᾽ ἄνομον Oed. Col. 140 an. Schol. λείπει τὸ ὡς· ἵν᾽ ᾖ ὡς ἄνομον. *Verum* inde et *immanem* valet: στρατὸν θηρῶν ὑβριστὴν ἄνομον Trach. 1096. Centauros.

Ἀνόνητος *inutilis*. περισσὰ κἀνόνητα σώματα Ai. 745. Suidas v. τὰ γάρ, κἀνόητα: sed veram scripturam idem servavit v. ἀνόνητα, item Stob. Ecl. Phys. I. p. 114. Eustath. p. 415, 13. 484, 17. Velut ἀχρεῖος et ἀνωφελής de rebus abiectis et contemnendis dictum a Lobeckio illustratur. Eadem scripturae varietas minus bonos libros occupavit Ai. 1251, ubi tamen potiores et Aldus πολλὰ κἀνόνητ᾽ ἔπη.

Ἀνόρεος (ᾰ) *civilis, virum decens*. πόλεμος ἀνόρεος Naupl. VII. 1 (384 D.). ap. Hesych. explicantem ἀνδρεῖος, ὁ πρὸς τοὺς ἄνδρας.

Ἀνορθόω *erigo*. ἀνόρθωσον πόλιν Oed. R. 46. 51. Vitiose ἀνορθοίη legebatur v. 820, ubi Schaeferus ἂν ὀρθοίη correxit.

Ἄνορμος *importunus, infelix*. τὸν ὑμέναιον ὃν δόμοις ἄνορμον εἰςέπλευσας εὐπλοίας τυχών Oed. R. 423; a navigatione facta elegans tralatio ad infaustas nuptias fausta spe initas.

Ἀνόσητος. τὸ δὲ ἄνοσον καὶ ἀνόσητον Σοφ. Pollux. III. 107. Est inc. CV. 45 (838 D.).

Ἀνόσιος *nefarius*. μιαρός praeter alia explicant Gr. B. An. p. 406, 15 et Hesychius, qua sola significatione apud Sophoclem. τῆς γῆς ἀνοσίῳ μιάσματι Oed. R. 353. ἀνόσιον τέκνν Antig. 1058; quod iustis privatus, v. Intpp. ἀνόσιον ὀσμὴν 1070, odorem nefarie proiecti corporis. στόμα Oed. Col. 985. ἀνοσίων τε παῖς Oed. R. 1360 m. — αὐδῶν ἀνόσι᾽ οὐδὲ ῥητά μοι Oed. R. 1289. γάμοι ἀνόσιοι τέκνων Oed. Col. 950. ἔργοις ἀνοσίοις 284. ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾶν inc. CV. 18 (811 D.).

Ἀνοσίως nefarie. *ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμέ* Phil. 257.

Ἄνοσος non aeger. *ἄνοσον ἄνδρ᾽· ἐμοὶ δ᾽ οὐδεὶς δοκεῖ εἶναι πένης ὢν ἄνοσος* Creus. IV. 6 (325 D.). *λῷστον δὲ τὸ ζῆν ἄνοσον* V. 2 (326 D.).

Ἄνους stultus. *ἄνους μὲν ἔρχει* Ant. 99. *μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα* 281. *τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι* 558. *ἄνους εὑρέθη* Ai. 750. *ἄνους ἐκεῖνος* Ter. IV. 1 (514 D.). *ἀνούστεραι ibid.*

Ἀνταῖος. *ἀνταία, ἐναντία, ἱκέσιος* Hesychius. *ὅτε σοὶ παγχάλκων ἀνταία γενύων ὡρμάθη πλαγά* El. 188 ch. *τί μ᾽ οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέν τις* Ant. 1292 mel. Quod in schol. exstat et marg. Turn., *καιρίαν*, manifesta interpretatio vocis est exquisitioris. In *παίειν vulneris* significatio latet, v. Valck. ad Phoen. 1440. cf. Ilgen. Opusc. Philol. vol. I. p. 271. — *Ἀνταίαν, ἔκτοπον, χαλεπήν* Hesychius ex Acris. XIV. 3 (74 D.); *ἀνταίας, πολεμίας, ἐχθρᾶς* idem ex Polyid. VI. 1 (466 D.). Denique Erotianus gl. Hippocr.: *Ἀντεόνθεον τὸν βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἄνθρωπον. Ἄντεον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα, ὡς καὶ Σοφ. ἐν Κλυταιμνήστρᾳ* (I. s. 310 D.), *λέγων: τὸν δὲ ἄντεον περιδινέοντ᾽ οὐχ ὁρᾶτε καὶ δεῖμα προςπνέοντα ἀντίας* (s. *ἀνταίας*) *θεοῦ.* Quae explicando monstro *ἀντεόνθεον* adduntur, satis conveniunt cum Hesychianis; ut recte *ἀνταῖον θεόν* correxerint Blomf. in Mus. Cr. Cantabr. Porro clarum est, post *ἔσεσθαι* distinguendum esse, ut *ἄνθρωπον* sequentibus addatur, quae eo minus corrigo, quia locus Clytaemnestrae ad primam illam notamque significationem *hostilis* redire videtur, ut graviter turbata sint omnia. — Accentum notavit Arcad. p. 44, 2.

Ἀνταίρω. *ἀνταίρουσιν, ἀντιλέγουσιν* Hesych. ex Thyest. VII. 5 (244 D.).

Ἀντακούω responsum audio. *ἀντὶ τῶν εἰρημένων ἴσ᾽ ἀντάκουσον* Oed. R. 544. *οὐ δ᾽ ἀντακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται* Ai. 1120, quod *ἀντάκου᾽ ἓν τοῦτο* scribendum infelicissime coniecit Valck. ad Phoen. 1651.

Ἀνταμείβω s. potius *ἀνταμείβομαι respondeo.* *πρὸς δὲ τοὺς φίλους οἷ᾽ ἀνταμείβει ῥήματ᾽, ἤν σ᾽ ἕλω ποτέ* — Oed. Col. 818: cum aposiopesi *δώσεις δίκην*, quomodo librorum scripturam explicandam recte vidit Hermann. — *οὐδ᾽ ἀνταμείβει μ᾽ οὐδέν* Oed. Col. 1275. *ἀλλ᾽ ἀνταμείψασθε* Phil. 230.

Ἀνταμύνομαι ulciscor. *ὡς τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς* Ant. 639. *malum malo reddere.* Pro *ἀνταμείβεσθαι* positum similiter illustratur ex Eust. p. 546, 27. a. Valck. ad schol. Phoen. 21. cf. Intpp. Thucyd. I. 42. Gr. Bekk. An. p. 217, 12.

Ἀντανίστημι. Medium *assurgere adversarium.* *Ἔρωτι — ὅςτις ἀντανίσταται πυκτὴς ὅπως ἐς χεῖρας* Trach. 441. Schol. *ἀντιπυκτεύει.*

Ἀντάρης v. *ἀντήρης*.

Ἀνταυδάω colloquor. ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα El. 1470. Tyrwhitti emendationem *ζῶντας* adscivit Herm. In librorum scriptura *ζῶν τοῖς* explicanda frustra desudatum est. Hermannus olim et Reisigius *ζῶν τοῖς θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷ σ' ἴσα*, i. q. *ὁμοίως*.

Ἀντάω occurro, obvenio. ὅπως ἄψοῤῥον ἀντῴη πατρί Trach. 898. Libri, etiam Laur. A. *ἀντοίη*, quod excusat Neuius ex Hom. Il. *η*. 423. Cod. Par. Brunckii et Tricl. recte *ἀντῴη*. *μή σοί γε — ἀντήσαις θάνοι* Ai. 529. Eust. p. 671, 39. 673, 7. 1456, 37. — *σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν* Ant. 969 ch. structura insolenti et Homerica (Il. *α*. 31.) pro *μετεῖχε τοῦ σπέρματος*. Reliquis enim locis apud Sophoclem intransitivum est: *σφῷν δ' σὺν θεοῖς ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν* Oed. Col. 1446. Edd. ante Brunckium *κακῶν*. Elmsl. conieeit *σφῷ*, ut sit: *ne malum vos ullum habeatis*. Monet Herm. *ἀντᾶν* cum genitivo *adipisci* potius significare, nec de cavendo malo, sed optando bono convenire. Cod. Par. T. Farn. *κακόν* probatum Brunckio et Herm.

Ἀντειπεῖν v. *ἀντερεῖν*.

Ἀντερείδω. ἀντέρειδε νῦν βάσιν σήν Phil. 1389. Spectat Eust. p. 1094, 34: *ὅθεν εἴληπται καὶ ἡ ἀντήρης πληγὴ καὶ ἀντερείδειν τὸ ἀντιβαίνειν*, gressum facere, *auftreten*.

Ἀντερεῖν contra dicere. ἀντεροῦσιν, ἀντιλέγουσιν Hesych. ex Thyest. VII. 5. (244 D.); Brunckius *ἀνταίρουσιν*, ut apud Hesychium ex ordine literarum corrigendum. — *Κρέοντος ἀντειρηκότος;* Ant. 47, ubi adsignificatur *vetare*. — *οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι* El. 369. *μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος* Oed. Col. 1281. Edd. vett. inepte *ἀντειπεῖν*. *οὐδὲν ἀντειπών* Ant. 1217. *οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί* Oed. Col. 1003. *οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς* Ant. 1040. — *Passivum: κοὐδὲν ἀντειρήσεται* Trach. 1174.

Ἀντέχω. Transitive *praetendo*. *ὄμμασι δ' ἀντέχοις τάνδ' αἴγλαν* Phil. 819 ch. Brunckius contra libros *ἀντίσχοις*, ignarus legum numeri dochmiaci. Nec rectius dicatur *ἀντίσχοις*, si *praetendendi* significatione cum dativo iungi verbum cum Buttmanno neges, quare ab Hermanno servandum non erat. — *χεῖρ' ἀντέχοντα κρατὸς (ὁρῶμεν Θησέα)* Oed. Col. 1647. — Intransitive *obsisto*: *πῶς δύσμορος ἀντέχει* Phil. 176 ch. *τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον* Aload. I (99 D.). — Medium *niti, sustinere se*: *ἴστω τε καὐτὸς ἀντέχου* Phil. 881. Cum genitivo *peto, concupisco*: *τοῦ κέρδους ἀντέχεσθαι* Creus. IV. 2 (325 D.).

Ἀντήλιος orientem spectans. οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους ζητεῖν ἰόντες Ai. 792. Ex una Ald. et cod. Bar. Brunckius *ἀνθη-*

λους. Illud agnoscunt Suidas v. *ἀγκών*, defendit Eust. p. 1562, 38. cf. Gr. Bekk. An. p. 16. 10. et uberrime firmavit Lobeckius.

Ἀντήρης adversus. *ἀντήρη τὸν ἐξ ἐναντίας παρατατιόμενον* Hesych. — *πολλὰς δ' ἀντήρεις ᾔσθου στέρνων πλαγὰς αἱμασσομένων* El. 89 an. Schol. *ἀντικτυπούσας.* Alius *ἀντιθέτους, ἀντὶ τοῦ ἴσας τοῖς θρήνοις* cum quo convenit Hesych. v. *ἀντήρεις* illo loco usus; tertius *κατὰ τὸ ἐναντίον τῶν στέρνων ἐλαυνομένας* quod unum probabile. — *ἀντήρης νυκτεραῖς ὄψεσι* inc. CV. 46 (839 D.). apud Suid. in v. et Gr. Bekk. An. p. 407, 12. Legitur *ἀντάρης νυκτερίς.* Sed nullum in *-ηρης* adiectivum cum dorismo tragicis dicitur: *φρενήρης, μεσήρης, κωπήρης, ἀμφήρης, χαλκήρης, ἀγχήρης, ἁμαξήρης.* *Somnio oblatum* intellige.

Ἀντί. Res duas paris fere momenti alteram alteri substituit. Bernhardy Synt. p. 231.; *vice, loco alicuius* prima significatio est. 1. *ἀντὶ τούτων* Phil. 428. *πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον* 784. *χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ* Oed. R. 1418. *κεκλαυμέναι πρὸς οἶκον ἥξετ' ἀντὶ τῆς θεωρίας* 1491. *σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων τἀμὰ δυστήνου κακὰ ὑπερπονεῖτον* Oed. Col 345. *τὸ δ' ἀντὶ τοῦ φύσαντος εἱλέσθην θρόνους κραίνειν* 449. *κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ* 489. *ἀρκεῖν — ἀντὶ μυρίων μίαν ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν* 499. *μεῖζον ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας φίλον νομίζει* Ant. 182. *τὴν ἄτην ὁρῶν στείχουσαν — ἀντὶ τῆς σωτηρίας* 186. *νέκυν — ἀντιδοὺς ἔσει ἀνθ' ὧν ἔχεις,* 1055. *ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῇ* Trach. 147. *ἃ δ' ἀντὶ δώρων δῶρα χρὴ προσαρμόσαι* 494. *μή τινα στέρξαι — ἀντὶ σοῦ πλέον* 574. *μηδ' ἄλλος ἀντὶ σοῦ λάβοι* 1216. *οὐκ ἄν τις αὔτ' ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ* Ai. 439. *ἀντ' ἐμοῦ τινι δοῦναι τὰ τεύχη τἀμά* Phil. 369. i. q. *ἢ ἐμοί.* v. Pflugk. ad Eur. Hel. 574. *οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει* Ai. 498. *τίς γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς;* 514. *δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς* 999. *μὴ γυναῖκες ἀντ' ἀνδρῶν παρέστατε* 1161. *ὅστις ἀντὶ σοῦ λέξει* 1240. *εἰ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου* El. 572. *προὔπεμψεν ἀντὶ φιλτάτης μορφῆς σποδόν τε καὶ σκιάν* 1147. — 2. Huc refer adverbialem usum *ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς — γῆς ἐξέωσεν* Oed. Col. 1297. non *pro illis*, sed *contra*, scil. ac debuit. 3. Alienis vis est *mercedis pro beneficio aut facinore dati.* *τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶν ὅπλων — τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν* Phil. 791. *ἀντὶ τῶν εἰρημένων ἴσ' ἀντάκουσον* Oed. R. 543. *πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν* Oed. Col. 957. *ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ τελεσφόρον χάριν δοῦναί σφιν* 1486. *ἀνθ' οἵων θυμάτων* Trach. 990 an. si sana scriptura; v. *ἱερός.* 3. Hinc *caussam faciendi* significat, *propter.* *ἀντ' ἀδελφοῦ — χάριν ἔθυσεν αὐτήν* El. 527. *ἀνθ' ὧν μόλις ἔθυσεν αὐτήν* 565. *ἀνθ' ὅτου τὰ νῦν αἴσχιστα — ἔργα δρῶσα τυγχάνεις* 575. *ἀντὶ τοῦ — ἐμοὶ παρέσχ' εὔνοιαν* Trach. 704. *ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδε — ὑπερμαχοῦμαι* Oed. R. 264. *ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ*

παιδί μ' ὠνομάζετο; 1021. δύστηνος· ἀντὶ τοῦ; 1155. ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς; Oed. Col. 276. ὄνειδος — ἀνθ' ὅτου τάδε — ἡμάρτανον 971. *nullam sponte peccandi causam.* ἀνθ' ὧν — τάσδε τὰς θεὰς καλῶν ἱκνοῦμαι Oed. Col. 1014. ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν; Ant. 237. — 5. Semel obtestando inservit, velut πρός. οἵ σ' ἀντὶ παίδων — καὶ ψυχῆς ἱκετεύομεν Oed. Col. 1328. Huius usus explicandi minime probabilem viam iniit Reisig. enarr. p. CLXIII., de loco dici ἀντί ut ἄντα, quasi *filiabus et anima tua, rebus carissimis tibi ante oculos positis.* Verius est, in hac etiam formula ἀντιδόσεως cuiusdam significationem inesse, velut si ὡς obtestandi sensu dicitur. — 6. De abundantia praepositionis cum comparativo coniunctae, velut Trach. 574. Ant. 182. v. Wex. l. c. et Markl. ad Eur. Suppl. 419. — Anastrophes expers esse notum: Apoll. de Synt. p. 309.

Ἀντιάζω 1. cum genitivo *assequor.* οὔτε του τάφου ἀντιάσας οὔτε γόων El. 857 m. Schol. ἀπολαύσας, τυχών. 2. cum accusativo aut addito aut subaudito *ad aliquem conversum precari*: sine casu *occurrere.* ἀντιάζει, ἐναντιοῦται Gr. B. An. p. 408, 6. ἀπαντᾷ, συναπαντᾷ Hesychius. — Hoc: Ἄρεα — ὅς — φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων Oed. R. 193 ch. Eleganter ἀντιάζω coniecit Hermannus. Illud: ἀντιάζω, μή με καταλίπῃς μόνον Phil. 798. ἀλλ' ἀντιάζω — κατάσχες ὀργήν El. 997. καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διός, εὐνῆς τε Ai. 487. Schol. παρακαλῶ.

Ἀντιβαίνω reluctor. ἀντιβαίνειν, ἀντισπᾶν καὶ ἀντιτείνειν, ταὐτὸν τῷ παρὰ τοῖς κοινοῖς ἀντιπατεῖν. Cod. Vat. 1410. ap. Bekk. Anecd. p. 1328., quae eadem habet schol. El. 565. βιασθεὶς πολλὰ κἀντιβὰς μόλις ἔθυσεν αὐτήν El. 565. Vulgo distinguitur post πολλά. Rectius sublata virgula πολλὰ κἀντιβάς coniunguntur. Schol. ἀντιπαραταττόμενος καὶ μὴ βουλόμενος; alter melius ἀντιτείνας. Videtur militare vocabulum. V. Hemsterhus. ad Plut. p. 350. s. schol. Plut. p. 195 ed. Dind.

Ἀντίβοιος. ἀντίβοιον, ἰσόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Hesych. ex Meleagro fr. II. 1 (353 D.).

Ἀντιγόνη n. pr. Ἀντιγόνη voc. Oed. Col. 1. 312. 508. 1417. Ant. 11. illo primo loco τέκνον Ἀντιγόνη. Ἀντιγόνης (παιδός) Ant. 625 an. παῖδ' Ἀντιγόνην Ant. 374 an. τήνδ' Ἀντιγόνην 799 an.

Ἀντιδίδωμι redhibeo. ἀπάτα δ' ἀπάταις — πόνον, οὐ χάριν ἀντιδίδωσιν ἔχειν Oed. Col. 231. m. Schol. ἡ δὲ ἀπάτη πόνον ἔχειν ἀντιδίδωσι τῷ ἀπατήσαντι ἐξ ἀρχῆς. i. e. *fraus fraudem malo, non bono remuneratur* — ἕνα τέκνων νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει Ant. 1053.

Ἀντιδράω facto rependo. ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων Oed. Col. 272. ἀνθ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν 957. πρὸς δὲ τὰς πράξεις —

ἀντιδρᾶν πειράσομαι 963. ὥςτε μή — θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς 1193 Cf. Iacobs. Lectt. Stobens. p. 22.

Ἀντίθυρος *ianuae opposilus*. Substantive de *vestibulo*: βᾶτε κατ' ἀντιθύρων El. 1425 ch. Schol. τὰ ὄπισθεν τῆς θύρας explicat comparans ἀντικνήμια, τὰ ὄπισθεν τῶν κνημῶν.

Ἀντικυρέω *obviam fio*. οὐ γὰρ ἂν πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσα Oed. Col. 99. Laudat Suid. v. νηφάλιος θυσία., unde et ὑ μ ῖ ν desumptum: libri ὑμῶν. — ὅτῳ μήτ' Ἄρης μήτε πόντος ἀντέκυρσεν 1677 m. Schol. ἐπῆλθεν, rectius συνέπεσεν. Pro πόντος Reisig νοῦσος, quo non esse opus iam Dorvill. viderat ad Char. p. 497., et refutavit Elmsleius. ἐπείπερ ἀντέκυρσα δοξάζων μὲν οὔ Phil. 541. οὐκ οἰόμενος συντεύξεσθαι schol.

Ἀντιλέγω *contra dico*. ἐξισωτέον τὸ γοῦν ἴσ' ἀντιλέξαι Oed. R. 409.

Ἀντιλογέω *refuto*. πῶς — ἀντιλογήσω τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην Ant. 374 ch.

Ἀντίλοχος n. pr. Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος Phil. 423.

Ἀντίλυρος *cum lyra resonans*. καναχὰν — θείας ἀντίλυρον μούσας Trach. 640. ch. Schol. ἀντίμιμον, ἰσόλυρον, ἀντῳδόν.

Ἀντίος, *adversus*. Proprie dictum: τἀνδρὸς ἀντίον μολεῖν Trach. 782. *ei sese offerre*. Tralate: ἄδεια μέν, ἀντία δ' οἴσω Trach. 123 ch. Explicatum locum v. in ἡδύς. De *inimico* vel *adversario* cum dici non videatur, scribitur ἀνταίας θεοῦ Clyt. III. v. ἀνταῖος. De Ai. 1263 v. ἐναντίος. — ἀντία et ἐναντία adverbiorum modo posita illustravit Wyttenb. ad Iulian. in Constant. p. 191 ed. Lips.: de figurata dictione, ut Trach. 123. v. Herm. praef. Suppl. p. XV, et quod confert, Xen. Anab. VI. 4, 34. Tonum notavit Arcad. p. 40, 21. 41, 27.

Ἀντιοστατέω *adversor*. πνεῦμα — νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ· Phil. 636. Schol.: ἐναντίον πνεῖ.

Ἀντίπαις. ὁ πρόςηβος καὶ ἀνδρόπαις καὶ ὑπὲρ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν. Gr. Bekk. An. p. 407, 16. — ἀντίπαιδα καὶ γένει μέγαν Synd. III. 2 (148 D.).

Ἀντίπαλος Gr. Bekk. An. p. 208. 13.: δύο σημαίνει, ἢ τοὺς ἴσους καὶ ἰσοῤῥόπους ἢ ἁπλῶς τοὺς πολεμίους. Et p. 408, 22.: [σημαίνει τρία, τὸ ἐναντίον καὶ τὸ ἰσόπαλον καὶ τὸ ἰσόστροφον. Prima legitur significatio: πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ δυςχείρωμα δράκοντι Ant. 125 ch. tumultus bellicus ad superandum difficilis *propter adversarium* draconem, ὁμηρικῶς. v. Herm.

Ἀντιπάσχω *contra accipio*. κείνων ὕπο δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά Phil. 580.

Ἀντιπέμπω *contra mitto*, s. *mittendo rependo*. οἰκούρι' ἀντέπεμψε τοῦ μακροῦ χρόνου, Trach. 539. Affert Eust. p. 602, 39.

Ἀντίπετρος. *saxeus.* τοῦδ᾽ ἀντιπέτρου βήματος ἔξω Oed. Col. 192 ch. ἰσοπέτρου scholiastarum unus; Reisigius confert ἀντίθεος, ἀντίζυγος, ex Hesychio, quibus ex Sophocle multa addi possint. Rectius explices πέτρινος.

Ἀντίπλαστος *consimilis.* τὸν ἀντίπλαστον νόμον ἔχει κεκμηκότων Inach. X. 5. (268 D.). ap. Hesychium interpretatum ἰσόπλαστον, ὅμοιον. v. κάμνω.

Ἀντίπλευρος *oppositus.* τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας Aeg. I. 3. (19 D.). Partem Atticae dicit Euboeae oppositam.

Ἀντιπλήξ *percussus.* βρέμουσι δ᾽ ἀντιπλῆγες ἀκταί Ant. 588 ch. Schol. ἀντιπλησσόμεναι, quod ad verbera fluctuum referendum, non ad resonationem: cf. Nitzsch. ad Odyss. V. 415. De tono v. schol. Il. ζ. 135. Arcad. p. 19, 5.

Ἀντίποινος *vindictae inserviens.* θεοὶ δοῖέν ποτ᾽ αὐτοῖς ἀντίποιν᾽ ἐμοῦ παθεῖν Phil. 316. *paria iis mala meis rependant.* Schol. ἀμοιβαῖα, cum lemmate ἀντάποινα. — ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις El. 582. V. Maussac. ad Harpocr. p. 269. Blomf. gl. Pers. 480.

Ἀντίπρωρος *oppositus*, inde *manifestus.* ἀντίπρωρά σοι βλέπειν πάρεστ᾽ ἐναργῆ Trach. 222 ch. Hesychius: ἀντίπρωρα, ἀντιπρόσωπα, πρῶρα γὰρ τὸ πρόσωπον, καὶ ἀνδρόπρωρον, ἀνδροπρόσωπον, Σοφ. Τραχινίαις, quod loco non suo illatum arbitror, testimoniumque Trachiniarum ad ipsum ἀντίπρωρος refero. Ceterum a nave sumptum infesto rostro incurrente: cf. Dorvill. ad Char. p. 584. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 618.

Ἀντίρρoπος *pari pondere.* ἀντίρροπον, ἰσόρροπον Gr. Bekk. An. p. 408, 12 et lexica vett. — μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος El. 119 an. Sic libri, Suidas v. σωκῶ et Etym. Ms. apud Villois. ad Apoll. Lex. Hom., in quo est ἀντίρροθον. Elegans est a trutina tralatio, de qua ἄγειν solenne, v. Abresch. ad Aesch. Pers. 66. et Blomf. gl. Pers. 332.

Ἀντίσπαστος *mordens.* ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος Trach. 767. ἴσος σπασμῷ ἢ μετὰ σπασμοῦ schol. Sed *tensum* significat Mys. IV. 1 (361 D.): ἀντίσπαστά τε Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

Ἀντίσταθμος *pari pondere*, inde *quod rependendo servit.* ὡς — ἀντίσταθμον τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὐτοῦ κόρην El. 561. Schol. ἰσόσταθμον.

Ἀντιστρέφω, ἀνταξιῶ ex Tymp. III. 4 (568 D.). Hesychius.

*Ἀντίσχω v. ἀντέχω.

Ἀντιτίνω (fut. ῑ) *rependo.* καὶ μὴ δοκῶμεν, — οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις Ai. 1065. μὴ οὐκ ἀντιτίσειν nonnulli codd.

Ἀντίτυπος *repercussus.* ἔγχωρον παρ᾽ ᾧ στόνον ἀντίτυπον — ἀποκλαύσειεν Phil. 688 ch. Schol. perperam ἀμοιβαῖον λόγον στενάζων ἀκούσεται.

Sed significatur *vox resonans, repercussa*, velut φωνῆς-ὅρος παρέπεμψεν ἐμοὶ στόνον ἀντίτυπον 1446 an., ubi Schol. ἀμοιβαῖον, ἀντίμιμον. — De iactu: ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντελωθεὶς πυρφόρος Ant. 134 ch. ἐς ἀντίτυπον πτῶμα ἔπεσε Schol. Antiquorum illa librorum scriptura Scholiastae quoque et Eustathio agnita p. 1701, 18. defenditur brevi syllaba vi arseos producta. Triclinius ἀντίτυπος, quod supra scriptum in Laur. a. Porsonus coniiciebat ἀντιτύπῳ vel ἀντιτύπα.

Ἀντίφονος. *vicissim caedens.* νῦν καλὸν ἀντίφονον κορέσαι στόμα — ἐμᾶς σαρκός Phil. 1141 m. *ultionis causa carne mea vesci.* εἰ — μὴ πάλιν δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας El. 240 m. Schol. ἀνταποδώσουσι τοῦ φόνου καταδίκας.

Ἀντιφωνέω *respondeo.* πολλ' ἀντιφωνεῖς El. 1493. ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος Ai. 760. μή μ' ἀντιφώνει μηδὲν Phil. 1054. οὐ γὰρ εἴχομεν — ἀντιφωνεῖν Ant. 271. ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι Trach. 1104.

Ἀντιχαίρω *vicissim gaudeo.* Νίκα τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ Ant. 149 ch. Schol. ἀντὶ τοῦ ἴσον αὐτῇ χαρεῖσα, ὡς ἀ ν τ ί θ ε ο ς.

Ἀντλέω *exhaurio.* πατρῴαν κτῆσιν Αἰγισθος δόμων ἀντλεῖ, τὰ δ' ἐκχεῖ, τὰ δὲ διασπείρει μάτην El. 1283. Schol. κενοῖ; deinde ἐπὶ ὕδατος λέγεται τὸ ἀντλεῖν καὶ ἐκχεῖν.

Ἄντλια *sentina.* Prima et propria significatione, de qua v. Lexica et Gr. Bekk. An. p. 203, 9. 411, 9. non legitur; de parte vero infimo navis: ἐμβαλοῦ με — εἰς ἄντλιαν, εἰς πρῷραν Phil. 480. Cf. Hemst. ad Luc. Timon. p. 329 vol. I. Bip.

Ἄντομαι *precor.* Apud Hesychium nemo vidit corrigendum ἄ ν τ ο μ α ι, ἄντα ἱκετεύω; vulgo legitur πάντα. Non huc facit glossa apud Gr. Bekk. An. p. 400, 2. ἀντόμεναι, συμβάλλοντες, sed eo, quod idem verbum Hesychio et aliis etiam ἀπαντᾶν explicatur. — πρός σ' ὅτι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι Oed. Col. 250 m. ἀ πατρὸς ὕπερ τοὐμοῦ μόνου ἄντομαι 243 m. Illustrant Ilgen. Opusc. Phil. vol. I. p. 272. et Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 800.

Ἀντρέπω v. ἀνατρέπω.

*Ἀνατρέφω v. ἀνατρέπω.

Ἄντρον *antrum.* δοκῶ — ἄντρον εἰσορᾶν Phil. 27. — πάραυλα τ' ἄντρα Ai. 408 m. παρ' ἄντροις Phil. 1247. τηλεπόροις ἐν ἄντροις Ant. 970 ch. ἀνά τ' ἄντρα καὶ πέτρας Oed. R. 477 ch. ἐξ ἄντρων Oed. Col. 1567 ch. Omnia praeter Phil. 27. 1247. melicorum sunt.

Ἄντυξ Lexicorum vett. loci, Gr. Bekk. p. 409, 6. Eust. p. 599, 20. 628. 24. noti sunt. Inde primus vocem explicuit Hemsterhus. ad Luc. Dial. Deor. t. I. p. 25. De tono v. Herod. ap. Eust. p. 230, 40. — ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων Ai. 1009. Suid. v. ἄντυγες. Perperam Schol.

ἤγουν ἐξ ἁρμάτων: secundum Homerum enim lora frenorum margini currus illigantur. Sed vere pars pro toto est *ἐξ ἀντύγων ὤλισθε* El. 736. Schol. *ἀντὶ τοῦ ἅρματος.*

Ἀνυμέναιος innuptus. Μοῖρ' ἀνυμέναιος Oed. Col. 1224 ch. ubi *nuptiis carere* inter cetera mortis infausta recensetur. *ἀνυμέναιος ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν* Ant. 868 m. *ἄγει με — ἄλεκτρον ἀνυμέναιον* 907. Adverbiascit *ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε* El. 950.

Ἀνύμφευτος 1. *innuptus. ἄτεκνος τάλαιν' ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ* El. 161 m. Schol. *ἄγαμος.* 2. *infaustis nuptiis iunctus. μέλεοι μελέαν πάθαν κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν* Ant. 966 ch. de Cleopatrae liberis infelici connubii sorte natis: nec refert ad huius vocabuli explicationem, utrum post *πάθαν* an post *κλαῖον* distinxeris. Bene schol.: *κακόνυμφον γονήν· ὅτι ἐπὶ κακῷ νυμφευθεῖσα δυστυχεῖς αὐτοὺς ἔτεκεν.*

Ἄνυμφος. 1. *innuptus. φεῦ τῆς ἀνύμφου δυσμόρου τε σῆς τροφῆς* El. 1174. 2. *infaustis nuptiis usus. ἄλεκτρ' ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήματα* El. 483 ch. Suid. v. *ἐπέβη* et Zonar. p. 131. Schol.: *κακόλεθροι καὶ ἄνυμφοι γάμοι.*

Ἀνύτω perficio. De via: *τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν* Ant. 799 an. Glossa Brunckii *ἐρχομένην εἰς τὸν θάλαμον. ἤνυτον σχολῇ ταχύς* Ant. 231. cf. *βραδύς.* De opere: *σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον* Trach. 318. — De spiritu v. *ἀνύω.* Post Homerum introductum in linguam vocabulum observat Eust. p. 1216, 64. At Atticis usitatum dicitur Gregorio p. 70. Gr. Bekk. An. p. 411, 28: *ἀνύτειν οἱ Ἀττικοὶ ὅπερ ἡμεῖς, ἀνύειν δὲ τὸ σπεύδειν,* quod significat *ἀνύτειν* Atticis *τελεῖν* dici, ut paulo ante dictum v. 26: *ἀνύτουσιν, τελοῦσιν, ἀνύουσιν;* eadem Suidas habet v. *ἀνύτειν.* Vide Pors. ad Phoen. 463, vocabulum pluribus locis inducto *ἀνύω* obliteratum esse docentem. De vitiosissima scriptura *ἀ ν ύ τ τ ω* v. Porson. App. ad Toup. p. 497; Intpp. ad Gregor. l. c. Poppo not. crit. ad Thuc. II. 75; Schneider. ad Plat. Rpubl. VI. p. 486, C.

Ἀνύω perficio, assequor. Fuse de verbi significationibus agit Eustath. p. 365, 1. 763, 32. Reperitur apud Sophoclem nonnisi futurum et aoristus activae formae. *εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας* Phil. 711 ch. non intransitive dictum, ut schol. vult, *εὐδαιμονήσει* interpretatus, sed in brevius contracta sententia *ἀνύσει ὥστε εὐδαίμων γενέσθαι. μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν — Ἅιδαν* Ai. 601 ch. Schol. *ἐκπρᾶξαι,* qui *Ἅιδαν* mortem significare videtur putasse. Sed est *assequi, devenire,* de qua structura cum accusativo interdum addita praepositione v. Hermann. ad El. 1443., cf. Brunck.

et Musgr. ad Oed. Col. 1562; quibus adde Hemsterh. ad Ar. Plut. 607. Markland. ad Eur. Suppl. 1142. Monk. ad Hippol. 740. — κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν Phil. 1130 ch. *auxilium tulit.* εἴ ποτε — ἠνύσατ᾽ ἐκτοπίαν φλόγα Oed. R. 166 ch. Recte schol. in sylloge: ἐποιήσατε ἐκτετοπισμένην, — τουτέστιν ὑπερόριον ἐποιήσατε. Nec male Schol. Rom. ἐφθείρατε, ut ἐκτοπίαν prolepsi additum sit. Aut hoc aut Oed. Col. 119 respicit Eust. p. 488, 33. Ἀπόλλων οὔτ᾽ ἐκεῖνον ἤνυσεν φονέα γενέσθαι Oed. R. 720. παλαίφατ᾽ ἀμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε Oed. Col. 455. *per me effectum dedit.* Herm. ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ᾽ ὀρθὸν ἤνυσας Ant. 1163. ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε Ant. 302. ἄγαν γ᾽ ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν Ai. 931 ch., quem versum interpolando in trimetri formam redigere studuerunt. Perperam schol.: οἱ πράξαντες τὰ περὶ τὸν Αἴαντα, ὅ ἐστιν, οἱ αἴτιοι τούτων, ad Atridas rem referens: quem qui sequitur δέ scribat oportet. Rectius γε servato deos spectabit sententia, quorum mentio priore versu facta, et congruit Tecmessae responsum. — πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε Trach. 654 ch. *Veniendi* inest vis, ὁδόν praegnanter complexo verbo; de structurae genere supra monitum. — εἴ ποτε ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν Phil. 703. τοιάδ᾽ ἀνύσαντες ἔργα El. 205 an. θάνατον ἀνύσασα Trach. 882 ch. — Semel cum genitivo dicitur ut τυγχάνω. τίνος, ὦ παῖδες, χρείας ἀνύσαι (sc. προσπίτνετε) Oed. Col. 1752 an. — Semel item *medium* comparet. ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι χάριν ἠνύσω Trach. 991 an. Schol. οἵαν οὖν, φησί, χάριν ἀπὸ τῶν θυμάτων ἐξεπράξω, vulgatam agnoscens. Non est: *quam mihi gratiam retulisti*, quod existimans Brunckius secundum ea, quae adnotaverat ad Bacch. 131, ἤνυσας correxit: sed potius: *quam in me misero gratiam consecuta es*, i. e. quam nacta tibi es remunerationem mea calamitate. Hanc medii vim recte iam Dawesius senserat Misc. Cr. p. 167 (= 205), notavit, sed nihil expediendo Heindorf. ad Plat. Phaed. t. IV. p. 63.

Priores syllabas perpetuo corripi primus demonstravit Dawesius l. c. Asperari attice volunt Grammatici, Moeris p. 179. Phrynichus App. Soph. p. 14, 7. Suidas, Hesychius καθανύσαι scribendo, ut in Ms. a Schowio collato legitur scriptumque ab Alberto est. Hos sequitur Porsonus ad Phoen. 463, Matthiaeus, cuius vide annotata ad Hecub. 1143. Elmsleius ad Bacch. 1098. Vetat fieri schol. Il. β. 347, de Homeri scilicet solius usu sollicitus, cuius observatio transiit in λεξ. π. πνευμ. p. 211. Hermannus ad El. 1443: „scilicet etiam πράττω, θάλαττα attica sunt." In Aristophane atticismi elegantissima norma ἁνύω et ἁνύτω sola probanda eidem videntur ad Bacch. 1092 commentato; sed ex tragicorum libris scriptis cum huic atticismo nullum firmamentum accedat, epicorum eos usum secutos crediderim.

** Ἄνω (ᾰ). ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγκον ἄνων μέν, θεὸς ἴστω, τούτων ἐθελητὸν οὐδέν Oed. Col. 526 mel. Herm. Libri ἄκων et αὐθαίρετον, illud cum detrimento versus choriambici, quem Reisigius pro glyconico forma sane nemini audita venditat, alterum contra metrum versus strophici. Martinus ἤνεγκ' ἀέκων, sequiturque Doederlinus, sed iure videntur Elmsl. et Herm. negare, posse ferri ἤνεγκον et ἤνεγκα paene iuxta posita. Ἄνω verbum tragicis non concedebat Brunckius; sed legitur ap. Aesch. Choeph. 795. Eur. Androm. 1109, ubi v. Matthiacum, et apud Aristophanem adeo Vesp. 369: et corripitur ᾱ ut vel apud Homerum semel, Il. XVIII. 473. Ἐθελητόν autem expulsum ex poeta fuit adscita interpretatione αὐθαίρετον. Deinde sublata distinctione maxima post ἴστω optimus sensus efficitur: *toleravi calamitatem, sed per deos nihil horum voluntario feci.*

Ἄνω adv. 1. nude *supra* i. e. *in alto*, s. *superiore loco.* τὸν δ' ὀρθὸν ἄνω κίονι δήσας Ai. 235 an., male enim ἄνω ad δήσας referetur. νέρθε κἀπὶ γῆς ἄνω Oed. R. 416. αἰθέρος ἄνω Phil. 1081 m. θεῶν ἄνω ψυχὰς ταράσσει Phaedr. IV. 2 (607 D.). ἐν θεοῖς ἄνω inc. XXIII. 12 (678 D.). 2. Usitatius est cum verbo dictum, ut sit vel *superne*, vel *sursum.* ἐκεῖσε — ἄνω μέθες Phil. 803 m. τοὺς ἄνω κλάζοντας ὄρνις Oed. R. 965. τὰ δ' ἐπ' ἦμαρ αὔξων ἄνω Oed. Col. 1455 ch. *attollens*, s. *in conspectum dans.* ἐπενθοροῦσ' ἄνω καθέζετο Trach. 913. ἄνω cum καθέζετο coniungendum. σταθεὶς ἄνω 1182. in vertice Oetae. τοὺς δ' ἄνω τρέπων ἔσφαζε Ai. 291. capite resupino guttur feriebat. φυσῶν ἄνω — μελανθὲν αἷμα 901. v. Herm. θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος 1391 an. ἄνω βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν El. 413. κόνις δ' ἄνω 'φορεῖτο 704. 3. Tralate ἄνω *de vivis.* τί με — ἔχεις ἄνω βλέποντα Phil. 1332. ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω El. 1158. 4. Cum articulo et substantivo. τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον; Phil. 804. aut *solem* dicit, aut *caeli templum.* μετοικίας οὖν τῆς ἄνω στερήσεται Ant. 881. ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω Ant. 1055. οἱ ἄνω *vivi* sunt, velut statim οἱ κάτωθεν *mortui.* τοῖς ἄνω θεοῖσιν Ant. 1059.

Ἄνωγα (ᾰ) *iubeo.* σιγᾶν ἄνωγα El. 1450. τί δῆτ' ἄνωγας Phil. 54. τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν; 100. πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε; Trach. 1237. ἄνωγας οὖν με τὸν νεκρὸν θάπτειν ἐᾶν; Ai. 1343. ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος — μίασμα — ἐλαύνειν Oed. R. 96. ἴθ', ὡς ἄνωγα, σὺν τάχει Oed. Col. 908. Hoc magnam perfecti similitudinem significatione prae se fert; reliquis locis praesens est. — ἠνώγει ῥυτῶν ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρά Oed. Col. 1594.

Ἀνώδυνος *doloris expers.* De homine: ἀνώδυνον βλέποντα Phil. 871. De re: τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν Ai. 551. versu

a nonnullis addubitato, omisso a Stobaeo, sed a libris et Suida tuto.

Ἄνωθεν desuper. κρᾶτ' ἐμὸν — πέτρᾳ πέτρας ἄνωθεν αἱμάξω πεσών Phil. 990. τίσις δ' ἄνωθεν εἶσιν αἱματοῤῥόφος inc. CV. 20 (813 D.), ut verissime correxit in Anecdotis Bekkerus p. 362, 21. In codice est τίσω et ἐστὶν ἡ αἱματοῤῥόφος: Brunckius τίς ὧδ' ἁ. — Sed ita etiam dicitur ἄνωθεν, ut cum ἄνω non minus aptum sit, tamen aliqua rei superne demissae adsignificetur notio. τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς ἐσορώμενοι El. 1047 ch. quod afferunt Suidas v. ἄνωθεν et Eust. p. 694, 27. Aves enim ex caeli templo in terram devolantes cogitantur. ἄνωθεν ἢ κάτωθεν (sc. ἄντρον εἰσορᾶν δοκεῖς); Phil. 28. propter oculorum obtutum a superiore inferioreve saxi parte, quo delati erant, quasi redeuntem transeuntemque alio. Itaque ut de ἔνερθεν et ὕπερθεν recte monuerit vir Summus ad Phryn. p. 128, tamen ἄνωθεν et κάτωθεν pro ἄνω et κάτω tragicis dicta negaverim, doctum adstipulatorem nactus Schaeferum App. Crit. ad Demosth. t. IV. p. 119.

Ἀνώνυμος ignobilis. ἀφ' ἀνώνυμος πέφυκεν; Trach. 376. Schol. ἄσημος οὕτω καὶ δυσγενής, ὡς μηδὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς γιγνώσκεσθαι.

Ἀνωφελής inutilis. σποδόν τε καὶ σκιὰν ἀνωφελῆ El. 1148. cineres Orestis mortui sic dicuntur.

Ἀνωφέλητος inutilis. οἴμοι — τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς ἀνωφελήτου El. 1133. Affert Suid. v. φίλος. ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα Ant. 641. Schol. μὴ παρέχοντα αὐτῷ ὠφέλειαν. Phrynichus App. Soph. p. 4, 24. cum retulit Eupolin passive dixisse de eo, qui iuvari vel non posset vel nollet, pergit: οἱ δὲ πολλοὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὠφελεῖν θέλοντος ἢ δυναμένου.

Ἄξενος inhospitalis. ἢ ναὸς ἄξενον ὅρμον αὐγάζων Phil. 217 ch. Schol. δύσορμον τὸν λιμένα. Sed dicitur navis statio inhospitalis, quod constituta est in loco alias solitario.

Ἄξεστος rudis. κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου Oed. Col. 19. Schol. legi πάγου memorat, ἐπὶ τοῦ λιθίνου βάθρου interpretatus. — ἀξέστους, τραχείας ex Sinon. fr. III (487 D.). Hesych.

Ἀξίνη ligo. ἀξίνας χεροῖν λαβόντες Ant. 1096. De tono Arcad. p. 112, 3.

Ἄξιος dignus. 1. cum casu secundo: τύχη — σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία Oed. R. 778. συλλαβὼν θεσπίσματα κεῖται — Πόλυβος ἄξι' οὐδενός 972. Ald. et codd. quidam ἄξιος. ὀργῆς — ἧς ὅδ' ἄξιος Oed. Col. 909. οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν Ant. 695. λαχεῖν explicative additum. 2. cum infinitivo obiecti: ἄξιος φέρειν ἦν τῆσδε καὶ μείζω χάριν Oed. R. 763. ἀξία μαθεῖν κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυσφόρως ἔχοντα

769. *τύχη — θαυμάσαι μὲν ἀξία* 777. *ἄξιος γὰρ εἶ* sc. *ὄλβιος γενέσθαι* 931. *σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν* Oed. Col. 932. Subaudiendum *αἰσχύνεσθαι. ξυμφοραὶ — ἄξιαι δ' ἀμυναθεῖν* 1019. *ἄξιος δὲ θαυμάσαι* 1154. *οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὔθ' ἁμερίων ἔτ' ἄξιος βλέπειν* Ai. 393 ch. *ἄξιος θρήνων τυχεῖν* 907. *πολλῶν ἂν ἥκοις — ἄξιος τυχεῖν* El. 787. 3. Nude dictum significat *τὸ προσῆκον, τὸ πρέπον, quaem decet esse. ἴσθι τοι τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην* El. 290. *ἀξίαν — μεταβαλόντ' ἂν ὧδε σιγὰν λόγων* 1251 m. *ἀξίαν* prolepsi additum pro *ὥστε ἀξίαν εἶναι*. Schol.: *τίς ἄν, φησί, σοῦ φανέντος δικαίως ἕλοιτο ἀντὶ λόγων σιγήν. — καὶ μὴν χάριν γ' ἂν ἀξίαν λάβοις ἐμοῦ* Oed. R. 1004. *οἷς οὔτε τις θεῶν — ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν* Scyr. IV. 3 (499 D.). Hunc usum spectat Gr. Bekk. An. p. 215, 22. *τὸ ἄξιον παρὰ τοῖς ῥήτορσι καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου τέτακται*, quae similiter dicta exstant p. 412, 23. — Cum dativo personae, unde quis qui praemium ferat, dignus de quo genere egerunt Pors. et Schaef. ad Hecub. 309. et Monk. ad Alc. 445., apud Sophoclem non legitur.

Ἀξιόω. I. *Formae. praes. ἀξιῶ* Phil. 800. Oed. R. 944. *ἀξιοῖς* Oed. Col. 585. Trach. 410. *ἀξιοῖ* El. 167 m. *ἀξιοῦτον* Oed. Col. 1379. *impf. ἠξίουν* Oed. Col. 957. 1296. *ἠξίου* Ai. 1093. *fut. ἀξιώσω* El. 1232 m. *aor. ἠξίωσαν* Phil. 62. *ἀξιώσῃς* Ai. 489. *ἀξιώσειν* Ant. 1233. *ἀξιώσατε* Oed. R. 1413. Apud Suid. v. *θιγεῖν* vitiose scribitur *ἀξιώσαντε*. *Passivum. ἀξιωθήτω* Oed. R. 1449. *ἀξιωθείς* Oed. Col. 1354. II. De *significatione* potissimum triplice egit Buttm. in Ind. Gr. Midianae p. 165. I. *dignum et conveniens iudicare, dignari:* rarius sine casu, de quo genere v. Valck. ad fr. Callim. p. 133. Pors. ad Hec. 319 et Herm. ad 317. *οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας* Ai. 1093. Rarum item cum genitivo: *οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἐλθόντι δοῦναι* Phil. 62., infinitivo *φράσεως* causa adiecto. Usitatius cum infinitivo est, nec opus addi accusativum obiecti, quem vocant. *οὐ μήν σ' ἔνορκον ἀξιῶ θέσθαι τέκνον* Phil. 800. *εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν* Oed. R. 944. *ἀνθ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν* Oed. Col. 957. *τοῖς σοῖς ἐνθακεῖν θρόνοις — ἠξίουν* 1296. *ἵν' ἀξιοῦτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν* 1379. *εἰς πόλιν γόους οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλὰ — δμωαῖς προθήσειν πένθος* Ant. 1233. *ποίαν ἀξιοῖς δοῦναι δίκην;* Trach. 410. *μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν* Ai. 489. Et passive: *νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι* sc. *τῆς ἐμῆς ὀμφῆς*, Oed. Col. 1354. *ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε — ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν* Oed. R. 1449. Suid. v. *οἰκητής*. Schol. *ἄξιον κριθήτω*. 2. *Velle et apud se decrevisse: ποθῶν δ' οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι* El. 167 m. *τόδε μὲν οὔποτ' ἀξιώσω τρέσαι* 1232 m. Schol. *ἀξίαν νομίσω φοβηθῆναι;* sed rectius erat *τλήσομαι* (a me impetrabo) *φοβεῖσθαι. — ἀξιώσαιτ' ἀνδρὸς*

ἄθλιον θιγεῖν Oed. R. 1413. 3. *Existimare.* ποῖον δὲ κέρδος ἀξιοῖς ἥκειν φέρων; Oed. Col. 585.

Ἀξίωμα *decretum, consilium.* ἀξίωμα ἀντὶ τοῦ παράκλησις Gr. Bekk. Anecd. p. 80, 21. βούλημα Suid. ex Oed. Col. 1459. — μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι Oed. Col. 1452 m. Reisig. iure ad oracula refert, quae de Oedipi receptione Atheniensibus aliquando fructuosa commemorata erant. De scholio corrigendo probabiliter disputat Herm. τί δ' ἐστι τἀξίωμ' ἐφ' ᾧ καλεῖς; 1459. Schol. βούλημα.

Ἀξίως *condigne.* ἀξίως δὲ σὺ πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν Oed. R. 133. ἀλλ' ἀξίως ἔλεξας Alet. V. 1 (92 D.). ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου Ant. 633. Erfurdt. pro ἄξιον ἔσται dictum putabat. Rectius cum Herm. compones οὐδεὶς γάμος ἀξίως μείζων ἔσται φέρεσθαι, *nullum mihi merito potius erit, quod consequar, connubium:* οὐδεὶς μοι προκριθήσεται γάμος schol., bene ad sententiam, etsi sequentia non intellexit. Quae Schaef. contulit ad Dion. de C. V. p. 76, omnia verbum substantivum, non copulam habent, unde plane suo iure adduntur adverbia.

Ἀξύμβλητος. ὁ ἀσύγκριτος, ὃ (sic scribe, vulgo legitur ὁ) καὶ ἀπαράβλητος, ἢ ᾧ οὐκ ἔστιν ἀπαντῆσαι, ὡς Σοφοκλῆς που φησίν· ἄπλαστον ἀξύμβλητον ἐξεθρεψάμην. Eust. p. 1405, 57.; quem versum etiam Gr. Bekk. habet p. 413, 13. Videtur autem esse Lemn. V. 1 (350 D.). secundum Hesychium v. ἀξύμβλητον: ὃ (scr. ᾧ) μηδενὶ ἀπαντῆσαι δυνατὸν ἢ ἀσυνάντητον, Σοφ. Λημνίαις. — Plane aliter dicitur δέρκομαι φάτιν ἄφραστον, ἀξύμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν Trach. 691. *de quo quis non habet, quid suspicetur vel coniiciat,* v. Iacobs ad Aelian. H. An. p. 241. Blomf. gl. Aesch. Prom. 800. — Utroque loco ξ metro tutum est.

Ἄξων *axis.* ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας El. 735. Affert Eust. p. 598, 13. De tono monit Arcad. p. 14, 16.

Ἀοιδή (ᾰ) *cantus.* ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν, ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν; Ant. 874. Ordinem verborum a Dawesio M. Cr. p. 573 et Schaefero non perspectum demonstravit Hermannus.

Ἀοιδός *vates.* τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης ἰατορίας, ὃς τήνδ' ἄτην κατακηλήσει Trach. 996 an. Schol. ἐπῳδός recte; incantationes enim superstitione plena aetate et medicorum erant et morbis pellendis efficaces credebantur. Recte adversus Passovii cavillationem defendit poetam Apitzius p. 305. — Longe aliter ἔξέλυσας σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμόν Oed. R. 36. de Sphinge, quam eodem nomine appellari Eur. Phoen. 1545 adscripsit Musgr. Versum affert Suid. v. σκληρᾶς ἀοιδοῦ.

Inepte schol.: ἀοιδοῦ λέγει, ἐπεὶ ἐμμέτρως ἔλεγε τὰ αἰνίγματα, procul dubio vulgo venditatum aenigma versibus conscriptum pro genuino habens. Neque vero ᾄδειν de solis versibus proferendis dicitur, nec ἀοιδός usquam.

Ἄοικος 1. *extortis.* ἀοίκους ἀπάτορας τ' ἀλωμένας Trach. 299. v. Pflugk. ad Eur. Hel. 524. 2. *inhospitalis.* προςκύσαντε τὴν ἔσω ἄοικον εἰςοίκησιν Phil. 530. Schol. δύςοικον, antrum ingratum ad habitandum.

Ἄοινος *vino carens.* ἀ. ἐπὶ τῶν μὴ γεγυμνασμένων οἴνῳ καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐχόντων Gr. Bekk. An. p. 413, 29. — οὐ γὰρ ἄν — ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν νήφων ἀοίνοις Oed. Col. 100. Cur ἄοινοι Furiae dicantur, advocatis Pausan. Corinth. p. 52 et Gr. Bekk. p. 282, 21. explicuit Reisigius, sed vide praeterea Wyttenb. ad Plut. de San. Tuend. p. 132. E. Cum apud Phrynichum App. Soph. p. 9, 26. scriptum esset ἄοινος σημαίνει μὲν σοφὸς ἐπὶ τοῦ νήφοντος ἀπὸ οἴνου, Brunckius in Lex. Soph. probabiliter refinxit ἄοινος ὁ μὲν Σοφοκλῆς κ. τ. λ., ut ipse ille spectetur Oedipi locus.

Ἄοκνος *impiger.* φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι λείψω τροφῆς ἄοκνον Ai. 560. Schol. Pal. ἀνατροφῆς πρόθυμον φροντιστήν. Sed dubitari potest, num φύλακα τροφῆς an ἄοκνον τροφῆς coniungenda sint. ἄοκνον μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλάβαν Trach. 839 ch. Schol.: τὴν οἰκείαν (scr. ὀξεῖαν, ut Herm.) καὶ ἀμέλλητον· ἢ πολύοκνον, ὅ ἐστι πολύφοβον, κατ' ἐπίτασιν τοῦ ᾱ. Recte habet prior explicatio, ut docuit, cum olim ἄοκνος coniecisset, Hermannus. — Media in thesi anapaestica Trach. 839 corripitur, in arsi iambica producitur Ai. 560.

Ἀολλής. ἀολλής, ἠθροισμένος καὶ πεπυκνωμένος Eust. p. 179, 21. 893, 42. χωρῶμεν δὴ πάντες ἀολλεῖς Phil. 1455. Tricl. ἀολλέες. οἳ τότ' ἀολλεῖς ἴσαν ἐς μέσον Trach. 511 ch. Cum non nisi duo fuerint, Hercules et Achelous, scholiasta: καταχρηστικῶς εἶπεν ἐπὶ δύο (f. ἐπὶ δυοῖν) τὸ ἀολλεῖς. Explicuit Herm.

Ἄορνος. λιμνὴ (scribitur λιμὴν) περὶ Τυρσηνίαν — εἶναι δὲ καὶ νεκυομαντεῖον ἐν τῇ Τυρσηνίᾳ λίμνῃ Σοφοκλῆς φησί Gr. Bekk. An. p. 413, 32. Habetur fr. inc. 840 D. Clarum est, nomen λίμνης Ἀόρνου nomen a Sophocle esse positum alicubi. Quomodo enim, si non fecisset, νεκυομαντείου ibi constituti mentionem fecisset?

Ἀπαγγέλλω *renuntio.* εἰ τοῦτο πρῶτον δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς Oed. R. 958. Apud schol. exstat scriptum ἐπαγγέλλειν.

Ἀπᾱγριόω *effero.* μή μ' ὄκνῳ δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον Phil. 226. ferum et immanem sui adspectum dicit, quod etiam schol. expressit.

Ἀπάγω abduco. *ἄπαγέ νῦν μ' ἐντεῦθεν ἤδη* Oed. R. 1521. *σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους* Ant. 1074. *ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με* Oed. R. 1340 m. *ἀπάγετε* 1341. quod propter hiatum non liberum Hermannus putat esse vitii suspicione. *ὀμόσας ἀπάξειν* Phil. 929. *μ' ἀπάξειν* cod. Ven. *οἶδ' ἐγώ σε μή τινα ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα* Oed. Col. 663. Medium *secum abducere*: *τί μ' ἄγετε, τί μ' ἀπάγεσθε;* Phil. 1018. Turn. *με* omittit, Steph. *ἀπάγετε*, Cant. *τί μ' ἀπάγετε.*

Ἀπαίδευτος rudis. *ὡς ἂν μὴ 'ἀπαιδεύτων βροτῶν δοκῶμεν εἶναι* inc. C. 11 (779 D.).

Ἀπαιδία (ῐ) *orbitas.* *ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία* Oed. R. 1024.

Ἀπαιόλημα (ᾰ) *fraus.* *ἀποπλάνημα, ἀποκάθαρμα, ἢ θεόν τινα ἀπατητικόν* Gr. Bekk. 419, 13. Est inc. CV. 49 s. 841 D. Comica vox, quam in satyrica fabula positam fuisse credibile. Apud Hesychium v. *ἀπαιόλημα* legitur *ἀποκάθαρμα, ἢ ἀ π ο π ά ξ τ η μ α, ἢ ἀποπλάνημα*, cum ridiculo vitio; scribendum enim *ἀ π ά τ η μ α.*

Ἄπαις orbus. *ἀνακαλουμένη — τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας* Trach. 907. Schol. *οὐσίαν* de *συνουσίᾳ* Herculis interpretatus ineptit. Nec de ademta liberorum procreandorum spe dici, cum tot liberis floreat Deianira, iure admonuit Musgr. Hermanni coniectura *δ ί π α ι δ α ς*, ut domus a duplici prole possessa cogitetur, nimis arguta est, quam quae vera esse possit. *Domum iustis heredibus*, qui legitimae uxoris liberi sunt, *carentem* intellige, cum metuat Deianira, ne ab Ioles prole sui olim liberi bonis evertantur. — *ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος* Atham. I (5 D.).

Ἀπαίσσω v. *ἀπᾴσσω.*

Ἀπαιτέω deposco. *τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρός* Phil. 362.

Ἀπαιών tristis. *ἀκτὰς ἀπαιωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς λιποῦσα λίμνης* Polyx. II. 1 (469 D.). De historia totius loci emendati v. Iacobs lectt. Stobens. p. 5.

Ἀπᾰλέξασθαι a se arcere, se defendere. *οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ' ἀπαλέξασθαι* Ai. 166 an. Schol. *ἀντιτάξασθαι.* Idem Hesychio memoratur *ἀποφυλάξασθαι* explicatum ex Hippon. III. 1 (286 D.). In Gr. Bekk. An. p. 415, 3. *ἀπαλῆξαι, κωλῦσαι* scribendum *ἀ π α λ ε ξ ῆ σ α ι.*

Ἀπαλλᾰγή ***effugium.*** *ὡς πεπρωμένης οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή* Ant. 1319. Schol. *οὐδεὶς γὰρ αὐτὸ (τὸ θανεῖν) ἐκφεύξεται.*

Ἀπαλλάσσω. I. ***Formae.*** *ἀπαλλάσσει* Ant. 592 ch. *ἀπαλλάξει* 765. *ἀπαλλάξῃ* Phil. 868. *ἀπαλλάξειαν* El. 284. — *ἀπήλλαγμαι* 773., ubi Suid. v. *προστάτης, ἀ π η λ λ ά γ η ν;* cod. Ven. *ἀπηλλάχθαι*, librario scripturo *ἀπηλλάχθην.* *ἀπηλλάχθαι* Ant. 396. El. 1330. *ἀπαλλαχθῇ* Oed. Col. 790. *ἀπαλλαχθείς* Ant. 244. *ἀπαλλαχθέντε* El. 1327. At *ἀπαλλα-*

γέντος Ant. 418; ut in hoc quoque verbo prior passivi aoristus longe crebriore usu sit. v. Valck. ad Phoen. 979. Pors. ad 986. — II. *Usus. removeo, libero,* inde *relinquo*, illud de re, hoc de homine dictum; illud cum accusativo, vel cum praepositione ἐξ. οὐδ᾽ ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ᾽ ἐρείπει θεῶν τις Ant. 592 ch. Schol. alter recte: τὸ γένος τὸ ἐπιγιγνόμενον οὐκ ἀπαλλάσσει τὴν γενεάν, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἐν συμφορᾷ ἐστίν. μηδέ σ᾽ ἐκ γόων — ἀπαλλάξειαν οἱ κάτω θεοί El. 284. ἡνίκ᾽ ἂν κόπος μ᾽ ἀπαλλάξῃ ποτέ Phil. 868. Schol.: γράφεται κ ό π ο υ ἀ π α λ λ α χ θ ῶ μ ε ν, unde Brunck. veram scripturam κόπου γ᾽ ἀπαλλαχθῶ ποτέ sibi visus est elicere. τὰ δ᾽ οὖν κόρα τάδ᾽ οὐκ ἀπαλλάξει μόρου Ant. 765. Dresd. a. Aug. b. μόρων, cum gl. θανάτων. 2. Passivum *liberari, defungi aliquo.* ὡς — πόλις δέ σοι κακῶν ἄνατος τῆσδ᾽ ἀπαλλαχθῇ χθονός Oed. Col. 790. v. Herm. ἐγὼ δ᾽ ἐλεύθερος δίκαιός εἰμι τῶνδ᾽ ἀπηλλάχθαι κακῶν Ant. 396. ἡμέρᾳ — τῇδ᾽ ἀπήλλαγμαι El. 773. ἀπαλλαχθέντε τῶν μακρῶν λόγων 1327. si *renuntiaveritis* s. *abstinueritis* longa oratione. ἀπηλλάχθαι δ᾽ ἀκμή 1330. οὔκουν ἐρεῖς ποτ᾽, εἶτ᾽ ἀπαλλαχθεὶς ἄπει; Ant. 244. quasi *onera, quod fers, deposito.* Schol.: δηλώσας τὸ πρᾶγμα ἄπιθι ἀθῷος, bene ad sensum, verbis male. καὶ τοὐδ᾽ ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ (σκηπτοῦ) Ant. 418. gl. Brunckii πεπαυμένου. Adversus Schaeferi olim coniecturam ἀ π α λ λ α γ έ ν τ ε ς (Mel. Cr. p. 85.), quae post in cod. Vat. reperta est, recte tuetur receptam scripturam Erfurdt.

Ἀπάμαω *demeto.* ἀπάμησον ὡς τάχιστα (τὸν πόδα) Phil. 739. Schol.: θέρισον, κόψον. De qua locutione v. Wakefield. ᾱ corripitur contra ac fit in ἀμητός, v. Meinek. ad Euphor. p. 110.

Ἀπαμελέω *negligo.* εἴ μοί τι τόξων τῶνδ᾽ ἀπημελημένον παρεῤῥύηκεν Phil. 648. Ald. Iunt. I. ἀπημελημένων vitiose.

Ἀπαμπλακεῖν *peccare.* στέργημα γὰρ δοκοῦσα προσβαλεῖν σέθεν ἀπήμπλακε Trach. 1129. Nemini eorum, qui ἀπλακεῖν solum probant, in mentem venit ἀπαπλακεῖν scribere.

Ἀπάνθρωπος explicatum σκληρός, ἀνόητος, ἄφρων, ἀνελεήμων Hesychio ex Soph. inc. CV. 50 (842 D.).

Ἅπαξ *semel.* κλύειν ἂν οὐδ᾽ ἅπαξ ἐβουλόμην Phil. 1223. εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον Oed. R. 690 ch. οὓς γήτης ὅπως — σπείρων μόνον προσεῖδε κἀξαμῶν ἅπαξ Trach. 33. ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ᾽ ἅπαξ inc. LXX. 3 (739 D.). Cum opposito: πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ ἤρασσε Oed. R. 1275. Eust. p. 634, 11. ἅπαξ τὰ τοιαῦτ᾽, οὐχὶ δὶς χρῄζω κλύειν Oed. Col. 1210. — De tono v. ἀτρέξ.

Ἀπαππαπαῖ Phil. 736 Hermannus edidit ex παπαῖ productum, velut παπαππαπαππαπαππαπαῖ, quod aliquantum decurtatum exstat rursus v. 744. Libri interiectionem illam doloris ἀπαπαπᾶ scriptam habent, prae-

ter Brunckii membr. et Harl. in quibus ἀπὰ πα παῖ, et cod. Ven. in quo sexies παπᾶ et postremo παπαῖ.

Ἀπαράσσω abscindo. οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει — τοῦ στυγεροῦ Trach. 1012 m. *caput* quasi *de vita tollere* i. e. ipsum, qui loquitur, Herculem. Schol. τὴν κεφαλήν μ' ἀποτεμεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τοῦ μοχθηροῦ βίου.

Ἀπαρθένευτος, ἀκέραιος, καθαρά Hesych. ex Hippon. III. 2. (287 D.); idem, modo quod καθαρός scribitur, sine Sophoclis testimonio habet Gr. Bekk. An. p. 418, 11.

Ἀπαρκέω sufficio. ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ Oed. Col. 1766 an.

Ἀπαρνέομαι infitior. φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή Ant. 439. Erravit olim Hermannus μὴ οὐ scribendum esse iudicans. Geminum est κόμπος πάρεστι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή Ai. 96. Quo loco cum Suidas μὴ οὐχί afferat, perspicuum est iam Veterum nonnullis μὴ οὐ cumulari placuisse, etsi in libris nunc non reperitur. — οὔτ' ἀπηρνήθη ποτέ Trach. 480. — *Passivum:* χὴ ναῦς γὰρ ἄξει κοὐκ ἀπαρνηθήσεται Phil. 523. *non recusabitur, quominus fiat.*

Ἄπαρνος qui infitiatur. Vocabulum σεμνότερον dicit καὶ πολιτικώτερον τοῦ ἔ ξ α ρ ν ο ς Phryn. App. Soph. p. 8, 26. — ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο Ant. 431.

Ἀπαρχή primitiae. V. Lex. Vett. Etym. Gud. p. 63, 13. Proculum ad Hes. Theog. 334. ταυροκτονεῖ — λείας ἀπαρχὴν βοῦς Trach. 758. Pluralis alias usitatior ipse quoque non plus semel apud Sophoclem exstat: κἀκ μάχης ἄγοντ' ἀπαρχὰς θεοῖσι Trach. 182. Quae Buttmannus in Lexil. vol. I. p. 100. et Wyttenb. ad Plut. de Recta Aud. Rat. p. 40. B. ad Cons. ad Apoll. p. 114. C. habent, Sophoclis usum non tangunt.

Ἅπας sing. *quisque*, in collectivis *universus*; plur. *ad unum omnes.* 1. *Adiectivum* substantivis additum. Μηλιεὺς ἅπας λεώς Trach. 193. ἅπαν κατ' ὄρθρον 766. ἅπας λεώς 780. ἅπαν τὸ χρῆμα 1126. ἅπαν τοὔργον Ai. 277. τὸν ἅπαντα λόγον Oed. Col. 1227 ch. ἅπαν τὸ χρηστόν Aload. X. 2 (108 D.). γένους ἅπαντος Ai. 1157. πλευρὰν ἅπασαν Trach. 922. καλῶς ἅπαντα ταῦτ' ἂν ἐξείρητό σοι Oed. R. 984. ἁπάντων κακῶν ὄργανον Ai. 372 m. ἅπαντα τἀνθρώπεια Ai. 132. ἁπάντων θεαμάτων 971. ἅπαντα νουθετήματα Electr. 335. ὁδῶν ἁπασῶν Trach. 872. Cod. Par. errore scriptoris ὁδόν. λείας ἁπάσας Ai. 26. ἁπάντων θνατῶν El. 242, quod et substantivum potest haberi. ἅπαντα τἀγέννητα inc. LXX. 3 (739 D.). — 2. Substantive dictum: ὡς δ' εἰδῇς ἅπαν Trach. 675. ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων Oed. Col. 1004. ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει Oed. Col. 811. Est ἐξ ἁπάσης ἀφορμῆς, v. Reisig. Huic simile οὐκ ἐξ ἅπαντος

δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν Ant. 312. Plurative: κήρυσσε μ' εἰς ἅπαντας El. 596. Suid. v. στόμαργος. τῶδε — τιμᾶν ἅπαντας χρεὼν 971. ἅπανθ' ὁ — χρόνος φύει Ai. 632. ἅπαντα δυςχέρεια Phil. 890. τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω Ant. 494. ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος Trach. 274. τοῦ τῆςδ' ἔρωτος εἰς ἅπανθ' ἥσσων ἔφυ Trach. 489. ἰὼ πάνθ' ὁρῶν Ai. 372 ch. nisi ex sqq. subaudiendum κακά. ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ Acris. I. 2 (58 D.). De Oed. R. 598 v. πᾶς. 3. Horum exemplorum adverbiascunt Oed. Col. 811. Ant. 312. Trach. 489. — Tonum notavit Arcad. p. 116, 25. Aspirari vocabulum contra regulam visum quibusdam grammaticis, Herodianus autem defendebat ab ἅμα πᾶς compositum, Etym. M. p. 655, 24. Ultima Atticis producebatur, v. Regul. Prosod. ap. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 439. Bekk. Anecd. p. 446, 11. idque bene defendit Meinekius ad Menandr. p. 51. cf. Ahlwardt. ad Pind. Ol. II. 81. Sed apud Sophoclem non legitur nisi locis ambigua mensura.

Ἀπάσσω *avolo.* ἀπῇξεν, ἀφώρμησεν Gr. Bekk. An. p. 424, 22. τοῦ δ' ἐγὼ κλύων ἀπῇξα Trach. 189. εἰ μὴ — φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῇξαν Ai. 443. Schol. vet. εἰ μὴ δι' ἔκστασιν τοῦ δέοντος ἐξέπεσον αἱ διάνοιαί μου. Aliud scholion ἀπῇξαν sine ι scriptum barbare ἀπήγαγον interpretatur. ἀπεῖρξαν apud nonnullos scribi et scholia testantur et legitur in Cod. Bar. et Regio Brunckii. γνώμης μ' ἀπῇξαν Abreschius suspicatus est Anim. ad Aesch. IV. p. 28.; γνώμην ἔπλαζον olim Lobeckius, sed bene intelligi posse fatetur vulgatam. Sensus est: *nisi oculi et mens perversa consilium meum fefellissent.* — ἀπῇξε πέμφιξ ὡς ἵππου σελαςφόρου Colch. V. 4, 1 (319 D.). ut ingenioso emendavit Hermannus Diss. de Aeschyli Prom. Sol. p. 24. Legebatur ἀπῇξε πέμφιξιν οὐ πέλας φόρου: Bentleius ad Mill. p. 57. ἀπῇξε πέμφιξ Ἰονίου πέλας πόρου.

Ἀπατάω *fraude fallo.* οἷά μ' εἰργάσω, οἷ' ἠπάτηκας Phil. 917. ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν (Κύπρις), οὐ λέγω Trach. 499 ch. — νῦν δ' ἠπάτημαι δύςμορος Phil. 937. οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ Oed. R. 594. *prava opinione deceptum* significat. ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη Ai. 794. τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον; El. 165 m. Recte eos reprehendit Hermannus, qui hoc active dici putarunt, velut scholiasten secutus Musgravius: est enim *quid nuntiorum mitto, quod non fallatur,* h. e. quos nuntios non frustra mitto. Huius rei iam Triclinio aliquid suboluit.

Ἀπάτη *fraus.* ἀπάτα δ' ἀπάταις — παραβαλλομένα Oed. Col. 229 m. v. explicatum secundum schol. in v. ἀντιδίδωμι. ἐλπίς — πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων Ant. 613 ch. *multos desideratis fraudat.* Schol.: τὰ ἀδύνατα γὰρ ἐλπίσαντες ἐσφάλησαν. ἔρωτας δὲ λέγει καὶ τὰς ἐπιθυ-

ρίας. Alter: *ἀντὶ τῶν κούφων ἐπιθυμιῶν*, recte uterque. — *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας* Phil. 1121 ch. *ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν* Ant. 620. Recte schol.: *ὑπὲρ τῆς τῶν λεχέων ἀπάτης, ὅ ἐστιν ἀποτυχίας, ἀχθόμενος.* v. Herm. *ἀπάταισιν αἰσχραῖς ἄνδρα καὶ δόλοις ἑλών* Phil. 1212. *τὸν — ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα* El. 124 ch. In El. 827 ch. *χρυσοδέτοις ἕρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν ἀπάταις* codd. Ald. Iunt.; *ἀπάταις* omisso *γυναικῶν* Tricl. Illud interpretationem vocis *ἕρκεσι* esse videns Brunckius delevit. Accentum notavit Arcad. p. 113, 27.

Ἀπάτωρ patre orbus. ἐφ' ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ Oed. Col. 1385. *ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας* Trach. 299 de eis, quarum patria non esset. Is dicitur, qui omnino orbatus parentibus est, Poll. III. 2.

Ἀπαυδάω veto. ἀπαγορεύω, ἀπολέγομαι Gr. B. An. p. 419, 3. *ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ* Phil. 1277. *τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ — μήτ' εἰσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινά, ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων* Oed. R. 236. Ad alterum membrum ex *ἀπαυδῶ* subaudiri *κελεύω* monuit Elmsleius, isque mos et Graecorum et Latinorum communis est. *τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης μὴ 'ξω παρήκειν* Ai. 728. quod copiose illustrat Summus Interpres.

Ἄπαυστος perpetuus. τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ δορυσσόντων μόχθων ἄταν Ai. 1166 ch.

Ἀπειθής immorigerus. ἀνυπότακτος, ἄπειστος (vulgo *ἄπιστος*) Hesychio explicatum ex Captiv. VIII. 5 (45 D.). Anglus nescio quis in *Quarterly Rev.* n. XVIII. p. 363. vocem a Sophocle et Atticis abiudicavit, spreta non Hesychii solius sed etiam Eustathii auctoritate; satisque defensa est a Matthiaeo ad Eur. Or. 31. Uno Aeschyli loco *ἀπειθέω* non *ἀπιθέω*, quod ille solum probat, metro convenit.

Ἀπεικάζω. coniicio. πεπυσμένη μέν, ὡς ἀπεικάσαι, πάρει Trach. 140. libri. Hermannus *ἐπεικάσαι* simili modo a Suida v. *ἱρόν* erratum esse de Oed. Col. 16. observans, ubi hodie *σάφ' εἰκάσαι* legitur. V. *ἐπεικάζω.* Haud dubie recte retinebitur in Achill. Am. I. 2 (162 D.). *ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι (comparaverim), ὅταν πάγου φανέντος — κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες.* — Pinguius defendit Apitz. ad Trach. l. c.

Ἀπειλέω (*ᾰ*) *minor. ὃν πάλαι ζητεῖς ἀπειλῶν* Oed. R. 450. *χωρῶν ἀπείλει νῦν* Oed. Col. 1042, quod affert Eust. p. 694, 30. — *ποίῳ οὖν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;* Oed. Col. 821. — De scriptura diphthongo dubitasse quidam olim videntur: quibus scrupulum eximit Choeroboscus Cod. Barocc. 50 ap. Bekk. An. p. 1331.

Ἀπειλή minatio, minae. Singularis semel dictus est: *τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;* Ant. 749. Schol. *ποίαν ὠφέλειαν ἔχει ἀπειλὴ πρὸς μωρὸν ἄνθρωπον λεγομένη;* — Pluralis: *πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν* Oed. Col. 664. Distinctionem post

ἀπειλαί vulgo positam, erroris et inanium suspicionum causam recte videre tollendam esse Reisig. et Herm. v. *καταπειλέω*. *οὐκ οἶσθ' ἀπειλάς* Oed. Col. 662. *τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι* Ai. 246 ch. quem versum Suidas affert v. *ἐρέσσουσιν*. *ἔκηλα που τῶν τῆσδ' ἀπειλῶν οὕνεχ' ἡμερεύσομεν* El. 777. *ἀπειλαῖς αἷς ἐχειμάσθην τότε* Ant. 387. Accentum notavit Arcad. p. 109, 10.

Ἀπείλημα comminatio. ὁ νοῦς ὅταν αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα Oed. Col. 666. — *ἀπειλήματα τὰς ἀπειλάς, ὡς ἐπιθυμήματα τὰς ἐπιθυμίας* Phryn. App. Soph. p. 25, 32.

Ἄπειμι absum. I. *Formae.* *Ἄπεστι* Phil. 161. Oed. R. 75. 1496. Trach. 191. El. 509. *ἄπεστιν* Oed. R. 1238. *ἀπῇ* Ant. 1155. *ἀπείη* Trach. 164. Brunck. ex cod. B. confirmaturque ab Laur. A. in quo $ἀπ^{εη}_{ηει}$ scriptum. Rell. *ἀπίῃ* vel *ἀπήει* cum versus et sensus vitio. *ἀπόν* Oed. R. 1285. *ἀπόντος* El. 308. *ἀπόντες* Ant. 1096. *ἀπούσας* El. 298. *ἀπῆσθα* Phil. 379. — II. *Usus.* 1. *absentem esse*, de homine. *ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;* Phil. 161 an. *ἀπῆσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει* 379. *ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου* Oed. R. 75. *χρόνον τρίμηνον ἡνίκ' ἂν — ἀπείη* Trach. 164. *αὐτὸς δὲ πῶς ἄπεστιν;* 191. *ὡς νῦν ἀπόντος ἱστόρει* El. 308. *ἄπεστ' ἐκεῖνος* 509. — 2. De re *abesse*. *τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἄπεστιν* Oed. R. 1238. non conspicitur. *κακῶν ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν* 1285. *τί γὰρ κακῶν ἄπεστι;* 1496. *ἐὰν δ' ἀπῇ τούτων τὸ χαίρειν* Ant. 1155, qui unus locus casum verbo additum habet. 3. Singulatim proprietatis verborum causa considerandus locus est Ant. 1096. *ἴτ' ὀπάονες, οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες*, quod *praesentes et absentes* significare nequit, quod absentibus nihil imperatur. Est autem *omnes, quotquot estis.* Non viderat hoc, quem advocat Hermannus, Dorvill. ad Char. p. 600, qui *τοὺς ὄντας* interpretatur *παρόντας*. Aperuit vero Vir Summus ad Phryn. parerg. p. 754, et executus uberius est Langius in parerg. IV. Vindiciarum tragoediae Rom. p. 49. Et in hunc modum Sophocles dixisse videtur etiam El. 298. *μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι, τὰς οὔσας τέ μου καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.* Schol.: *τὰς ἀπούσας καὶ τὰς παρούσας, ἤγουν ἃς εἶχον καὶ αἳ ἔμελλον ἀποκύψειν.* (Scribe *ἀνακύψειν, exoriri.*) Alter: *τὰς οὔσας, ἃς γινώσκουσα ἐλπίζω, τὰς ἀπούσας, ἃς ἀπούσας οὐκ ἐλπίζω*, acumine ineptissimo. Hermannus (reliqui tacent): „*spem dicit, quam et in se ipsa et in illo absente repositam habebat.*" At neque in se ullam posuerat, sed omnes in Oreste, neque *αἱ οὖσαι* possunt *τὰς ἐν ἐμοὶ οὔσας* significare. Longe aptius igitur: *omnes, quotquot erant, spes fefellit.*

Ἄπειμι abeo. ἄπειμι Oed. R. 444. 447, Phil. 124. El. 1039. Trach. 413. Ai. 1138. *ἄπει* Phil. 1056. Oed. R. 431. Ant. 244. Omnia tra-

laticiam *hominis abeuntis* significationem habent. In Oed. R. 431. Ant. 244. praesens futuri significatione iussum quoddam continet. Huc spectat Gr. Bekk. An. p. 420, 6. *ἄπει ἀντὶ τοῦ ἀπελεύσῃ, Σοφοκλῆς*, quae eadem Suidas habet v. *ἄπει*.

Ἀπειπεῖν. v. Eust. p. 1804, 13. 1. *vetare* cum dativo personae et acc. et inf. rei vel addito vel subaudiendo positum. *ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος μήτε πελάζειν — μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα* Oed. Col. 1757 an. *ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας* Ant. 401 sc. *θάπτειν*. 2. Intransitive *desperare*. *ἀ. ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι* Gr. Bekk. An. p. 420. 14. *ἐπεὶ δ' ἀπεῖπε* Trach. 786. de Hercule malis suis victo. Schol.: *ἀπέκαμεν, ἀπηγόρευσεν ἑαυτὸν, ὑπερκέκμηκε πρὸς τὰς ὀδύνας*. De hoc usu etiam prosae scriptoribus trito v. Schoemann. ad Isaeum p. 340. et hoc longe doctiora dantem Hemsterhus. ad Lucian. t. I. p. 78.

Ἀπειργαθεῖν *prohibere*, *ἢν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ* Oed. Col. 866. Hoc uno loco exstat; sed etiam hoc *αὐθυπότακτον* crediderim. Sententia *nisi me rex prohibuerit* aoristo magis quam praesenti convenit.

Ἀπείργω *prohibeo*. *ἀπείργω τινὰ βουλόμενον ἐνεργεῖν τι, ἀνείργω δὲ τὸν ἀρξάμενον καὶ ὁσονοῦν τοῦ ἔργου ἀνύσαντα* Cod. Vat. 1410 ap. Bekk. p. 1331. Hoc discrimen, quantum ad *ἀπείργω*, Sophoclis usu confirmatur; nam *ἀνείργω* non legitur. *ἐγὼ σφ' ἀπείργω τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς* Ai. 51. Suid. v. *γνώμας*. *ἀλλ' ἄπειργοι θεός* 929. ch. *οὗτοι σ' ἀπείργειν οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν ἔχω* Ai. 423, quem locum tangit Eust. p. 914, 32. *χρῆν γάρ σε — ἡμᾶς τ' ἀπείργειν* Phil. 1348. *καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεύς* (amorem) Phaedr. IV. 4 (607 D.). *ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω* Ai. 70. Affert Suid. v. *πρὸς ὄψιν*. *τίς ταῦτ' ἀπεῖρξεν* 1259.

Ἀπειρέσιος *infinitus*. *ἀπειρέσια, ἄπειρα τῷ πλήθει* Gr. B. An. p. 420, 10. *κακὰν μοῖραν ἀπειρεσίων πόνων* Ai. 910 ch.

Ἄπειρος *infinitus*. Etym. M. p. 120, 47. *λέγει Ὧρος, ὅτι σημαίνει χιτῶνα διέξοδον οὐκ ἔχοντα, ὡς παρὰ Σοφ. ἐν Πολυξένῃ· χιτὼν ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν*. (fr. VI. 1. s. 473 D.). Imitati Aeschylum non modo Sophocles et Euripides dixerunt, hic in Or. 25, ipse quoque ab Oro non neglectus, sed etiam Lycophro v. 1099, 1375. ubi v. Schol. et Muellerum in var. lect. t. I. p. 191.

Ἄπειρος *inexpertus*. *κακῶν γὰρ οὐκ ἄπειρος οὐδ' ἀκούσομαι* Ant. 1176. *γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος ὥστ' ἁμαρτάνειν* 1235. Schol. *ἀνόητος* interpretatur. *νῦν δ' ἄπειρος εἶ* Trach. 142. *πάντων ἄπειρος τῶνδε* 308.

Ἄπειρος *terra continens*, v. *ἤπειρος*.

Ἀπείρων. *inexpertus, ignarus.* ἀπείρων, ὦ Κιθαιρών οὐκ ἔσει Oed. R. 1089. Trin. Flor. Δ. ἄπειρος. Nec scholiastae diserte testantur ἀπείρων. Observat Hermannus, et ἄπειρος et ἀπείρων, prout vel a πέρας vel a πεῖρα factum sit, et *infinitum* et *inexpertum* significare. Cum Hesychius ἀπείρονας ex Soph. Thyeste (VII. b. s. 245 D.) afferens ἀπειράτους explicet, haud dubie ἀπεράντους intellexit, quo sensu ἄπειρος in Polyxena posuit Sophocles, et ἀπείρονα *terram* vocavit Pindarus Pyth. II. 117. Heyn. secundum Homerum, agnosciturque Eustathio p. 690, 42; item de somno perpetuo idem p. 1580, 10.

Ἀπελαύνω *propello, expello.* ὅς γε — τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας Oed. Col. 1358. ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν 93. γῆς ἐμῆς ἀπηλάθην 605.

Ἀπεννέπω *veto.* τί τόδ' ἀπεννέπεις γέρον; Oed. Col. 209 ch. Cod. Ven. ἐπεννέπεις, Tricl. ἐννέπεις. ἀ π ε ν έ π ε ι ς ex Vat., ut metro opitularetur, Hermannus; quod nec tragicorum videtur, nec necessarium. Nam quod Hermannus luce clarius esse dicit, v. 236. antistrophen legi, id perquam incertum esse arbitror, cum quod tot strophae et μικτὰ κατὰ σχέσιν interponuntur, tum quod ibi sola Antigona habet, quae in stropha inter Oedipum et chorum distributa leguntur.

Ἀπερεί *velut.* ἁπερεί τις ἔποικος ἀναξία οἰκονομῶ El. 182 m. Affert Suid v. ἀναξία et οἰκονομῶ.

Ἀπερίτροπος *non redux.* οὔτε γὰρ — παῖς Ἀγαμεμνονίδας ἀπερίτροπος El. 176 ch. Sic libri et Zonaras p. 204. Suidas in ἀνεπίτροπος et ἀπερίτροπος habet ἀνεπίτροπος. Idem in verbo περιτροπέων ἀπερίτροπος interpretatur ἀνεπίστροφος, ut schol.: ἀνεπίστροφος, ἀνεπέλευστος. „*non reducem* intellige. De Plutone aliud verbum adhiberi debebat, sed quoniam in illo *negligentiae* significatio latet, non opus erat illo.“ *Hermann* (?).

Ἀπερύκω. *prohibeo.* ἀπερύκοι Ζεὺς κακὰν φάτιν Ai. 185 ch. Suid. v. Θεόσεπτος, et φάτις. — πρόσθεν δ' ἀπερύκου Oed Col. 166 an. Schol. μὴ διαλέγου, *abstine verbis.*

Ἀπέρχομαι *abscedo.* ἥδε (νόσος) ὀξεῖα φοιτᾷ καὶ ταχεῖ' ἀπέρχεται Phil. 797. Buttmannus a Wakefieldio decipi se passus est, ut ὀξεῖα ad vim doloris referret. ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων Ant. 812 an. ὡς δ' ἀπήλθομεν Oed. Col. 1643. ἄπελθε 815. El. 1020. ἄπελθ' ἄπελθε παῖ Creus. VII. 1 (327 D.). ἄπελθ'· ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου Eriph. VI (267 D.). ut emendavit Valck. ad Hippol. p. 313. σοὶ φασὶν αὐτὸν εἰς λόγους ἐλθεῖν μολόντ' αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ Oed. Col. 1166, 67 Sic libri, modo quod τε ab Heathio additum. Omissionem hanc copulae parum apte defendit Reisig. refutatus ab

Hermanno. Propter elisionem in fine senarii Vauv. Both Elmsl. ἐλθεῖν μόνον. Defendit eam Herm. El. D. M. p. 26. Nec μολόντα abundat, ut Schaefero visum ad Ai. 1183. v. Doederlinum. — πατὴρ ἀπειλθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὰς ἐμοί Aeg. I, 1 (19D.). De divisione Atticae inter Pandionis filios Aegeus loquitur. v. Meurs. Regn. Att. II. 15.

Ἀπέσκης. τόξον ἀπέσκη s. rectius καὶ τόξ' ἀπέσκη Hesych. ex Troil. (III. 3. 552 D.). explicans ἔνιοι δὲ γυμνὰ θήκαις τόξα; quae emendanda ex Gr. Bekk. An. p. 422, 33. ἀπέσκη, γυμνὰ θήκης τόξα. Quis tonum vocabuli plane solitarii notaverit, ignoro.

Ἀπευθύνω. *rego.* πρὶν δ' ἀπευθύνειν πόλιν Oed. R. 104. Schol. recte κυβερνᾶν, v. Markl. ad Suppl. 442. Et de nave: ὡς ναοφύλακες νυκτεροῦ ναυκληρίας πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν Synd. VI (151 D.). πλῆκτρα enim perperam ναυτικὰ σκεύη interpretatur Pollux x. 133., qui versus servavit, cum deberet πηδάλια. Aliter dictum plane Ai. 72. σὲ τὸν τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας δεσμοῖς ἀπευθύνοντα. Schol. ἀντὶ τοῦ τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα ἢ ἐπιβάλλοντα μετὰ εὐθύνης. Lobeckius olim ingeniose coniiciebat δεσμοῖσιν ἐντείνοντα, ex Eur. Andr. 721. Virg. Aen. IV. 306. Ov. Met. XI. 252. Sed tuetur vulgatam Suidas v. ἀπευθύνει, cui nunc accedit Gr. Bekk. An. p. 423, 20. ἀπευθύνει, κολάζει. Nihil est nisi *manus adstringere vinculis*, ideoque perficere, ne sua libertate utantur.

Ἀπευνάζω *consopio.* Librorum est in Trach. 1232. σὺ γάρ μ' ἀπευνασθέντος ἐκκινεῖς κακοῦ, Hermanno in ἀπ' εὐνασθέντος mutatum, quod scholiasten legisse suspicatur, cum scribat σὺ γάρ με ἀναταράττεις ἀπὸ τοῦ καταπραϋνθέντος κακοῦ. Cum facile subaudiatur ἤδη ad ἀπευνασθέντος, non efficitur veram esse emendationem.

Ἀπεχθής *invisus.* πατὴρ — ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο Ant. 50. Schol. ἀπεχθής διὰ τὸν γενόμενον λοιμόν. Male; diu enim post mortuus. Sed significantur facta eius et calamitates omnes, quibus sui reliquit memoriam detestabilem.

Ἀπήνη *rheda.* ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία Oed. R. 753. κἀπὶ πωλικῆς ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβώς 803. Affert Suid. v. πωλικῆς. ὕπτιος ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται. 812. De tono v. Arcad. p. 111, 15.

Ἀπιθέω *dicto audiens non sum.* οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις Phil. 1432 an. Hanc unam formam verbi Etym. M. p. 122, 41. Gud. p. 65, 39. Atticis concedit, uterque thema opinantes esse πιθεῖν, quod nullum fuit, praetexendo Herodiani auctoritatem, qui de verbis nominalibus, qualia sunt ἀπιθεῖν et ἀπειθεῖν, nihil dixerat. Utrumque Atticis usitatum esse satis demonstrarunt Matthiae ad Eur. Or. 34. et Elmsl. ad Heracl. 968. cf. eundem ad Med. 897. Sophocli, etsi ἀπειθής habet, pro-

ductior tamen verbi forma dicta non videtur. Valckenarius ad Her. VI. 108. ἀπειθεῖν ex prosae adeo scriptoribus expulsurus erat, ut substitueret ἀπιστεῖν.

Ἀπία (ᾱ). γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας πρῶτοι καλοῦνται Oed. Col. 1305. Nomen Peloponneso ab Apide Sicyoniorum rege inditum, teste Paus. II. 5. Ex his, quae Aesch. Suppl. 270 de hoc rege refert, intelligi observat Hermannus, nomen illud τὸν ἤπιον significare, ut fabula ad humaniorem vitae cultum repertum spectare videatur. Quare primam productam melius convenire, quam correptam secundum epicos. — At plane ὁμηρικῶς de *terra remota* ἀπίαν Sophocles Oed. Col. 1682 m. πῶς γὰρ ἤ τιν' ἀπίαν γᾶν ἢ πόντιον κλύδων' ἀλώμεναι; quamquam ᾰ hic etiam produci docet antistrophicus versus 1710. — De utroque vocabulo consule Ilgen. Opusc. Phil. vol. I. p. 326. et Buttm. Lexil. I. p. 67.

Ἀπιστέω 1. *non credo.* πῶς ἀπιστήσω λόγοις τοῖς τοῖσδε Phil. 1334. οὐδὲν σ' ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι Ai. 920. 2. *non pareo.* Gr. Bekk. An. p. 424, 32. ἀπιστεῖν τὸ ἀπειθεῖν· λέγουσι δὲ καὶ ἀπιστίαν καὶ ἀπείθειαν. ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ interpretatus Hesychius enotavit ex Aeth. III. 3 (30 D.). — Ita τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε Ant. 219. ἀπιστοῦσαν τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις 377 an. πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην 652. οὐ θᾶσσον οἴσεις μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί; Trach. 1173. Apud Schol. altera scriptura exstat προσστήσεις, quam bonam esse, si scribatur προστήσει γ' ἐμοί observat Herm. cf. ad Ai. 1133. μηδ' ἀπιστήσῃς πατρί Tr. 1214. σμικροῖς ἀπιστεῖν 1219. ἀπιστήσαντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις 1230. Consensus librorum est. Nec usquam ἀπειστεῖν apparet, quod olim *non parendi* significatione solum Graecum visum nonnullis est, v. Markl. ad Suppl. 389. Breviorem scripturam iam Stephanus defendit Diatr. in Isocr p. 148 (306 Dind.). et Valck. ad Herod. VI. 108, hic tamen longius iusto progressus: v. etiam Heind. ad Plat Theaet. p. 275. Bene Elmsleius ad Heracl. 968. πείθεσθαι et *credere* et *dicto audientem esse* significare observat ut non sit quod miremur, si ἀπιστῶν et incredulus et immorigerus dicatur.

Ἀπιστία *mala fides.* θνῄσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία Oed. Col. 617.

Ἄπιστος 1. *infidus.* τό τ' ἐλπίδων ἄπιστον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξένων Phil. 856. τὸ ἐλπίδων ἄπιστον est τὸ ὑπ' ἐμῆς ἐλπίδος ἀπιστηθέν, v. Schaef. Mel. Cr. p. 137. τοῖς πολλοῖσι — ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρείας λιμήν Ai. 668, a Suida memorata sententia v. ἄρμα et λιμήν. 2. *Immorigerus.* ἄπιστος explicans ἀπαράπιστος (scr. ἀπαράπειστος), ἀπειθής Hesychius ex Troilo (III. 4. 553 D.) enotavit, quemadmodum etiam

Euripides Iph. Taur. 1368. et Hecub. 1125, ubi v. Porsonum. Huc spectat Gr. Bekk. An. p. 424, 31: ἄπιστος, ὁ μὴ πειθόμενος.

Ἄπλαστος immanis. ἄπλαστον ἀξύμβλητον ἐξεθρεψάμην Lemn. V. ap. Hesych. v. ἀξύμβλητον, Eust. p. 1405, 57. Gr. Bekk. An. p. 413, 13. hi sine fabulae nomine. Hesychius interpretatur ὃ μηδενὶ ἀπαντᾶν δύνατον (f. ᾧ), ἢ ἀσυνάντητον. Fortasse non a πελάζω sed a πλάσσω repetendum est: v. Muetzell de Em. Theog. Hesiod. p. 54.

Ἄπλᾱτος cui appropinquari non potest. Rei gravis et metuendae significatio voci adhaesit, v. Herm. ad Elmsl. Med. 149. Opusc. p. 177. t. III. — Νεμέας ἔνοικον λέοντ᾽, ἄπλατον θρέμμα Trach. 1083. Cod. Par. ἄπλειστον, unde ἄ π λ α σ τ ο ν scribendum suspicere. τὸν αἰσ᾽ ἄπλατος ἴσχει Ai. 249 ch. Suid. cum ὄπλαστος habeat, eadem nascitur coniectura; sed idem v. αἶσα ἄ π λ α τ ο ς retinuit., ut Phavor. p. 76. duo codd. Iohns. et Ald. Alii, ut Barocc. ἄπλητος. rell. ἄπλαστος, ut vulgabatur ante Graevium Lectt. Hesiod. c. XVIII. p. 88. De perpetua confusione vocabulorum ἄπλετος, ἄπλητος, ἄπλαστος, ἄπλατος, v. Piers. ad Moer. p. 25; de ipso ἄπλατος Buttm. Gr. vol. II. p. 208. I. H. Vossium ad h. Cer. 83. et inprimis Muetzell. de Em. Theog. Hes. p. 54.

Ἄπλετος immensus. ἄπλετον, ἄπειρον Gr. Bekk. An. p. 425, 7. cf. schol. Apoll. Rh. I. 574. Hesych. in v. — ἀλλ᾽ ἐπί μοι μελέῳ βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν Trach. 978 m. *aestuo animo, continere me non possum*, v. Apitz. Accusativus est βάρος ἄπλετον.

Ἀπληγίς (ᾰ): τὸ ἁπλοῦν ἱμάτιον, ὅπερ Ὅμηρος ἁπλοΐδα καλεῖ. Σοφ. τρύχει καλυφθεὶς Θεσσαλῆς (vulg. Θεσσαλικῆς) ἀπληγίδος. Etym. M. p. 123, 13 (fr. inc. CV. 51. 843 D.). Valck. ad Phoen. 328. corrigebat Θεσσαλίδος ἀπληγίδος, minime suavibus numeris.

Ἄπληστος insatiabilis. τῆς ἀπλήστου — σὺν χαρᾷ βοῆς El. 1328.

Ἁπλοῦς unus, simplex. μή μ᾽ ἁπλῇ κτάνῃς ψήφῳ, διπλῇ δέ Oed. R. 606. ὅπως [ἂν ἡ χάρις] — ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ Trach. 616. ἆρ᾽ ἔστι ταῦτα δὶς τόσ᾽ ἐξ ἁπλῶν κακά; Ai. 270. Affert Suidas v. ἐξ ἁπλῶν. De structura v. Lobeck. p. 261. — Adverbiascit: οὐ γὰρ εἰς ἁπλοῦν ἡ ζημία μοι τοῦ λόγου τούτου φέρει, ἀλλ᾽ εἰς μέγιστον Oed. R. 519—21. Schol.: τὸ ἓν δηλοῖ κατὰ ποιητικὴν ἐξουσίαν. *non una ex parte, sed multifariam*, i. e. *graviter nocet.* φέρειν εἴς τι illustravit Markl. ad Suppl. 295.

Ἄπλουτος, non dives. γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ inc. LVIII. 5 (718 D.).

Ἁπλῶς simpliciter, nude. ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην inc. LII. 3 (709 D.).

Ἀπό ab. I. *Adverbiascit.* 1. *in tmesi.* ἀπό μ' ὀλεῖς Phil. 806. ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω 1143 m. ἀπό νύν με λείπετ' ἤδη 1162 m. κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμῶ χερί 1192 m. Mirum sane, non exstare nisi in Philocteta tmesis exempla. 2. *quando seiunctum quid et sepositum* ab aliis significat. κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων Phil. 183 ch. qui locus viam ostendit ab adverbiali dictione ad praepositionem. εἷς ἀπὸ πολλῶν ταχθεὶς 1128 ch. neque τῶν πολλῶν εἷς, *unus de multis*, neque ὑπὸ πολλῶν *communiter iussus ab omnibus* significatur, sed *unus praeter ceteros.* Hinc illae locutiones sunt: σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος Oed. Col. 904. *detractis frenis.* Tricl. ἀπαί, scilicet ne labaret metrum. Veram explicandi rationem iam Wesselingius invenerat Obss. I. 30. et ad Diod. XIX. 26. cf. Poll. I. 214. Phryn. App. Soph. p. 24. Bast. Ep. Cr. p. 210. et Musgr. l. c. ἀπ' ἐλπίδων *secus ac speraram* El. 1116. ἀπὸ γνώμης λέγεις Trach. 388. *secus ac sentio,* non consentiente me. V. Schaef. Mel. Cr. p. 51. et ad Gregor. Cor. p. 210. Lobeck. ad Phryn. p. 9. 3. *a parte aliqua* significat. τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν (κέλευθον) Ai. 864. αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν Oed. Col. 1247 ch. et αἱ δ' ἐννυχιᾶν ἀπὸ ῥιπᾶν 1250 ch. ἀφ' οὗ μέσος στὰς Oed. Col. 1591. Libri ἐφ' οὗ inepte: illud Brunckio debetur duce quidem schol. repertum: ut κἀπὸ λαΐνου ταφοῦ dicitur v. 1592, *mediam* horum locorum *partem* tenens. 4. *Tempus ex quo quid fit,* significatur. ἀφ' ἡμέρας τῆς νῦν Oed. R. 351. ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε 758. ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ Ant. 558. παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος — μίμνω Ai. 596 ch. Τεύκρῳ τἀπὸ τοῦδ' ἀγγέλλομαι, ὅσον τότ' ἐχθρὸς ἦν, τοσόνδ' εἶναι φίλος 1355. Quanquam adverbii et praepositionis vis minime potest ubique accurate distingui. — II. Tanquam *praepositio* 1. amotionem a loco et segregationem ab aliis significat, cui usui tales loci, quales sunt Phil. 183. 1128 praeclusere. ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε Phil. 1005. φυγᾷ μ' οἰκέτ' ἀπ' αὐλίων πελᾶτε 1134 m. τὰ σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν βέλεα Oed. R. 204 ch. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων 241. 819. ὁδὸς ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει 734. ἀποσπάσας — περόνας ἀπ' αὐτῆς 1269. (ab Iocastae corpore). Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας Oed. Col. 414. ἀφ' ἧς (γῆς) σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμέ 1012. ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Trach. 155. κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετο 754. λείπου μηδὲ σὺ — ἀπ' οἴκων 1265. ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός 272. Ἀχελῷος ἀπ' Οἰνιαδᾶν 508 ch. Βακχείας ἀπὸ Θήβας 509 ch. κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν 526. ποτοῦ χυθέντος εἰς γῆν — ἀπ' ἀμπέλου 701. ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς Οἰχαλίας 855 ch. σκεδάσαι τῷδ' ἀπὸ βλεφάρων ὕπνον 986 an. τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς Ai. 429. πετραίας ἀπὸ δειράδος φανηθεὶ 682 ch. ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης 692 ch. Τεῦκρος πάρεστι Μυσίων ἀπὸ κρημνῶν 707. ὅπως ἀφ' ὑμῶν ὡς προσωτάτ' ἐκφύγω El. 383. χαλᾶτε πᾶν

κάλυμμ' ἀπ' ὀφθαλμῶν 1460. ἀπ' ὀρθίων πάγων καθεῖρπεν ἔλαφος Aload. XII. 1 (110 D.). ῥεῖ ἀπὸ Πεῤῥαιβῶν (Achelous) Inach. XI. 1. (265 D.). ἀπ' αἰθέρος Polyx. IV (471 D.). Vitiose scriptum γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἀπ' οἴκων Oed. R. 1518 in Ald. et membr. Bruncki, it. Mosq. a. at ἄποικον supra scriptum in membr. in Livin. et Aug. b. cum gl. ἐξόριστον. ἀπ' οἴκων etiam Laur. a. supra scripto ον. In Flor. Δ. ad ἀπ' οἴκων adnotatur γρ. ἄποικον. — Hinc referendum etiam ὅς μ' ἀπ' ἀγρίας πέδας ἔλαβεν Oed. R. 1349 m. Tricl. omittit ἀπό. — 2. Hinc proxime abest *significatio ortus et generis*. ἆρ' οἶσθ' ἀφ' ὧν εἶ; Oed. R. 415. φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν 1184. ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας 1364 m. ὅς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου Oed. Col. 245 m. κἀφ' ὅτου πατρὸς γεγώς 577. Br. κἀξ, inutili coniectura. ἀφ' ὧν μὲν εἶ φαίνει δίκαιος 941. ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου, κοὐκ ἐμοῦ πεφύκατον 1371. παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου Ant. 193. παῖς (ἂν ἦν) ἀπ' ἄλλου φωτός 901. μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο Ai. 1208. υἱωνοὺς ἀφ' ὧν τε βλάστωσιν El. 1049 ch. Suid. v. ἄνωθεν. οὐκ ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον Scyth. I. 1 (491 D.). πέλεται οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλός Tyr. XI. 2 (583 D.). De ortu populari: εἷς ἀπὸ Σπάρτης El. 691. ἔνατος Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο 697. v. Pflugk. ad Eur. Hel. 229. — 3. *Actioni* inservit significandae *ab aliquo homine profectae vel referendae ad eum.* Non est tamen id quod ὑπό: hoc enim de ipso auctore, ἀπό de eo dicitur, quod occasionem et opportunitatem, vel etiam rationem et causam faciendi continet, unde saepe quidem, nec tamen perpetuo confunduntur. V. Herm. ad El. 65. ὡς μάθω, τί μοι νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις Phil. 556. ὦ πλησιέστατον αὔλιον λύπας τᾶς ἀπ' ἐμοῦ 1077 m. i. q. ἐμῆς. ἀλλ' ἐνέχει τύχα τᾷδ' ἀπὸ μείζονος 1086 ch. v. Herm. εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που Oed. R. 43. τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν 512 ch. i. q. τὸ κατ' ἐμέ. ἀμφοῖν ἀπ' αὐτοῖν 682 (sc. τὸ μὴ ἔνδικον δάπτει). χρησμὸς ἦλθε — οὐκ ἐρῶ Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ 712. ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον; 828. *a crudeli numine in me delatum malum.* κἆθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα; 1023. i. q. παρ' ἄλλου λαβών. τἀνθυμήματα τἀπὸ σοῦ Oed. Col. 294. καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν — κυρεῖν ἐμοί 1291. κἀπὸ μαντέων ταύτῃ κλύων 1302. ἀδῇον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν Σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν 1531. Male Schaef. Mel. Cr. p. 83 et ad Soph. l. c. quamquam haud improbante Elmsleio ὑπ' ἀνδρῶν emendaturus erat: eadem enim plane sententia est Oed. R. 512. Oed. Col. 1291. El. 100. 1461. τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν Ant. 2. non *quae a patre inde facta sunt*, sed *quae a patre tanquam fonte repetuntur.* κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης ἢ 'μοῦ φέρεται El. 100. ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι κτερίσματα 42[illegible]. καὶ δὴ τελεῖται τἀπ' ἐμοῦ

1456. *ὅπως — κἀπ' ἐμοῦ θρίνων τύχῃ*, 1461. In Ant. 715. *γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου πρόςεστι* dubium est, *ἀπό*, quod vero propius, an *ἐπί* lateat. — 4. Affine est, cum *ἀπό originem rei ab aliqua causa repetendam vel initium faciendi* affert. Unde variae circumscriptiones nascuntur, de quibus egit Bernhardy Synt. p. 223—225. Interdum *ἐξ* et *παρά* subrogare licet. *ἀφ' ἧς (πανουργίας, propter quam) μηδὲν δίκαιον — μέλλει ποιεῖν* Phil. 406. *ὥς με καὶ μάθῃς ἀφ' ὧν διεζων* 531. *οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὅπλων ἴσχων (φορβάν)* 1096 m. *φῶτα — μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλοντα* 1123 m. *infinita alia ex iis quae olim in me machinatus est*, v. Herm. *φθονήσῃς μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν* Oed. R. 310. i. q. *τῆς δι' οἰωνῶν μαντικῆς*: velut v. 395. *ἣν (μαντείαν) οὔτ' ἀπ' οἰωνῶν σὺ προὐφάνης ἔχων, οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν*; non *π α ρ' ο ἰ ω ν ῶ ν μ α θ ώ ν*, sed *οἰωνιστικήν*. *φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων σαίνει με* Oed. Col. 320. *ἀπ' ὀμμάτων σαίνει* coniungenda monuit Herm. *ὦ — κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων λόγου — μηχάνημα ποικίλον* 765. *τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω* 940. i. q. *γλώσσῃ*. *πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται* 1624. cf. Blomf. gl. Ag. 785. Abresch. ad Sept. 879. *ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες* Ant. 408. odorem cadaveris. Latine eodem modo circumscribi genitivum notavit Ruhnk. ad Ter. Andr. I. 1. 129. *ἀναξιωτάτη κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει* 691. *εὐκταῖα φαίνων (ἱερά) ἢ ἀπὶ μαντείας τινός*; Trach. 238. *κακὸν μέγ' ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς* 664. *φλὸξ αἱματηρὰ κἀπὸ πιείρας δρυός* 763. ligno nutrita. *τὰ δ' ἀπ' ἀλλόθρου γνώμης μολόντα* 841 ch. De Trach. 1232 v. *ἀπευνάζω*. *πεῖρα — ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρί* Ai. 466.* *φυσῶντα — αἷμ' ἀπ' οἰκείας σφαγῆς* 902. *πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ* 1057. *τῆςδε τῆς φήμης ἄπο* El. 65. *κἀπὸ τῶνδ' ἀρχηγετεῖν* 83. *inde auspicari*. *ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι* 138 ch. Dicturus erat *ἔρχει*. Suid. affert v. *δύςφορα*: *ἥ σε πολλὰ δή, ἀφ' ὧν ἔχοιμι, λιπαρῷ προὔστην χερί* 1370. *οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά* inc. XI. 1. si potius Sophoclis hoc, ut Brunckio visum, quam Euripidis est, cui Musgr. vindicavit. *τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ* inc. LVIII. 3. Hinc adverbialis locutio est *ἀ π' ἀ ρ χ ῆ ς*. *ἄγ' εἴπ' ἀπ' ἀρχῆς αὖθις* Ai. 1076. v. Abresch. Dil. Thuc. p. 626. — 5. Semel partitive dictum, quamquam illud quoque ad significandam *ἀφορμήν* referri licet. *ἔστιν, ὧν δεῖ*; *καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο* Phil. 643. *non ut ex multa rerum varietate deligam*. — 6. Notanda proprietas sermonis, cum praepositio semel posita in duobus enuntiatis intelligi debet. v. *ἐπί*. *σχιστὴ δ' ὁδὸς ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὶ Δαυλίας ἄγει* Oed. R. 734. Laur. B. Pal. *κἀπί*, Flor. Δ. *κἀπιδαυλίας*. *κἀφ' ὅτου πατρὸς γεγὼς καὶ γῆς ὁποίας ἦλθον εἰρηκὼς κυρεῖς* Oed. Col. 577. Edd. vett. et codd. quidam *κἀπό του*. Brunck. de coniectura *κἀξ*

ὅτου. Plerique et optimi libri καϑ' ὅτου. — III. *Crasin* praepositionis, cum secundum locum tenens cum altero vocabulo coalescit, memorabimus, ubi opus fuerit. Illud unum adnotamus, ut in universum non videtur ᾰ propter vocalem praegressam elidi, ut in ε fit, scribi quidem lege contractionis τἀπό, sed non ἢ 'πό, ἢ 'πό, sed exscribendum esse utrumque ἢ ἀπό, ἡ ἀπό, coalescere pronuntiando. — IV. *Anastrophe.* 1. Convenit inter omnes, ἀναστρέφεσϑαι ἀπό cum substantivum inde pendens proxime praecedit. Schol. Ven. Il. ε. 739. ζ. 357. η. 63. λ. 370. ν. 221. alibi. Etym. M. p. 123, 30. 342, 10. Gr. de Prosod. ap. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 459. Herod. ap. Ioann. Alex. τον. παραγγ. p. 27. — φήμης ἄπο El. 65. Ἀϑηνῶν τῶν ϑεοδμήτων ἄπο 697. ὀμμάτων ἄπο 1222. quo loco utitur Eust. p. 509, 33. οὐ πολλῶν ἄπο Phil. 643. τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο Oed. R. 712. ὧν ἔφυν ἄπο 1356. τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο 1400. ϑυμάτων ἄπο Oed. Col. 903. μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο Ai. 1208. κακῶν ἄπο Alet. VII. 1 (94 D.). πνευμάτων ἄπο Colch. VI. 2 (320 D.). οὐρανοῦ δ' ἄπο Teucr. II. 1 (507 D.). τῶν τε φυσάντων ἄπο Ter. VII. 8 (517 D.). αὐχένων ἄπο Tyr. XV. 4 (587 D.). Nam quod eidem observant, praepositionem ultima elisa anastrophen non pati nisi sequente distinctione (v. Apoll et Arist. ap. schol. Il. α. 400. coll. 191. et ϱ. 246), apud Sophoclem et tragicos universe non ita dicitur. 2. Sed si *substantivo et adiectivo interponitur praepositio*, neque fieri, nisi perraro, potest, ut proxime illa cum adiectivo secundum sensum copulanda sit, et Aristarchus ἀναστρέφεσϑαι iubebat utique. v. Eust. p. 279, 40. schol. Il. β. 389 et 877. Quamquam ibi tres memorantur sententiae, cum dicatur Apollonius et Herodianus fecisse, sive substantivum praecessisset, sive adiectivum, Ptolemaeus autem Ascalonita cum adiectivum. Cf. Reiz. de Acc. Incl. p. 109. — Non videtur idonea ratio, prohiberi anastrophen, quando aliud vocabulum intercessisset, quamquam Grammaticis placuit: schol. Il. η. 163. ε. 398. Etym. M. p. 124, 1. cf. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 107., cuius etsi argumenta probabilia sunt, vix tamen valebunt contra usum linguae, cui iure Veteres plus quam rationi tribuebant. Ambigo igitur, num recte scribatur cum libris χϑονὸς μολόντ' ἄπο Ἑλληνίδος Ai. 420. In aliis manifesto falsa est Hermanni in Sophocle edendo tonosis, neque ipse a se dictis de Em. R. Gr. Gr. p. 109 convenienter egit. In Trach. 508 ch. scripsit: ὁ δὲ Βακχείας ἄπο ἦλϑε παλίντονα Θήβας τόξα — τινάσσων, ἀπό sine anastrophe positum legibus linguae plane repugnare affirmans. Sed cur praepositio adiectivo Βακχείας accommodetur potissimum, nulla causa est, cum *Bacchicae* Thebae cum vi dictae non sint, neque aliis urbibus cognominibus opponi possint. Sed ne haec quidem ratio cogitari potest in Ai. 429., ubi

dedit *τῆσδ' ἄπ' Ἰδαίας χθονός.* Cur igitur *σπαρτῶν ἄπ' ἀνδρῶν* edidit Oed. Col. 1531. *ἔχθρας ἀπὸ γυναικός* El. 425. *χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν* Ai. 201. *Μυσίων ἀπὸ κρημνῶν* 707.? — Unus locus est Oed. R. 712. ubi sensus cum pronomine adiectivo sequente, non cum substantivo praecedente praepositionem coniungi postulet, ut dubites de idonea retrahendi accentus causa: *χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ Φοίβου γ' ἄπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο.* Opposita sunt *αὐτὸς ὁ Φοῖβος* et *οἱ αὐτοῦ ὑπηρέται*, ut *ἀπ' αὐτοῦ* divelli non possint. Haud dubie tamen propter interpositum *γε* et praepositionem elisione affectam accentus non cessit retro, quam ipsam miror Hermanno non esse visam corrigendi causam, qui ubique rationes suas veterum auctoritati anteferat. 3. *Non retrahitur accentus, si in tmesi positum adverbiascit ἀπό* verbo praemissum, quippe proxime cum eo coniungendum; contra est et eadem quidem ipsa de causa, cum subsequitur praepositio, quod genus tragicis non fuisse usitatum reperio. Generatim rem tractavit Buttm. Gr. Mai. p. 300. Diserta praecepta sunt schol. Il. *α*. 258. *θ*. 4. *ν*. 188 et 327. Quamquam haec nihili pendit Hermannus (v. Cens. Medeae Elmsl. 1143. p. 240. Opusc. t. III.). ut ederet *ἄπο μ' ὀλεῖς* Phil. 806. *ἄπο νύν με λείπετ' ἤδη* 1162., quorum prius fecisse videtur propter ictum metricum in primam incidentem, sed secundo exemplo non magis ea convenit excusatio, quam duobus locis, quibus *ἀπό* retinuit: *ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω* 1143. et *κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμεῖ χερί* 1192. 4. Et si optimos sequimur auctores, ne sic quidem retrahemus accentum, cum *ἀπό* pro *ἄπωθεν* dictum *remotum aliquid alicunde*, vel etiam *contrarium* significat; haec enim iure monuit discernenda esse Apitz. ad Trach. 377. Illius generis est *ἀπὸ ῥυτῆρος* sine frenis Oed. Col. 904.: huius *οὐκ ἀπὸ γνώμης* Trach. 388. *ἀπ' ἐλπίδων* El. 1116. In Trach. l. c. libri et edd. vett. *ἄπο*, quamquam de Laurr. tacetur; in El. potiores certe libri et edd. Ald. Iunt.; sed in Oed. Col. libri omnes *ἀπό*. Gramm. Bekk. An. p. 425, 25. *ἄπο, πόῤῥω, μακράν.* Eadem habet Suidas, p. 270. Scholiastae Veneti testimonium ad Il. *β*. 292 ambiguum est: sed clare iubetur gravari *ἄπο ἐὰν δηλοῖ τὸ ἄποθεν* Schol. *δ*. 77. *ζ*. 40. *η*. 152.; adde Eust. p. 166, 29. Schol. Dion. Thr. p. 934. Sed haec est recentiorum doctrina: Aristarchum contra sensisse clarum est ex schol. *β*. 831. *δ*. 46. *ν*. 52. inprimis *σ*. 64. Libros passim fluctuare et ipsi vidimus et Schaeferus et Bastius ostenderunt l. c., quamquam anastrophes in hoc genere admittendae defensores.

Ἀποβάθρα. ἀποβατηρία ἢ κλίμαξ νεώς ex Mysis VI. 2 (364 D.). enotavit Hesychius. Eodem modo explicat Phryn. App. Soph. p. 12, 31

et addita Sophoclis auctoritate Gr. Bekk. An. p. 426, 18. quamquam falso accentu ἀποβατήρια.

Ἀποβαίνω *recedo.* μετάσταθ', ἀπόβαθι Oed. Col. 160 ch. ἀβάτων ἀποβάς 164 an. Libri contra versum ἀπ' ἀβάτων. Illud est apud Tricl.

Ἀποβάλλω *amitto.* ἰσαμέριος ὅστις αἰγείρου βιόταν ἀποβάλλει inc. XXXIV. 4 (692 D.).

Ἀποβλάπτω *orbo.* τοιοῦδ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου Ai. 921. Aug. c. ἀποβληθεῖσαν. Suid. v. ἀρτίως, Eust. p. 586, 26. 623, 31. vulgatae patrocinantur, de qua explicanda v. praeter Musgr. Valcken. ad Phoen. 979. Mehlhorn. ad Anacr. p. 132. (ō producitur in arsi).

Ἀπŏβλαστάνω *progignor.* ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος Oed. Col. 538 m.

Ἀποβλέπω *aspicio.* οὐ χρή ποτ' ἀνθρώπων μέγαν ὄλβον ἀποβλέψαι inc. XXXIV. 2 (692 D.).

Ἀπόγονος *proles.* ἀπόγονοι τεαί Oed. Col. 539 ch. At quod in Λαΐου ἴστε τινά v. 220. libri addunt ἀ π ό γ ο ν ο ν, interpretationem continens iure delevere Reis. Elmsl. Herm. — Non curavit Sophocles quod inter ἀπόγονος et ἔκγονος discrimen constituunt Ammon. p. 47. et Eran. p. 166. cf. Eust. p. 1682, 18. Quin vel ab historicis saepe negligi eidem illi observarunt.

Ἀποδείκνῡμι *commonstro.* κἀπεδείξατε πατέρας, ἀδελφούς, παῖδας (γάμοι) Oed. R. 1405. De El. 1445. v. ἐπιδείκνυμι.

Ἀποδημέω *peregre versor.* κἀποδημοῦντος πατρός inc. C. 12 (779 D.).

Ἀποδῑδράσκω *effugio, vito.* ὅτε — σὸν ὄμμ' ἀπέδραν Ai. 167 an. Affert Thomas v. ἀποδράς. ἀποφυγών interpretatur Gr. B. An. p. 427, 11. Elmsl. ad Heracl. 14. his duobus locis solis apud tragicos legi ait.

Ἀποδῑδωμι *reddo.* ἀπόδος ὡς τάχος τὰ τόξα μοι Phil. 912. ἀπόδος, ἱκνοῦμαί σ', ἀπόδος 920. ἀλλ' ἀπόδος 938. ἀπόδος, ἄφες μοι, παῖ, τὰ τόξα 969.

Ἀπόδρομος. ἀπ., ἐλαττούμενον τοῖς δρόμοις, ἢ παλίνδρομον ἢ μετ' ἐπάνοδον, Hesych. ex Acris. XIV. 5 (75 D.). Scribendum videtur μ ε τ' ἐ π α ν ό δ ο υ. Apud Cretenses ἀ π ο δ ρ ό μ ο υ ς vocatos τοὺς μήπω κοινῶν δρόμων μετέχοντας ἐφήβους Eustathius refert p. 727, 21. 1788, 56. At τὸν πεπαυμένον τῶν δρόμων idem explicat p. 1592, 56. cf. 727, 21. Utraque significatio Sophocleo loco convenit: probo autem alteram, quod certamen gymnicum in ea fabula institutum fuisse discimus ex fr. XI. 3 (68 D.).

Ἀποδύρομαι *defleo.* ὅπως ἐμαυτὴν — ξὺν τῇδε κλαύσω κἀποδύρωμαι σποδῷ El. 1111.

Ἀποθαυμάζω demiror. τοῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον Oed. Col. 1582. Rarum verbum praeterea legitur Aesch. Ag. 309.

Ἀπόθεος. ἀ π ό θ ε α, ἄθεα, ἐκτὸς θεῶν Hesych. ex Thyest. VII. 7 (246 D.).

Ἀποικέω seorsum habito, discedo. ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι μακρὰν ἀπῳκεῖτο Oed. R. 998. De structura v. Valck. ad Adoniaz. p. 238.

Ἀποικία colonia. οἱ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας Laoc. III. 6 (342 D.).

Ἀποικίζω amoveo. καλῶ τὸ Ταρτάρου — ἔρεβος, ὥς σ' ἀποικίσῃ Oed. Col. 1392. αὔρα, ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων Trach. 951 m.

Ἄποικος extorris. γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον Oed. R. 1518 gl. in Aug. b. ἐξόριστον. Libri plerique ἀπ' οἴκων. V. ἀπό.

Ἀποιμώζω deploro. εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθοράν Ant. 1209. ποῖ' ἀποιμῶξαι κακά; Phil. 278. Cod. Ven. ποῖά μ' οἰμῶξαι, ut coniecerat Stephanus.

* *Ἄποινα* audaci emendatione et incerta intulit Herm. Ai. 602. v. *ποία.*

Ἀποίχομαι discedo. ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται Trach. 42.

Ἀποκαίριος inopportunus. τὸ γάρ μοι μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον Phil. 155 ch. Schol. οὐκ ἄτοπον, οὐκ ἄκαιρον.

Ἀποκαλέω cum convicio compello. τὸν τοῦ μανέντος — ξύναιμον ἀποκαλοῦντες Ai. 714.

Ἀποκάμνω defatigor. οὐ γὰρ δεῖ μ' ἀποκάμνειν Oed. Col. 1773 an. Subaudiendum δρᾶν, significaturque *negligere.*

* *Ἀποκεῖμαι* v. *ξυναποικέω.*

Ἀποκλαίω s. — κλάω deploro. στόνον ἀντίτυπον — ἀποκλαύσειεν Phil. 689 ch. Medium *sua cum aliquo deflere mala:* κἀποκλαύσασθαι κακά Oed. R. 1467.

Ἀποκλῄω abdo. οὐκ ἠνεσχόμην τὸ μὴ ἀποκλῇσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας Oed. R. 1388. Libri ἀποκλεῖσαι. Emendavit Elmsleius. v. *κλῄω* et *κλῇθρον.*

Ἀποκλίνω inclino. τίς ἀνὴρ πλέον τᾶς εὐδαιμονίας φέρει, ἢ τοσοῦτον ὅσον δοκεῖν καὶ δόξαντ' ἀποκλῖναι; Oed. R. 1192 ch. gl. codd. Lips. recte: ἐκπεσεῖν, ἐκτραπῆναι. Schol. πεσεῖν, ἀποβαλεῖν. Sensus est, omnem humanam felicitatem opinione tenus exsistere, et ubi sibi visus aliquis felix sit, statim ad exitium vergere. Cf. C. Matthiae Quaest. Sophocl. p. 23.

Ἀποκρίνω segrego, eligo. δεινά μ' — δρᾶσαι δικαιοῖ δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν, ἢ γῆς ἀπῶσαι — ἢ κτεῖναι Oed. R. 640. Cod. Ven. ἄπο κρίνας. De producta secunda raro exemplo Erf. et Hermann. videndi.

Ἀπολείπω *relinquo, desero.* ἀπὸ γάρ με λείπετ' ἤδη Phil. 1162 m. ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω 1143 m. ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη βίοτος ἀνέλπιστος El. 178 m. Suid. v. ἀρκῶ. — Passivum: τοῦ σοῦ μὴ ἀπολείπεσθαι τάφου El. 1160.: sepulcro tibi iungi volo, v. Elmsl. ad Med. 35.

Ἄπολις *urbe patria exsul.* ἐν ᾗ (ἀκτῇ) με προὔβαλον ἄφιλον, ἐρῆμον, ἄπολιν Phil. 1006. κἄθηκας ἄπολιν Oed. Col. 1359. Paulo aliter ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι, τόλμας χάριν Ant. 367 ch. Schol.: ἄπολις ἐκεῖνος καὶ ταπεινὸς (hoc explicationem prioris vocabuli continet) ἐν τῇ πολιτείᾳ. De accentu v. Etym. M. p. 333, 22. 518, 33. Gud. p. 327, 3.

Ἀπόλλυμι. I. *Formae.* Activum. ἀπολλύναι Oed. R. 1441. ἀπολλύντων El. 1397. ἀπώλλυς El. 1352. ἀπωλλύτην Oed. R. 1454. hoc imperfectum rarum esse observavit Blomf. ad Aesch. Pers. 658. — ἀπολεῖς El. 821 m. Trach. 1004 m. bis. ἀπό μ' ὀλεῖς Phil. 806. — ἀπώλεσα Troil. III. 2 (551 D.). ἀπώλεσας El. 798. 1154. 1155. Ach. Am. IV (165 D.). ἀπώλεσεν El. 26. Erig. II. 2 (226 D.). ἀπώλεσαν Phil. 1340. El. 201 m. ἀπόλωλα Phil. 732. 735. 911. 966. 1172 m. — Medium s. passivum: ἀπόλλυμαι Phil. 311. El. 296. Ai. 336. 435. 980. ἀπόλλυται Phil. 1430. Oed. R. 1251. Ant. 710. ἀπόλλυσθαι Phil. 1355. ἀπωλλύμην Oed. Col. 275. ἀπωλόμην El. 667. 1313. ἀπώλου El. 1126. ἀπώλετο Phil. 444. Ant. 5'. — II. *Usus.* Activum et *perdere, pessumdare,* et *interficere,* aoristus etiam *amittere* significat. Perfectum cum medio, quod solius aoristi causa ita dicitur, nam significationi non minus passivi nomen convenit, semper est *perire* et *perisse,* vel proprie de morte, vel tralate, si quis miseriam suam deplorat. — 1. *pessumdo.* τὸν ἀσεβῆ μ' ἀπολλύναι Oed. R. 1441. ὥς ἐξ ἐκείνων, οὔ μ' ἀπωλλύτην, θάνω 1454. De quo imperfecti usu v. in κτείνω, et Brunckium l. c. ἀπό μ' ὀλεῖς, ἢν προσθίγῃς Phil. 806. ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς Trach. 1004 m. ἀπολεῖς El. 821 m. *perdes, si ita loqui pergas.* χειροῖν — αἵ μ' ἀπώλεσαν El. 201 m. οἵ μ' ἀπώλεσαν Phil. 1340. ὥς μ' ἀπώλεσας θανών El. 798. ὥς μ' ἀπώλεσας 1154. ἀπώλεσας δῆτα 1155. ἀλλά με λόγοις ἀπώλλυς 1352. ἕως ἀπώλεσέν τε χαὐτὸς ἐξαπώλετο Erig. II. 2. 2. *interficio.* ἰὼ στέγαι φίλων ἐρῆμοι, τῶν δ' ἀπολλύντων πλέαι El. 1397. 3. *amitto.* ἵππος εὐγενὴς — θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν El. 26. τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας Ach. Am. IV. τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα Troil. III. 2. — *Medium.* Praesente impf. aor. *pereo* significat. ἀπόλλυμαι τάλας Phil. 311. τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται (δένδρα) Ant. 710.: versus lepide in diversam detortus sententiam a Comico apud Athen. p. 344, A. Affert ab Antiphane πεπαρῳδημένον Eust. p. 1612, 17. ex Athen. p. 23, A.

ἢ τάλαιν' ἀπόλλυμαι El. 296. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι Ai. 336. ἄτιμος Ἀργείοισιν ὧδ' ἀπόλλυμαι 435. νῦν δ' ὁρῶν ἀπόλλυμαι 980. εὐσέβεια — οὐκ ἀπόλλυται Phil. 1430. Suid. v. εὐσέβεια. Locus fere conclamatus, in quo qui elaborarint, apud Herm. vide. χὤπως — ἀπόλλυται Oed. R. 1251. ἵνα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς Phil. 1355. de qua collocatione verborum v. Elmsl. ad Med. 787. Mutata tamen ea versus nihilo numerosior erit. — ἀπόλωλα perii Phil. 732. 735. ὦ. τλήμων, προδέδομαι 911. πέπραμαι κἀπόλωλα 966. ἀπόλωλ' ὁ τάλας 1172 m. — ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον εἰδότων ἀπωλλύμην Oed. Col. 275. ἀπωλόμην δύστηνος El. 667. καλῶς ἴσωσ' ἐμαυτήν; ἢ καλῶς ἀπωλόμην 1313. ἀπώλου σῆς κασιγνήτης δίχα 1126. ἐπεὶ οὐδέ πω κακόν γ' ἀπώλετο Phil. 444. πατὴρ ὡς τῶν ἀπεχθὴς — ἀπώλετο Ant. 50.

Ἀπόλλων *deus*. Ἀπόλλων Oed. R. 377. 497 ch. 720. 909 ch. 1329 m. bis. El. 1418. Ai. 689. inc. CV. 86 (875 D.). — Ἄπολλον Oed. R. 80. 919. El. 645. 1368. 1371. Ἀπόλλωνος Oed. Col. 102. Ἀπόλλωνα Trach. 208 ch. Ἀπόλλω Oed. Col. 1093 ch. Hae formae, quarum illam Graecam, hanc Atticam Moeris p. 33. et Thomas p. 98 dicunt, pro sola metrica poetarum commoditate discernuntur. — Additur nomen: ἄναξ Ἄπολλον El. 1368. ὦναξ Ἄπολλον Oed. R. 80. ὦ Λύκει' Ἄπολλον El. 645. 1371. Oed. R. 919. τὸν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω Oed. Col. 1093 ch. τὸν εὐφαρέτραν Ἀπόλλωνα προστάταν Trach. 208 ch. ἄναξ Ἀπόλλων ὁ Δάλιος Ai. 689 ch. ἰνόλμιος inc. CV. 86 (875 D.). — Nomen propter singularem naturam notavit Herod. π. μον. λεξ. p. 12, 2. Porphyrius in Anecd. Vill. t. II. p. 105 primam attice produci affirmat, sed neque verum hoc esse reperitur nec alia nisi Homerica exempla ipse profert. Accentum Arcadius notavit p. 13, 2.

Ἀπολύω. Passivum et medium, quae sola leguntur, *vita solvi*, i. e. *mori* significant. ἔθανες, ἀπελύθης Ant. 1254 m. ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ; 1298. Est *discessit*, a nave solvenda deflexum, quod illustravit Musgr. Utrumque Sophoclis attulit locum Eust. p. 548, 42.

Ἀπολωβάω *dehonesto*. μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς — Αἴας ἀπελωβήθη Ai. 216 an.

Ἀπολωπίζω *detraho vestem*. ἀπολωπίσαι inc. CV. 52 (844 D.). Pollux λωποδυτεῖν explicat VII. 43.

Ἀπόμαγμα. ἀ π ο μ ά γ μ α τ α, τὰ ἀποκαθάρματα Gr. B. An. p. 431, 31. περιθειώματα Hesych. στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις Captiv. I. 1 (32 D.).

Ἀπομακτής. ὁ παρακαθαρτής Hesych. ἀπομακταί, οἱ αὐτὰ ταῦτα καθαίροντες sc. ἀπομάγματα Gr. Bekk. An. p. 431, 32. Vulgo scribitur τὰ αὐτὰ ταῦτα. — δεινότατος ἀπομακτής τε μεγάλων ξυμφορῶν Capt.

I. 2 (32 D.). Sic Harpocr. v. ἀπομάκτων. Brunckius ἀπομακτῆρα, quo non opus, quia ignoramus, anne praecesserit substantiva appellatio, quo referatur δεινότατος.

Ἀπόμνυμι iurando testor. ἀπώμοσ᾽ ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας Phil. 1273.

* Ἀπομολεῖν v. ἐπιμολεῖν.

Ἀπόμορφος. ἀπόμορφα, ξένα, οὐκ ἐοικότα τοῖς ἤθεσιν inc. CV. 53 (845 D.). explicatum a Gr. Bekk. An. p. 432, 6.

Ἀπονέμω impertio, inde recito. γραμμάτων πτύχας ἔχων ἀπόνεμον Synd. V. 1 (150 D.).

Ἀπόνητος aerumnis carens. δαρὸν οὐκ ἀπόνητοι El. 1054 ch. Ex Iunt. in vulgatas editiones influxit ἀποίνητοι, quod sine vitii suspicione affert Lobeck. ad Phryn. p. 759.

Ἀπονίνημι commodum creo: med. fructum capio. μηδέ ποτ᾽ ἀγλαΐας ἀποναίατο El. 204 m. Suid. ὀναίατο in voce cognomine verum afferens.

Ἄπονος sine labore. θείᾳ κἀπόνῳ τύχῃ (ἔθανε) Oed. Col. 1581.

Ἀπονοσφίζω 1. spolio. ὁ ξυλλαβών με κἀπονοσφίσας ὅπλων Phil. 967. 2. fallo, vito. τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων μαντεῖα Oed. R. 480 ch. Schol. ἐκφεύγων. Memorat Eust. p. 694, 29. 1390, 44.

* Ἀπόνως. In Oed. Col. 301. libri praeter Vat., in quo ἐμπόνως, δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν᾽ ἐντροπὴν ἢ φροντίδ᾽ ἕξειν ἀπόνως τ᾽ ἐλθεῖν πέλας; ruente metro. Tricl. κἀπόνως, sequente Brunckio; Reisig. αὐτόν τ᾽ ἐλθεῖν; Elmsl. Herm. de illius coniectura αὐτὸν ὥστ᾽ ἐλθεῖν. — κἀπόνως, haud gravate, probum esset, si in libris exstaret, v. Herm.

Ἀπονωτίζω. ἀπενώτισαν, ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα Hesych. ex Phin. V. 1 (638 D.).

Ἀπόξενος solitarius. εἰς τὸν ἀπόξενον ὅρμον Θρήκιον κλύδωνα Oed. R. 196 ch. Eust. ad Dion. Per. 146. Schol. alter δυσχείμερον, alter ἀνεπιτήδειον τοῖς ξένοις εἰς ἐλλιμένισιν, hic quidem haud paulo melius.

Ἀποξενόω. Medium peregre abeo, hospes fio. ὅστις — φυγὰς ἀπεξενοῦτο El. 767. Schol. ἐν ξένῃ ἀπεδήμησε. V. Valck. ad Hippol. 1085.

Ἀποπαύω finem facio: medium desino, requiesco. ἐρώτων δ᾽ ἀπέπαυσεν Ai. 1185 ch. (sc. ἐμέ). ἀλλ᾽ ἀποπαύετε μηδ᾽ ἐπὶ πλείω θρῆνον ἐγείρετε Oed. Col. 1774 m. θρῆνον positum διὰ μέσου, ut ad utrumque verbum referatur. — οὐδέ ποτ᾽ ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι ἀνάριθμος ὧδε θρήνων El. 224 m. Apud Suid. v. ἄνετε scriptum est παύσομαι.

Ἀποπερκόω. De uva nigrescente cum maturescit: κἀποπερκοῦται βότρυς Thyest. VI. 6 (239 D.). v. Niclas ad Geopon. IX. 19.

Ἀπόπληκτος attonitus. τί — σιωπῇς κἀπόπληκτος ὧδ᾽ ἔχει; Phil. 721. Libri ἀποπλήκτως. Illud Brunckius de coniectura, ut videtur: sensit

enim numeros non esse ferendos. *ἀποπλήκτῳ ποδί* explicans *μανιώδει* Hesych. ex Thyest. VII. 8 (247 D.).

Ἀποπλήσσω. Passivum *in deliquium animi* vel *vertiginem incido. ὑπτία δὲ κλίνομαι — κἀποπλήσσομαι* Ant. 1174.

Ἀπόπτολις exsul: cum ultro tum coactus. *κεῖθεν ἦσθ᾽ ἀπόπτολις;* Oed. R. 1000. *ὦ ξένοι, ἀπόπτολις (sc. εἰμί)* Oed. Col. 208 m. *ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν* Trach. 644.] Schol. *ὃν ἐκτὸς εἴχομεν τῆς πόλεως* male; debuit *ὃν ἀπὸ τῆς οἰκείας εἴχομεν ἀποδημοῦντα.*

Ἄποπτος remotus. ἀ. ἀθεώρητον, ὑψηλότατον Gr. B. An. p. 433, 9. — *ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ᾽ ἄποπτος ἄστεως* Oed. R. 762. Suid. v. *ἄποπτος,* male explicans *πόῤῥωθεν ὁρώμενον, ἢ ἀθεώρητον, ὑψηλότατον. κἂν ἄποπτος ᾖς* Ai. 15. schol. *ἀόρατος:* sed *πόῤῥωθεν ὁρώμενον* Lobeckius, *ἄποπτος* pro *ἄνοπτος* sero demum et ab indisertis scriptoribus in consuetudinem adductum esse demonstrans. Versum afferunt Suid. v. *ἄποπτος* et Eust. p. 198, 26. *κτανὼν πρόθες ταφεῦσιν — ἄποπτον ἡμῶν* El. 1481. — Adverbiascit: *ἐξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ ᾽γγύθεν σκοπεῖν* Phil. 465. Suidas si hunc locum spectavit, cum interpretatur *ἐξ ὑψηλοῦ τόπου,* erravit. Recte Triclinius *μακρόθεν.*

Ἀπόπτυστος detestabilis. ἐῤῥ᾽ ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ Oed. Col. 1385. V. Iacobs Add. ad Anthol. Pal. t. III. p. LX. — Phrynichus App. Soph. p. 11, 8: *ἀ. ὁ αὐτὸς τῷ κατάπτυστος, ὁ μίσους καὶ ἀποστροφῆς ἄξιος.*

Ἀποπτύω abominor. ἀπέπτυσε λόγους Hesychius ex Phaedra (IX. 5. 616 D.), explicans *ἀπεμύξατο τοὺς λόγους,* [*ἀντὶ τοῦ ἀπεστράφη. πτύω* similiter dictum Ant. 1217, ubi schol. item *πτύσας* per *ἀποστραφείς* interpretatur. V. Ruhnk. Ep. Cr. p. 149. Valck. ad Adon. p. 409. Schaef. ad Long. p. 386.

Ἀπορέω (ᾰ) consilii inops sum. ὅτι λέξω δ᾽ ἀπορῶ Oed. R. 485 ch. *ἀπορεῖς δὲ τοῦ σύ;* Phil. 886. *ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω* Trach. 1233. Triclinius articulo offensus *ἐπαπορεῖν;* cod. Harl. *τὠπορεῖν,* quae crasis mirum est quod Brunckio probata non sit.

Ἀπορθόω rego. σύ μοι γνώμας ἔχων χρηστὰς ἀπορθοῖς Ant. 632. Schol. *ὀρθῶς καθηγῇ.* Musgravio optativus videtur, Hermanno indicativus: hoc rectius.

Ἄπορος consilio carens, difficilis. οὐκ οἶδ᾽ ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος Phil. 895. *nescio quid dicam. ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα πεφάνθαι μ᾽ ἄν* Oed. R. 691 ch. Glossa Brunckii: *ἴσθι δὲ δεδεῖχθαί με παράφρονα, ἀτυχῆ ἐπὶ τὰ συνετά, ἐάν σε παραλογίζωμαι.* Affert Suid. v. *παραφρόνιμον,* ubi *ἐπιφρόνημα,* in cod. Leid. vero *ἐπὶ φρόνημα* legitur. — *τὰς δειλαίας ἀπόρου φανείσας ἀλγηδόνος* Oed. Col. 515 ch.

τίς ἄρα με πόρμος αὖθις ὧδ' ἐρῆμος ἄπορος ἐπιμένει —; 1715 m. ἄπορος Reisigius delevit, ut huc ex versu 1733 retractum; sequitur Hermannus lacunae signo posito. ποῖ δῆτ' αὖθις ὧδ' ἐρῆμος ἄπορος αἰῶνα τλάμον' ἕξω; 1733 ch. — (ἄνθρωπος) ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον Ant. 357 ch. — μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη Phil. 843 ch. Libri πυκνοῖσιν, in Laur. A. Ven. Harl. πυκινοῖσιν; verum vidit Triclinius. Recte schol. alter: ἄπορόν ἐστι καὶ τοῖς συνετοῖς ἰδεῖν τὸ πρακτέον. Alter: γρ. πυκινοῖσιν (scr. πυκνοῖσιν), ἵν' ᾖ, ἐν πράγμασι πυκνοῖς συνιδεῖν τὸ πρακτέον, ἄπορον. „inextricabilia sapientibus in eo consilio mala conspici planum est.“ *Herm.*

Ἀποῤῥέω *diffluo, evanesco.* ἡμῖν δ' ἀποῤῥεῖ (δαίμων, i. q. εὐδαιμονία) El. 988. ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος Ai. 519. Affert Eust. p. 981, 30. Illustrant Lobeckius, Wyttenb. ad Plut. p. 199, a. Iacobs ad Anth. Pal. t. III. p. 625.

Ἀπόῤῥητος *vetitus.* ἢ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ' ἀπόῤῥητον πόλει; Ant. 44. Neque deest ὄν, neque absolute positum ἀπόῤῥητον, id quod multis, ut Iacobsio ad Philostr. p. 552, Matthiaeo ad Eur. Or. 30 et ipsi Hermanno fraudem fecit, sed appositum est infinitivo θάπτειν per epexegesin, ὅπερ ἀπόῤῥητόν ἐστι; quod ἐστί cum in dicto explicatiore commode absit, non minus bene ὄν apposito non additur. — Vocabulum illustrat Ruhnk. ad Tim. p. 46.

Ἀποῤῥίπτω *abiicio.* Proprie: ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι Ai. 998. Suid. v. ἀπωστός. Schol.: ἐκπεσοῦμαι γῆς, τῆς πατρῴας δηλονότι. Illustrat Valck ad Phoen. 979. Duo Iohns. codd. ἀποῤῥιφήσομαι; v. Pors. Adversar. p. 195. — Tralate: καλῶς δ' ἤδη σ' ἀποῤῥίψουσαν ἀπηγγελλόμην El. 1006. *repudiaturam.*

Ἀποῤῥοιβδέω *strepo.* οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοάς Ant. 1008. Schol.: ἀπηχεῖ, ἀφίησι. Apud alterum praefigitur lemma ῥοιβδεῖ. De oscinum cantu dictum.

Ἀποσβέννυμι *exstinguo.* τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους. Scyr. II. 1 (497 D.). Apud Plutarchum bis eo loco usum p. 34. d. 72. e. hoc altero loco ex interpretatione καταισχύνων legitur.

Ἀποσείω *decutio.* τειχέων — θριγκοὺς ἀποσεισαμένη Past. VI. 11. ex Herod. π. μον. λέξ. p. 11, 4. ignotum Brunckio, emendatum a Dindorfio praef. p. IX. (est fr. 451 D.).

Ἀποσημαίνω *significo.* ἀποσημῆναι, ἀντὶ τοῦ δηλῶσαι Gr. Bekk. An. p. 83, 21. ex Phaeac. I (602 D.).

Ἀποσκεδάννυμι *dissipo, pello.* τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος Oed. R. 138. Schol. ἀποπέμψω. De futuro attico olim minus noto monuere Brunckius l. c. et Erf. ad v. 233.

Ἀποσκολύπτω. ἀποσκόλιπτε, ἀπολέπιζε καὶ ἀκροκόλουε, φασὶ δὲ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένον. Hesychius ex Momo V. (373 D.). Hinc emendandus Gr. Bekk. An. p. 435, 24. ἀποσκολύψαι, ἀφελεῖν τὸ δέρμα καὶ ἀπογυμνῶσαι. Σοφοκλῆς δὲ ἀποκόλουε ἐν Μενελάῳ. Scribendum Σοφοκλῆς δὲ ἀποσκόλυπτε τὸ ἀποκόλουε ἐν Μώμῳ. Menelaus enim Sophoclis fabula nulla. Cum Grammatico Bekkeri ex parte convenit Eustath. p. 952, 13.: δοκεῖ δὲ Αἰολικὸν εἶναι τὸ σκῦλον, ὡς φαίνεται ἀπὸ ῥητορικοῦ λεξικοῦ, ἐν ᾧ κεῖται καὶ ὅτι ἀποσκολύπτειν ἀφαιρεῖν τὸ δέρμα, ὅθεν καὶ τὸ σκυλεύειν μεταφορικῶς.

Ἀποσκοπέω respicio. πρός σ' ἀποσκοποῦσα Oed. R. 746. εἰς ἐκεῖνα μὴ τὰ νῦν ἀποσκόπει Oed. Col. 1197. Librorum haec scriptura a Stephano inde in ταὐνῦν mutata: quae cum male explicaretur, Hermannus de coniectura μοι ταὐνῦν. Restituendum τὰ νῦν et praepositio εἰς ad utrumque membrum referenda communiter: *rege animum tuum non secundum praesentes illas iniurias, sed secundum vetera illa mala.*

Ἀποσπάω divello. Schol. Pal. ad Ai. 1003. ἀποσπᾶν τὸ βιαίως χωρίζειν τὰ κεκολλημένα. Ponitur cum accusativo rei, interdum accusativo vel genitivo addito eius, unde quid divellitur. 1. *Proprie* dictum: πῶς σ' ἀποσπάσω τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος Ai. 1003. Suid. v. κνώδοντος. εἰ δέ τίς σ' ἀποσπάσει τοῦδε τοῦ νεκροῦ 1155. ἀποσπάσας εἱμάτων περόνας ἀπ' αὐτῆς Oed. R. 1268. ὅς με ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας ἐξοίχει βίᾳ Oed. Col. 870. οἴχεται τέκνων ἀποσπάσας μου — ξυνωρίδα 899. — 2. *Figurate.* ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας Oed. R. 1432. Schol.: ἐπεὶ τῆς προσδοκίας με ἀπέστησας, ἀπήγαγες; quod ψεῦσαί τινα ἐλπίδος dicitur Ai. 1361. Paulo aliter ἀποσπάσας — ἐμῆς οἴχει φρενὸς αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων El. 799.

Ἀποστάζω destillo. Cum figura: τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει — μένος. Ant. 949 ch. Glossa cod. Dresd. a. ἀποῤῥεῖ πρὸς τοὺς αὐτὴν ἔχοντας. Schol.: οὕτω καὶ τοῦ Λυκούργου ἀπὸ τῆς μανίας ὀργὴ ἀποβαίνει. Sed non de sola Lycurgi sed cuiusvis insania intelligendum: *gravem insania vim exserit, s. vis inde redundat.*

Ἀποστατέω discrepo. Proprie: μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ Oed. R. 743. Tralate: οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός Ant. 980. Schol. ἐχωριζόμην, *non discessi a tuis consiliis.*

Ἀποστείχω abeo. ἀποστείχοιμ' ἂν El. 789. εἴσω δ' ἀποστείχουσα Trach. 690.

Ἀποστέλλω. 1. *Formae: Praes. act.* ἀποστέλλουσι Phil. 448. *fut.* ἀποστελῶ Phil. 125. 1281. *aor.* ἀπέστειλεν Oed. Col. 1319. El. 659. ἀποστείλητε El. 71. — *Passivi aor.* ἀπεστάλην Oed. Col. 739. ἐπεστά-

λην ex nonnullis libris Brunckius: ἀπεστάλη Oed. R. 115. Libri ἀπεστάλη etiam Oed. Col. 556. (Θησεὺς κατ' ὄψιν σὴν ἀπεστάλη πάρα) quod cum ferri nequeat, inde a Turnebo editum ἀποσταλείς. A cod. Par. F., secundum Laur. A. optimo versus plane abest. Haud dubie errat Hermannus ἀποσταλείς damnans, quia participio oratione finita resoluto ἀπέσταλται, non ἀπεστάλην dicendum fuerit: ea enim centies apud omnes permutantur poetas. Sed probabilis tamen eius coniectura ὃς ἐστάλη. — II. *Usus.* 1. *mitto*, maxime cum mandato, *remitto, dimitto.* τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν Phil. 125. ὅς σ' ἐς τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βίᾳ 1281. Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ Ταλαός Oed. Col. 1319. Paulo aliter Phil. 448 dictum: τὰ δὲ δίκαια — ἀποστέλλουσ' ἀεὶ sc. εἰς Ἅιδην, *ad inferos detrudunt.* — 2. Tralate, *dimitto.* μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς, ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων El. 71. versus a Suida memorati v. ἀρχέπλουτον. „Ἀρχέπλουτον non pendet a praecedente verbo ἀποστείλητε, sed ab alio suppresso verbo, v. c. κατασκευάσατε, cf. v. 435. Ai. 1034. Brunck. ad. Apoll. Rhod. I. 168." *Maltby ad Morell. p.* 145. Neque hunc probo nec Elmsleium ad Bacch. 859, δέξασθε subaudiri iubentem; neque faciunt huc de zeugmate verborum observata Brunckio ad Oed. R. 271. El. 435. Ai. 1034. Elmsl. ad Heracl. 312. Boeckh. ad Pind. Pyth. IV. 105. Nihil subaudiendum. Ἀποστέλλω id significare puto, quod latine *dimittendi* verbo dicitur, *facere, ut aliquis ab aliquo certo modo affectus abeat*, ut *impunitum dimittere, male mulcatum dimittere*, similia, quod Graecis ἀφιέναι solet esse. Dein non τῆσδε γῆς coniungenda, sed ἄτιμον τῆσδε γῆς, quod cum *imperium Mycenarum* significet, optima exit sententia: *facite, ut ne discedam ex hoc negotio imperii immunis, sed Pelopidarum splendoris restitutor.* — 3. Passivum semel est *mitti*: ἄνδρα τόνδ' ἀπεστάλην πείσων ἕπεσθαι Oed. Col. 739.; semel *discedere*: πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη Oed. R. 115. Schol. ἀπῆλθε καὶ ἀπεδήμησεν. De Oed. Col. 556. v. στέλλω.

Ἀποστερέω. I. *Formae: Act. praes.* ἀποστερῶν Oed. R. 323. *perf.* ἀπεστέρηκας Phil. 919. 1267. ἀπεστέρηκε El. 938. *aor.* ἀπεστέρησα Oed. R. 1381. ἀποστερήσῃς El. 1268 m. Laur. B. ἀποστηρήσεις. — *Pass. perf.* ἀπεστερήμεθα Ai. 769. ἀπεστερημένη El. 803. ἀπεστερημένην Hybr. I (595 D.). — II. *Usus.* 1. *Privandi* significatione accusativum eius, qui amittit, et genitivum rei amissae adsciscit, sed etiam accusativum rei vel nudum vel genitivo addito eius, qui privatur, sibi adiungi patitur. Similia Gr. Bekk. π. συντάξεως. Anecd. p. 119, 6. — *Illud:* τῶν ὁ πάντλήμων ἐγὼ ἀπεστέρησ' ἐμαυτόν Oed. R. 1381, et passive: σοῦ τ' ἀπεστερημένη καὶ πατρός El. 803. *Hoc:* ἀπεστέρηκας τὸν βίον Phil.

919. Nam *ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν ἀπεστέρηκας;* Phil. 1267 dubiam habet syntaxin, cum uterque casus et a *λαβών* et ab *ἀπεστέρηκας* suspendi possit. — *μή μ' ἀποστερήσῃς τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι* El. 1268 m. Ut infinitivum intelligas, subaudiendum, non addendum *ὥστε*. — Inde *passive: λήθην — τὴν πάντ' ἀπεστερημένην* Hybr. I. 1. — 2. *Celandi et fraudandi* potestate cum accusativo rei: *οὔτ' ἔννομ' εἶπας, οὔτε προσφιλῆ πόλει — τήνδ' ἀποστερῶν φάτιν* Oed. R. 323. Schol.: *μὴ λέγων τὸν χρησμόν. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα, οὐκ ἔστιν ἁνὴρ κεῖνος* Ai. 769. Schol. Pal.: *τῶν ἐντολῶν δηλονότι, ἤγουν τῆς φυλακῆς τοῦ Αἴαντος*, ut *fraudandi* verbo utuntur Latini. Inutilis est igitur Wakefieldi coniectura *ἀφυστερήμεθα*, Silv. Crit. t. III. p. 15.

Ἀποστερίσκω privo. Ἐτεοκλῆς — Πολυνείκη θρόνων ἀποστερίσκει Oed. Col. 377. *θρόνων* libris duobus exceptis omnes, item Tricl. et Iunt 2.: illi et edd. vett. *θρόνον*.

Ἀποστιβής solitarius. *ἀ. ἀποπεφοιτηκώς, οὐ τὴν αὐτὴν τρίβον στείβων, τουτέστι φοιτῶν.* Hesych. ex Scyr. VII. 1 (502 D.).

Ἀποστρέφω retorqueo. *οὐχ ὡς τάχος τις τοῦδ' ἀποστρέψει χέρας;* Oed. R. 1154. *retro verto.* *οἷον — οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν* (*ἔξεστι*) Oed. Col. 1405. — Passivum *sese averti pati* i. e. *se avertere: οὐ πάλιν ἀποστραφεὶς ἄπει;* Oed. R. 431. Respicit Suid. v. *ἄπει*. Et tralate: *μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ' ἀποστραφῇς* Oed. R. 326. *ne recusa auxilium.* *μή μ' ἀποστραφῇς* Oed. Col. 1274. *ne me aversare.*

Ἀποστροφή effugium. *καταφυγή* Gr. Bekk. p. 436, 27. *ἥκει — βίου τελευτή, κοὐκέτ' ἔστ' ἀποστροφή* Oed. Col. 1471. Schol. *ἀποφυγή*. Paucis illustrat Reisig. Enarr. p. CLXXVIII. *ὡς οὐκ ἔστ' ἀποστροφὴ βροτοῖς τῶν — κακῶν* inc. XXVII. 3 (684 D.). Brunckius ex cod. Vind. Sophocli assignat, cod. T. Gaisfordi Euripidi.

Ἀπόστροφος deflexus. *ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν* Ai. 69. Suid. v. *πρὸς ὄψιν*. Schol: *εἰς τοὐπίσω ἐστραμμένους*.

Ἀποστυγέω aversor. *τόλμα, — ὅτι καὶ πόλις τέτροφεν ἄφιλον, ἀποστυγεῖν* Oed, Col. 186 ch. *οὐδὲ Μουσᾶν χοροί νιν ἀπεστύγησαν* (*χθόνα*) 698 ch. Attica dicitur, ut tamen praecipua Coloni ratio habeatur: v. schol.

Ἀποσυλάω spolio. *ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας* Oed. Col. 1332. Reisigius, quod *ἀποσυλᾶν*, ubi *privare*, non *abstrahere* significet, accusativum regat, ita distinxit, ut *ἐξέωσε* ad *πάτρας* referretur. Verius Elmsleius et Hermannus utrumque casum ferri putant, ita tamen, ut nisi praemisso *ἐξέωσε*, vix genitivo usurus fuisse poeta videatur.

Ἀποσύρω *abstraho.* ἀποσύρει, ἀποσπᾷ Hesych. ex Mys. VI. 3 (365 D.).

Ἀποσώζω *servo ex.* παύσοντας ἄλγους κἀποσώζοντας νόσου Phil. 1365. Huic librorum scripturae ab Heathio subrogatum est κἀποσώσαντας; illam defendit Hermannus.

Ἀποτέμνω *abscindo.* Cum tmesi: κρᾶτ᾽ ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμῶ χερί Phil. 1192. Brunckius κἄρθρα; Schaef. κρᾶτ᾽ ἀπὸ πάντα τ᾽ ἄρθρα, contra libros uterque et metri legem.

Ἀποτίβατος *intractabilis.* ἀποτίβατος ἀγρία νόσος Trach. 1024 m. Schol.: ἀπροσπέλαστος. Vox semel dicta.

Ἀπότιμος *contemptus.* ἐπὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν Oed. R. 215 ch. Hesychius: ἀπότιμος, ἄτιμος. Pauca praepositionis ea vi in compositis praeditae Musgr. contulit: longe plura ex uno Sophocle afferri potuerunt. Cf. et Etym. M. p. 131, 29. Intpp. Gregorii p. 528. Herm. ad Eur. Iph. Taur. 925 et quem is laudat, Valck. ad fr. Callim. p. 7.

Ἀποτίνω (ῑσ) *rependo.* μεγάλοι δὲ λόγοι μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων ἀποτίσαντες Ant. 1331 an.

Ἀπότομος *praeruptus.* ὕβρις — ἀκρόταθ᾽ εἰσαμβιβάσασιν ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν Oed. R. 877 ch. Flor. Γ. ἀπότιμον adscripto γρ. ἀπότομον, Dresd. a. ἄποτμον, ut olim Hermannus coniecerat; quae vocabula etiam alibi confusa, ut Eur. Alc. 118. 1003. cf. Herm. et Monk. Qui interpretum ἀπότομον cum ἀκρότατον coniungebant, interpretabantur ἀποῤῥῶγα s. δύσβατον ἀκρώρειαν; sed cum ἀνάγκαν coniungendum. De totius loci, Alcibiadem, ut videtur, spectantis sensu v. nunc Hermannum.

Ἄποτος *sine potu.* ἄσιτος ἀνὴρ ἄποτος Ai. 317.

Ἀποτρέπω *averto.* καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πῦρ οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει; Trach. 1010 m. Haec sola vera scriptura in Ald. Brunckii membr. Harl.; Par. B. ἀναστρέψει, Par. T. ἀνστρέψει, Vat. ἐπιτρέψει ut olim edidit Brunckius, non ut *admovere* significaret, quod Hermanno visum, sed ut sit *dare, committere.* De Laur. A. et Par. F. silent. Ἀποτρέψει bene explicat Hermannus *tela in me avertet,* sc. me feriet telo, ut Philoctetes Neoptolemo suadet Phil. 788; sed nollem addidisset „*ab eis caedibus, quas quisque in aliis facit.*" Quasi Graecos omnes, a quibus sibi opem ferri Hercules vult, caedem facere oporteret.

Ἀπότροπος *abominandus.* ὅ τις ἂν ἀποτρέποιτο Hesychius, Sophoclis auctoritate usus, Oed. R. 1314 m.: ἰὼ σκότου νέφος ἐμὸν ἀπότροπον. — τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν Ai. 602 ch. Schol. Pal.: τὸν ἀποτρόπαιον, ἤγουν τὸν ἀποστροφῆς καὶ ἀποτροπιασμοῦ ἄξιον. Tamen hunc fortasse Eustathius locum spectavit p. 1764, 7. explicans κεχωρι-

ημέρος καὶ οἷον ἐξήριστος. — ō in arsi consentaneum produci, nisi soluta sit: id autem in utroque loco Sophocleo factum reperitur.

Ἀποτρύω fatigo. *Activa forma:* φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν χρῆναί σε Trach. 124 ch. Laudat Suid. v. ἀποτρύειν. Spem dicit in ipsius Deianirae animo insitam, a qua ne desciscat, chorus suadet. Schol.: οὐκ ἀπογνῶναι, οὐκ ἀποκάμνειν. — *Media:* Γᾶν ἄφθιτον ἀκαμάταν ἀποτρύεται Ant. 339 ch. Schol. γεωπονεῖ ἢ ἀποσχίζει τὴν γῆν. Certe deponens est, de quo monuerunt explicando Ruhnk. ad Tim. p. 47. Intpp. Gregorii p. 534., Wernickius ad Tryphiod. p. 96. Ionibus vindicatur τρύω: Gregorius τετρυμένον, τὸν καταπεπονημένον explicat. Sed Sophocles haud dubie de Tellure *aratrorum ductibus quasi mulcanda* dixit.

Ἄπουρος remotus. παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας ἄπουρον Oed. R. 194 ch. subaudito δός. gloss. τῆς πατρίδος τῆς ἐμῆς δηλαδὴ μακράν. Mendose pars librorum ἔπουρον. Praeter hunc locum ἄπουρος non legitur tragicis: sed illustrando optime facit oppositum πρόσουρος Phil. 686, *vicinum* significans. Copiam orationis in hac sententia merito extulit Reisig. Enarr. Oed. Col. p. LVI.

Ἄπους claudus. ἐχίδνης, ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν Phil. 628.

Ἀποφαίνω ostendo. ἀποφανθεὶς, ἐν τῷ φανερῷ καταστάς Hesych. ex Acris. XIV. 6 (76 D.).

Ἀποφανόω manifestum reddo. ἀποφανῶσαι, ἐς τὸ φανερὸν καταστῆσαι. οὕτω Σοφοκλῆς inc. CV. 54 (846 D.). ap. Gr. Bekk. An. p. 439, 10.

Ἀποφάσκω nego. δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκοντα Oed. R. 485 ch. „Cum aut *credibilia* atque *incredibilia*, aut *affirmantia* et *negantia* inter se opponi debuerint, ex utroque genere aliquid sumpsit, δοκοῦντα, quae crederentur, et ἀποφάσκοντα, quae *negarent*.“ *Hermann.* Bene illustravit verbum Musgr. sed erravit accusativos putans singularis numeri esse δοκοῦντα et ἀποφάσκοντα, quae a ταράσσει suspenduntur. Schol.: οὔτε πιστὰ οὔτ' ἄπιστα.

Ἀποφέρω asporto. ὡς ἄλλην χθόνα δοκῶν ἀποίσειν Oed. R. 1179. *mecum aufero*: καὶ τῶνδ' ἀποίσεις σῆμα Trach. 611. κομίσεις schol.

Ἀποφεύγω defugio. κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν Phil. 1151 ch. Triclin. ἀμέτρως ἀποφυγεῖν. In Oed. Col. 1736 ch. libri omnes καὶ πάρος ἀπεφεύγετον, σφῷιν (vel σφῷν) τὸ μὴ πίτνειν κακῶς. Cum nec temporis ratio constet, ut Brunckius ἀπεφύγετον, Elmsl. ἀπεφυγέτην, Reisigius ἀπεφύγετε scripserint, hic sequentibus audacter mutatis, nec pronomen σφῷν explicationem ullam admittat, ut iam scholiasta adscripserit: κακῶς ἡ ἀντωνυμία, διὸ τὸ χ: leni mutatione totum locum refinxit Her-

manuus inter Antigonam et chorum distribuens: *X. καὶ πάρος ἀπέφυγε Ἀντ. τί; X. τὰ σφῷν τὸ μὴ πίτνειν κακῶς. Cho.* Etiam ante effugit — *Ant.* Quid? *Cho.* res vestra, ne affligeretur. Recordari iubet puellas, paulo ante Creonti sese ereptas esse.

Ἀπόφημι nego. καὶ φημὶ κἀπόφημι, κοὐκ ἔχω τί φῶ Oed. Col. 318. dubitantis Ismenae sermo: *modo aio apud me, modo nego.*

Ἀποφθίνω. Intransitive *intereo: ὅπου κἀποφθίνει τὰ χρηστά* Phil. 455. Transitive *occido: τὸν βαλόντ' ἀποφθίσαι χρήζων* Trach. 706. *ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ — ἀποφθίσαι* Ai. 1006. Suidas v. *ἀποφθίμενον* et libri *ἀποφθίσειν*, quam scripturam grammaticis deberi Hermannus haud iniuria existimat: et Suidas quoque eo ducit, ut *ἀποφθίσαι* ab eo lectum videatur, *ἀνελεῖν, θανατῶσαι* interpretatus. v. *μέλλω.*

Ἀποφράγνυμι munio. εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα Ant. 241. *κύκλῳ σαυτὸν ἀσφαλίζῃ ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα* schol. *Caves tibi de isto facinore diligenter.* Inest enim *secernendi* vis, ut nihil se illa re attingi velle significetur.

Ἀποψύχω exspiro. ἐς τ' ἀπέψυξεν βίον Ai. 1010. Schol. *ἀπέθανεν.* Plane *ὁμηρικῶς* Sophocles. Memorat Suid. v. *τύχη, ἄντυγες, πρισθείς;* Eust. p. 622, 23. 824, 43. 1964, 29.

Ἄπρακτος intentatus. κοὐδὲ μαντικῆς ἄπρακτος ὑμῖν εἰμί Ant. 1022. v. Herm. Stephanus coniiciebat *ἄπρατος.*

Ἀπρίξ firmiter. ἐμπεφυκότως Timaeus p. 47. *ὅλῃ δυνάμει, ἰσχυρῶς, ἀσφαλῶς* Gr. Bekk. An. 440, 13; quibus fere eisdem utitur Etym. M. p. 132, 48. expressis etiam Gudiano p. 70, 39. Recte uterque et schol. Ai. l. c. a *πρίζω* ducit, falso Eust. p. 166, 32 a *πέριξ.* — *κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί* Ai. 303. Orationis in his copiam longe rectius Hermanno l. c. et ad Eur. Suppl. 1155. explicuit Lobeck. — *Cum figura* dictum: *τοῦ γε κερδαίνειν ὅμως ἀπρὶξ ἔχονται* Creus. IV. 4 (325 D.). De explicando vocabulo consuli etiam possunt Bos. et Hemsterh. ad Luc. Necyom. t. III. p. 337. Bip.; Ruhnk. ad Tim. p. 47., quem, cum Creusae loco utatur, Aiacis mirum est immemorem fuisse: Intpp. Moeridis p. 84. — De tono magno consensu statuunt Herod. *π. μον. λεξ.* p. 46, 5., Arcad. p. 184, 1., schol. Il. *α.* 148. *λ.* 251., Orion p. 64, 24., Eust. p. 842 44., Etym. M. p. 781, 46., Gud. p. 201, 31 et 544, 24.

Ἀπροσδόκητος inexspectatus. ἀπροσδόκητον οὐδὲν εἴρηκας El. 1005 Affert Thomas v. *ἐπαγγέλλω.*

Ἀπροσήγορος intractabilis. ἀπρ. ἄνθρωπος, ὃν οὐχ οἷόν τε προσαγορεῦσαι διὰ τρόπου τραχύτητα Gr. Bekk. An. p. 440, 17. — *πατρὸς τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα* Oed. Col. 1279. *ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον* Trach. 1083 leo Nemeaeus dicitur, quod male scho-

liasta explicat ἀναγόρευτον, ἀδιήγητον. Melius Wakefieldus, cui adde Valck. ad Hipp. 96. — Prima cum in arsi posita sit utrobique, producitur.

Ἀπρόσμαχος invictus. (ᾱ quippe in thesi) ἀπρόσμαχον τέρας Trach. 1088. Cerberus.

Ἀπροσόμιλος morosus. (ᾰ in arsi) ἀπροσόμιλον γῆρας Oed. Col. 1238 ch. Affert Eust. p. 790, 62.

Ἅπτω. Inter ἅπτω et ἅπτομαι accurate discrimina posuit Lob. ad Ai. 698.; nec tamen illud magis apud Sophoclem legitur omnino, quam cum dativo structum, quod loquendi genus Pindaro familiare illustravit Boeckh. Expl. Pind. p. 111. — ἅπτομαι significat *attingere* et *inhaerere. Proprie* dictum: οὐχ ἅψομαι τοῦδ᾽ ἀνδρός Oed. Col. 826. Viam translationis praemunit ἧπταί μου (νόσος) Trach. 1006 m.; schol. καθήψατο.: et νῦν δ᾽ ἔσχατόν σου (φωτός) τοὐμὸν ἅπτεται δέμας Oed. Col. 1547, *ultimum te adspicio. Figurata* dictio est: θανόντων οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται Oed. Col. 959. μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων Ant 179. οὐ — σπουδῆς δικαίας μῶμος ἅπτεται Thyest. II. 2 (235 D.).

Ἀπυνδάκωτος ἀπύθμενος explicatum a Polluce X. 79, Hesych. v. ἀπυνδάκωτος, Suid. v. πύνδαξ, Demetr. Phal. de eloc. p. 114., Eust. p. 870, 27., Etym. M. p. 133, 50. ubi corrupte scriptum, ex Triptolemo III. 2 (541 D.). In proverbium enim Sophoclis versus abierat: ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

Ἄπυρος intactus igne. τὸ φάρμακον τοῦτ᾽ ἄπυρον ἀκτῖνός τ᾽ ἀεὶ θερμῆς ἄθικτον — σώζειν Trach. 682. cf. Valck. ad Adon. p. 227. — ἀ π ύ ρ ο υ, ἀθύτου explicans ex Mysis affert Hesychius. (VI. 4. 466 D.).

Ἄπυστος clandestinus. ἄ π υ σ τ α, ἀνήκουστα Etym. M. p. 133, 48. Gr. Bekk. An. p. 441, 9. fortasse ex Oed. Col. 490: ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν, quod Suidas etiam memorat v. ἄπυστα.

Ἀπύω (– ⏑ –) *dico, indico.* τίς ἄν μοι — τὸν ὠμόθυμον — ἀπύοι Ai. 871 ch. Schol.: εἴποι. Prima producitur, ut in senario Ar. Eq. 1029, anapaestico Eur. Hec. 151, dochmiaco Or. 1250. Bacch. 942 (982 Elmsl.), et passim apud Aeschylum Prom. 595, Sept. 130. Pers. 122; et ἠπύω Ionum: Hom. Il. ξ. 399. Od. κ. 83. ρ. 271. Cf. Pors. ad Suppl. Marklandi 813. Incredibiliter ineptit Blomf. gl. Prom. 613.

Ἄπωθεν procul. ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων κλύει τις Ant. 1191. Moschop. Dictt. Att. ab Hermanno emendatus ω diserto testimonio firmat, ceteroqui metro certum, ut in ἄπωθεν ἑρπούσῃ Trach. 813, quod *discedentem* significat. ἀπιούσῃ explicans scholiastes ἀφερπούσῃ legisse credendus, velut v. 810. et 812 cod. Harl. pr. ἀφέρπεις et ἀφέρπειν habet ἐφέρπεις, ἐφέρπειν. Scriptura apud scenicos indubitabilis; apud pro-

sarios magna ambiguitas ex conflictione duorum canonum, v. Lobeck. ad Phryn. p. 9. — De accentu adverbiorum in $\overline{\vartheta\epsilon\nu}$ ab aliis exeuntium in ῶ terminatis consensus est.

Ἀπωθέω. I. *Formae.* 1. *Activi*: ἀπωθεῖ Trach. 30. ἀπώσει Oed. R. 234. recte Brunckius ex uno Britannorum, T. et Aug.: item Dresd. b. et, ut videtur, Flor. Γ. et nunc sequitur Herm., qui olim ex rell. (sed in Pal. supra scriptum ει) cum Reisigio Comm. Cr. p. 348. ἀπώσῃ. ἀπῶσε Palam. I. 1 (380 D.). ἀπώσῃ Phil. 1107 ch. ἀπῶσαι 1187 m. Oed. R. 641. ἀπώσαντες Ai. 441. 2. *Medii.* ἀπώσομαι Trach. 215 ch. 1239. El. 932. ἀπώσει El. 422. ἀπώσαιτο El. 1317. 3. *Passivi.* ἀπωσθῆναι Oed. R. 670. — II. *Usus.* *Activum* est *amovere* et *repudiare*, i. e. a se amovere, nec ea significatione quidquam a medio differt. Non dicitur nisi tralate. γῆς ἀπῶσαι πατρίδος Oed. R. 641. *in exsilium pellere*, unde passive dictum γῆς ἀπωσθῆναι βίᾳ 670. — ὅσοι τόδ' ἔλασαν ἐμοῦ ποδὸς ἄρθρον ἀπῶσαι Phil. 1187 m. νὺξ γὰρ ἐλίσσει καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη πόνον Trach. 30. *Altera* significatione dictum τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη Ai. 441. εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε καί τις — ἀπώσει τοὔπος Oed. R. 234. ἀπώσῃ soloecum, ut Brunckius, non dixerim, striblligo tamen est non ferenda propter indicativum et coniunctivum pari conditione compositos. μή φιλότητ' ἀπώσῃ Phil. 1107. οὐδ' ἀπώσομαι τὸν αὐλὸν Trach. 215. κοὐκ ἀπώσομαι 1239. *faciam.* εἴ μ' ἀπώσει El. 422. εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι 932. οἵ' ἂν οὔτε τις δόμων ἀπώσαιτ', οὔτ' ἂν ἡσθείη λαβών 1317.

Ἀπώμοτος *abiurandus.* βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον Ant. 384. δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος 390. *etsi iureiurando negaveram.* Gr. Bekk. An. p. 441, 14.: ἀπώμοτον, ἀπηγορευμένον, φευκτὸν καὶ ἀπολητον, cum Eupolidis auctoritate.

Ἀπωστός *pulsus.* ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι Ai. 998. *extorris patria pellar.* Placet γῆς ab adiectivo suspendi, non a verbo.

Ἀπωτέρω. ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων, ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ Oed. R. 137. Suid. v. ἀπωτέρω. Laium spectari scholiasta dicit, quod coniugem olim eius et imperium teneat Oedipus. Aptius est universe significari *qui me non proxime attingunt*, inprimis *cives Thebani*, quibus opponitur *mea ipsius causa.*

Ἄρα (⏑⏑) De hac et interrogativa particula ἆρα disputatio Hermanni est in praef. ad Oed. Col. p. XVI sqq., qua Vir summus nunquam versus causa ἆρα dictum pro ἄρα studuit ostendere, sed vim coniecturae faciendae perpetuo retinere ἄρα, interrogandi ἆρα. Apollonius de coni. p. 494, 10. p. 526, 22. et Schol. Dion. Thr. p. 968, 23. cum ἀπορηματικὸν ἄρα, ἐπιφορητικὸν ἢ παραπληρωματικὸν ἄρα dicit, prosarios se-

quitur, in quibus etiamsi hic illic ἄρα pro ἆρα scriptum reperias, emendatio metro non coarguente tuta est. Sed diserte testatur confundi Etym. Gud. p. 71, 54., unde recentiores acceperunt, Dorvill. Vann. Cr. p. 227., Valck. ad Phoen. 569. Nec tamen usquam ἄρα pro ἆρα dicitur, sed ἆρα pro ἄρα, unde in v. ἆρα rem tractandi locus erit.

1. Prima et antiquissima particulae ratio et inprimis Homerica illa est, ut progredientem secundum naturalem causarum et eventuum legem indicet narrationem. Hinc illud ortum, quod rei generatim et universe memoratae ultra diligentius exponendae servit: cui affine est et coniunctum, quod a sententia aliquid tale continente, v. c. comparativa, ad rei caput et originem reflectit orationem, ut fit in ὡς ἄρα.

2. Sed inprimis *atticus* ille usus est, *ut ex rebus qualibuscunque datis aliquid suspicando colligamus*, quae non tam est *argumentatio*, quam *coniectura*, *στοχασμός*, et *reputatio* secum facta. Quare raro cum οὖν commutari ἄρα potest. ὅτ' οὐκέτ' εἰμί, τηνικαῦτ' ἄρ' εἴμ' ἀνήρ Oed. Col. 394. Nihil refert, si cum nonnullis haec interrogando proferas. τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νεμῶ πόλιν 883 ch. Interrogando prolata, etsi Hermannus fecit, haec sensu carent. Talis enim est sententia: *siquidem ita feceris, ego hanc, quam colo, ne civitatem quidem amplius esse arbitrabor*; h. e. eversa igitur erit eius auctoritas. μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλάχετόν τι Oed. 1743 ch. ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μακρὰν προὔκλαιον Trach. 958 ch. ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν Ai. 262. μάτην ἄρ' ἡμεῖς, ὡς ἔοικεν, ἥκομεν El. 762. *sic frustra venisse videmur.* πάρεστ' ἄρ' ἡμῖν, ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν 1446. ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ᾖστε τὸν Προμηθέα Colch. V. 2 (317 D.). Locus Lacaenarum II. 1 (337 D.). corruptus est. In Oed. Col. 589 cur codicis Laur. A. scripturam τὰ λοῖσθ' ἄρ' αἰτεῖ τοῦ βίου (*sic igitur*), a Reis. Elmsl. receptam tanquam sensui non accommodatam repudiet Hermannus, ambigo.

3. Eandem in *interrogationibus* significationem suam retinet, quod genus quomodo ab ἆρα differat, perite explicuit Hermannus l. c. p. XVI. Nobis cum *also*, tum *denn* dicere mos est. τίς σε τέκνον τίς σ' ἔτικτε τῶν μακραιώνων ἄρα Oed. R. 1099. ch. In libris post μακραιώνων distinguitur, ut scribendum esset ἆρα: sed versus trochaicus est. οὕτως ἄρ' ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὕπερ; Oed. R. 1444. οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα: Oed. Col. 1433. Nihil in his magni, gravis, insperati inest. τίς ἄρα με πότμος — ἐπαμμένει; 1714 m. ἰὼ — Ἅιδου λιμήν, τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις; Ant. 1271 m. *cur me tandem miserum pessumdare pergis?* τίς ἄρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει; 1282 m. Iniuria ambigebat Hermannus, num ἄρα ex Ald. retinendum sit. Ferri possit, quoniam ἄρα nonnunquam a fronte sententiae removetur, sed ni-

hil elegantiae inest in illis, quibus delectatur Hermannus, iambicis ischiorrhogicis. *τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λήξει — ἐτέων ἀριθμός —;* Ai. 1164 ch.

4. Tacitam apud animum considerationem continet; *adsignificata re insperata, gravi, vel opinione frustra suscepta:* qui usus inprimis in formulis *ἦν ἄρα* et *οὐκ ἦν ἄρα* conspicitur apertius. Cui adsignificationi, cum *ethica* sit, qualem per se in particulis quaerere ineptissimum est, iniuria omnia tribuit, qui nuper librum de particulis Graecis scripsit, Hartungus vol. I, p. 417: qui nisi suis inventis cum ignoratione aliorum simulata et contra dicentium contemptu pertinaciter inhaereret et de millenis exemplis pauca delibasset, ipse fallaci specie deceptum sese vidisset. Neque ille, quod quis suspicetur in tanta alios obiurgandi ferocia, hanc doctrinam invenit, sed dudum observatum idem magis quidem sobrio iudicio ab Heindorfio ad Plat. Phaed. p. 54., Stallbaumio ad Plat. Phaed. p. 60. Rpubl. p. 89., Iacobsio ad Aelian. H. An. t. II. p. 45; cf. C. F. Hermann. ad Luc. de H. Conscr. p. 16. — *λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην* Phil. 345 *sive vera, sive, quod mirum mihi accidisse fateor, falsa.* *ὅδ' ἦν ἄρα ὁ ξυλλαβών με* Phil. 966. *Hic est igitur ille!* *ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν* 984. *ὦ τλάμων — ἄρ' ἐγὼ καὶ μόχθῳ λωβατός* 1089 m. *miser ego, ultra quam speravi.* *πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις* Oed. Col. 1694 m. *quod nemo crediderit, vel malorum desiderium est.* *ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς τότ' ἄρα — ἔπαισεν* Ant. 1259 m. *κἀξ ἀγεννήτων ἄρα μῦθοι καλῶς πίπτουσιν* Trach. 61. *κἀδόκουν πράξειν καλῶς· τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν θανεῖν ἐμέ* 1162. *κεῖθεν ἄρ' ἡμῖν δεσμῶτιν ἄγων ἤλυθε ποίμναν* Ai. 280 an. *ἔμελλες — στερεόφρων ἄρ' ἐξανύσειν κακὰν μοῖραν* Ai. 909 ch. *μέγας ἄρ' ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος πημάτων* 914 ch. *πῶς σ' ἀποσπάσω — κνώδοντος, — ὑφ' οὗ φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας* 1005 i. q. *ἔμελλες ἐκπνεῖν fato constitutum erat,* cum dolore mediae insertum orationi (*also wirklich*), plane ut *ἔσπευδον, οὐκ εἰδυῖ' ἄρα ἵν' ἦμεν ἄτης* El. 924. (*leider unwissend*). *ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά μ' ἔσαιν' Ἐρινύς* Teucr. III, 3 (508 D.). Hoc dicendi genus paroemiographi adamant, iam ab Homero inde cultum; v. Schaef. ad Plut. IV. p. 366.

5. Eadem adsignificatio inest in *interrogatione* vel, quod frequentius, *exclamatione.* *τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει — πῶς ποτε, πῶς — ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν* Phil. 684 ch. *ὅρα. τίς ἄρ' ἦν;* Oed. Col. 118 ch. (*wer war's nur?*) *ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας* Ant. 1163. *ergo revera*, quod quis non sperarat, *recte coniecisti*: solum *ὡς* significaret *quam vere coniecisti.* *ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμῖν οὐ σμικρῶν κακῶν ἦρξεν τὸ δῶρον* Trach. 868. *οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν* 992 an. *οἴμοι*

γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα Ai. 360. *ὤμοι ἐμᾶς ἄτας, οἷος ἄρ' αἱμάχθης* 892 ch. *ὡς ἄρ', ὦ τέκνον, κενὴν ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου* Teucr. III. 1 (508 D.). *Ἔζης ἄρ', οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ᾤχου θανών;* Phaedr. IX. 1 (603 D.). Et sic intelligendi etiam hi duo loci: *ὡς οὐκ ἄρ' ᾔδη τῶν ἐμῶν οὐδὲν κακῶν* El. 1176; quae secum admirans Orestes dicit: *Quam nihil igitur meorum malorum scivi!* Et *ἀλλ' ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν τίνες ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων* Trach. 502 ch. Transgreditur a minore ad maius: *Sed ad hanc demum uxorem expugnandam quanti concertatores exorti sunt!* — De Ai. 889. v. *ἄρα*. In Trach. 728. cod. Harl. mendose *σιγᾶν ἄρ' ἁρμόζοι σε* pro *ἄν*.

6. Adiungam hic *τοι ἄρα* in *τἄρα* coalescens et *οὔτοι ἄρα* in *οὔτἄρα* misceri solitum, quia significatio prohibet, quominus in *τοι* et *οὔτοι* recenseatur. Saepe haec vitiose scribuntur *τ' ἄρα* et *οὔτ' ἄρα*. *χωρήσομαι τἄρ', οἵπερ ἐστάλην ὁδοῦ* El. 396. Ante Herm. *τ' ἄρ'* edebatur. *δυστάλαινα τἄρ' ἐγώ* Oed. Col. 1444 libri omnes. Et sic cum Elmsleio scribendum Ai. 1347.: *σὸν τἄρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.* Eo non modo significatio (*tuum igitur certe facinus dicetur*) sed etiam scripturae vestigia ducunt. Iunt. et codd. nonnulli *σὸν γὰρ ἄρα*. Mosc. a. *σὸν γὰρ ἆρα*. Dresd. b. *σὸν γάρ*. Laur. A. *σὸν ἆρα*. Laur. B. *σὸν ἄρα*. Erf. *σόν γ' ἆρα*, ut legendum videbatur Porsono ad Phoen. 1366 et olim Hermanno ad Orph. Argon. 1176. Hic tamen nunc interrogative scripsit *σὸν ἆρα — κεκλήσεται;* quod per se bonum est, sed minime probabili argumento Elmsleii rationem oppugnat editor. — *οὔτἄρα Τρωσίν, ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα* Phil. 1237. Wakef. *οὐκ ἄρα*. Libri *οὔτ' ἄρα*, quod quo ducat primus Schaeferus vidit. *οὔτἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου χρόνῳ διοίσει γλῶσσαν* Trach. 321. Libri *οὔτ' ἄρα* vel *οὔτ' ἆρα*: v. Herm. praef. Oed. Col. p. XXIV. — Sed non persuadet Elmsl. et Reisig. *τἄρα* scribendum esse Oed. Col. 539. ubi libri *σαί τ' ἄρ' εἰσ' ἀπόγονοί τε καὶ κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί*, duobus versibus choro continuatis, quorum posterior uni Oedipo convenit, prior interrogative proferendus sed corrigendus fuit. Et Tricl. *αὐτάρ εἰσιν*: Par. B. *αὖτ' ἄρ εἰσίν*: Vat. *αὖτ' ἄρ' εἰσίν*. Ex his vestigiis eruit Herm. haec: *Χο. αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί; Οἰδ. κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί.*

Ἆρα συνδεσμὸς ἀπορηματικός Apollonio de coni. p. 490 sqq. Longe plurimis locis interrogationem orditur talem quidem, ad quam quid responsi laturi simus, ambiguum est. Sic recte iam schol. Dion. Thr. p. 969, 16.

1. *ἆρα* solum quaestioni praefixum. *ἆρ' ἔστιν, ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν;* Phil. 652. *ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω;* 964. *ἆρα δεύτερον δολούμεθα;* 1272. Libri *οὐκ ἄρα* praeter Laur. A. in quo *οὐκ ἆρα*, utrumque, cum

sententiae pariter et versus detrimento. Porsonus praef. Hec. p. X. *ἀρ' οὐ* vel *ἄρα* scribi iubet, quorum hoc solum verum est. *ἀρ' οἶσθ' ἀφ' ὧν εἶ;* Oed. R. 415. *ἀρ' ἂν — μάθοιμι* 924. *ἀρ' οἶσθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων;* 1014. *ἀρά μου μέμνησθε* 1401. *ἀρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς — μόλοι;* Oed. Col. 70. *ἀρ' ἔστιν; ἀρ' οὐκ ἔστιν;* 317. *ἀρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;* 784. *ἀρ' ἐγγὺς ἁνήρ; ἀρ' ἔτ' ἐμψύχου — κιχήσεταί μου;* 1483. *πῶς; ἀρα θείᾳ — τύχῃ;* 1581. *ἀρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς — τελεῖ;* Ant. 2. *ἀρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;* 401. *ἀρ' ἀχνύμενος ἥκει —;* 623 an. *ἀρ' ἴστε —;* 874. *ἀρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἀρα φράζεται —* 1035. Sermo interruptus reticentia resumitur v. 1037. *— ἀρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας, ἃ'ν λέγῃς, λέγων;* 1044. *ἀρ' εἰμὶ μάντις; ἀρα δυςτυχεστάτην κέλευθον ἕρπω —;* 1197. *ἀρ' οἶσθα δῆτα —;* Trach. 76. *ἀρ' ἀνώνυμος πέφυκεν;* 376. *ἀρ' ἐξῄδης ὅσον ἦν κέρδος σιγῇ κεύθειν —;* 984 an. *ἀρ' ἠμπόληκας;* Ai. 957. *ἀρ' ὑμιν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν ἔνδικα;* 1261. *ἀρα — ἂν αἰσχυνοίμι τοὺς πρὸς αἵματος;* 1283. *ἀρ' ἔστιν ἡ δύστηνος Ἠλέκτρα;* El. 80. *ἀρ' ἔχει καλῶς;* 780. *ἀρ' ὑμιν — κάνακωκῦσαι δοκεῖ;* 794. *ἀρά μοι καλῶς ἔχει;* 806. *ἀρα — ὀρθά τ' εἰςηκούσαμεν* 1087.

2. *ἀρα* cum negatione *οὐ* colligatum efficit, ut *responsum affirmans* exspectari videatur (*nonne*). *ἀρ' οὐχὶ μῶρόν ἐστι τοὐγχείρημά σου;* Oed. R. 540. *ἀρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος;* 823. *ἀρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;* 828. *ἀρ' οὐκ ἄμεινον, ἢ οὔ, τὰν Θήβαις φρονῶ;* Oed. Col. 795. *ἀρ' οὐχ ὕβρις τάδε;* 887. *ἀρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος;* Ai. 1013. *ἀρ' οὔ σοι δοκεῖ χωρεῖν ἂν εἰς πᾶν ἔργον —;* El. 604.

3. *Ἀρα μή* id est fere quod *μῶν*, *non spero fore* (*doch wohl nicht*). *ἀρα μὴ δοκεῖς λυπηρὰ αὐτῇ ταῦτα τοῦ φόνου φέρειν;* El. 438. Statim sibi ipsa Electra respondet *οὐκ ἔστιν. — ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἀρα μὴ κλύων τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει* Ant. 628. Quo loco, qui Electrae illud bene explicuerat, Schaeferus, mirum est, quomodo *ἀρα* habuerit *συλλογιστικόν*, Mel. Cr. p. 66. 92., ut Valck. ad Hipp. 1315. Heindorf. ad Plat. Charm. p. 73.

4. Aliquoties reperitur *ἀρα* ubi ad sententiam melius *ἀρ' οὐ* conveniat. Notarunt Schaef. Mel. Cr. p. 89. Herm. ad Vig. p. 823. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 476. ad Protag. p. 496. Stallb. ad Rpubl. VIII. p. 223. — *ἀρ' ἔστι ταῦτα δὶς τόδ' ἐξ ἁπλῶν κακά;* Ai. 270. *ἀρ' ἔφυν κακός;* Oed. R. 822., quippe statim consequente *ἀρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος;* *ἀρ' ἄθλιον τοὔνειδος — ὠνείδισ' εἰς σὲ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος;* Oed. Col. 757. Ineptum est *num forte miserum in te meque et omnem ostrâm gentem conieci opprobrium?* Callidus simulator, quasi invitus

loqueretur, Creon haec dicit: *nonne miserum est, quod tibi mihique exprobrare cogor?*

5. Sed inverso ordine verborum poetae ἄρα *a fronte interrogationis removent.* Levior fit ordinis usitati violatio, cum allocutio praefigitur, ut in illo Ant. 628. ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων — πάρει; quod sic dici oportuit: ὦ παῖ, ἆρα μὴ πάρει λυσσαίνων. Nam minus recte hunc locum interpretatur Hermannus praef. Oed. Col. p. XVII. Alia haec sunt: βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τῆνδε τὴν ὁδὸν πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς; Ai. 726. Sic verba compone: ἆρ' ὁ πέμπων βραδεῖαν ὁδὸν ἡμᾶς ἔπεμψεν. Male vulgo post βραδύς distinctione maxima interpungitur. Hermannus p. XXI. exclamationem iubet esse, quae interrogatio est, ut οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προςμῖξαι θρασύ; Phil. 106. οὐκ ἆρ' ὁ πέρσων, ὡς ἐφάσκετ', εἰμ' ἐγώ; 114. ἀλαῶν ὀμμάτων ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος, δυςαίων; Oed. Col. 149 ch. Sed omni exceptione maior locus est οὐκ' ἆρ' Ἀχαιοὶ ἄνδρες εἰσί, πλὴν ὅδε; Ai. 1217. quem, etiamsi quis maxime vellet supra memoratos ex confusis formis ἄρα et ἆρα explicare, sic interpretari non posset: aperte significatur ἆρ' οὐκ εἰσίν. Id ipsum est in codd. Ien. et Mosq. b.

6. Relinquuntur autem aliquot exempla manifesto sine interrogatione prolata, quibus cum omnes machinas Hermannus admoverit, ut pro *exclamatoria interrogatione* venditaret, nec quomodo ea vis in ἆρα inesse possit, demonstravit, nec cuiquam persuadebit aliam quam *coniectandi apud se de re gravi et insperata maxime* significationem inesse. Sic rectius illud decretum constabit, ἆρα versus lege nonnunquam pro ἄρα dici. οἴμοι ταλαίνης ἆρα τῆςδε συμφορᾶς El. 1170. ᾤμοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης Ai. 959. ὦ Πόλυβε — καὶ τὰ πάτρια — δώμαθ', οἷον ἆρά με κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε Oed. R. 1395. Haec exclamatio est, sed animi cum miratione indignabunda apud se cogitantis. ἔσται ποτ' ἆρα τοῦτο Καδμείοις βάρος Oed. Col. 410. καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα θήσεις 862. Iure in poeta recensendo interrogandi signum omisit Hermannus, male apposuit in praefatione p. XIX. οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος Ἄργους ἀφωρμήθημεν 1402, quod proxime cum Oed. R. 1395 convenit. ἦ δεινὸν ἆρ' ἦν, ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν αὐτῷ ξυνείδῃ inc. XV. 2 (669 D.). sententia non absoluta: certe ξυνείδῃ non referendum ad ἐσθλὸς ὤν. Quare fortasse transponendum ἦ δεινὸν ἦν ἆρ'. Duo exempla sunt cum *interrogatione* proferenda, in quibus nihilominus συλλογιστικόν reperitur ἆρα pro ἄρα dictum, quia quaestioni instituendae praefixum τίς. τίνος ποτ' ἆρ' ἔρξει (libri ἔπραξε) χειρὶ δύςμορος; Ai. 889 ch. ὦ θεοί, τίς ἆρα Κύπρις ἢ τίς Ἵμερος τοῦδε ξυνήψατο; inc. LIII. (710 D.), ubi τίς, cum statim sequatur exclamationem ὦ θεοί, inclinari non

potuit. Quae cum ita sint, et alia ut Phil. 106. 114. neque sensus causa patiantur et ea medicina non egeant, lubricum negotium est cum Elmsleio scribere οὔτἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσωσίν ποτε Oed. Col. 409. Recte libri οὐκ ἄρα, syllogistico ἄρα in ἆρα producto: nec de hoc loco quidquam in praef. Oed. Col. l. c. perfecit Hermannus. De Ai. 1347. Elmsleii sententia vincit: v. ἄρα.

Ἀρά (ᾰ) 1. *exsecratio.* Rarior singularis plurali numero. μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε τῆς ἀρᾶς ἔτι Oed. Col. 869. ἄφωνος ἀρᾶς est qui *diris abstinet.* Libri γῆς; τῆς a multis certatim repositum; male Reisig. σῆς. στυγερὰν ἔχε δύςποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις Phil. 1106 ch. *averte diras in alios.* Schol.: καταρῶ τοῖς ἄλλοις καὶ μὴ ἡμῖν. — τελοῦσ' ἀραί El. 1409 ch. τὰς σὰς ἀκούων οὐ μενεῖ τοιάςδ' ἀράς Oed. R. 295. ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς δεινὰς προβάλλων 744. οὔτις ἄλλος ἢ 'γὼ — τάςδ' ἀρὰς ὁ προςτιθείς 820. οὐ μὰν ἐν ἐμοὶ προςθήσεις τάςδ' ἀράς Oed. Col. 152 ch. πικρὰς ἀρὰς ἠρᾶτο 956. κακάς Ant. 423. τοιάςδ' ἀρὰς σφῷν — ἐξανῆκ' ἐγώ Oed. Col. 1377. ἀρὰς ἅς σοι καλοῦμαι 1386. ἐάν γ' αἱ τοῦδ' ἀραὶ πατρὸς τελῶνται 1409. — 2. *vindicta ex diris.* ἀλλά τοι θεῶν ἀρὰ μένει σ' ἀπιστήσαντα Trach. 1229. Et aliquanto propius ad προσωποποιΐαν accedens: μητρός τε καὶ — πατρὸς ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆςδε δεινόπους ἀρά Oed. R. 418., ubi ambigo, scribendumne sit Ἀρά, ut Erinys intelligatur, quod iam Wunderlichio visum Obs. in Aesch. p. 89., quamvis adversetur Erfurdtius. Certe vel Hermannus edidit ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρά El. 111 an., quem versum Suidas affert v. Περσεφόνη. Infelix ibi coniectura est Musgravii Ἄτα, quod nec eo sensu dicitur et metrum perdit: suborta illi, quod Ἀρά et Ἐρινύες illo loco distinguuntur, quamquam hae sese ipsae Ἀράς vocant Aesch. Eum. 414. — De accentu constat secundum Etym. M. p. 134, 11. ab αἴρειν τὰς χεῖρας origine repetentem.

Ἀραγμός *planctus.* στέρνων ἀραγμούς Oed. Col. 1605.

Ἀραῖος. 1. transitive *qui diras imprecatus est.* μετῶ σ' ἐγὼ καὶ νέρθεν ὢν ἀραῖος εἰςαεὶ βαρύς Trach. 1192. Suid. v. ἀραῖος. — 2. *Qui cum precibus et imprecatione coniungitur aliqua necessitate:* πρὸς ἀραίου Διός Phil. 1167 m. Schol. ἱκέσιον Δία comparans explicat ᾧ πάντες πρόςευχόμεθα ἢ ὃν ἐπικαλούμεθα ἀρώμενοι. — 3. Passive, *quem dirae tangunt.* ἀραῖον, κατάρατον Hesych. ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες Oed. R. 276. ὥςπερ με εἷλες διὰ τῆς ἀρᾶς Eustathius explicat p. 1809, 14., qui εἷλες legit. ἀραῖος — ὀλοίμην Oed. R. 642. Suid. v. ἀραῖος. ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν, οὐδ' ἔτι μενῶν δόμοις ἀραῖος 1291. Hoc quomodo transitive explicari posse putet Elmsl. ad Med. 595, ignoro. πρὸς οὓς ἀραῖος ἄγαμος ἅδ' ἐγὼ μέτοικος ἔρχομαι Ant. 859 m. quae de misera

sua conditione omnibus quasi detestabili visa Antigone dicit; fortasse etiam sese patris et matris diris tactam, ut schol.: *ἐπικατάρατος διὰ τὰ ἐκείνων ἁμαρτήματα.* — Locum Polyid. VI. 2 (467 D.). *ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖός μοι νέκυς* si recte interpretatur Hesychius v. *ἀραῖος, οἷον ἀρὰν προσετρίψατο*, *transitive* significat: sed ambigo. Quod addit, *καὶ κατ' εὐχῆς* male a Wakefieldo correctum *καὶ κατευχάς*, sic explicandum, ut ex more veterum, qui lexica condidere, *τίθεται* subaudiatur, valetque eo, quod *ἀραῖος* etiam *εὐκταῖον* significat. — De tono monet regula Arcadii p. 42, 28.

Ἀραιός. ἀραιάς βλαβεράς Hesychius ex Alcmaeone IV. 2 (97 D.). Rectius puto Homerico exemplo *πηρούς* explicaturum fuisse. Sed *ἀραῖος* et *ἀραιός* iam antiquitus fuisse confusa ostendit Etym. M. p. 134, 23.: *ἀραιήν, ἀσθενῆ, ἀδύνατον, παρὰ τοῦ ῥαίω — ἢ βλαβερὰν ἢ εὐκταίαν.* Herodianus l. c. p. 134, 20 aspero usurus erat spiritu (coll. Arcad. p. 198, 28. et Piers. ad Moer. p. 179.); alii contradicebant l. c. v. 37., nec videtur pervicisse. De tono Arcad. p. 44, 5.

Ἀράομαι 1. *precor.*, de qua significatione permutatisque *ἀρά* et *εὐχή* cf. Valck. ad Phoen. 70. — *τὴν ἐγὼ — θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν* Trach. 48. *ἥ σε πολλάκις θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν* Ai. 504. *σφῷν δ' οὖν ἐγὼ θεοῖς ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν* Oed. Col. 1447. — 2. *exsecror*, *diras imprecor.* *παθεῖν ἅπερ τοῖσδ' ἀρτίως ἠρασάμην* Oed. R. 251. *ἀραῖος ὡς ἠράσατο* 1291. *εἰ μή μοι πικρὰς — ἀρὰς ἠρᾶτο* Oed. Col. 956. *τοιαῦτ' ἀρῶμαι* 1391. *τὰ σκληρὰ πατρὸς κλύετε τοῦδ' ἀρωμένου* 1408. *ἀρὰς κακὰς ἠρᾶτο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις* Ant. 424. — Gr. Bekk. An. p. 442, 16. *ἀρᾶται, εὔχεται ἢ καταρᾶται ἢ ἐπιθειάζει.* In versu Pherecratis, quem deinde in exemplum addit, scribendum *κἀπιθειάζει πατρί* pro *κἀπιθειάζει τῷ πατρί.* — *ᾱ* cum sequitur *σ*, producitur.

Ἀραρίσκω *firmo.* *ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας* El. 144 m. *ἄραρεν* Herm. ex schol. Rom. pro *ἄραρε*; etiam Laur. A. *ἄραρεν.* Monkius ad sensum comparat Hom. Od. ι. 95. *ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ.* Quod si cui non placeat *ἄρεσε* scribi posse cum Brunckius dicit, pessime fecit: nec enim prius non agnoscitur ab omni fontium genere, libris, scholiasta, Suida v. *ἄραρέ με*, Eust. p. 725, 55; nec *ἄρεσε* ad sententiam aptum est. Recte autem idem hic et ad Andr. 254. monuit, mediam aoristi transitive significantis corripi, perfecti *ἄραρα* intransitive dici soliti produci. Nam nec apud Homerum transitive positum exstat *ἄρηρα* v. ap. Nitzsch. ad Od. ι. 247.; et quod participium *ἀραρυῖα* alterum *ᾰ* corripit, versus commoditate pervictum; quin et hoc Hesiodo producitur Theog. 608., et in trisyllabis formis productio perpetua

scribiturque η. Hoc perfecto ἄραρα Sophocles usus non est. Scribendum autem ἄραρα apud tragicos dudum monitum a Brunckio ad Med. 326. Valck. ad Hipp. 1090. Porsono ad Or. 1323. Blomf. ad Aesch. Prom. 361. Quamquam ἄρηρα Aeschylo tribuitur ab indocto scholiasta Hesiodi Scut. 271., et Elmsleius, ut solebat singularia captare et damnatis patrocinari, hoc probat ad Med. 728. Sed post collatos in usum Matthiae codd. Euripidis rem certam esse puto. Hunc vide ad Med. 326. 1182. Hipp. 1088. Or. 1325. Andr. 255. In El. 942 ἀραρών media producta iure a Scaligero inde ἀραρώς exaratur; in Herac'. 398. codd. et Ald. ἄρηρε feruntur habere, sed duo apud Elmsl. libri veram scripturam servarunt.

Ἀράσσω (ᾰ) *ferire* (*fodere*). 1. ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα Oed. R. 1276. quem versum prave scriptum exhibet Plut. de Am. Lib. p. 476, D. διπλᾶς ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί Ant. 52. ἀραχθὲν ἕλκος 961 ch., loco dubio et difficili libri habent et explicatur a scholiasta et Triclinio τυφλωθέν; quod insani hominis esse, si voluisset, dicit Hermannus, violenter totum locum refingens et communius vocabulum τυφλωθὲν rariore ἀραχθὲν expulsum affirmans. v. ἄτερθε. — 2. *figurate* dictum: χολωθεὶς — ἤρασσον κακοῖς τοῖς πᾶσιν Phil. 374. Schol.: ἔβαλλον, κατηρώμην, ὕβριζον. ὀνείδεσιν ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν Ai. 712. Schol. ἔπληττον, ἐβλασφήμουν. Affert Suid. v. ἤρασσον. ἐξαράσσω sic ab Aristophane dictum comparat Lobeckius. Ceterum hic locus additis adverbiis ἔνθεν κἄνθεν viam monstrat verbi a corpore huc illuc trahendo corripiendoque ad convicia et obiurgationes transferendi. Haud male verbum nostratium et cognatae stirpis conferas *reissen*.

Ἄρατος (⏑–) ἄρατον ἕλκος Ant. 960 ch. καταράσιμον schol.

Ἀράχνη θηλυκῶς τὸ ὕφασμα, ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς, τὸ ζωΰφιον θηλυκῶς δὲ Σοφ. Ἰνάχῳ (X. 6. 269 D.): πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει. Suid. et Gr. Bekk. An. p. 442, 3., apud quem παρ' Ἀττικοῖς scribendum pro παρὰ καλλίοις. Non esse perpetuum illud discrimen, nisi quod ἀράχνης de tela aranearum non dicatur, ἀράχνη autem utroque modo, iam Aeschyli loci ostendunt, Ag. 1471. 1497. cf. Blomf. gl. 1469. Barker. ad Etym. M. p. 1084. Valck. ad Adon. p. 373. Boeckh. ad Pind. fr. p. 182.

Ἀργεῖος *Argivus*. Ἐτέοκλος Ἀργεῖος γεγώς Oed. Col. 1318. Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος El. 683. In Ant. 15. Ἀργεῖος στρατός vitiosa scriptura est. Ἀργεία γένος Acris. IV. 1 (161 D.). — Ἀργείας χθονός Inach. X. 9. (270 D.), qui solus apud Sophoclem locus Ἀργεῖος adiective dictum refert. — Ἀργείων στρατός Ant. 15. sic Aug. b. Ald. Eust. p. 487, 3. et nunc Laur. A., reliqui Ἀργεῖος, quod in Laur. A. supra scri-

ptum. *Ἀργείων* El. 525. *Ἀργείων στρατῷ* Ai. 95. Phil. 418. Naupl. V. 1 (379 D.). *Ἀργείων φάτιν* Ai. 186 ch. *Ἀργείων ὕπο* 493. *Ἀργείων πάρα* 648. *τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων* 761. *μέγιστον Ἀργείων* 1310. *ἄνδρ' — ἄριστον Ἀργείων* 1319. *ἔχθιστος Ἀργείων ἀνήρ* 1362. *ἀπ' Ἀργείων* Phil. 556. — *τοῖσιν Ἀργείοισιν* Phil. 550. *πᾶσιν Ἀργείοις* Phil. 67. *π. Ἀργείοισιν* Ai. 67. *τοῖς π. Ἀργείοις* 709. *Ἀργείοισι* Phil. 932. Ai. 435. 1219. *ἐν Ἀργείοις μέσοις* Phil. 626. *ἐν Ἀργείοις* 1053. Ai. 44. *Ἀργείοις* El. 1451. Ai. 415 ch. — *Ἀργείους* Eriph. VII (208 D.). *τοὺς πάντας Ἀργείους* Phil. 47. *κατ' Ἀργείους* Lac. II. 2 (337 D.). — De tono v. schol. Il. φ. 471.

Ἄργεμος, ἄργεμον. ἀργέμων, τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων, οἱ δὲ ὀφθαλμιῶν. Hesychius ex Herc. Taenar. III. 2 (221 D.). Convenit Eust. p. 1430, 60., et *ἄργεμον λεύκωμα* explicat etiam Etym. M. p. 135, 35. Eustathius Didymum testatur, etiam ceterorum, puto, doctrinae fontem. Inde considerata Hesychii glossa ambiguum videbitur, utrum *ἄργεμος*, qui morbus est oculorum, an *ἄργεμον*, quae sunt leucomata morbo effectae Sophocles posuerit. Cf. Abresch. ad Aesch. Choeph. p. 663.

Ἀργέω **iners sum.** *θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται* Iphig. I. 2 (288 D.). *χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσε στέγος* inc. LXXII. 1, 2 (742 D.). Iners domus dicitur, quae non habitata quasi officio non fungitur.

Ἀργής **candidus.** *τὸν ἀργῆτα Κολωνόν* Oed. Col. 676 ch. Schol. *λευκόγεων.* Argillaceum solum oleis gignendis bonum esse secundum Musgr. Reisigius ostendit enarr. p. XCVIII.; nec probabile est *τὸ λεπτόγεων*, **aridum solum** intelligi, ut fecit contra illos disputans Poppo Comm. ad Thucyd. vol. VII. p. 36. — *ἔχριον ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ* Trach. 672 libri omnes. *εὐείρου* Valck. ad Phoen. 994. cum Brunckio, *εὐέρου* recte Lob. ad Ai. p. 342, *πόκον* omnes, ne ι dativi elideretur, quod tamen ipsum Schaeferum non offendit. Hermannus *ἀργῆτι* plene scribit, synizesin enim fieri, non elisionem: qualem inauditam Tragicis neque hic videtur firmasse nec El. D. Metr. p. 55, ubi nihilo certiora videas. Neuius et Apitzius *ἀργῆτα* ad *πέπλον* referunt, idque recte haud dubie. — De accentu v. Arcad. p. 23, 21.

Ἀργία **otium.** *πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος* Palam. I. 4 (380 D.).

Ἀργινεφής **albus.** *ὀπὸν ἀργινεφῆ* Rhizot. I. 2 (479 D.).

Ἀργίπους **albis pedibus.** *δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελὼν* Ai. 233 an. Schol., ut solent, dubitat, utrum *ταχύποδας* an *λευκόποδας* interpretetur. De genere compositorum illo satis advocasse Viri Summi parerg. ad Phryn. p. 665.

Ἀργόθεν *ex Argis*. τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν φῶτα βάντα Ant. 106 ch. Lacunae explendae causa Brunckius ἐξ Ἀργόθεν metro glyconico vitiato, sed talia illa aetate ignorabantur: Erf. in ed. mai. ἀπ' Ἀργόθεν, Hermannus Ἀργόθεν ἐκ. Passovius apud Wex. in syll. Ἰασόθεν, cuius interpretatio fuerit Ἀργόθεν, sed nemo dum Ἴασον substantivum fuisse demonstravit. Eiusdem alteram coniecturam Ἀργεΐθεν refutavit Hermannus. — De tono accurate disseruit Apoll. de adv. p. 605, 9.

Ἀργολιστί *Argivo more*. μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς Ulix. Insan. I. 2 (411 D.). De tono v. Apoll. l. c. p. 544, 25. 545, 13.

Ἀργός *segnis*. γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν Phil. 97. ἀργήν Par. F. et Eust. p. 486, 26. 779, 17. Suidas vero v. ἀργός et schol. cum ceteris libris ἀργόν. — κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο Oed. Col. 1601. *infectum*. Theognidem comparat Schaeferus v. 597, si probetur ibi Eldikii coniectura ἀ ρ γ ά pro ἔργα; Iacobs. ap. Doederlinum illud Eur. Phoen. 778.: ἓν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν. Reisigius *neglectum* interpretatur, ut Oed. R. 287. οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην a scholiasta οὐκ ἀργῶς explicatum. Sed hoc ipsum longe elegantius interpretabimur *ne hoc quidem infectum esse sivi*, οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην ὥστε ἀργὰ εἶναι. — In Pandorae fr. II. 3. (432 D.) haud dubie recte a Brunckio scriptum καὶ πρῶτον ἀ ρ γ ὸ ν πηλὸν ὀργάζων χεροῖν pro ἄρχον vel ἄρχων: *lutum non subactum* dicitur. Huschkius diss. de Archil. p. CCVI. ἀ ρ χ ό ν, comparans *principem limum* Horatii Carm. I. 16, 13. — De tono v. Arcad. p. 46, 21.

Ἄργος *urbis* et *terrae* nomen. παλαιὸν Ἄργος El. 4. ὡς — Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξον Oed. Col. 381. Ante Brunck. καθέξων legebatur. Idem locum interpolavit, bene explicatum ab Hermanno. τὸ κοῖλον Ἄργος Oed. Col. 379. 1389. Epig. V. (197 D.). κατ' Ἄργος Oed. Col. 1169. Ἄργος ἐς τὸ Δωρικὸν 1303. ἐς Ἄργος 1418. Inach. XI. 5 (265 D.). — Ἄργους Oed. Col. 1327. 1403. In. II. 3 (256 D.). ἐν Ἄργει Synd. VIII. 4 (153 D.). Lac. III. 2 (339 D.). Ἄργει κοίλῳ Tham. V. 2 (230 D.). Θαμύρᾳ scriptum ap. schol. Oed. Col. 378. Br. (= 379).

Ἄργυρος *argentum*. οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος, κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε Ant. 295. ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδοὺς 322. εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ ἐπράσσετ' ἐνθένδε Oed. R. 124.: *nisi Thebis interfector Laii data pecunia subornatus esset*. Triclinius: εἰ μή τις τῶν πολιτῶν διέφθειρεν αὐτὸν χρήμασι πείσας, rectius quam scholiasta Creontem tangi existimans, etsi nihil prohibet, quominus universe dictum videatur. De tono v. Arc. p. 72, 5.

Ἄρδην. 1. Proprie *urceo alte sublato.* Eust. p. 707, 37: *ἐκ τοῦ αἴρειν, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἀείρειν γίγνεται τὸ ἀέρδην. ἔστι γάρ, φασίν, τὸ ἄρδην ἀντὶ τοῦ φοράδην.* Addit auctorem Euripidem. Eadem ab origine repetit Etym. M. p. 137, 46, sed perperam *ὁμοῦ* interpretatur; item Gud. p. 74, 40 hoc quidem auctore Philoxeno. De origine et accentu v. optimum auctorem Apoll. de Adv. p. 611, 23 sqq. Herod. *π. μον. λεξ.* p. 28, 7. Hesychius: *ἄρδην, φοράδην, ἢ παντελῶς ἢ ἀθρόως ἢ ἐξ ὁλοκλήρου.* — *ἐξ εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει* Ant. 426. *Vase alte sublato copiose libat*, nihil ut relinquatur. — 2. Tralate *penitus.* cf. Schneider. ad Xen. Anab. VII. 1, 12. C. F. Hermann. ad Luc. de H. Conscr. p. 110. *ἐς ναυτικὰ σκάφη πηδῶντος ἄρδην Ἕκτορος* Ai. 1258. *summa vi.*

Ἀρέσκω placeo. *ὅστις τάδ' ἐστ' ἀρέσκοντα* Oed. R. 274. *δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω* Ant. 75. *οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλιστ' ἁδεῖν με χρή* 89. *σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει* 211. *τῷ τοῦτ' ἤρεσεν* El. 401. *ἃ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκεν κριταῖς* Ai. 1222. Aug. b. *ἤρκεσκε*, Aug. c. *ἤρκεσεν.* Semel *cum accusativo* ponitur metro conveniente: *οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη* Ai. 581, quem versum afferunt schol. Ar. Plut. 69 et Greg. Cor. p. 67. atticam eam structuram vocans uterque, sicut Moeris p. 175., Lesbonax Valckenarii p. 182., eandem etiam Graecis tribuens Asianis: cf. Intpp. Moeridis l. c., Brunck. ad Ar. Plut. 353. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 29. Monk. ad Hipp. 184. Sed utrumque dicendi genus tanquam probum agnoscit Herodianus p. 465. — *Passive* legitur: *ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων ἀρεστὸν οὐδέν, μήδ' ἀρεσθείη ποτέ* Ant. 496. Haec librorum scriptura, cum *ἀρέσκεσθαι* nunquam verbum neutrum sit, vera esse non potest. Elmsl. *ἀρέστ' εἴη*, Hermannus *ἀρεσθείην*, quod elegantius.

Ἀρεστός placitus. *ἀντὶ τοῦ ἀρέσκων* Gr. Bekk. An. p. 80, 20. *ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων ἀρεστὸν οὐδέν* Ant. 496. *Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη* Oed. R. 1096 ch.

Ἀρετή virtus. 1. *νικᾷ γάρ ἁ 'ρετή με τῆς ἔχθρας πολύ* Ai. 1336. In Aug. b. et Stob. ed. princ. Serm. XVII. (XIX) *ἀρετή.* In quibusdam codd. et Eust. p. 642, 10. 879, 7. 1198, 38. 1910, 20. *ἡ ἀρετή* ut nunc edidit Hermannus: *ἡ 'ρετή* certe falsum est, sed *ἁ 'ρετή*, sicut olim scripserat, probabilius v. *ὁ.* — *ἀρετῆς ἕκατι* Phil, 665. *πάσας ἀρετᾶς λάφυρ' ἔχων* Trach. 642 ch. *τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν μεγίστας ἀρετᾶς* Ai. 610 ch. *μέγιστα* Ven. et alii quidam libri contra versus legem. *ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι* Eriph. I (202 D.). — *ἀρετῇ δὲ πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος* Phil. 1411. — 2. *Praemium virtutis* significare videbatur Musgravio et Martino: *ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον* Phil. 1406 de Hercule dictum, quod student efficere ex Suida, Gr. Bekk. Anecd. p.

443, 33. Plat. Symp. p. 208, d. Pind. Ol. VII. 163. Sed recte Hermannus ostendit, *ἀρετήν* non dici nisi *praestantiam*, nec quidquam dicit Hercules, nisi *virtutem suam assecutam esse immortalitatem*. Verba sic componenda *ἀρετὴν ἴσχον ἀθάνατον* i. e. *ὥστε γενέσθαι ἀθάνατον*.

Ἀρήγω defendo, opitulor. *κυρίως τὸ μετ' εὐχῆς βοηθεῖν* Etym. M. p. 141, 14. — *ἀλλ' ἀρήγετ', ἐς τ' ἐγὼ μόλω* Ai. 1162. Affert Etym. v. *ἔς τε.* *ἢ χρῆν σ' ἀρήγειν* El. 519. *ἔλθετ' ἀρήξατε* El. 115 an. *ἀρήξατ' εἰςελθόντες εἰ δύνασθέ τι* Ai. 322., de qua structura v. Elmsl. ad Med. 1242. *τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ* Ai. 986. *ἀρήξαντα* accusativum esse, sive *μοι*, sive, ut apud Suidam v. *ποῖ*, *με* legatur in prioribus, recte monet Elmsl. addend. ad Heracl. 693.

Ἄρηξις auxilium. *ποίαν λάβω θεῶν ἄρηξιν ἢ βροτῶν;* Oed. Col. 833. *πόθεν δ' ἂν εὕροις τῶν ἐμῶν σὺ πημάτων ἄρηξιν* El. 864. Suid. v. *ἴασις*. Schol. *προςκαίρους θεραπείας* interpretatur.

Ἄρης n. pr. I. *Formae.* *Ἄρης* Oed. Col. 1067 ch. 1676 ch. Ant. 139 ch. 942 ch. 958 ch. Ai. 692 ch. Trach. 650 ch. El. 96 an. 1235. 1377 ch. Thyest. I. (234 D.). Phryg. I. bis. (649 D.). inc. LVIII 9 (720 D.).

Ἄρεος. El. 1415. Oed. Col. 951. Ant. 125 ch. Hoc solum esse Sophocleum excluso Ἄρεως, primus advertit Brunck. ad Oed. Col. 947. (= 951), contra Koenium disputans, qui illo ipso loco formam a Gregorio Aeolensibus adiudicatam apud Sophoclem legi dixerat. Eundem Brunckius in forma Ἀρεώς sequitur ad Ar. Av. 835; rectius autem Ἄρηος Aeolum perhibetur: v. Valck. ad Theocr. Adon. p. 302, B. Elmsleius si ad Oed. Col. adscripsit, non dici Ἄρεος, nisi metri causa, addere debuit, apud Sophoclem unum illud metro convenire. Nam El. 1415. Oed. 951. Ἄρεος in senariis legitur et arsi quidem duas priores syllabas complectente, ut de anapaesto vel synizesi cogitari nequeat: in Antigona 125. Ἄρεος eadem lege trochaeum aequat. Nec ullo tragicorum loco certas sedes Ἄρεως habet; ut Eur. Alc. 516 in una editione Lascaris reperitur, etsi metrum utrumque patiebatur, sicut Aesch. Sept. 64. 110. Apud prosarios Attici sermonis auctores aliquanto certiore fide est, velut de Platone post Schneideri curas constat ad Rpubl. vol. I. p. 228. Grammaticorum Atticis vindicat Ἄρεως Etym. M. p. 140, 12. Ex Herodiano autem ap. Eust. p. 518, 22., etsi paulo obscurius refertur eius disputatio, hoc constat, Ἄρεως dictum quidem esse Atticis, non ut solum obtineret tamen: in eaque sententia et Buttmannum esse video Gr. Mai. add. vol. II. p. 404. et Matth. vol. I. p. 194. Quare iniuria Dindorfium existimo Ἄρεως scripsisse Ar. Ran. 1032. Av. 839., quorum illo loco nullius, hoc incertae auctoritatis est.

Ἄρει Ai. 607 ch.

Ἄρη Oed. Col. 1050 ch. Nam Ἄρην soli Vat. et Laur. B.; ut 1393 rursus soli Vat. et Ven. Ai. 247 ch. Ἄρη Brunckius ex suis duobus, ut tribus Iohns. Rell. ut ed. Ald. Ἄρην, quod ad Persas 84. adnotationem scribens magis Atticum Brunckius iudicarat. Ἄρεα poetica diaeresi Oed. R. 190 ch. Ἄρην semel tutum est propter sequens ἰώ, ne hiatus admittatur, Ai. 1175: codd. et hic fluctuantur: Suid. v. ὤφελε Ἄρην. Igitur Ἄρη non testatius solum apud Sophoclem, sed tutissimum etiam propter illud Ἄρεα. Probabat hoc Valck. ad Phoen. 136. 943. 1013. Sed Ἄρην defendit Porsonus ad Phoen. 134 (= 136) bene eatenus, quod illo certe loco plurimos testes habet. Nam et 950 (943) libri fluctuant, quod vel de prosa oratione certum est: v. Bekker. ad Plat. vol. II. p. 46. Sed quod metro flagitari Ἄρην Porsonus affirmat Aesch. Sept. 45., secus est, atque etiam libri Ἄρην, Ἄρη τε et Ἄρην τε tueri videas. Iure igitur Ἄρη restituit Dindorf. praef. Scen. Gr. p. VII. Ceteris Aeschyli locis Ἄρη aut magis altero commendatur a libris, aut certe non minus. Sed editores haudquaquam sibi constiterunt

Ἄρης primam nonnunquam producit extra trimetros. V. Kuehlstaedt. de Dial. trag. p. 71. Fit hoc apud Sophoclem in anapaestis El. 96., in choriambicis Ai. 247. 607. Ant. 139.

II. *Usus.* 1. *Deum belli* et discordiae malorumque universe omnium significat. Nec tamen omnia exempla pariter manifestam personae notionem exhibent. *ὃν — φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν* El. 96. *τὸ δυσέμεστον αἷμα φυσῶν Ἄρης* 1377 ch. *ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης* Ai. 692. cf. Musgr. et inprimis Lobeck., in cuius disputatione cum cetera optima sint, non videtur tamen probare debuisse scholiastae explicationem *Ἄρης ἡ λύσσα, ἡ μανία.* Scilicet quam iniecerat rabiem Mars discordiarum et malorum omnium auctor, eam rursus depulit. *ἄχος* potius *λύσσαν* significat, sic dictam illam, quod Aiacis familiaribus gravem genuerat calamitatem. Huic simillimum est *νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν* Trach. 650 ch. Bello finito Mars eius concitator Herculis laborum finem fecerat. *Ἄρεα — ὅς νῦν — φλέγει με* Oed. R. 190 ch., ubi pestilentia ad eum auctorem refertur. *Ἄρεος εὔβουλον πάγον* Oed. Col. 951. *καλῶ δ' Ἄρη, τὸν σφῷν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμβεβληκότα* Oed. Col. 1393. *τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα μέγας Ἄρης* Ant. 139 ch. *ἀγχίπολις Ἄρης* 958. Salmydessi quasi *accola* dicitur propter bellicam Thracum circum habitantium ferociam. *τοὺς εὐγενεῖς γὰρ — φιλεῖ Ἄρης ἐναίρειν* Phryg. I. 2 (649 D.). *Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται* ib. 4. *πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται* Thyest. I (234 D.). *τυφλὸς — Ἄρης συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά* inc. LVIII. 9 (720 D.). Bellum si-

gnificatur, sed belli auctor Mars nominatur per *προσωποποιίαν*. — 2. *discrimen bellicum.* *πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ δυσχείρωμα δράκοντι*, Ant. 125. *πρὶν δή ποτε θουρίῳ κρατοῦντ' ἐν Ἄρει* Ai. 607, quae duo exempla a prima ad alteram significationem viam muniunt. *ὃς στυγερῶν ἔδειξεν ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν Ἄρην* Ai. 1175 ch. *τὸν χαλκοβόαν Ἄρη μίξουσιν* Oed. Col. 1050 ch. *δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης* 1067. *pugna cum accolis*, nisi aliter intelligendum. — 3. *caedes.* *πεφόβημαι λιθόλευστον Ἄρη ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε τυπείς* Ai. 247 ch. Schol. alter *τὸ λευσθῆναι*, alter *τὸν θάνατον*, rectius utrumque coniunxissent, *τὸν λεύσιμον θάνατον*. *ὅτῳ μήτ' Ἄρης μήτε πόντος ἀντέκυρσεν* Oed. Col. 1676 m. Schol. *πόλεμον* explicat, ego *φόνον* interpretor, nullo ut violentae mortis genere periisse Oedipus dicatur. Cf. Boeckh. Expl. Pind. p. 342. — 4. *animus bellicus et fortitudo.* *κἀν γυναιξὶν ὡς Ἄρης ἔνεστιν* El. 1235. Et sic fortasse intelligas Oed. Col. 1067.

* *Ἀρητός.* Hesychius: *ἄρητον, βλαβερόν, πολυχρόνιον. Σοφοκλῆς συνώνυμον, ὕστερον.* Emendarunt *ἀρητόν* recte: ingeniose etiam Scaliger *Σίνωνι* pro *συνώνυμον*. Malim vero *Οἰνομάῳ*, ut sit fr. VII. Dindorfius non recepit (ᾰ?).

Ἄρθρον artus. *ἐμοῦ ποδὸς ἄρθρον* Phil. 1187 m. *ipse pes.* *κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμῶ* 1192 m. *ἄρθρα — ἐνζεύξας ποδοῖν* Oed. R. 718. ubi articuli pedum intelliguntur, velut *ποδῶν ἂν ἄρθρα μαρτυρήσειεν τὰ σά* 1032, et *μάρψας ποδός νιν, ἄρθρον ᾗ λυγίζεται* Trach. 779. Generatim *de membris corporis:* *προσπτύσσεται χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον* Trach. 766. Mire *oculorum* in capite quasi *compages* significatur: *ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων* Oed. R. 1270. Argutius quam vere scholiasta: *ἐκέντησε τὰ μέρη τῶν ἑαυτοῦ ὀφθαλμῶν, ἔνθα ἁρμόζεται τὰ βλέφαρα, τουτέστι τὰς κόρας.*

Ἀριθμέω (ᾰ) *numero.* *πάντ' ἀριθμήσας* Phaedr. VII (601 D.). vulg. *ἀριθμῆσαι.*

Ἀριθμός numerus. 1. Proprie *πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς πλεῖστον δέδεκται Περσέφασσ' ὀλωλότων* Ant. 884. *εἰ λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν* Oed. R. 844. *ἐτέων ἀριθμός* Ai. 1165 ch. adsignificata *multitudine.* *ἐφεῦρε — σταθμῶν ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα* Naupl. V. 2 (380 D.). ex emendatione Heathii. — Adverbiascit: *εἰς ἀριθμὸν ἑξήκοντα δίς* Acris. XI. 4 (68 D.). *numero bis sexaginta.* — 2. Tralate *ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων, ἀλλ' ἔργα δεινά* Oed. Col. 383. Schol.: *οὐ μέχρι λόγων προκόπτοντα*: *non numerus verborum*, i. e. non verba inania, ut qui homines nihili sunt *ἀριθμός* dici solent. Cf. Eur. Troad. 478. Heracl. 992. ibiq. Elmsl. Eust. p. 201, 28. 1113, 2. — Media in arsi producitur. Corripitur Oed. R. 844.

Ἄριστα v. ἄριστος.

Ἀριστεία (‿) *principatus virtutis.* εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς — κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί Ai. 438. Schol.: ἔμελλε κρίνειν, τίς ὁ κρατῶν ἐστὶ διὰ τὰς αὐτοῦ ἀνδραγαθίας.

Ἀριστεῖον *praemium virtutis.* ἀριστεῖ' ἐκλαβὼν στρατεύματος Phil. 1415. γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ Ai. 459. Structurae huius exempla v. ap. Schaefer. Mel. Cr. p. 115. — De accentu generis v. Arcad. p. 121, 8.: qui diserte docuerit, non novi.

Ἀριστερός (ᾰ) *laevus.* 1. Proprie. ἐξ ἀριστερᾶς Phil. 20. ὁὐξ ἀριστερᾶς ὅδε Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός El. 7. λύων ἡνίαν ἀριστεράν 733. — 2. Cum figura. οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ — ἔβας τόσσον Ai. 182 ch. Schol. Vet.: ἀριστερὰ οἱ παλαιοὶ τὰ μωρὰ ἐκάλουν, δεξιὰ δὲ τὰ συνετά. Schol. Pal.: ἄτοπα, ἀπρεπῆ, vix recte. Locutionem, quacum haud inepte contendas nostrum *links sein*, i. e. *errare*, *peccare*, pluribus Musgr. explicuit. Utuntur eo loco Suid. v. ἀριστερά et δεξιά, Zonar. t. I. p. 304. — Tonum observavit Arcad. p. 71, 5.

Ἀριστεύς *princeps.* ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν βλαστών Ai. 1283. Suid. v. πρὸς αἵματος. Hesione paulo minus usitate in principibus numeratur. Est autem ἀριστεύς *in suo genere princeps*, h. l εὐγενέστατος; quod ignobilem ortum Teucro Agamemnon exprobrarat, accommodatissimum. cf. ἄριστος. Ceterum Laur. A. a prima manu ἀριστέων.

Ἀριστεύω *praecello.* πάντ' ἀριστεύσας δορί Ant. 195. πάντ' ἀριστεύων χεροῖν Trach. 488. τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ Ai. 430. Audax verborum novator Sophocles hoc dixit pro λαβὼν τῷ ἀριστεύειν: v. Herm.; nam aut accusativi adiectivorum adverbiascentes significationis generalis, velut τὰ πρῶτα, τὰ πάντα, τὰ πολλά sic verbis solent addi, aut substantiva adiectivo nullo addito. — στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας Ai. 1279.

Ἀριστόμαντις. Ἕλενος ἀριστόμαντις Phil. 1322. Comparamus, etsi id huius consilii non est, ἀληθόμαντις Aesch. Ag. 1212, ὀρθόμαντις Pind. Nem. I. 92. ὀνειρόμαντις Aesch. Choeph. 30.: quae non significant ὀρθός, ἀληθὴς μάντις, sed ὀρθὰ μαντευόμενος, ἀληθῆ μαντευόμενος, ut Sophocleum illud non τὸν ἄριστον μάντιν, sed τὸν ἄριστα μαντευόμενον, τῇ μαντείᾳ ἀριστεύοντα. De quo genere universe disputat Vir Summus parerg. ad Phryn. p. 600.

Ἄριστος. 1. *Adiectivum: optimus*, cum factis, tum moribus, tum rerum statu et conditione. *nom.* οὔκουν σὺ ταῦτ' ἄριστος εὑρίσκειν ἔφυς; Oed. R. 440. ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμέ 1433. μάντις ὡς ἄριστος El. 1473. ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν βλαστών Ai. 1283. ἀριστεῖν probarant Lobeck. et Pors. falso decepti acumine. ἐκ πατρῴας ἥκων

γενεᾶς ἄριστος Ἀχαιῶν Ai. 623. Iungenda sunt *ἥκων ἄριστος.* — *σοφά τ' ἀρίστα τε παῖς κεκλῆσθαι* El. 1078 ch. — *gen. ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς* Phil. 1268. *ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς* Scyr. II. 2 (497 D.). *ἀνδρός τ' ἀρίστου βασιλέως τε* Oed. R. 257. *πατρὸς πάντων ἀρίστου* El. 357. *πάντων ἀρίστου φωτός* Trach. 176. — *τῆς ἀρίστης μητρὸς ὠνομασμένος* 1095. — *dativus* non exstat. — *acc. ἕν' ἄνδρ' ἄριστον Ἀργείων* Ai. 1319. *Ἑλλήνων ἕνα κριθέντ' ἄριστον* Phil. 1329. *τόνδ' ἄριστον ἄνδρα* Oed. Col. 1102. *τὸν πάντ' ἄριστον Θησέα* 1458. *πάντων ἄριστον ἄνδρα* Trach. 808. — *voc. ὦ βροτῶν ἄριστε* Oed. R. 46. *ἄριστ' Ὀδυσσεῦ* Ai. 1360. — *dual. voc. ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα* Oed. Col. 1690 ch. — *plur. nom.* non legitur. — *gen. τῶν ἀρίστων βουλευμάτων* Ant. 179. — *dat. τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν* Ai. 1359. *ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς* Ant. 197. — *acc. (νόμιμα) τῶνδε φερομέναν ἄριστα* El. 1086 ch.

2. *Substantive dictum. δέδοικα μὴ τοὺς — νόμους ἄριστον ᾖ σῴζοντα τὸν βίον τελεῖν* Ant. 1101. *πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς;* Thyest. III. 1. (om. D.), si hoc Sophoclis. *ὁμοίους τοῖς ἀρίστοισιν* Phil. 985.

3. *Adverbium ἄριστα optime*, inprimis de rerum statu et habitu. Pleraque exempla facile ad obiectivam rationem referuntur. *σφῷν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός* Phil. 623. *conspiret vobiscum*, i. e. *propitius sit*, v. Hermann. *ἤκουσ' ἄριστα* 1297. *optima fama erat. ὅπως τὰ τοῦ θεοῦ μαντεῖ' ἄριστα λύσομεν* Oed. R. 407. *ὑμεῖς γ' ἄριστ' εἰδεῖτ' ἂν* 1046. *οὐχ — ἄριστ' εἰργασμένα* 1369. *μετὰ — μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν — ὀρθοῖτο* Ai. 160 an.

Ἀριστόχειρ virtute princeps. ἧμος ἀριστόχειρ ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι Ai. 915 ch. *ἤγουν ὁ κρίνων, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος κατὰ τὴν χεῖρα*, schol. Pal. Affert locum Suid. v. *ἀριστόχειρ*.

Ἀρῐφρᾱδής prudentissimus. ἀριφραδὴς ἀνήρ Ant. 347 ch. Libri etiam Laurr. Par. F., *περιφραδής*. Illud exquisitius Erf. eruit ex Eust. p. 135, 25: qui etsi fabulae nomen nullum addit, Antigonam certe in mente habuit. Non legit enim ullam, quae ne nunc quidem exstet, et si quando rariores voces affert, e grammaticorum commentariis hausta prodere solet.

Ἀρκάς Arcas. Παρθενοπαῖος Ἀρκάς Oed. Col. 1322. *γυνὴ τίς ἥδε; κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς* Inach. VIII (262 D.). ut emendavit Toup. Ep. Cr. p. 52 et Em. in Suid. t. II. p. 465. Hesychius: *Ἀρκὰς κυνῆ, ἀρκαδικὸς πῖλος* (ᾰ).

Ἄρκεσις praesidium. καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις; Oed. Col. 73.

Ἀρκέω. I. *Formae.* *ἀρκῶ* El. 179 m. *ἀρκεῖ* Oed. Col. 296. Trach. 708. Ai. 80. Amphitr. I (124 D.). *ἀρκείτω* Ai. 76. *ἀρκεῖν* El. 314. 1356. Ai. 587. Phil. 339. Oed. Col. 263. 499. *ἀρκέσω* Ant. 543. *ἀρκέσει* Ant. 308. Ai. 1221. Trach. 1206. *ἀρκέσοι* Ai. 714 libri potiores. Alii ut Tricl. Brunck. non minus recte *ἀρκέσει*. *ἤρκεσεν* Oed. R. 1207 ch. *ἀρκέσαιμι* Ai. 1102. *ἀρκέσειεν* Phil. 281. *ἄρκεσον* Ai. 811. *ἀρκέσαι* Ai. 531. *ἀρκέσας* Ai. 434. ubi Suid. ex scripturae compendio male intellecto *ἀρκέσειν* (in v. *οὐδ' ἔργα*). — II. *Usus.* De verbi significatione universe egit Buttm. Lexil. t. I. p. 3. 1. *Personale* a. *malum prohibere*, *auxilio esse* significat, aut nude aut cum dativo personae dictum, item cum accusativo rei, etiam infinitivo addito. *ἄνδρα δ' οὐδένα — ὅστις ἀρκέσειεν* Phil. 281. Dativus ex seq. *κάμνοντι συλλάβοιτο* assumendus. *τὰς Ἀθήνας — ξένον σώζειν οἵας τε καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν* Oed. Col. 263. *ὥστ' ἀρκεῖν φίλοις* El. 314. *ἐγὼ 'φύλαξα, τοῦτό γ' ἀρκέσαι* Ai. 531. *ut hoc prohiberem.* *ὡς οὐκ ἀρκέσοι τὸ μὴ οὐ πέτροισι — καταξανθεὶς θανεῖν* 714. Schol.: *ἐπὶ τοῦ Τεύκρου, ὡς οὐκ ἀρκέσοι ἑαυτῷ τὸ μὴ λιθόλευστος γενέσθαι.* Confer *θεοῖς ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι* Ai. 587: *τινί* enim vel *σοί* subaudiendum: non amplius debere se dis Aiax ait, ut opituletur cuiquam, vel Tecmessae. *ἐκ τῶνδέ μοι σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ, — ἄρκεσον* Ai. 811. — b. *perficio.* *οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς* Ai. 434. Suid. v. *οὐδ' ἔργα.* Schol. vet.: *δείξας, βοηθήσας, ποιήσας.* Triclinius accusativum adverbiascere affirmans ineptit. — c. *sufficio*, *par sum*, cum dativo. *οἶμαι γὰρ ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σὰ — ἀλγήματα* Phil. 339. *ὦ μέγας λιμήν, αὐτὸς ἤρκεσεν παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν* Oed. R. 1207. *οὐχ ὑμῖν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει* Ant. 308. *non sola morte defungemini.* *ἀλλ' ἀρκέσει καὶ ταῦτα* Trach. 1206. *κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ* Ai. 1102. *οὐκέτ' ἀρκῶ* El. 179. *non par sum ferendae aerumnae.* Affert Suid. v. *ἀρκῶ.* Rarior verbi est cum participio dicti usus: *ἔνδον ἀρκείτω μένων* Ai. 76. *ἀρκέσω θνῄσκουσ' ἐγώ* Ant. 543. Et in obliqua oratione: *ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι — μίαν ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν* Oed. Col. 499. — 2. *Impersonale* *ἀρκεῖ* *satis est* et *suppetit.* Aut nude dicitur, aut cum dativo personae, addito nonnunquam per infinitivum subiecto. *τοὺς — ἄνακτας ἀρκεῖ ταῦτά μοι διειδέναι* Oed. Col. 296. *ἀρκεῖν δοκεῖ μοι* El. 1356. *ὅτ' οὐκέτ' ἀρκεῖ* Trach. 708. *cum non suppetat auxilium.* *ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμους μένειν* Ai. 80. *εἰ — οὐκ ἀρκέσει ποθ' ὑμῖν οὐδ' ἡσσημένοις εἴκειν* Ai. 1221. Sic Br. ex membr. aliisque codd. et Aldo. Alii codd. propter praecedens *φανοίμεθα* aberrantibus librariis *ἀρκέσοι*, plane contra linguae legem. *τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν εὔνοιαν ἀρκεῖ* Amphitr. I (124 D.).

Ἀρκτέος 1. ab *ἄρχομαι*, *incipiendus.* *ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα* Ai. 840.

2. ab *ἄρχω*. Legitur in Oed. R. 628. et Oedipus Creonti obloquenti dicit. *ἀρκτέον γ' ὅμως*. Schol. *ἀλλὰ χρὴ βασιλεύειν*. Et sic active etiam glossae et Triclinius, probantque unice Buttm. Gr. Mai. t. I. p. 460 et Hermann. olim, quia verbalia illa omnia, siquidem a transitivis originem ducant, significationem illorum sequantur. Nec sane exemplis prolatis ab Heindorfio ad Plat. Phaedon. p. 46 aut ex Aristoph. Lys. 501, quae Brunckii erat opinio, quidquam contra probari potest. Sed Hermannus olim *ἀρκτέον* ad Creontem spectare putabat, subaudiendo *σοῦ*: *sub imperio haberi oportet* (te). Hoc si verum est, quomodo Creon respondere potuit *οὔτοι κακῶς ἄρχοντος?* Debuit enim *ἄρχοντα*. Rectius Schaeferus l. c. et Append. ad Ar. Plut. Hemsterhus. ed. Lips. p. 525. *passive* dictum putat, solvendamque orationem *ἄρχεσθαι χρή* *parendum est*, aptis tamen exemplis cum non esset usus, contra Hermannum ne Erfurdtio quidem persuadere potuit. Nunc Hermannus emendationem tentat, *ἀρκτέος γ' ὅμως*. Ea non opus; *ἀρκτέον* recte habet, non modo propter illud a Schaefero monitum, quod *ἄρξομαι* significare potest *parebo, feram imperium*, sed propter exemplum plane geminum Dinarchi c. Demosth. p. 176, 108. Bekk. *οὐ καταπληκτέον ἐστίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*

Ἄρκτος septem triones. οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι Trach. 130 ch. Utramque ursam intelligi putat schol. ab Hermanno refutatus. *ἄρκτου στροφάς τε καὶ κυνὸς ψυχρὰν δύσιν* Palamedes invenisse fertur Naupl. V. 11 (379 D.). — De accentu generis v. Arc. p. 79, 9.

Ἀρκτοῦρος Arcturus sidus. *ἐξ ἦρος εἰς Ἀρκτοῦρον* Oed. R. 1137. *a vere ad auctumnum usque.* Sidus enim Arcturi illis locis pridie Idus Septembres oriri Musgravius docet ex Plin. H. N. XVIII. 47. — De tono docet Arcad. p. 73, 10.

Ἀρκύστατον cassis. ἄρκυς τὸ δίκτυον, ἐκ τούτου δὲ τὸ ἀρκύστατον, schol. El. 1468., ubi figurate dicitur: *τίνων ποτ' ἀνδρῶν ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις πέπτωκα —;* — Asperari iubent vulgo *ἀττικῶς*: v. Moeridis Intpp. p. 179. Eust. p. 1535, 18; sed rarius vocabulum est, quam de quo certa pronuntiari liceat.

Ἅρμα currus, inprimis curuli certamini instituendo. *ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται* El. 692. *πᾶς ἐμεστώθη δρόμος κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων* 704. v. *κροτητός*.

Ἁρμᾰτηλάτης quadrigarum rector. εἰσῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα El. 690.

Ἁρμόζω 1. transitive *compingo*, inde *iungo*, *apto*. *βάσει βάσιν ἁρμόσαι* Oed. Col. 198 m. Schol.: *τὸ ὁδηγῆσαί σε καὶ τὸ ἁρμόσαι σου τὴν βάσιν τῇ καθέδρᾳ*. Rectius intelligitur Antigone ipsa gressum suum Oe-

dipo accommodans. *ἴσως ἂν ἀντίχριστον ἁρμόσαιμί που* (virus Nessi) Trach. 684 de illinendo veneno. Inde *passive: τούτοισιν* (νόμοις), *οὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται* Oed. Col. 912. i. e. *iudicabitur. οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῷδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα* Ant. 566, de Haemonis et Antigones matrimonio: *ἁρμόδια καὶ προσήκοντα* schol. Minus apta Camerarii ratio: *non sic inter hunc illamque transactum est*, in qua *ὡς* explicatur parum probabiliter. — 2. intransitive dicitur *aptum esse, convenire:* cf. Schaef. ad Dion. de C. V. p. 46. *τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας* Ant. 1303 m. Scholiasta transitive explicat subaudiendo *τίς*, male. Sensus est: *hoc a mea culpa nunquam in alium conveniet*, i. e. transferetur, *μεθαρμοσθήσεται. εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς* Oed. R. 902 ch. *nisi haec in manifestum exemplum cedant omnibus eventui congruentia.* Sic iam schol.: *εἰ μὴ φανερὰ καὶ κατάδηλα γένηται.* — *σιγᾶν ἂν ἁρμόζοι σε* Trach. 723. *ἃ δ' ἁρμόσει μοι τῷ — νῦν χρόνῳ* El. 1283. *quae mihi convenire videbuntur.* — Formam recentioris Atticismi molliorem a tragicis abesse constat. V. Lobeck. ad Phryn. p. 241.

Ἁρμονία compages. ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας Tham. IV. 2 (232 D.).

Ἁρμός compages. ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ δύντες Ant. 1201. Schol.: *ὡς λίθου ἀποσπασθέντος, ὅπως εἰσέλθῃ ὁ Αἵμων, ἢ ὑμεῖς ἀποσπάσαντες ἀθρήσατε.* Prius illud verum: per intervallum enim lapidum divulsorum Haemon ad Antigonen penetrarat et mox aditurus est Creon. Alteram rationem aliter distinguens Schaef. sequitur.

Ἄρνειος quod arietis est. ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ' ἀρνείου φόνου Ai. 302. inter cadavera pecudum. Affert Suid. v. *ἐρειπίοις*. De accentu generis v. Arcad. p. 44, 8.

Ἀρνέομαι 1. *infitior. εἰ γὰρ οἶδά γ', οὐκ ἀρνήσομαι* Oed. R. 571. *οἵ τε φύντες* (*ἐχθροί*) *ἀρνοῦνται στυγεῖν* Aload. XI. 5 (109 D.). — 2. *recuso. μαθὼν γὰρ οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν* Phil. 118.

Ἀρνήσιμος infitiandus. ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον Phil. 74.

Ἄρνησις infitiatio. ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνιστορεῖς Oed. R. 578. *τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι* El. 517.

Ἄρνυμαι nanciscor. νῦν δὲ — τοιάδ' ἄρνυμαι Ant. 894. Schol. *λαμβάνω.* sc. mercedem. *ὧν ἐγὼ μεθύστερον — τὴν μάθησιν ἄρνυμαι* Trach. 708. *καιρός τοι — πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται* Phil. 827 ch. Schol.: *ἡ μετ' εὐκαιρίας σύνεσις πολλῶν ἐπικράτειαν ἐν ἑτοίμῳ καρποῦται;* et *ἄ ρ ν υ τ α ι, ἀποφέρεται.* Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 49.

Ἀροτός seges et *ἄροτος annus. μήτ' ἀροτὸν αὐτοῖς γῆν ἀνιέναι τινα* Oed. R. 270. Non recte *ἄροτον* vulgo scribi puto, sed de *fruge ἀρο-*

τός, de anni tempore ἄροτος verum esse arbitror, ut de ἀμητός et ἄμητος diserte praecipit schol. Il. τ. 222. Et Eustathius cum p. 811, 27 in anni tempore significando propenacui observat, alteri significationi suum servari tonum una videtur efficere. — Annum significat δωδέκατος ἄροτος Trach. 822, quem locum haud dubie Hesychius spectat, cum scribit ἀροτούς, τοὺς ἐνιαύτους, οὕτω Σοφοκλῆς, quanquam falso accentu, qui corrigitur in Anecd. Bekk. p. 446, 6. cum ipsius quoque Sophoclis testimonio, et ab Eustathio l. c. Vide, ut his defungar, Spohn. ad Niceph. Blemm. p. 42. Motus Hesychii auctoritate δωδεκάτους ἀροτούς Erfurdtius dederat duritie structurae non ferenda.

Ἄροτρον aratrum. ἰλλομένων ἀράτρων Ant. 340 ch. De tono v. λουτρόν.

Ἄρουρα arvum. Proprie: γήτης — ἔκτοπον λαβὼν ἄρουραν Trach. 32. ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον Ai. 1285, quo dicitur Cresphontis fraus per anachronismum, v. Apollod. II. 6, 4. Pausan. IV. 3, 3. Memorat locum Eust. p. 361, 26. — Tralate: μητρῴαν ὅπου κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων Oed. R. 1257. Schol.: ὅτι ἐξ ἐκείνης ἐσπάρη καὶ εἰς ἐκείνην ἔσπειρεν. Cf. Herod. π. μον. λέξ. p. 13, 14.

Ἀρόω aro. Proprie dictum nunc non legitur. Iam enim aliquid metaphorae habet ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονας ὄλβους Ion. 1 (298 D.). Usitatissima autem tralatione, nec sermoni solum tragicorum familiari, sed vel in legibus Atheniensium quodammodo solenni dictum: τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν, ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη Oed. R. 1497. ὑμῖν — πατὴρ ἐφάνθην, ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην Oed. R. 1485. V. Hemsterhus. ad Luc. Tim. t. I. p. 372 Bip. Dorvill. ad Char. p. 345 Lips. et in Vann. Crit. p. 209. — De verbo flectendo consule Summum Virum ad Phryn. p. 227.

Ἁρπάζω rapio. 1. *per vim dolumve* proprie. ὅταν παρῇ κλέψαι τε χἀρπάσαι βίᾳ Phil. 640. οὐδ᾽ εἰ θέλουσ᾽ οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους Ant. 1028. τοὐπιόντος ἁρπάσαι Oed. Col. 756. Cum in Antig. 311. vulgo legatur ἵν᾽ εἰδότες, τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον, τὸ λοιπὸν ἁρπάξητε, forma bonis scriptoribus aliena (v. Lob. ad Phryn. 241.) Lobeckius ἁρπάσητε, Hermannus ex Laur. A. Aug. Vat. ἁρπάζητε dedit, probatum Elmsleio ad Med. 31. not. 2. — 2. *Forte arripere.* ὅταν χεροῖν κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες Ach. Am. I. 4 (162 D.). — 3. δίδορκά σε πεῖράν τιν᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον Ai. 2. Schol. alter πεῖραν κατ᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι, *consilia adversum inimicos inire* interpretatur, contra legem sermonis: alter τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν βλάβην προϋφαρπάσαι, quod sequitur Abresch. An. ad Aesch. p. 122.; id vero ab Ulixis alienum consilio, qui explorandi, non praevertendi consilii causa processerat. Hermannus

explicat *opportunitatem tentandi hostis capt·re.* Lobeckius autem ostendit, locutionem a re venatica canumque sol·rtia desumptam Ulixis in indagandis hostium consiliis sagacitatem significare. Unde et struendae sententiae ratio haec: ὁρῶ σε θηρώμενον ἁρπάσαι.

Ἄρπη *falx.* ἅρπην, δρέπανον ex Momo (scribitur Νόμῳ) Gr. Bekk. An. p. 446, 12 interpretatus affert (fr. VI. 374a. D.). — De tono v. Arcad. p. 113, 7.

Ἀῤῥαγής. ἀῤῥαγὲς ὄμμα, οὐ δακρυον, ᾧ τρόπῳ φασὶν κατεῤῥάγη μου δάκρυον. Hesych. ex incerta Sophoclis fabula (inc. CV. 57. 847 D.).

Ἄῤῥηκτος *impenetrabilis.* ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος Ai. 573. De hoc Aiacis scuto v. a Lobeckio collata.

Ἄῤῥητος 1. *indictus* i. q. *ignotus.* In artis Tiresiae documentis recensetur: ὦ πάντα νωμῶν — διδακτά τε ἄῤῥητά τε Oed. R. 301, loco inepte a Triclinio exposito. ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις Ant. 552. Mortem elegisse sibi Antigonen Ismene dicit, quamvis a sese monitam. 2. *nefandus dictu.* Viam monstrat τὰ μὲν λελεγμένα ἄῤῥητ' ἐγώ σοι κἀτελῆ φυλάξομαι El. 1000. *propter honorem tui, indicta quasi essent, servabo verba.* ὦ δείπνων ἀῤῥήτων ἔκπαγλ' ἄχθη El. 196 m. de coena, in qua occisus Agamemno. πῶς δῆτα λέγω λόγον ἄῤῥητον; Ai. 213. Eust. p. 1461, 3). Suid. v. ἄῤῥητον. ἄῤῥητ' ἀῤῥήτων τελέσαντα Oed. R. 465. v. Brunck. ἅπαν καλὸν λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος Oed. Col. 1005. Quomodo in Sinone fr. IV (488 D.). ἄῤῥητον dictum sit, non liquet. Hesychius enim addit ἄφραστον, ἀνιστόρητον, ἀπόῤῥητον, ἄφωνον, αἰσχρόν.

Ἀῤῥώξ *non fractus.* στυφλὸς δὲ γῆ καὶ χέρσος, ἀῤῥὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη τρόχοισιν Ant. 251. Prava distinctio post ἀῤῥὼξ olim posita corrigebatur Elmsleio ad Bacch. 1135. ὁ δ' ἐν θ' ὅπλοις ἀῤῥῶξιν, Ἡφαίστου τέχνῃ Ach. Am. VI (168 D.). ap. Choerob. Bekk. p. 1267. Legitur ἔνθ' et ἀρῶξιν, qua scriptura certe non opus, item τεχνίτου, quod posterius emendavit Dindorf. Possit etiam τέχνη. Non est causa, cur hoc non ad ἀῤῥὼξ referatur, alia, nisi quod hoc neutrius generis capax non est, unde arripuit Choeroboscus l. c. ut ab ἀῤῥήκτοις per metaplasmum factum esse diceret, idem diserte de tono monens, qui quidem iam ex comparato ἀποῤῥὼξ constaret: v. Arcad. p. 19, 11. Schol. Il. β. 755. Vide Lobeck. progr. de adi. mot. anom. p. III. p. 3.

Ἄρσην 1. *virili genere, vir.* παίδων τῶν ἀρσένων Oed. R. 1459. οἱ ἄρσενες Oed. Col. 340. ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά Trach. 206 ch. θῆλυς μὲν αὐτός, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων Atr. 1 (144 D.). 2. Tralate de *oleastro mare.* πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ ἄγριον ἔλαιον Trach.

1186, cui defendendo non Spanhemium ad Callim. p. 562 adhibebimus, sed Hermannum comparantem *ure mares oleas*, Ovidii Fast. IV. 741., ab emendatoribus non capientibus mutatum in *ure maris rorem*. Erfurdtius ἰσχυρόν interpretatur, quod nec oleastro aptum, nec conveniunt, quae comparat, ἄρσην βοή et ἄρσην κτύπος. 3. Item tralate *gravisonum* significat. κτύπος ἄρσην πόντου Phil. 1441 an., quo utitur Eust. p. 10, 22. Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας ἄρσενας χοάς Polyx. II. 2 (469 D.). Ante Musgr. legebatur ὀ ξ υ π λ ῆ γ ο ς. — De scriptura ἄρσην an ἄῤῥην apud tragicos constat. Nec in libris ullum mollioris formae vestigium, nisi quod in Oed. R. 1459. Brunckius ex quatuor suis et Dresd. a. ἀ ρ σ έ ν ω ν scripsit, reliquis suis cum ed. Ald. ἀ ῤ ῥ έ ν ω ν exhibentibus. Laurr. B. C. ἀρσένων, ut pravam scripturam in A. reperiri colligas. Quod schol. Eur. Hipp. 309 versum illum ex Atreo referens ἄ ῤ ῥ ε ν α ς scribit, id nullius momenti est. — De tono v. Arcad. p. 9, 6 et 25.

Ἀρτακεύς *Artacensis*. Ἀρτακῆς inc. XCVII (776 D.). v. Steph. Byz. v. Ἀρτάκη. Debuerunt enim Ἀρτακηνοί dici homines (ᾰ?).

Ἄρταμος. κρεουργός, μάγειρος. τάττει αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ φονέως. Gr. Bekk. p. 447, 5. (inc. CV. 58. 848 D.). Rarae vocis ex Lycophrone meminit Eust. p. 577, 45. De tono v. Arc. p. 60, 23.

Ἀρτάνη *laqueus*. Gr. Bekk. An. p. 447, 7. κυρίως ἡ τῶν (scr. δ ι ὰ τ ῶ ν) καλωδίων ἀγχόνη. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Αἰχμαλ. (Capt. VIII. 6. 46 D.). ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ. Prudentius Etym. M. p. 53, 3., recordatus sic plus semel dixisse Sophoclem. Nam χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην legitur Oed. R. 1266. et πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον Ant. 54. Accentum generis observavit Arcad. p. 110, 27.

Ἄρτεμις nomen Deae. Ταυροπόλα Ἄρτεμις Ai. 172 ch. τάς τε πυρφόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας Oed. R. 207 ch. de Diana eadem Hecate dictum, ut Ἄρτεμιν Ὀρτυγίαν ἐλαφοβόλον ἀμφίπυρον Trach 212 ch. Quanquam Lucinam Hermannus interpretatur, verbo recte, sensu secus. γαιάοχόν τ' ἀδελφεὰν Ἄρτεμιν Oed. R. 161 ch. τὴν κυναγὸν Ἄρτεμιν El. 553. δέσποιναν Ἄρτεμιν 616. Ἄρτεμιν τὴν αἰὲν ἀδμήταν 1230 m. — De tono Herod. π. μον. λέξ. p. 8, 18. Arc. p. 32, 3.

Ἀρτηρία. *Viscera et medullae* significantur Trach. 1043, ubi de veneno βέβρωκε σάρκας πνεύμονάς τ', ἀρτηρίας ῥοφεῖ ξυνοικοῦν. *Arteriam* enim *asperam* dici, ut putat Herm., alienissimum.

Ἀρτί *modo*. Eorum, quae Grammatici tradiderunt An. Bekk. p. 206, 11. 447, 11., Moeris et Phrynichus, quaeque uberrime persecutus est Vir Summus ad Phryn. p. 18, etiam a Sophocle plena peti potest confirmatio. Nunquam de *re futura* dicitur. *De praesente:* ἄρτι κουφίζειν δοκῶ Phil. 725. χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα Oed R. 742. ἄρτι

Βακχείαν ὑποστρέφων ἅμιλλαν Trach. 218 ch. ἔνδον γὰρ ἁνὴρ ἄρτι τυγχάνει Ai. 9. οἷον ἄρτι κῦμα — ἀμφίδρομον κυκλεῖται 344 ch. εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς 592. Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι 707. πάρεστ᾽ ἐκεῖνος ἄρτι 785. Haec omnia aut *nunc ipsum*, aut *tum* significans habent ἄρτι. Posterius est praesens in praeterito. — Cum *perfecto:* βεβᾶσιν ἄρτι El. 1378. γυνὴ τέθνηκε Ant. 1268.; cum *imperfecto:* ἄρτι βλαστάνεσκε Scyth. I. 2 (491 D.). prout restituit Valck. Diatr. p. 224.; cum *aoristo:* ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ᾽ ἔπη Ai. 1251. — De tono generis huius adverbiorum v. Apoll. de Adv. p. 545, 18. 572, 31.

Ἀρτίκολλος *conglutinatus.* προσπτύσσεται πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος, χιτὼν Trach. 765. Schol.: ὡς ὑπὸ τέκτονος καλῶς συγκεκολλημένος, ut ἀρτίκολλος τέκτονος is coniunxerit, perquam Sophocleo more, et cum structura elegantiore tum aptiore sensu, quam secundum Hermanni rationem interpretantibus: *adstringebatur lateribus vestis velut statuarii*, i. e. ut quam statuarius exprimit.

Ἀρτίπους. ἐγγὺς — ἀρτίπους θρώσκει δόμους Trach. 58. Schol.: ἀρτίως καὶ ἡρμοσμένως τῷ καιρῷ, recte. Wakef. ex Il. IX. 505 *celeriter incedentem* interpretatur, velut Hesychius ἄρτιος τοῖς ποσίν, ὑγιόπους, et Gr. Bekk. An. p. 448, 16. ὑγιεῖς τοὺς πόδας ἔχων.

Ἀρτίχριστος *recens illitus.* ἕως ἂν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί που (τὸ φάρμακον) Trach. 684. Schol.: παραυτὰ χριόμενον. (ῑ in thesi).

Ἀρτίως *modo.* Quod Phrynichus App. Soph. p. 11, 19 discrimen a nonnullis inter ἄρτι et ἀρτίως constitutum, hoc ut de re praeterita, illud de praesente dicatur, aliis plane contra sentientibus, sobrio iudicio sese improbare significat, id etiam a Sophoclis usu alienum est. Cum *praesente* dicitur: οἵδε δ᾽ ἀρτίως Κρέοντα προσστείχοντα σημαίνουσί μοι Oed. R. 78. ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον Ant. 1283. ἥτις λέγεις μὲν ἀρτίως El. 339. ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως Ai. 663. ἀλλὰ φροῦδος ἀρτίως 722. οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίστους λόγους — ἀρτίως; 1300. κλύω τινὸς οἴκτου — ἀρτίως ὁρμωμένου Trach. 860. — Cum *perfecto praeterito:* πέπονθα δεινὰ τοῦδ᾽ ὑπ᾽ ἀνδρὸς ἀρτίως Oed. Col. 896. λόγον δ᾽, ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ 1152. τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι Ant. 557. ἢ ζῶντ᾽ ἐξόψεσθ᾽ ἢ τεθνηκότ᾽ ἀρτίως Trach. 803. ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν λείας ἁπάσας Ai 25. ἀρτίως πεπαυμένην κακῶν 774. Perfecto etiam hoc explicandum Αἴας ὅδ᾽ ἡμῖν ἀρτίως νεοσφαγὴς κεῖται Ai. 882. i. q. νεωστὶ ἐσφαγμένος. — Cum *aoristo:* ἄκουε, Νέμεσι τοῦ θανόντος ἀρτίως El. 782. ἀρτίως θανὼν Orestes dicitur, quod modo audiverant de eius morte. ἐμόλετ᾽ ἀρτίως 1225 m. οὐδὲν ὧν ἔλεξεν ἀρτίως Trach. 345. ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως 1071. τοιοῦδ᾽ ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου Ai. 921. ὡς τὸ μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως Oed.

R. 243. ἅπερ τοῖςδ' ἀρτίως ἠρασάμην 251. ἀρτίως φανεῖσα φάμα Παρνασσοῦ 474 ch. οἷόν μ' ἀκούσαντ' ἀρτίως ἔχει — ψυχῆς πλάνημα 726. quod eadem breviloquentia attica ἀρτίως ἀκούσαντα coniuncta habet, qua εὐθὺς καθισταμένου πολέμου ἄρξασθαι Thucydides et μεταξὺ θύων Aristophanes dixit. τὴν μὲν ἀρτίως ἔπεμψα Oed. Col. 822. φασὶ — κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως Ant. 8. τὸν νεκρόν τις ἀρτίως θάψας βέβηκε 245. ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως λυσσῶσαν αὐτὴν 487. — Cum imperfecto: ἅσ' ἀρτίως ἔδρων Trach. 661. ᾧ γὰρ ἀρτίως ἔχριον 671. ὥςπερ ἦτον μ' ἀρτίως Phil. 753. ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθα Oed. R. 1054. Participium imperfecto solvendum est: ὕπεστί μοι θράσος — κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων El. 472. ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι Oed. R. 745.

Ἄρτος *panis*. Ὀλύνδου ἄρτου μέμνηται Σ. ἐν Τριπτολέμῳ (fr. V. 532 D.). ἤτοι τοῦ ἐξ ὀλύρης γινομένου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνομένου σπέρματος, ὅ ἐστιν ὅμοιον σησάμῳ. Athen. p. 110, e. — Tonum Arcadius notavit p. 79, 12.

Ἄρτυμα *condimentum*. ἀ ρ τ ύ μ α τ α, οὐχ ἡ δ ύ σ μ α τ α ex Soph. Phaeac. II. (601 D.). Antiatt. Bekk. p. 82, 32: accuratius Athenaeus p. 67. f. ὅτι ἀ ρ τ ύ μ α τ α εὕρηται παρὰ Σοφοκλεῖ· κ α ὶ β ο ρ ᾶ ς ἀ ρ τ ύ μ α τ α. — καὶ δή τι καὶ παρεῖχα τῶν ἀρτυμάτων Cedal. V. (305 D.). ex Herod. π. μον. λέξ. p. 30 28. ubi vitiose ex compendio scriptum τῷ ἀρτυμάτῳ.

Ἀρτύω (ῦσ) *apparo*. σκευάζω Gr. Bekk. p. 448, 19. Eust. p. 1148, 38. 1462, 1. Proprium est de *cibis condiendis*. ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς Phaeac. II. (601 D.). Quod Valck. et Brunck. particulam ex comoedia quadam desumptam iniuria Sophocli assignari putabant, nulla causa est, siquidem Phaeaces satyricam fuisse fabulam certissimum videtur.

Ἄρυθμος, *incongruus*. ἀ ρ ύ θ μ ω ν, ἀσυμφώνων Hesychius ex Aegistho quidem secundum Musuri interpolationem, qualis Sophoclis fabula non fuit. Cod. αἰγι. Iure Dind. (f. 25) aut Α ἴ γ ε ῖ aut Α ἰ θ ί ο ψ ι scribendum putat. — Versu coactum Sophoclem dixisse credendum, et illo quidem loco producta per arsin media, quam communem esse oportet.

Ἄρυστις i. q. π ρ ό χ ο υ ς. v. Athen. p. 783 f. et Hesychium v. ἀρύστεις. τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσα inc. XLV. 2 (703 D.). De accentu generis v. Arcad. p. 35, 17. ἀ ρ ύ σ τ ι χ ο ς Sophoclem dixisse incompertum.

Ἀρχαιόγονος *origine antiquus*. ἀρχαιογόνων Ἐρεχθειδᾶν Ant. 968 ch.

Ἀρχαιόπλουτος antiqua opulentia praeditus. ἀρχαιόπλουτα πατρὸς εἰς ἰδώλια El. 1385. Affert Suid. v. ἰδώλια.

Ἀρχαῖος antiquus. 1. quod non est amplius. οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας Oed. Col. 110. ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀρχαίου ποτὲ θηρός Trach. 552. — 2. quod antiquo tempore factum est. τί τοῦτ' ἀρχαῖον ἐννέπεις κακόν; Oed. R. 1033. ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν ὁρῶμαι πήματα Ant. 589 ch. — 3. quod ex antiquo tempore permansit. λόγος — ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς Trach. 1. πατρὸς ἀρχαῖον τάφον El. 881. νάρκισσος μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα Oed. Col. 690 ch. hinc *ipsa vetustate sancitus:* Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις Oed. Col. 1384. δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις 1628. Hermannus: *quae firma maneant, antiqua futura.* Mihi placet: *fides perpetuo apud te usu sacrata.* 4. antiquissimus, *uralt.* παῖδες ἀρχαίου Σκότου Furiae, Oed. Col. 106. 5. Refertur etiam ad originem et maiores ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα Ai. 1271. i. q. ἀρχῆθεν. De affinibus ἀρχαῖος et παλαιός compositis παραλλήλως, velut Trach. 552, ubi male coniecit Wakefieldus ἀγρίου pro ἀρχαίου, infelicius Iacobs. ad Anth. Pal. t. III. ἀχρείου i. q. ἀμόρφου, vide Schaeferum l. c. et ad Plin. Epp. p. 145. — De tono consule Etym. M. v. ἀχαιΐδες, Gud. p. 98, 44., Arcad. p. 43, 1.

Ἀρχέπλουτος opum fundator. (ἀποστέλλετε) ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων El. 72. Suid. v. ἀρχέπλουτον. De forma v. Lobeck. Add. ad Phryn. p. 767.

Ἀρχή 1. *imperium.* ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα Oed. R. 49. τῆσδέ γ' ἀρχῆς οὕνεκα 383. ἀρχῆς ἀλύπου καὶ δυναστείας 593. τῆσδ' ἔχων χθονὸς ἀρχήν 737. τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν 905 ch. de Iove. ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ Oed. Col. 374. οὔτε σφιν ἀρχῆς ὄνησις ἥξει 452. ἀρχῆς θεσμός Ai. 1083. *ius imperii.* Pluralive: πρὶν ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ Ant. 177. τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων 740. ἵμερος — τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θεσμῶν 792 ch. amor imperio non cedere dicitur, i. e. Haemon patri. — 2. *initium, origo.* ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος Oed. R. 121. τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο; Ai. 275. κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου Phil. 247. — 3. *Adverbiascunt* haec: ἀπ' ἀρχῆς Ai. 1076. οὐδ' ἐξ ἀρχῆς φίλος Oed. 385. ἀρχήν autem cum negatione praefracte negando servit, *omnino* significans. ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα Ant. 92., quod respicit Eust. p. 1089, 20. ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην Phil. 1223. ἀρχὴν ἂν — τάσδε δυσμενὴς χοὰς οὐκ ἄν ποτε — ἐπέστεφεν El. 431. Schol.: ἀρχήν, ἐπιῤῥηματικῶς ἀντὶ τοῦ καταρχάς, ὅλως. v. Herm. ad Ant. l. c. Reiz. ad Vig. n. 67. p. 723, horumque fontes Sylburg. praef. ad Paus. p. 928. Hemsterh.

ad Luc. t. I. p. 267 Bip. Lennep. ad Phalar. p. 94 Lips. Locell. ad Xen. Eph. p. 164. — De tono v. Arcad. p. 115, 24.

Ἀρχηγετέω auspicari. *μηδὲν πρόσθεν ἢ τὰ Λοξίου πειρώμεθ᾽ ἔρδειν κἀπὸ τῶνδ᾽ ἀρχηγετεῖν* El. 83. Fons significationis a Diis *ἀρχηγέταις*, gentium et tribuum auctoribus et tutelaribus (Gr. Bekk. An. p. 449. 14) repetendus. Apollinem consiliorum auspicem colebant Chalcidenses Siciliae, quasi viarum ad colonias mittendas monstratorem, Thucyd. VI. 3. Cf. Spanh. ad Callim. h. Apoll. 55.

Ἀρχηγέτης rex. *οὐ ἀνὴρ ἀρχηγέτης* Oed. R. 751. Schol.: *ἀρχηγὸς τῆς τάξεως, βασιλεύς.* Aeschylus eo sensu saepius *ἀρχηγέτην*, velut Sept. 990. (Blomf. 1001, qui cur versum insititium dicat, nemo facile coniecerit). Lucem haec significatio accipit ab *ἀρχηγός* eodem modo dicto Aesch. Agam. 250 et epigr. Simonidis ap. Thucyd. I. 132. — *ἡγέτης* etsi in usu fuisse non videtur, aliaque a praepositione maxime composita η prae se ferant, unde acuuntur, *ἐξηγητής, ὑφηγητής*, illo tamen tono *ἀρχηγέτης* dici oportuit, sicut *ἐργάτης, ἐχέτης*.

Ἀρχηγός generis princeps, inde simul *heros tutelaris.* *τόνδ᾽ ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν ἀρχηγὸν εἶναι* Oed. Col. 60. cf. Blomf. gl. Aesch. Agam. 250. Accentum generis tetigit Arcad. p. 88, 1.

Ἀρχῆθεν antiquitus. Atticis alienum fertur visum Phrynicho App. Soph. p. 7, 12., cf. p. 450, 4., ubi imperite solus excipitur Aeschylus. At tragicorum sermo et Platonis Aristophanisque multum discrepat. Cf. Lob. ad Phryn. p. 93. *νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος* Andromed. V. 4 (132 D.). ut emendavit Scaliger. — De accentu v. Etym. M. p. 13, 3.

Ἄρχω. I. *Formae.* 1. *Activi praes.* *ἄρχω* El. 512. *ἄρχεις* Oed. R. 579. Ai. 1086. *ἄρχει* Oed. Col. 66. Trach. 443. *ἄρχοις* Ant. 735. *ἄρχοι* Ant. 154 ch. *ἄρχε* Ai. 1086. El. 1311. *ἄρχειν* Oed. R. 585. Ant. 665. 732. *ἄρχων* Phil. 848 ch. Ai. 914. 1213. inc. LXXXIX (769 D.). In Pand. II. scr. *ἀργόν.* *ἄρχοντος* Oed. R. 629. *ἄρχοντες* Ai. 653. — *impf.* *ἦρχον* Oed. R. 591. *fut.* *ἄρξεις* Oed. R. 54. Chrys. s. Cris. I. (650). *ἄρξει* Ant 521. *ἄρξομεν* Ai. 1047. — *aor.* *ἦρξεν* Trach. 869. *ἄρξασα* El. 542. *ἄρξασι* Lacaen. II. 2 (337 D.). — 2. *Passivi praes.* *ἄρχομαι* El. 256. *ἄρχεται* Oed. Col. 67. *ἀρχόμεσθα* Ant. 63. *ἄρχοιτο* Ai. 1054. *ἄρχεσθαι* Ant. 665. — 3. *Medii praes.* *ἄρχηται* inc. LVIII. 1. 1. (715 D.). *aor.* *ἠρξάμην* Oed. Col. 631. — II. *Usus activi et passivi.* 1. *principem esse rei faciundae*, qua significatione aut nude aut cum gen. vel acc. coniungitur. *ἄρξασά τι λυπηρόν* El. 542. *ἄρχ᾽ αὐτὸς ὥς σοι θυμός* 1311. *οὐ σμικρῶν κακῶν ἦρξεν τὸ δῶρον* Trach. 869. *causa fuit.* Nec enim, quanquam subinde videtur, *ἄρχειν* et *ἄρχεσθαι* confunduntur: v.

Hermann. *über Böckhs Beh. d. Inschr.* p. 127. Engelhardt. ad Plat. Lach. p. 92. μέγας ἄρ᾽ ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος πημάτων Ai. 914 ch. ἄρξειε Φρυξὶ τὴν κατ᾽ Ἀργείους ὕβριν Lac. II. 2. (337 D.). ὁ Θήβας δ᾽ ἐλελίχθων Βάκχιος ἄρχοι Ant. 154 ch. cf. Erf. Eadem in causa deus inde ἔξαρχος vocatur Eur. Bacch. 141. Schol.: ἀρχέτω τῆς ἐμῆς χορείας. 2. *regnare, imperium tenere*, plurimum sine casu, nonnunquam genitivo eius, cui praesumus, aut accusativo adverbiascente addito: cf. Dissen expl. Pind. p. 365. — ὡς θρασεῖα καὶ πέρα δίκης ἄρχω El. 512. Primus recte distinxit Hermannus: olim enim ἄρχω καθυβρίζουσα iungebantur. εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς Oed. R. 54. ἄρχεις δ᾽ ἐκείνῃ ταὐτά 579. *pari es imperio.* ἄρχειν ἐλέσθαι 585. εἰ δ᾽ αὐτὸς ἦρχον 591. οὔτοι κακῶς ἄρχοντος (ἀρκτέον) 629. ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ ᾽πὶ τῷ πλήθει λόγος; Oed. Col. 66. ἐκ τοῦ — βασιλέως τάδ᾽ ἄρχεται 67. ἐμοῦ δὲ ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή Ant. 521. locus duplicis structurae patiens. καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ᾽ ἂν ἄρχεσθαι θέλειν 665. τῆσδ᾽ ἄρχειν χθονός 732. γῆς (ἂν) ἄρχοις 735. πάντως θανόντος γ᾽ ἄρξομεν Ai. 1047. ὥσπερ ἄρχεις ἄρχε 1086. τοιοῦτος ὢν ἄρξεις (σύ Brunckius inseruit) τοῦδε τοῦ κρέως Cris. I. nam ex Crisi verba esse, probabiliter ille censuit, quippe a Venere dicta de Helena Paridi monstrata. — κἀκ τῶνδ᾽ ἄρχομαι El. 256. οὔτ᾽ ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ᾽ ἔτι Ai. 1054. οὕνεκ᾽ ἀρχόμεσθ᾽ ἐκ κρεισσόνων Ant. 63. Num huc an ad tertiam significationem referatur illud Trach. 443: οὗτος (Amor) ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει, κἀμοῦ γε, incertum. 3. *alicuius rei potentem esse.* οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων Phil. 848 ch. 4. *Participium* maxime secunda significatione in substantivi naturam transit: ἄρχοντές εἰσιν, ὥστ᾽ ὑπεικτέον Ai. 653. αὐτὸς ἄρχων — Αἴας ἐπλει 1213. θεὸς ἐμοὶ ἄρχων inc. LXXXIX, quae verba a Philone t. II. p. 448 suae sententiae interposita Grotius in senarii formam redegit, qui anapaesto vitiatur. — 5. *Medium incipere* significat: ἵνα μ᾽ ἐν οἷσιν ἠρξάμην Oed. Col. 631. sc. γενόμενος. ἔργου παντὸς ἦν τις ἄρχηται καλῶς inc. LVIII. 1. 1.

Ἀρωγή (ᾰ) *auxilium, praesidium.* Melicorum solorum est. ἁ᾽νὴρ ἀνόμματος οὐδ᾽ ἔχων ἀρωγάν Phil. 845 ch. κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν 1130 m. διπλᾶς ἀρωγὰς μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις Oed. Col. 1096 ch. Duplex auxilium Apollinis est et Dianae. Inepte schol. ad γῆν et πολίτας refert.

Ἀρωγός *auxiliator.* 1. *adiectivum.* ἰὼ γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας Ai. 350 m. ναῦται dicuntur. τὰ σὰ βέλεα ἀρωγὰ προσταθέντα Oed. R. 206 ch. 2. *Substantivum.* καλεῖ δ᾽ ἀρωγοὺς τὰς ἀεὶ — παρθένους Ai. 822. ὅς γ᾽ ἔβαν Δαναοῖς ἀρωγός Phil. 1201 m. Λαΐου — οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο Oed. R. 127. ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους τε Oed. Col.

1016. *πρῶτον μὲν — τὸν θεὸν ποιούμενος ἀρωγόν* 1288. *ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος* Ai. 200 an. Schol. *ἐπιμεληταί.* *εὐμενῆ ἀρωγὸν — μολεῖν* El. 446. *πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι κοινοτόκων εὐπατριδᾶν τ' ἀρωγοί* 849 m. Suid. v. *παραγάγης.* Schol. *ἀρωγαί*, idque nunc iniuria recepit Herm. *ἀρωγοί* Orestem spectat: *ἐλπίδες κοινότοκοι* sunt, quae in fratre repositae fuerunt. *γενοῦ πρόφρων ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων* 1373. *παράγεται γὰρ ἐνέρων δολιόπους ἀρωγός* 1384 ch., Orestes Agamemnonis ultor. De *re* dictum: *σοί θ' ὑπούργησον τάδε ἐμοί τ' ἀρωγά* El. 454.

Ἄρωμα (ᾰ) *ἀρώματα, ἀροτριάματα, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀροῦν, τὰ ἄλφιτα οὕτω λέγεται.* Hesych. ex Acris. XIV. 7 (77 D.). Emendandus Hesychius videtur: *ἀπὸ τοῦ ἀροῦν. καὶ τὰ ἄλφιτα κ. τ. λ.* Praeterea *ἀρόματα* scriptum exstat, id quod iam propter seriem literarum in *ἀρώματα* mutandum, sicut solum hoc versus fert Arist. Pac. 1158.

Ἀρὼξ v. *ἀῤῥώξ.*

Ἀρώσιμος cultus patiens. *ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι* Ant. 565. *ἀρώσιμαι* membr. Brunckii, Ald. et excerpta post Greg. Cor. edita p. 677. At Moschop. Dict. Att. v. *ἀρόω*, *ἀρόσιμοι*, de qua scriptura consule Lobeck. ad Phryn. p. 227. De transferendo vocabulo ab agro colendo ad connubium v. *ἀρόω.*

Ἀσάλπικτος tubae sonitus expers. *ἀσάλπικτον ὥραν, τὸ μεσονύκτιον· ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρον ἐσάλπιζον.* Hesych. ex Lemn. V. 2 (351 D.)

Ἀσάμινθος (⏑⏑) *vannus balnearia* ex Eumel. I (213 D.). Hesychius affert v. *αἱματὸς ἀσαι*, explicans *ἐν ᾗ τὴν ἄσην μινύθοντες ἐλούοντο.* De spiritu monet Arcad. p. 199, 2., de accentu generis idem p. 49, 26.

Ἀσαφής obscurus. *ὡς πάντα — κἄσαφῆ λέγεις* Oed. R. 439.

Ἀσεβής impius. *ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ* Oed. R. 1382. *τὸν πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ* 1441. *κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ* Oed. Col. 827.

Ἀσεπτέω impie facio. *χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν* Ant. 1329. *ἀσεβεῖν* explicat Triclinius.

Ἄσεπτος impius. *ἄσεπτον, τὸ ἀσεβές* Gr. Bekk. Anecd. p. 451, 10. et Hesych. in v. *εἰ μὴ — τῶν ἀσέπτων ἔρξεται* Oed. R. 890 ch. *ἄσεπτον, ἀσεβές* Hesych. ex Captiv. VIII. 7 (47 D.).

Ἄσημος obscurus, ignotus. *πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν* Ant. 991. Affert Eust. p. 821, 42. 1716, 54. *τῷ δ' ἄσημα περιβαίνει βοῆς* 1194. i. q. *ἄσημος βοή*, de quo usu v. Iacobs ad Achill. Tat. p. 718. Male schol. *τὰ κακὰ σύμβολα τῆς βοῆς περιστοιχίζεται*; est enim *de quo non statim recte coniicias.* Plane ita *ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυστυχῆ κωκυτὸν εἴσω* Trach 863. — Tralate: *ἐμάνθανον φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα* Ant. 1000. *irrita fuisse sacra animadverti, nihil ut inde nu-*

spicari liceret. Sic iam schol. alter intellexit, cum scriberet *ἀσήμων*, *κακοσήμων, ἢ ἀφ' ὧν οὐχ οἷόν τ' ἦν σημειώσασθαι.* — *ἄσημος ὀρυγάνης τις ἦν* Ant. 252. Schol.: *ἄγνωστος.*

Ἀσήμων obscurus. γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες φθόγγοι Oed. Col. 1664.

Ἀσθενής infirmus. μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν ἑνὸς ποιῆσαι φωτὸς ἀσθενεστέραν Oed. Col. 1037 *sui imparem.*

Ἀσία (ᾰ). *Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλῄζεται* Mys. III. 1 (360 D.). *γᾶς Ἀσίας* Oed. Col. 700 ch. quo loco oriens et occidens Asiae et Peloponnesi nominibus componuntur.

Ἄσιτος cibi expers. ἄσιτος ἀνήρ, ἄποτος — θακεῖ Ai. 317. *πολλὰ μὲν — ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη* Oed. Col. 350.

Ἀσκέπαρνος. κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον Oed. Col. 101. quod Suidas affert v. *ἀσκέπαρνος.* Schol. *ἄγλυφον* (ineptum hoc), *καὶ ἀπελέκητον καὶ ἄξυστον* (f. *ἄξεστον*), *οὐκ εἰργασμένον. Ἄξεστον* recte schol. Victorii. *Rudi opere confectum, αὐτουργητόν* interpretatur Iacobs. ad Anth. Pal. t. III. p. 219; sed v. Valck. ad fr. Callim. p. 17.

Ἄσκευος imparatus. ἔξοιδά σε οὐ ψιλὸν οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν ἥκοντα Oed. Col. 1033. *ἄσκευον ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ* El. 36.

Ἀσκέω. 1. *facio usu et exercitatione. δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰσελθὼν πόλιν* Oed. Col. 917. *ἄσκει τοιαύτῃ νοῦν δι' αἰῶνος μένειν* El. 1013., quod schol. pro medio dictum venditat, quo non opus, extrinsecus assumpto *τοῦτο.* 2. *fallacias* et *simulationem usu adscitam* adsignificat. *ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά* Trach. 383. Schol. *μηχανᾶται. οἱ γὰρ γύνανδροι καὶ λέγειν ἠσκηκότες* inc. CV. 77. (865 D.), non significat *dicendo exercitatos*, sed *τοὺς τῷ λέγειν τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντας*, quod quomodo in *γύνανδρον* conveniat, multis locis docet Aristophanes. Hinc universe *de falsa et subornata specie* dicitur: *οὐκ Ὀρέστου (σῶμα) πλὴν λόγοις ἠσκημένον* El. 1208. Suid. v. *ἠσκημένον.* Schol. *κατεσκευασμένον.* — 3. De corporis cultu et ornatu dictum id est fere, quod *κοσμεῖν. ζῶμα τοὐμὸν οὐ χλιδαῖς ἠσκημένον* El. 444., quo utitur loco Eust. p. 1835, 52. Scholiasta squalorem monens significari recte advocat huc *ἀεικῆ στολήν* v. 184. Similiter *ἐξασκεῖν ἐσθῆτι* dictum Oed. Col. 1599, quo loco Musgravius consulendus, et Blomf. gl. Pers. 187. Matthiaeum miror, qui certissimae Porsoni emendationi *ἠσκημένοι* pro *ἠσθημένοι* Hel. 1539. refellendae illud profert argumentum, quod quis bonis vestibus, non laceris *ἀσκεῖται*: quasi *subornando ad fallendum* homini non possint optime convenire lacerae.

Ἀσκληπίδης Aesculapio genitus. τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν Phil. 1317. Libri plerique *Ἀσκληπιαδῶν.* Toup. Em. in Suid. t. I. p. 168. *Ἀσκληπιῶν* coniiciebat, Podalirium sic et Machaonem dici posse af-

firmans. Porsonus cum in praef. ad Hecub. p. XXXV. violentam tentasset transpositionem, in Append. ad Toup. p. 445. τοῖν παρ' ἡμῖν scribi iussit, a reliqua versus parte corrigenda abstinens. Erf. Ἀσκληπιδαῖν, Elmsl. τοῖν — Ἀσκληπιοῦ coniecit in Cens. Hecubae Porsoni p. 69. Ἀσκληπιδῶν Brunckius ex Aldina et membr., quam veram esse scripturam vincit Etym. M. p. 210, 11. Est etiam in codd. Laur. A. B. Ven. et Triclinianis.

Ἀσκληπιός n. pr. ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου Phil. 1423. De accentu v. Eust. p. 463, 25. 860, 10. 1447, 44. Arcad. p. 40, 25. Hermanni quondam commento de propenacuendo vocabulo iure adversatur Spitzner. de Vers. Her. p. 84.

Ἄσκοπος 1. *quod oculos effugit.* ἄσκοποι δὲ πλάκες ἔμαρψαν Oed. Col. 1678 m. Schol.: ἀφανῶς διὰ χάσματος ἀπολομένῳ. Doederlinus *Orci tenebras* interpretatur, *in quibus nihil conspicitur.* Sed videtur ἀσκόπως, *nemo ut videret*, interpretandum esse. 2. tralate *cuius ratio iniri nequit:* id quod ex significatione τοῦ ὄψει μὴ ἐφικτοῦ (*unabsehbar*) facili transitu efficitur. Primum enim *a locis ad tempus* traducitur: τὸν ἄσκοπον χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον Trach. 246. Minime recte Hermannus explicat *incredibilem.* Deinde ad *facta:* πρᾶγος ἄσκοπον ἔχει περάνας Ai. 21. Schol. et Suid. ἀπροσδόκητον, ἄθετον Hesychius Sophoclis addita auctoritate, sed significatur *incomputabilis*, de cuius natura et causis non coniicias. ἀλλά μοι ἄσκοπα κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός Phil. 1098 m. Schol. ἀπροσδόκητα, commemorans una aliam scripturam ἄψαφα, quod λαθραῖα explicat. Idem in vulgata inest, quam ἀπροόρατα interpretamur. At *incredibilem* significat ἄσκοπος ἁ λώβα El. 853 ch. quod schol. et Suid. male ἀπροόρατος ὁ θάνατος interpretantur; *immensa* enim mortis, qua Orestes periit, *diritas* dicitur. εἴργασαι δέ μ' ἄσκοπα 1307 schol. rursum ἀπροσδόκητα; nectius πέρα πίστεως explicueris.

Ἄσμενος *lubens.* οὐ τιν — ἐσεῖδον ἄσμενος πόθῳ Trach. 752. ἀσμένῃ δέ μοι ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς Trach. 18. τότ' ἄσμενοι — λιπόντες ᾤχοντο Phil. 271. De spiritu v. Arcad. p. 177, 15., de accentu Etym. M. p. 155, 23. Ab ἥδομαι nonnulli ducebant.

Ἀσόλοικος. ἀσ. ἥμερον, προσηνές, οὐ βάρβαρον Hesych. ex Troilo III. 6 (555 D.).

Ἀσπάζομαι *consaluto.* νῦν με πᾶς ἀσπάζεται Oed. R. 596. Adsignificat sese gratum omnibus esse. στρατὸς — ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετο Phil. 357.

Ἀσπάθητος. ἀσπάθητον χλαῖναν, τὴν δοράν, παρ' ὅσον οὐχ ὕφανται Hesychius, τὴν ἀνύφαντον Gr. Bekk. An. p. 453, 18 et Eust.

p. 787, 7. σπάθη, ὅθεν καὶ τὸ σπαθᾶν καὶ τὸ ἀσπάθητος χλαῖνα παρὰ Σοφοκλεῖ. Pollux VII. 36 ex. Hesychio emendatus. Sophoclis est inc. CV. 59 (849 D.).

Ἄσπετος ingens. χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν ἄσπετόν τι θαῦμα Trach. 957 ch. Hercules ipse morbo cruciatus *prodigium* dicitur.

Ἀσπιδίτης clipeo armatus. ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον Naupl. II. 1 (376 D.). Selectiorem et convenientem metro formam prae Homerico ἀσπιδιώτης elegit poeta. De tono v. ἀγρώστης.

Ἀσπιδοῦχος clipeo armatus. ὡς ἀσπιδοῦχος Naupl. II. 2 (376 D.).

Αὐτίκα 1. statim. τῷ (σοφίσματι) νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ Phil. 14. κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα — αἱμάξω πεσὼν 990. ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω 1143 m. τά δ' αὐτίκ' ἐς τὸ φῶς φανεῖ κακά Oed. R. 1229. αὐδῇ δ' αὐτίκ' ἔξεστιν μαθεῖν Oed. Col. 324. ὡς αὐτίκ' Ἄργος — τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξον 381. οὔ τί πω ὡς αὐτίκα *nondum ut statim*, i.e. *mox*. 1373. Διὸς — μ' αὐτίκ' ἄξεται βροντὴ πρὸς Ἅιδην 1460. χῶρον μὲν αὐτίκ' ἐξηγήσομαι 1516. ὡς κατ' ὄμματ' αὐτίκα θνήσκῃ — τῷ νυμφίῳ Ant. 756. αὐτίκ' ἐξερῶ Trach. 153. ὄψει δ' αὐτὸν αὐτίκ' ἐμφανῆ 198. ἀλλ' αὐτίκ' εἰσόμεσθα 591. καί νιν αὐτίκα — ἐπόψεσθε 802. ἀλλ' αὐτίκα — δεῖ πωλοδαμνεῖν Ai. 544. ἄνδρες αὐτίκα τελοῦσι τοὔργον El. 1390. αὐτίκ' ἐκ βάθρων ἐλῶ ῥυτῆρι κρούων inc. CV. 153 (938 D.). — 2. *hoc ipso tempore, illico.* Hanc significationem in mente habuisse videtur Timaeus, cum scriberet p. 55: αὐτίκα, ἅμα καὶ τότε εὐθέως, quod corrigit Ruhnkenius. ἅμα ad praesentia, τότε εὐθέως (*olim statim*) ad incerto tempore sed mox aliquando futura refertur. Θυγάτερ, τί ποτ' αὐτίκα κύρσει Oed. Col. 225 m. τὴν μὲν αὐτίχ' ἡμέραν 434. Inde similibus coacervatis gravius dicitur εἴ τίς σε — αὐτίκ' ἐνθάδε κτείνοι παραστάς Oed. Col. 996. — De tono singulatim qui praeceperit, non novi.

Αὐτογέννητος. κοιμήματά τ' αὐτογέννητ' ἐμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός Ant. 856 m. Vat. αὐτογεννῆτ', Ald. αὐτογένητ'. Schol.: συνουσίαι τοῦ

πατρὸς αὐτογεννῆς. Concubitus cum matre dicit, ex qua ipse generatus Oedipus erat.

Αὐτόγνωτος ultro susceptus. σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά Ant. 867 ch. Etym. M. p. 173, 38 sic refert: αὐτόγνωτος· σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσεν ὀργά, Σοφοκλῆς ἀντὶ τοῦ αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος, quibus eisdem verbis scholiastes utitur: cf. Schaefer. ad v. 875. Erf. olim in ed. min. erravit.

Αὐτοδαής. Νύσια Κνώσι' ὀρχήματ' αὐτοδαῆ Ai. 685 ch. De saltationibus illis, valde obscura re, v. Lobeckium. αὐτοδαῆ schol. αὐτομαθῆ, ἃ ἐκ φύσεως ἔχεις, οὐ διδακτά explicat. Saltatorius enim Pan deus.

Αὐτοέντης. interfector. Phryn. App. Soph. p. 15, 11. τὸν αὐτοέντην a Sophocle dictum refert, quem πολιτικώτερον dicas αὐθέντην. — τὸν αὐτοέντην — ἐν κοίτῃ πατρὸς (ἴδω) El. 264. Libri αὐτοφόντην, quod expulit Brunckius altero apud scholiasten reperto. τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν Oed. R. 107. Plura de hoc vocabulo vide ap. Valck. Diatr. p. 189. et Lob. ad Phryn. p. 120. — De tono v. Etym. M. p. 169., 28.

Αὐτόθεν illinc. σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε Oed. Col. 1139. *illinc mihi consalutatus esto*; quae nolens suo contactu Theseum inquinari Oedipus dicit. De tono v. Apoll. de Adv. p. 573, 14.

Αὐτόκλητος proprie *ultro accitus*, i. e. *sponte veniens.* οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτόκλητος Trach. 391. V. Abresch. Dil. Thucyd. p. 301.

Αὐτόκτιστος. Hesychius αὐτοκτίστους δόμους ex Cedalione (IV. I. 306 D.) afferens explicat οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταὐτομάτου γεγενημένους, ἢ τοὺς μὴ ᾠκοδομημένους. Non concedam Blomfieldo gl. Prom. 309, αὐτόκτιτος esse scribendum.

** *Αὐτοκτονέω sua se invicem manu occidere.* ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν αὐτοκτονοῦντε — μόρον κατειργάσαντο Ant. 56. Libri omnes αὐτοκτενοῦντε: Coraes αὐτοκτονοῦντε, contra pronominis reflexivi usum, Hermannus αὐτοκτονοῦντε correxit, id quod dubio omni maius est secundum Lobeckii doctrinam parerg. ad Phryn. p. 623. Schaeferus contra σταδιοδραμοῦμαι similiaque contulerat, de quibus ipse quoque Vir Summus expedivit p. 618. Schneideri sive nescio cuius coniectura αὐτῷ κτενοῦντε inepta est.

** *Αὐτόλιθος.* Pollux cum X. 120 ex Andromeda (VI. s. 133 D.) αὐτοχειλέσι ληκύθοις afferat explicans ἀλαβάστους μονολίθους, bene Hemsterhusius αὐτολίθοισι ληκύθοις emendavit.

Αὐτόλυκος n. pr. Thamyr. V. 1 (230 D.).

Αὐτόμοιρος, μονόμοιρος Hesych. ex Thyeste VII. 10 (249 D.).

Αὐτομόλως, *προδοτικῶς* Hesych. ex Phaedr. IX. 6 (617 D.).

Αὐτόνομος qui sui iuris est. αὐτόνομος — Ἅιδαν καταβήσει Ant. 815. Schol. *μετ' ἐλευθερίας.* Quod addit, *ἰδίῳ καὶ καινῷ τρόπῳ*, Seidlerum patronum habet. Gravior tamen altera sententia: ultro enim et de industria Antigone mortem quaesiverat. — De tono ut in nominali vocabulo non ambiguum.

Αὐτόξυλος rudi ligno factus. αὐτόξυλον γ' ἔκπωμα Phil. 35. Schol. *μονόξυλον*: melius Eustath. p. 1332, 17. *ὅμοιον δὲ — καὶ τὸ παρὰ Σοφ. αὐτόξυλον ἔκπωμα, καὶ ὅλως ὅσα ἔργα οὐκ εἰς κάλλος εἴργασται.* Cf. Iacobs. ad Epigr. Delect. p. 27.

Αὐτόπαις genuinus filius. τῷ Διὸς αὐτόπαιδι Trach. 823 ch. Schol.: *γνησίῳ παιδί.* Quae Gr. Bekk. An. p. 467, 15. refert, *αὐτόπαιδα, αὐτὸν τρόπῳ τινὶ παῖδα ὄντα. οὕτω Σοφοκλῆς*, quae omisso Sophoclis testimonio etiam apud Hesychium scripta exstant, aliud quid spectare necesse est, critque fr. inc. 964 D.

Αὐτόποιος per se satus. φύτευμ' ἀχείρωτον αὐτόποιον Oed. Col. 703 ch. oleae dicuntur Atticae indigenae. Apud Elmsl. in annot. errore scriptum *αὐτοποιόν*, sed in libris rectus accentus servatur.

Αὐτόπρεμνος radicitus. τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται Ant. 710. Affert Eust. p. 1409, 38. et ex Athen. p. 23. idem p. 1612, 17. Antiphanem risisse memorat. — Cf. Blomf. gl. Sept. 71.

Αὐτός. De hoc pronomine universe v. H rm opusc. t. I. p. 308. Bernhardyus certe, ut magniloqui solent, nihil egit in Synt. p. 286.

I. *Ipse.* 1. *Nude* positum. *nom. αὐτός* Phil. 89. 119. 290. 461. 666. 686 ch. 944. 1000. 1316. Oed. R. 7. 221. 428. 544. 557. 574. 587. 591. 704. 725. 856. 1039. 1179. 1208 ch. 1247. 1364 m. 1381. 1447. 1485. 1498. 1499. Oed. Col. 463. 565. 568. 597. 911. 916. 934. 1025. 1282. 1358. 1516. 1524. 1527. 1550. 1585. Ant. 52. 394. 703. 750. 1053. 1245. Trach. 191. 248. 252. 481. 743. 1055. 1204. 1217. Ai. 128. 259. 265. 460. 729. 1069. 1071. 1078. 1213. 1274. 1344. 1366. El. 413. 652. 1141. 1145. 1311. Alet. IV. 1 (91 D.). Atr. I. 2 (144 D.). Hel. I. 1 (186 D.). Oenom. III. 3 (421 D.). inc. LXXXI. 2 (754 D.). *αὐτή* Oed. R. 1078. Ant. 484. Trach. 817. 1143. El. 400. 984. 1001. 1297., vitiose repositum a Brunckio El. 981 pro verissima librorum scriptura *αὕτη*. In crasi *χαὐτός* Phil. 96. 319. 498. 881. 1354. Oed. R. 22. 927. Oed. Col. 1001. 1151. 1744 m. Ant. 795 an. 1082. 1231. El. 28. Ai. 340. 384 m. Erig. II. 2 (226 D.). *χαὐτὴ* inc. CV. 110. 4. — *accus. αὐτόν* Phil. 428., ubi *ipsum* longe significantius quam *eum*; Oed. R. 926. Oed. Col. 301. 1013. 1157. 1204. Ant. 433. Trach. 1167. El. 36. Acris. IX. 2 (66 D.). Aload.

VIII. 3 (166 D.). — *Plur.* *αὐτοί* Trach. 281. *αὐταί* Oed. Col. 1754 an. *αὐτοῖς* Phil. 275. *αὐτά* Oed. R. 342. Reliqui casus sic non leguntur. — 2. *Cum nomine.* *ὁ τλήμων αὐτός* Phil. 161 an. *αὐτὸς Ὀδυσσεύς* Phil. 568. *αὐτός τ' ὁ πρέσβυς* Oed. R. 805. *αὐτὸς μόνος* Ai. 1262. *αὐτὸ τοὔργον* Lemn. V. 3 (352 D.). v. Hesych. v. *αὐτὸ δείξει*, et Valck. ad Hipp. 626. *αὐτοῦ Διός* Phil. 392 ch. *πρὸς αὐτοῦ Ζηνός* 482. *Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ* Oed. R. 712. *Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός* Oed. Col. 797. *πρὸς αὐτῷ γε τῷ δεινῷ* Oed. R. 1169. *αὐτὸν τὸν θεόν* Oed. Col. 1287. *ἄνακτα δ' αὐτόν* 1646. *ἐς αὐτὸν καιρόν* Ai. 1147. *ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην* El. 710. *αὐτὸ στόμιον* Ant. 1202. *πρὸς αὐτὸ τέρμα* El. 1389. *αὐτοὶ θεοί* Oed. Col. 1507. *αὐταὶ ῥιπαί* Ant. 920 an. *αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις* Ai. 27. *ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς* El. 1321. *αὐτοῖσιν ὅπλοις* Amphiar. IV. 2. (731 D.), qui inter incerta retulit. Sed *αὐτῶν δ' ἀγώνων* Oed. Col. 1085 ch. suspectum est, *βροντᾶις αὐταῖς* Phil. 1184. vitiosa scriptura. v. *αὐγή*. — 3. *Cum pronomine.* *ἐγὼ δὲ καὐτός* Phil. 319. *αὐτὸς σύ* Oed. R. 379. 957. El. 1462. *ἐγὼ — αὐτός* 587. Ant. 1099. *σύ τ' αὐτός* Oed. Col. 489. *σὺ δ' αὐτός* Aethiop. I. 2 (26 D.). *σοὶ καὐτῷ* Phil. 617. *ἐμοὶ — αὐτῷ* Oed. Col. 956. *σοὶ αὐτῷ* 1127. *αὐτόν τέ με* Phil. 1299. *σέ τ' αὐτόν* Oed. Col. 872. aliae librorum quorundam scripturae *καὐτόν* et *γ' αὐτόν* ad sententiam non quadrant; 1419 libri *σέ γ' αὐτόν*, scribendum autem cum Brunckio *σέ τ' αὐτόν*, ut Ant. 1323 *σέ τ' αὐτάν*. *ἐμὲ — αὐτόν τε* Oed. Col. 1013. *με — αὐτόν* Oed. Col. 1157. 1542. *ὑμῶν αὐτῶν* Oed. Col. 1497. Cum adiectivo pronomine: *αὐτὸς ὅδε* Oed. R. 531. *ὅδ' αὐτός* Trach. 58. *τοῦτ' αὐτό* Phil. 1011. Oed. R. 547. 548. 1013. Oed. Col. 581. Trach. 407. *τοὐμὸν αὐτῆς* El. 244. *τοῖς σοῖσιν αὐτοῦ* Oed. R. 416. *τοῖς οἷσιν αὐτοῦ* 1248. *αὐτὸν ἐκεῖνον* Trach. 286. *αὐτὸ τοῦτο* Phil. 77. *κατ' αὐτὸ τοῦτο* 436. *οἷς αὐτοῖς* Phil. 316. *αὐτὰ ταῦτα* Trach. 597. — 4. *Cum pronomine et substantivo.* *ὅδ' ἄναξ αὐτός* Ant. 1242 an. *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γε* Phil. 23. — *Αὐτὸς αὑτοῦ, αὐτὸς αὑτῷ, αὐτὸς αὑτόν* v. **αὑτοῦ**. *αὐτὸς σαυτοῦ* v. **σαυτοῦ**. *αὐτὸς ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ* v. **ἐμαυτοῦ**. — 5. *De significatione.* Longe creberrime verum pronomen est distinguendae subiectae notioni primariae ab aliis minus gravibus s. secundariis. V. Herm. l. c. p. 309. Interdum significat **μόνος**. ut *ὦ μέγας λιμήν, αὐτὸς ἤρκεσεν παιδὶ καὶ πατρί* Oed. R. 1208 ch. ubi contra libros Br. Herm. *ὠὑτός*. In *ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω* Oed. R. 342 est *αὐτόματα*, ut recte schol. *Adverbiascit:* *δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον* Ant. 1202. *ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς* El. 1321. *ἐς αὐτὸν καιρόν* Ai. 1147. *πρὸς αὐτὸ τέρμα* El. 1389.; praeter haec in omnibus exemplis formularum quibus *αὐτὸ τοῦτο* et *τοῦτ' αὐτό* accusativo casu dicuntur. *Omittitur* *σύν* in *αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις* Ai. 27. *αὐτοῖσιν ὅπλοις* Amph. IV. 2., cuius usus

pauca de innumeris exemplis inutili opera congessit Monk. ad Eur. Hipp. 1184. Rectius consules Matth. ad Hipp. 1203. et Lob. ad Phryn. p. 99.

II. In obliquis casibus *αὐτός* significat *is*, et subiectae notioni s. rei, de qua quis loquitur revocandae constitutum est. Nec in principio sententiae legitur, nec post minores, si recte eas posueris, distinctiones, in quo genere ab editoribus multum peccatur; sed quominus versum incipiat in continuo sermone, nihil obstat. In melicis rarum est. Sed nominativus casus ab hoc vocabuli usu excluditur, ut quae huc advocaveris exempla rectius aliter explicare quaeras. In Ai. 1262. *ὅτ' αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου — ἦλθ' ἐναντίος*, *ipse potissimum* Aiax dicitur occurrisse, ut reliquorum ducum notetur ignavia. In Phil. 686 ch. *ἵν' αὐτὸς ἦν πρόςουρος* Philoctetae ita depingitur solitudo, *ipse ut solus sui vicinus* esse dicatur, displicetque acumen Hermanni, qui cum *πρόςουρος vicinum* significans a tragoedia alienum, et hoc ut *ἔπουρος* ab *οὖρος* repetendum dicat, videat quomodo *ἄπουρος* explicet. De Oed. R. 1078. et Ant. 480 videndus Hermannus, quanquam posteriore loco *αὕτη* cod. Laur. A., quod fortasse praeferas. — *Genitivus* exstat in his: *παρ' αὐτοῦ* Oed. Col. 584. *μετ' αὐτοῦ* Ant. 73. *ἀπ' αὐτοῦ* 408., quod Dorvill. ad Char. p. 399 contra sensum loci *ἀφ' αὐτοῦ* scribendum affirmavit. *ἀπ' αὐτῆς* Oed. R. 1269. *αἱ δὲ συμφοραὶ αὐτοῦ πανώλεις* Oed. Col. 1019 in principio versus. *ὠδῖνας αὐτοῦ* Trach. 42. *τὸ κάλλος αὐτῆς* 465. *σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήψατο* 775. *ὥς οὔποτ' αὐτοῦ πρόσθεν εἰςήκουσα* Ai. 311. *γενοίμεθ' αὐτοῦ — σωτήριοι* 766. *κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθης* 1114. *ἐχθροῖσιν αὐτοῦ* El. 448. *φέροντες αὐτοῦ σμικρὰ λείψανα* 1102. At *παισὶ τοῖς αὑτοῦ* iure scribitur inde a Stephano in Oed. Col. 1398, etsi *αὐτοῦ* in Laur. A. et omnibus ceteris libris exstat. — *Dativus*: *οὐδέ τιν' αὐτῷ παιῶνα — ἐπινωμᾷν* Phil. 167 an. Libri videntur *αὑτῷ* tueri, mutavit Brunckius. v. C. Matthiae Qu. Sophocl. p. 109. *Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος* 423. *κοὐκ ἔστιν αὐτῷ* Oed. R. 849. *ἦ τυχών μ' αὐτῷ δίδως;* 1025. *λυσσῶντι δ' αὐτῷ* 1258. *ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς — μόλοι;* Oed. Col. 70. *τρὶς ἐννέ' αὐτῇ κλῶνας* 484. *ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ — μέτα* Ant. 48. *κἄξεστιν αὐτῇ* 503. *ὅτ' αὐτῷ* Ai. 789. *τύχῃ κακῇ μὲν αὐτῇ γε* Trach. 327. *μὴ πρέποντ' αὐτῷ* 383. *μὴ σταίη — ὄχημα ναὸς αὐτῷ* 653 ch., quod exemplum quod cantici est, notandum. *μέλλοντι δ' αὐτῷ* 753. *οὖρος ὀφθαλμῶν ἐμῶν αὐτῇ γένοιτο* 813. initio versus positum *αὐτῇ*. *ὁ κλεινὸς αὐτῇ νυμφίος* El. 292. *κειμήλι' αὐτῇ* 430. *προςφιλῶς αὐτῇ* 434. de quo recte intelligendo cf. Herm. *λυτήρι' αὐτῇ* 439. *δὸς αὐτῷ* 443. *πέμψαι τάδ' αὐτῇ* 452. *πάρεστιν αὐτῷ* Aload. XI. 12 (109 D.). *πρὶν αὐτῷ* Tynd. I. 2 (572 D.). Phthiot. III. 2 (624 D.). In Oed. R. 509 ch. *φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε*

κόρα olim non sine sensus detrimento deletum nunc restituit Hermannus. Oed. R. 612. *τὸν παρ' αὐτῷ βίοτον* et *αὐτῷ* et *αὑτῷ* paribus fere momentis commendantur: *αὑτῷ* Br. Herm. *αὐτῷ* Elmsl. praetulit. Sed inc. XV. 2 (669 D.). dudum recte, quamvis in sententia non perfecta emendatum *ὅταν τις ἐσθλὸς ὢν αὑτῷ ξυνειδῇ.* — Accus. *ταύτην γὰρ ἔχειν — λόγος ἐστὶ φύσιν* Phil. 164 an. *πρὸς αὐτόν* 193 an. *οὐκ εἶδον αὐτόν* 443. *ἔστελλον αὐτόν* 493. *δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν* 576. *ἐάσωμεν — ἔκηλον αὐτόν* 815. *ξυλλάβετέ γ' αὐτόν* 991. Tricl. *ξυλλάβετε τοῦτον*: Laur. A. B. Ven. *ξυλλάβετ' αὐτόν. ἄφετε γὰρ αὐτόν* 1043. *οὑξελέγξων αὐτὸν ἔστιν* Oed. R. 297. *ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρώσκει* 469 chor. notabile igitur. *ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα — θανεῖν* 713. *ἔφασκεν αὐτὸν — ἐννέπειν* 842. *τύραννον αὐτὸν — στήσουσιν* 939. *ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία* 1024. *πρὸς αὐτόν* 1421. *κατ' αὐτόν* Oed. Col. 18. *φασὶν αὐτόν* 1166. *ἔφυσας αὐτόν* 1191. *ἀλλ' ἔα αὐτόν* 1194 cum rarissima synizesi; libri etiam *αὐτόν* et *σεαυτόν* prae se ferunt: Bothius ridicule explicat, ut pro *αὐτομάτως* dictum sit, magis adhuc ridicule Staegerus in interpret. Germ., hic quidem gravissimo sono in pronomine eius minime consorte posito: *aber ihn! sed hunc potissimum!* Nihil vidi ineptius. *εἰ — μὴ 'τύγχαν' αὐτόν* Oed. Col. 1351. *θωΰξειν αὐτόν* 1620. *καλεῖ γὰρ αὐτόν* 1622. *ὁρῶμεν αὐτόν* 1650. *οὐ γάρ τις αὐτόν* 1654. *ἔκρυπτεν αὐτόν* Ant. 285. *μήπω ποτ' αὐτὸν — λακεῖν* 1081. *χωρεῖ πρὸς αὐτόν* 1212. *ἐπιστρατεύειν αὐτόν* Trach. 75. *κύκλῳ γὰρ αὐτὸν — λεὼς κρίνει* 193. *ὄψει δ' αὐτόν* 198. *ὃς αὐτὸν ἐλθόντα* 261. *ἔρριψεν ἐκτὸς αὐτόν* 268. *ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα — ἔχοντα* 271. *ὁθούνεκ' αὐτὸν μοῦνον* 276. *πρὶν κεῖνος αὐτόν* 605. *εἴ ποτ' αὐτόν* 607. *μόνη γὰρ αὐτόν* 709. *ὀπτὴρ αὐτὸν φράζει* Ai. 29. *θανεῖν γὰρ αὐτὸν — θέλω* 106. *φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην* 527. *προσειπεῖν αὐτόν* 534. *αἴρ' αὐτόν* 541. *αὐτίκ' — αὐτὸν — δεῖ πωλοδαμνεῖν* 544. *στείχοντα — αὐτόν* 710. *ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν — μῆνις* 743. *ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει* 751. *ἔπηξα δ' αὐτόν* 808. *οὐχὶ — δῆτ' αὐτὸν ἄξεις* 965. *ὁθούνεκ' αὐτόν* 1031. *ὧν οὕνεκ' αὐτόν* 1041. *κἆτ' αὐτὸν εἰσιδών τις* 1131. *ἔχ' αὐτόν* 1159. *ἀλλ' αὐτὸν — οὐκ ἄν γ' ἀτιμάσαιμι* 1318. *λωβητὸν αὐτὸν ἐκβαλεῖν* 1367. *ἀρωγὸν αὐτόν* El. 446. *τὸ λοιπὸν αὐτὸν — στέφωμεν* 450. *θωπεῖν χρῆν αὐτόν* 569. *φόνου ποτ' αὐτὸν πράκτορα* 941. *κἄνευθεν αὐτόν* 1109. *ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε* inc. LXV. 2 (730 D.). *καταπεσεῖν αὐτόν* inc. LXXVIII (751 D.). Eustathii verba, non Sophoclis recta oratione usi, videntur. In Oed. Col. 121 ch. viam praemonstrantibus libris *λεύσσετ' αὐτόν* vel *λεύσατ' αὐτόν* habentibus rectius *λεύσσ' αὐτόν* scribetur, quam quod Hermannus dedit *λεῦσσέ νιν*, vel Brunckii *λεύσσεις νιν*: nam quod offensioni esse *αὐτόν* Hermannus affirmat, sicut in Latino carmine *eius*, de quo Bentlei m dixisse scimus ad Hor. Carm. III. 11. 18, illud quidem minimi faciun

dum. Diversa enim linguarum indoles, et *αὐτῷ αὐτόν* a canticis non plane abesse vidimus. — *αὐτήν.* *τὸ δεύτερον αὐτὴν χρεὼν — ἁλῶναι* Phil. 1425. *λυσσῶσαν αὐτήν* Ant. 488. *ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον* 651. *κοὐχ ἡ Λυδία πέρσειεν αὐτήν* Trach. 433. *ὁρῶμεν αὐτήν* 926. *κλιθεῖσαν αὐτήν* 1216. *κακὸν — εἰς αὐτὴν ἰόν* El. 366. *λόγος τις αὐτήν ἐστιν εἰςιδεῖν* 409. *ἔθυσεν αὐτήν* 525. 566. *λευκὸν αὐτὴν ᾽ξοὐκ ἐπαίδευσεν γάλα* Peliae I (433 D.). In Trach. 625.: *οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προςδέγματ᾽ αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως* non erigitur pronuntiando pronomen, nec *ipsam* sed *eam* significat. Falso enim et nostro plane, non Graeco more distinguitur post *προςδέγματα*: est enim sententia obiecti ratione a verbo *οἶσθα* suspensa, cui cum infinitivum substitueris, non distingues utique, nec igitur in *ὡς* vel *ὅτι* faciendum. — *αὐτό.* *ἀλλ᾽ ἔκφερ᾽ αὐτό* Phil. 647. *κέρδος αὔτ᾽ ἐγὼ λέγω* Ant. 458. Sic recte Brunckius ex suis: male edd. vett. et Dresd. a. *αὔτ᾽*, quod est *αὖτε.* *ἀλλ᾽ αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβών* Ai. 571. *ἀλλ᾽ αὐτὸ Νὺξ Ἅιδης τε σωζόντων* 645. *δαιμόνιον αὐτὸ τίθημ᾽ ἐγώ* El. 1262 m. initio versus et in cantico. *τέρας νομίζειν αὐτό* 1309. *ἔχοιμ᾽ ἂν αὐτὸ — ἀπεικάσαι* Ach. Am. I. 2 (162 D.). — *Dualis.* *ἴλεως αὐτοῖν κλύε* El. 1368. *ἀμφοῖν ἀπ᾽ αὐτοῖν* Oed. R. 682. *ἐν δ᾽ ἐμοὶ τέλος αὐτοῖν* Oed. Col. 424 in versus principio, ut *ἀνάστατος αὐτοῖν ἐπέμφθην* 431. *δίδωσιν αὐταῖν* 447. *ἀμφὼ γὰρ αὐτά* accus. Ant. 766. — *Pluralis. Genitivus.* *αὐτῶν βεβώτων* Phil. 277. principio versus, ante quem pessime vulgo distinguitur, quasi adverbialiter dictum, quali ex genere sunt genitivi q. v. consequentiae, a verbo recte segregetur. *χόλον κατ᾽ αὐτῶν* Phil. 328. *ἄγοιγ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν* 330. *μὴ — ἔτ᾽ αὐτῶν μηδὲν εἰς θυμὸν βάλῃς* Oed. R. 975. *ἄρχει τις αὐτῶν* Oed. Col. 66. *τέκνον — ποτ᾽ αὐτῶν αἷμα πίεται* 628. *κοὔπω τις αὐτῶν* Trach. 461. *κατ᾽ αὐτῶν* Ai. 297. *χνοάς τις αὐτῶν* El. 707. *εἴ τις αὐτῶν* 1452. *οὐ γάρ ποτ᾽ αὐτῶν* Alet. VI. 3 (93 D.). *ἐξ αὐτῶν* Erig. II. 2 (226 D.). — *Dativus.* *τά τ᾽ ἄλλ᾽ αὐτοῖσι* Phil. 606. *ἅμ᾽ αὐτοῖς* 971. 1015. *μήτ᾽ ἄροτον αὐτοῖς* Oed. R. 270. *τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς — ἔνι* 598. *ἐν δ᾽ αὐτοῖσιν* 752. *πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως* Oed. Col. 368. *τοιοῦτον αὐτοῖς* 951. *ἐπ᾽ αὐταῖς* 1607. *ξυμφέροντ᾽ αὐταῖς* 1631. *ἐπ᾽ αὐτοῖς* Ai. 446. *Αἴας γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ᾽ ἔστιν* 951. *οἶ᾽ αὐτοῖς φρονῶ* El. 326. *ἀλλ᾽ οὐ μετῆν αὐτοῖσι* 526. *παρ᾽ αὐτοῖς* 1321. *Accusativus.* *ὅτ᾽ αὐτούς* El. 699. *τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετο* Phil. 597. *σωτῆρας αὐτούς* 728. *ξυμπάντας αὐτούς* 1031. *ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι* 1355. *βλέπων μὲν αὐτούς* Oed. Col. 280. *τὸ θεῶν αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα* 609. *οὐδείς ποτ᾽ αὐτοὺς — ἂν ἐμπέσοι ζῆλος* 946. — *αὐτά.* *αὖθις αὔτ᾽ ἐγὼ φανῶ* Oed. R. 132. *ἀλλ᾽ αὔτ᾽ Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν* Phil. 64. *ἐγὼ γὰρ αὔτ᾽ ἔσωσα* 373. *περιστέλλουσιν αὐτά* 445. *αὐτὸς αὔτ᾽ ἐκτησάμην* 666. *σῷζ᾽ αὐτά* 755. *μή σοι γενέσθαι πολύπον᾽*

αὐτά 766: αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ — λαβὼν ἔχω 1218. οὐκ ἄν τις αὔτ' ἔμαρψεν Ai. 439. νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι — ἔπραξαν 440. ποῖ βλέπων ποτ' αὐτὰ καὶ θροεῖς; 1269. Haec significatio est, qua aliis maxime pronominibus postponi solitum αὐτοῦ αὐτῷ αὐτόν a se invento nomine ἐπιταγματικόν dixit Aristarchus ap. Apoll. de pron. p. 79, a. Inclinatum unquam αὐτόν atticis fuisse nullo nec testimonio scriptorum neque ex libris constat; apud Homerum constans omnium consensus in ea re fuit Il. μ. 204.: v. schol. it. Apoll. l. c. p. 77. Characem p. 1153.

III. Cum articulo maxime compositum ὁ αὐτός significat *idem*, de uno duo praedicari iuncta indicans. Casu nominativo masculini generis librorum in omittendo articulo magna esse concordia solet; sed ea ipsa res vestigium veri habet, ut graviter erraverit Brunckius ubique secundum Ionum morem ὡὐτός scribens. μὴ — οὐκέθ' ἀὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς Phil. 517. αὐτός est in Laur. A. Ricc. Vat. T.; Brunckius ὡὐτός quasi cum ceteris codd.; sed certum est in nullo exstare. οὐχ ἀὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ El. 905. Libri et Brunckius, ut in Phil. l. c. ἀὐτός Schaeferus correxit. In Ach. Am. I. 8 (162 D.). ex Stob. flor. LXIV. petito, cuius nulla est certa fides, non minus verum est ἀὐτός esse scribendum. — Formae ταὐτό et ταὐτόν ita differunt, ut hoc perpetuo sit ante vocales usu et ubi positione opus, illud, ubi syllaba finali brevi. Iniuria enim Elmsl. ad Eur. Suppl. 423. Med. 650. Soph. Oed. R. 734. ταὐτό quasi precario admissum, ταὐτόν legitimum esse pronunciavit, nec rectius assentitur Matth. ad Suppl. l. c. cf. ad Phoen. 499.: etsi concedunt esse aliqua brevioris formae exempla dubio maiora. Sophoclis unum habent Trach. 425. Praeterea ταὐτό necessario scribitur Oed. R. 734. ταὐτόν et ταὐτό pariter versus fert Oed. R. 1405, ubi ex libris editum ταὐτόν. Sed ταὐτόν scribendum fuit propter insequentem vocalem Oed. Col. 618. Phil. 542. 1240. Oed. R. 325. Oed. Col. 1420: cf. Eur. El. 517. Ar. Nub. 662. 1286. — ταὐτοῦ πατρός Ant. 509. ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν El. 317. ἐν ταὐτῷ 1488. Alet. VI. 3 (93 D.). ἐν πόνῳ ταὐτῷ Oed. Col. 1361. ἐν ταὐτῷ λόγῳ 1651. τὸν αὐτὸν ἀριθμόν Oed. R. 844. τὸν αὐτὸν δαίμονα Oed. Col. 1339. τὸν αὐτὸν ἐς τόπον Ai. 432. τὸν αὐτὸν ἄνδρα Phil. 128. — τῶν αὐτῶν Ant. 920 an. Tr. 543. τοῖς αὐτοῖς Tr. 440. El. 904. Acris. VIII. 12 (65 D.). ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς Ai. 84. ἐν τοῖσιν αὐτοῖς — κακοῖς Ant. 1063. ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις inc. XVI. 1, 3 (670 D.). τά γ' αὐτὰ κράτη Oed. R. 586. — ταὐτά recte scriptum ex uno cod. a Brunckio Oed. R. 284.: ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι μάλιστα Φοίβῳ Τειρεσίαν; vulgo male ταῦθ', velut μαθεῖν δικαιῶ ταὔθ' ἅπερ κἀμοῦ σὺ νῦν 575. Eadem cum dativo verbi ratio est Ai. 672: ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε τιμᾶτε; Oed.

R. 579: ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτά; et 840. λέγων σοι ταὐτά. v. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 548. Probabili coniectura ταὐτά pro ταύταν Phil. 842 ch. corrigit Herm. diss. de pron. αὐτός p. 335. — Exempla illa Abreschio praeter alios (Dil. Thuc. p. 737) et Buttmanno (ad Phil. 119) sine addito articulo *idem* significare visa omnia alios explicatus habent. Ionicae id poesi proprium: qui eam consuetudinem olim non plane abiudicarat ab Atticis, Schaeferus ad Greg. p. 303. cf. Mel. Cr. p. 3 et 65., is errorem suum revocavit App. Demosth. t. III. p. 61. coll. Herm. ad Ant. 920. Omnium diligentissime de hac re egit Matthiae Add. ad Eur. t. VII. p. 502. — σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα Phil. 119. ad significationem pronominis *ipse* revocandum, estque *tu vero ipse* asseverandi formula. In Phil. 1314 οὗτος ἥλιος scribendum. Oed. R. 458. φανήσεται δὲ — ἀδελφὸς αὐτὸς καὶ πατήρ, quanquam nunc αὐτός scripsit Hermannus, vetus librorum auctoritas longe elegantiorem sententiam habet: *ipse et unus quidem pater et frater declarabitur.* νῦν ἔτ' αὐτὸς εἰμι τῷ βουλεύματι Oed. R. 557 *consilio ipse sum adhuc* h. e. *ipse mihi consto*: Herm. ἁὐτός contra libros. ὦ μέγας λιμήν, αὐτὸς ἤρκεσεν παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν Oed. R. 1208 ch. *ipse solus suffecit*; etiam hic Herm. contra librorum fidem ἁὐτός. ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν Ant. 920 an. *ipsa illa animi ingenerata impotentia* significatur, quod plane congruit cum Oed. R. 557, nec minus illo novatores expertum est. Nihil hoc loco agit Wexius. In Phil. 498 εἰς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον ἧκα tantum abest ut *eundem* interpretemur *nuntium*, ut uno subrogato vocabulo αὐτάγγελον veram sententiam demonstrari putemus. In El. 905. Ach. Am. I. 8 (162 D.). αὐτός scribendum fuisse vidimus. Quod olim opponi solebat, ἁὐτός in codd. nusquam legi, iam concidit post adnotata a Bekkero ad Plat. t. I. 1. p. 51, 1. ad Demosth. p. 11, not. e. p. 299, not. p.

Αὐτόσσυτος sponte veniens. ἀ. αὐτοκέλευστον Hesych. et Gr. Bekk. An. p. 467, 31., hic sine nomine fabulae, e Scyr. VII. 2 (503 D.).

Αὐτόστολος. αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι Phil. 494. i. q. αὐτὸν στελλόμενον.

Αὐτοσφαγής a semet vel a suis caesus. αὐτοσφαγῆ πίπτοντα Ai. 828. Quod sequitur τοὺς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο, non *sua manu* sed *a suis caesum* significans, illustravit Lobeckius.

Αὐτοῦ in ipso loco, illic, hic. I. *Proprie:* αὐτοῦ μὲν οὔπερ κἀφάνης Oed. Col. 77. τοῖσδ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δημόταις 78. Colonensibus, loci quem insederat Oedipus, accolis. αὐτοῦ 192 ch.: consistere enim Oedipum chorus iubet; est igitur ἐπίσχες, μὴ πόῤῥω πρόβαινε, *halt.* ἔκηλος αὐτοῦ μίμνε 1043. αὐτοῦ βαιὸν ἀμμείνασα Tr. 334. μηδ' αὐτοῦ θάνω

799. θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ El. 81. — 2. *Figurate:* ἅλις ἔμοιγ᾽, ἅλις — φαίνεται ἔνθ᾽ ἔληξεν αὐτοῦ μένειν Oed. R. 686 ch. Recte schol.: φαίνεταί μοι ἀρκούντως ἔχειν τὸ πρᾶγμα, φαίνεται ἐμοί, ἔνθα ἐπαύσατο ἡ φιλονεικία, αὐτοῦ, ἤγουν ἐκεῖ, μένειν. Creonti filias ab Oedipo abducturo chorus ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε Oed. Col. 860: non *illico consiste, sed ne quid ultra aude.*

Αὑτοῦ. I. Pronomen reflexivum tertiae personae, *sui.* τὴν αὑτοῦ φύσιν ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα Phil. 890. τὸ — ἄλγος εἰς ἕν᾽ ἔρχεται μόνον καθ᾽ αὑτόν Oed. R. 63. Possit etiam αὐτόν ferri, *ipse unus dolore tangitur.* αὐτὸς καθ᾽ αὑτοῦ (σημαινέτω) 228. εἴ τις — ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ 234. παισὶ τοῖς αὑτοῦ ξυνών 457. αἱ δὲ τοιαῦται φύσεις αὑταῖς — εἰσὶν ἄλγισται φέρειν 675. ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων 1270. τῆςδε — ὑπέρ τ᾽ ἐμοῦ αὑτῆς θ᾽ ὁρώσης Oed. Col. 34. εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ᾽ αὑτοῦ πόλει ἐμοί τε 309. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος; 310. ὁ νοῦς ὅταν αὑτοῦ γένηται 666. Plerique hic libri α ὐ τ ο ῦ, in his Laur. A. Ricc. Farn., probatque Elmsl.: erit igitur *ubi illuc animum adverterint.* Aptius est α ὑ τ ο ῦ, *sui compos*, de qua formula v. Valck. Adn. ad N. T. p. 292. Opusc. t. II. αὑτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσε 988. τὸν ἄνδρ᾽ ἴασον — τῇ θ᾽ αὑτοῦ φρενὶ χάριν παρασχών 1184. παισὶ τοῖς αὑτοῦ 1398. Laur. A. ut plerique alii libri αὐτοῦ. τῆς αὑτοῦ πάτρας Ant. 182. τί τόνδ᾽ ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι 642. ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον — εἴασε 692. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ (ὄλωλε) 1162. Laur. A. αὐτοῦ. αὑτῷ χολωθείς 1220. παίσασ᾽ — αὐτόχειρ αὑτήν 1290. τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται χώροις, ἵν᾽ αὑτοῦ Trach. 144. felici emendatione Hermannus, cui nullius momenti argumentis repugnat novissimus editor. Libri χώροισιν αὐτοῦ; Flor. αὑτοῦ; utramque scripturam scholiastes agnoscit. τὴν αὑτοῦ σκοπῶν πρᾶξιν 150. ἐξείλεθ᾽ αὑτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς 244. ὅρκον αὑτῷ προςβαλών 254. ἐδεστὸν ἐξ αὑτοῦ φθίνει 674. αὑτὴν διηΐστωσε 878. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε 887. Flor. αὐτῆς. αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον᾽ ἀνακαλουμένη 906. πρὸς αὐτῆς Aldina. λύει τὸν αὑτῆς — πέπλον 920. αὐτὴ πρὸς αὑτῆς (τέθνηκε) 1122. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ (ἔπραξε) Ai. 890. αὑτῷ δὲ τερπνός (τέθνηκε) 946. αὑτοῦ κρατῶν 1078. πάνθ᾽ ὅμοια πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ 1345. ὡς πατὴρ — ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην El. 562. βοᾶν ἔα τά θ᾽ αὑτῆς 793. χὤταν περ αὑτῆς εὐγενεστάτη φανῇ inc. LVI. 7 (713 D.). ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν — νέμει inc. XCIV. 3 (782 D.). αὐτὸς παρ᾽ αὑτοῦ μανθάνειν inc. C. 7 (779 D.). In his omnibus et sensus nulla ambiguitas, quominus recte dici reflexivum pronomen videatur, ut nulla aut exigua, quod mirere, scripturae diversitas. Paulo magis dubitari de his potest: οὐ γὰρ ὧδ᾽ ἄβουλός ἐστ᾽ ἀνὴρ Αἴγισθος, ὥστε σόν

ποί ἢ κἀμὸν γένος βλαστεῖν ἐᾶσαι, πημονὴν αὑτῷ σαφῆ El. 954. Ante Brunckium αὐτῷ legebatur; ille ut libri Lipsienses et Herm. αὑτῷ, recte, quia in libris est. Sed clarum est, utrumque sententiam aptam habere; illud *quo facto ipse sibi calamitatem inferret*, hoc, quod obliqua oratione alterius cuiusdam loquentis, non facientis, indicium continet, *quae ipsi calamitas foret*. τὸν παρ᾽ αὐτῷ βίοτον Oed. R. 612. *vitam suam*. Pars librorum et Elmsl. αὑτῷ minus recte. ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν λόγος ἐστὶ φύσιν — οὐδέ τιν᾽ αὐτῷ παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν Phil. 167. Sic recte Brunckius, αὑτῷ enim, a schol. agnitum, qui ἑαυτῷ explicat, *medicum sibi ipsi mederi* significaret. Hermanni editio haud dubio errore αὑτῷ retinuit.

II. αὑτοῦ pronominum ἐμαυτοῦ et σεαυτοῦ vices tuetur. Elmsleius quidem ad Heracl. 144. a prima et secunda persona plane amovendum esse αὑτοῦ αὑτῷ αὑτόν decrevit: cui cum Hermannus ad Trach. 451. aut iusto longius, aut quo non deberet progressum esse obiecisset, quippe si αὑτοῦ a prima et altera persona abiudicetur, non intelligi, quomodo de tertia dici possit, iam exortus est, qui rem inchoatam absolveret Bernhardy Synt. p. 287. Nam si obscure ὥςπερ ἐκ τοῦ τρίποδος τοῦ Δελφικοῦ locutum recte licet intelligere, etiam αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ et similia dicenda esse decrevit. In illa vetere sententia post Salmas. ad Inscr. p. 14. Abresch. An. ad Aesch. lib. I. p. 175. Diluc. Thuc. p. 716. Dorvill. ad Char. p. 159. Ruhnk. ad Tim. p. 92. Toup. Em. ad Suidam t. III. p. 50. Koen. ad Greg. p. 4. Schaef. Reisig. Coni. in Ar. p. 206. Fritzsch. Qu. Luc. p. 156. iure perstiterunt. Brunckius etiam, ut erat calidior, σεαυτῷ et ἐμαυτῷ prae illa, quam putabat, elegantia contempsit ad Ar. Nub. 1455. Eur. Or. 633. Et habet antiquos et bonos testes Timaeum l. c. Theodosium ap. Bekk. in varr. lectt. ad Apoll. de Synt. p. 405. Choeroboscum ad Theod. f. 264 l. c. utrumque Apollonii disciplinam secutum. Et mirum sane, Atticos ita dicere non potuisse, cum vel Homero vindicarit αὑτοῦ Ptolemaeus Ascal. ap. schol. Il. ι. 342., cf. Apoll. de pron. p. 101. de Synt. p. 141.: quanquam locupletiores testes plene scribebant ἓ αὐτοῦ, Apoll. de pr. p. 102. de Synt. p. 140. Eust. p. 103, 22. 1202, 8., Aristarchum secuti. Sed non potuisset hoc Ptolemaeus excogitare, nisi in communem usum αὑτοῦ receptum esset. Mediam quandam ineptissime viam ingressus Blomf. αὑτοῦ pro ἐμαυτοῦ σεαυτοῦ dictum a tragicis abiudicat, recentiori Atticismo vindicaturus, quo facto callide a prosariis scriptoribus manum abstinet, apud quos ea confusio perpetua. — Ergo pro ἐμαυτοῦ etc. ponitur αὑτοῦ: ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων, ἀλλ᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ᾽ ἀποσκεδῶ μύσος Oed. R. 138. Elmsl. cum quibusdam

libris, ut Mosq., et Suida v. ἀπωτέρω, αὐτοῦ. Trin. αὑτῷ. ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδέν Oed. Col. 970. κλάω — αὐτὴ πρὸς αὑτήν El. 277. Laur. A. αὐτὴν πρὸς αὐτήν. τούς γ' αὐτὸς αὑτοῦ πολεμίους (οὐκ ἐῶ θάπτειν) Ai. 1111. Laur. A. Bar. 2. Mosq. a. αὐτοῦ. De hyperbato v. Bast. Ep. Cr. p. 212. Reisig. C. Crit. in Oed. Col. p. 311. — Pro σεαυτοῦ etc. dicitur αὑτοῦ: σὺ δ' — αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὑτοῦ Oed. Col. 934. cum eodem, quod modo tetigimus, hyperbato. τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας 1358. Laur. A. veram scripturam servavit, reliqui libri αὐτοῦ. εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις Trach. 451. — Igitur cum hic usus et a ratione et a grammaticorum veterum disciplina satis habeat firmamenti, nec librorum convincatur documentis, dictatoriis quorundam edictis aut simulata doctrinae specie non videtur convelli posse.

III. Semel καθ' αὑτοῖν est κατ' ἀλλήλοιν. πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὧ — καθ' αὑτοῖν δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω Ant. 145 an. Schol.: ἀντὶ τοῦ κατ' ἀλλήλων. Hesychius: ἑαυτούς, ἀλλήλους, cuius vide Interpretes, et adde Hemsterh. Misc. Obss. X. p. 209. Abresch. ad Xen. Eph. p. 164. Locell. Heindorf. ad Plat. Parmen. p. 211. Non iniuria autem propter ἑαυτούς pro ἀλλήλους dictum Menander ab Eustathio reprehensus est p. 1547, 29.: dedecet enim comoediarum scriptorem liberiorem gravioris poeseos usum consectari, nec de industria illud, sed negligentia fecit is, quem saepe Grammatici propter inquinatam sermonis Attici puritatem reprehenderunt. Vide etiam Schaef. ad Aesop. p. 96. Stallbaum. ad Plat. Lys. p. 125.

Αὐτουργός *qui quid ipse facit.* ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερὶ Ant. 52. Ingeniosa est, sed non necessaria Reisigi coniectura in Oed. Col. 1299 (p. 353). οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς αὐτουργοῦ μολὼν pro οὔτ' ἔργου, quam amplificationem elegantia destitui dicit. — De tono praecipit Arcad. p. 87, 19.

* *Αὐτοφόντης* v. αὐτοέντης.

Αὐτόφορτος. αὐτόφορτοι, αὐτοδιάκονοι· κυρίως δέ, οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις (sc. φορτηγοί), Hesychius ex Thyeste VII. 11 (250 D.).

Αὐτόφωρος *ab ipso aliquo deprehensus.* πατὴρ — ἀπώλετο πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων Ant. 51. Schol. ἐμφανεστάτων. καὶ ἃ ἐφώρασεν αὐτός, καὶ εἰς ἃ ἐφωράθη. Horum alterum solum recte dicitur: ipse enim nefandorum facinorum sibi conscius factus Oedipus periit.

* *Αὐτοχειλής* v. αὐτόλιθος.

Αὐτόχειρ. αὐτοφονευτής Gr. Bekk. An. p. 199, 21. Similia lexica vetera. αὐτόχειρ καὶ ὁ ἑαυτὸν ἀνελὼν καὶ ὁ ἕτερον αὐτοχειρίᾳ καὶ μὴ δι' ἄλλου φονεύσας. Anecd. Bachmanni vol. II. p. 65, 28. Melius Gr.

Bekk. l. c. p. 468, 6.: οὐ τὸν ἑαυτὸν ἀνελόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ πράξαντος ὁτιοῦν τῇ ἑαυτοῦ χειρί. Haec explicat Herm. ad Ant. 1160. Illa significatione generali *sua aliquid manu conficientis* legitur: ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις ἀλλ' ἐγώ Oed. R. 1331 m. εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου — ἐκφανεῖτε Ant. 306. αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ ἔλουσα 891. Αἵμων ὄλωλεν, αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται 1160. Versum litera X appicta grammatici notarunt, propter proximam interrogationem πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός; poetam non recte aut apte locutum existimantes. παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν Ant. 1299. τοὐμὸν ἐξάρατά σε σῶμ' αὐτόχειρα Trach. 1184. κἀδόκει — Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν Ai. 57. αὐτόχειρί μοι μόνῃ τε δραστέον τοὔργον El. 1007. Olim αὐτοχειρί quasi adverbium hoc. Monuit de correctione Pors. ad Or. 1037: repertumque post αὐτόχειρι in codd. Mon. et Laur. A. — Hinc etiam deflexum αὐτόχειρι σὺν μιάσματι Ant. 172. i. q. τῆς αὐτοχειρίας, *mutuae caedis nefario scelere.* Melius hoc brevissima Hermanni, quam memoravimus, disputatione explicabitur, quam loquacitate Wexii. — Sed *auctorem caedis* significat: ζητεῖν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου Oed. R. 266. τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου El. 943. Nude: εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδε — τὸν αὐτόχειρα μὴ σιωπάτω Oed. R. 231. Ante Herm. distinguebatur post αὐτόχειρα. Et *interfectorem* ipsum: σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρός (ἔφυς). Alcm. II. 2 (om. D.).

* *Αὐτοχειρί* v. αὐτόχειρ.

Αὔτως. Adverbii ad explicandum difficilis exempla Sophoclea haec sunt: οἴμοι, δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας Phil. 424. Libri, etiam Laur. A. αὔτως, Steph. αὐτός, quod sensu caret, Brunck. αὐτῷ ex schol. αὔτως δὲ καὶ σὺ ξεῖνε Oed. R. 931. Libri αὔτως, correxit Herm., ut κρυφῇ δὲ κεῦθε, σὺν δ' αὔτως ἐγώ Ant. 85. αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς — ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις — σέλμασιν ναυτίλλεται 711. αὔτως ὅπωσπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον Ai. 1158. Codd. et Eust. p. 413, 45 αὔτως, hic οὕτως interpretatus, quod ipsum apud Suidam legitur v. πλόκος. αὔτως, ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ὤλεσεν Trach. 1029 m. Scripturam igitur librorum minime accurate collatorum fluctuare verisimile est, sed testatior longe est aspero spiritu notata: idque etiam de Aeschyli et Euripidis codicibus certum. Nec plane contemnendus ille consensus est, cum longe saepius omiserint, quam addiderint librarii asperum spiritum. Grammaticorum alii, quorum Aristarchus fuisse credendus (v. Buttm. Lexil. p. 34. t. I.) αὔτως, quod ab αὐτή ductum idem quod οὕτως significaret, et αὔτως, μάτην distinguunt: v. Phavor. v. αὔτως et οὕτως, Etym. M. p. 172, 34. et fortasse Trypho etiam apud Apollon. l. c. Alii autem, quorum princeps Apollon. de adv. p. 585, 20., non convenire asperum

rati, vel ab ἀ privativo et οὕτως, quae Heraclidis sententia est ab Apollonio relata, vel ab ἀέτως repetebant, velut Etym. M. l. c. Zonaras p. 349. Eustath. p. 187, 28., qui secundum optimos Homeri correctores, Apollonium puta et Herodianum αὔτως Ionice vel Aeolice ψιλοῦσθαι affirmat. Si significationem consideramus, etsi accentus mirus videatur, quod etiam Apollonius animadvertit, omnia eo inclinare recte dicit Hermannus, ut non οὗτος sed αὐτός origo adverbii fuerit. Nunquam enim idem significat, quod οὕτως, sed *hoc ipso modo*, ὁμοίως, ὡςαύτως. Nec profecto a feminino αὕτη adverbium procudi potuit. Concedamus igitur Buttmanno, Homeri libros iam antiquitus incerta fuisse scriptura; recte tamen Wolfius nunc ubique tenui spiritu scripsit, asper autem grammaticorum argutiis vel librariorum inscitiae, οὕτως comparantium, tribuendus est. Ceterum significatio altera, μάτην, quae quomodo cum primitiva cohaereat, bene Hermannus docuit, apud Sophoclem non exstat.

Αὐχενίζω cervices caedo. τοὺς μὲν ηὐχένιζε Ai. 291. Schol. et Suid. v. ηὐχένιζε: τὸν τράχηλον ἐπέκοπτε, ἐλαιμοτόμει.

Αὔχημα causa gloriandi. χθονὸς αὔχημα μέγιστον Oed. Col. 714 ch. σὺ γάρ νιν εἰς τόδ' εἶσας αὔχημα 717 ch. — σεμνολόγημα interpretatur Gr. Bekk. An. p. 468, 9.

Αὐχήν cervix. κρεμαστὴν αὐχένος καθείδομεν Ant. 1206. Ἡρακλεῖ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰςαλοίμην inc. XXXVII (695 D.). v. ἀνακεῖμαι. — αὐχένων ἄπο Tyr. XV. 4 (587 D.). De tono v. Herod. π. μον. λέξ. p. 17, 4.

Αὐχμηρός squalidus. ἀ. στυγνὸν ἢ σκοτεινόν Gr. Bekk. An. p. 468, 10. αὐχμηρᾶς τριχός Oenom. VI. 2 (422 D.).

* Ἀφαγιστεύω v. ἐφαγιστεύω.

* Ἀφαγνίζω v. ἐφαγνίζω.

Ἀφαιρέω adimo. Activum enim et medium ea potestate promiscue dicuntur. Illud legitur: τὸν βίον μή μου ἀφέλῃς Phil. 921. Sic libri praeter Laur. tres, qui cum Triclinio μή μ' ἀφέλῃς, unde cave ne exsculpas μὴ μἀφέλῃς cum Elmsleio ad Med. 56, qui ante longe probabilius με μὴ ἀφέλῃς coniecerat ad Oed. R. 1522. v. μή. Hermannus librorum plerorumque scripturam servavit, sed Laurentiani paene cogunt, ut με μὴ ἀφέλῃς probemus. — Medium legitur: τἀμ' ἀφαιρεῖσθαι ὅπλα Ai. 100. εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με Phil. 376. τί μ' ἄνδρα πολέμιον — ἀφείλου μὴ κτανεῖν 1287. Aoristi ἀφειλάμην ab Atticistis damnati (v. Valck. ad schol. Phoen. p. 601. Wessel. ad Herod. p. 594 et 620. Alberti ad Hesych. t. I. p. 1279. Piers. ad Herod. Philet. p. 431.)

apud Sophoclem non est vestigium. — De verbo cum casu posito v. Koen. ad Greg. p. 94. Valck. Diatr. p. 203.

Ἀφανδάνω displiceo. σοὶ τἀμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ Ant. 497. Affert Eust. p. 28, 42. 1417, 18.

Ἀφᾰνής obscurus, arcanus. σὺν ἀφανεῖ λόγῳ Oed. R. 657 ch. Schol., cuius verba corrupta, et Suid. λόγων. Significatur autem *crimen incertum, documento destitutum:* quam in rem bene Hermannus Antiphontem advocat p. 66 Bekk. ἀφανεῖ μόρῳ Oed. Col. 1679 m. τὰν ἀφανῆ θεόν Oed. Col. 1553 ch. Proserpinam precatur. — μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ Oed. R. 131. ὅστις τἀφανῆ περισκοπεῖ inc. XC. 1. (770 D.); utrobique *res ignotae, inventu arduae* dicuntur.

Ἀφανίζω. abscondo, tollo. Gr. Bekk. An. p. 468, 25. ὅλως τὸ ἀντλεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι, ὅπερ ἐκάλουν ἀϊστῶσαι. Spectant haec et propriam et figuratam verbi vim. V. Toup. Em. in Suid. vol. I. p. 92. — *Proprie* dictum: ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο (cadaver) Antig. 255. τοῦτ' ἠφάνισται Trach. 673 (villus, quo pallium Deianira inunxerat). — *Tralate:* οὐδ' ἔχω πῶς με χρὴ τὸ σὸν τάλαιναν ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος Oed. Col. 1710 m. de dolore, qui ferendo quasi amovetur ab aliquo.

Ἄφαντος proprie *non visus.* ἄφαντος ἔῤῥει θανασίμῳ χειρώματι Oed. R. 560. ἐκ βροτῶν βαίην ἄφαντος πρόσθεν 832., ut nullum mei relinquam vestigium. Tralate est *inexspectatus.* ἔφην' ἄφαντον φῶς Phil. 297, de igne silicibus proliciendo. ἀπροςδόκητον schol. Affert Eust. p. 152, 13. 1149, 52., Suid. v. ἄφαντον. Ceterum vox minus Attica dicitur Moeridi et Thomae, poeticum sermonem non curantibus.

Ἄφαρ (⏑⏑) *continuo,* et inter se cohaerentes, et celeriter consecutas res significat. V. Lobeck. ad Phryn. p. 18. Eustath. p. 158, 35.: αὐθωρὸν καὶ συνάπτως. — ἄφαρ βέβακε Trach. 134 ch. 626 ch. ἴδ' οἷον — προςέμιξεν ἄφαρ τοὔπος — ἡμῖν 818 ch. insperatum eventum significans. Schol.: προςεῤῥάγη ὀξέως. μὴ — θάνοιμι μοῦνον εἰςιδοῦσ' ἄφαρ 954 ch. Singulare, etsi in aliis etiam vocabulis similia observantur, in solis ἄφαρ exstare Trachiniis.

Ἀφαρπάζω rapio. ὧν (a florentibus inventa) ἀφαρπάζειν φιλεῖ ὀφθαλμὸς ἄνθος Trach. 545. Adsignificatur fructus et oblectatio.

Ἄφᾰτος ingens. ἰὼ σκότου νέφος — ἄφατον Oed. R. 1314 m. μέγας ἐρείπεται κτύπος ἄφατος — Διόβολος Oed. Col. 1463 ch., quo utitur loco Eustathius p. 692, 53. 720, 29. 1188, 30.

** *Ἀφαυρός invalidus.* τί δῆτ' ἀφαυρῷ φωτὶ προςτάσσεις ποιεῖν; Oed. Col. 1022. Sic Brunckius ex Turn. Steph. pro librorum scriptura ἀ μ α υ ρ ῷ, quam retinentes Reisigium et Elmsleium reprehendit Herm. Inepte enim *obscurum* sese et *ignobilem* Creon diceret, cum comitibus

destitutus consiliis suis perficiendis impar sit. — De tono v. Schol. Cantabr. Hes. Theog. 832. Eust. p. 1444, 7. Arcad. p. 72, 20. Method. ap. Etym. M. p. 6, 38. Gud. p. 3 et 118, 40.

Ἀφεγγής luce carens. ὦ φῶς ἀφεγγές Oed. Col. 1546. *lux* dicitur *vitae*, quae caeco iam nulla erat. ἵλαος, ὦ δαίμων — εἴ τι γᾷ ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων Oed. Col. 1478 ch. metaphorice *atrum*, i. e. infaustum dicitur. Haec vera scriptura est in Laur. B. Ricc. Par. A., supra scripto in hoc θ. Ceteri enim libri ἀφθεγγές, Farn. ἀφθεγές.

Ἀφειδέω non parco, negligo. ψυχῆς ἀφειδήσαντε El. 968. ἀφειδήσας, ἀμελήσας Gr. Bekk. An. 469, 22. Aliter, sed ut eodem redeat φείδεσθαι et ἀφειδεῖν, dictum εἴ τις τοὐδ' ἀφειδήσοι πόνου Ant. 410. v. Hermann. Orationis obliquae lege non satis perspecta olim Schaef. Mel. Cr. p. 85 et Erf. l. c. ἀφειδήσαι correxerunt, mutarunt autem sententiam Schaef. ad h. l. et Erf. ad Ai. 304.

Ἀφελής simplex. Ex Phrixo (III. 648 D.) non addita interpretatione commemorat Antiatt. Bekk. p. 83, 23.

Ἀφέλκω abstraho. ἀφέλκομαι δύστηνος Oed. Col. 848. Libri ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος, praeter Laur. B. in quo ἀφελκόμεθ' ὦ. Elisio reprobandae scripturae causa non est, sed sensus loci.

Ἀφέρπω abeo. τί σῖγ' ἀφέρπεις; Trach. 810. ἐᾶτ' ἀφέρπειν 812. Utroque loco ἐφ— cod. Harl. ἀφέρπειν ἄστροφος Oed. Col. 491. ἄφερπέ νυν Ai. 1140.

* *Ἄφεσις* v. φύσις.

Ἀφεψιάομαι. ἀφεψιασάμην, ἀφωμίλησα Hesych. explicat ex Antenorid. III. 1 (142 D.). v. Turneb. Adv. p. 669.

Ἄφθεγκτος silens. ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει Oed. Col. 155 ch. sic dicto propter tremendas Furiarum cerimonias. V. Reisig. Enarr. p. L.

Ἄφθιτος non exolescens, aeternus. Γᾶν ἄφθιτον Ant. 339 ch. Tellus, propter frugum proventus nunquam exolescentes. ἄφθιτος βία inc. XXIII. 4 (678 D.). vis Veneris. ἀφθίτους γνώμας ex Mys. VI. 6 (368 D.). Hesychius affert ἀμεταστρέπτους interpretatus, quod ἀμεταστρέπτους corrigendum.

Ἄφθογγος silens. ἧστα ἄφθογγος Ai. 304. De Troili I. 1. v. ἄφθονος.

** *Ἄφθονος.* ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόνους γάμους Troil. I. 1 (548 D.). Apud schol. Pind. Nem. III. 60. legitur ἀφθόγγους, quod intelligi non potest. Probabiliter emendatur ἀφθόνους *quibus nuptiis nemo invideat*, de Peleo et Thetide.

Ἀφίημι. I. *Formae.* 1. *Activi praesens:* ἀφιέναι Ai. 783. *fut.* ἀφήσω Oed. Col. 861. ἀφήσεις Oed. Col. 838. ἀφήσει 1467. Laur. A. ἀφ' ἧς.

recta scriptura supra scripta; Par. ἀφῇς. ἀφήσομεν El. 1008. *aor.* 1. ἀφῆκα Ant. 1072. ἀφῆκας Phil. 1333. Oed. R. 1177. *aor.* 2. ἀφῇς Ai. 491. Phil. 484. Oed. R. 860. ἀφῇ Ant. 1075. Oed. R. 198 ch. Oed. Col. 1281. ἀφῆτε Oed. Col. 735. Ald. ἀφεῖτε, eodem quo toties reperitur ἀφεῖς, τιθεῖς pro ἀφίης, τίθης, vitio. ἄφες El. 1280. Phil. 969. Oed. R. 320. ἄφετε Ant. 878. Herm. ex Vat.; in Laur. A., Bruncki B. T., Dresd. A. ἀφεῖτε, in Aug. et Laur. B. ἀφῆτε; Brunckius ἄπιτε. Certum est ἄφετε Phil. 1043. ἀφείς Ai. 490. Suid. v. *χειρίαν* ἐφῇς; Laur. B. ἐφείς, Laur. A. idem, ᾱ supra scripto. Phil. 120. Oed. R. 599. 707. Oed. Col. 918. 1534. ἀφέντα Ai. 741. — *Passivi perf.* ἀφεῖται Ant. 1150. aor. ἀφεθῆναι, si vera est Brunck1 correctio Ach. Am. I. 6 (162 D.). Grot. ἀφῇ. — *Medii aor.* ἀφοῦ Oed. R. 1521. — II. *Usus* 1. Activi prima significatio *mittendi* est, ab arcu et telo facta tralatione. σοῦ — ὥςτε τοξότης ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα Ant. 1072. ἵνα τὸν θυμὸν ἐς νεωτέρους ἀφῇ 1075. μηδ' ἀφῆτ' ἔπος κακὸν Oed. Col. 735. Hinc *portendendi* potestas inest. τί μὰν ἀφήσει τέλος; Oed. Col. 1467 ch. — 2. *mittere, dimittere ex manibus.* ἄφες μοι — τὰ τόξα Phil. 969. οὐκ ἀφήσεις Oed. Col. 838. οὔ τοι σ' ἀφήσω 861. inde passivum ὁ χυμὸς οὐδ' ἀφεθῆναί πως θέλει Ach. Am. I. 6. — 3. *dimittere eum qui venit.* οὐ γὰρ δὴ κενόν γ' ἀφήσομεν El. 1008. — 4. *dimittere adsignificato sui potestatem misso fieri, aut in hunc aliis.* χειρίαν ἀφείς τινι Ai. 490. ἣν — τελευτήσας ἀφῇς 491. εὔξαι — Αἴαντα, μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν 741. μηδ' ἀφιέναι μόνον 783. μή μ' ἀφῇς ἐρῆμον Phil. 484. ἄφετε γὰρ αὐτόν 1043, rectius enim significabit *abscedite ab eo, sinite,* quam *ex manibus dimittite.* τί μ' οὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν Phil. 1333. εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται Oed. R. 198 ch. ἄφες μ' ἐς οἴκους 320. ὡς μή μ' ἄτιμον — ἀφῇ γε Oed. Col. 1280, cui exemplo compares in v. ἀποστέλλω dicta de El. 71. ἄφετε μόνην ἐρῆμον Ant. 878. — 5. *missum facere, non curare.* τὰ — περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες El. 1280., quo versu utitur Suid. v. περιττά, quod propter literarum ordinem *περισσά* scribendum animadvertit Hermannus. πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς Phil. 120. πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ' ἀφεὶς τάδε; Oed. R. 599. πέμψον, μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς 860. ἀφεὶς τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρια Oed. Col. 918, leges et instituta *negligens.* τὰ θεῖ' ἀφείς 1534. — 5. Inde illud repetendum, quod ἀφεῖναί τί τινι est *tradere,* passivum *amitti.* πῶς δῆτ' ἀφῆκας τῷ γέροντι τῷδε σύ; Oed. R. 1177. καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα Ant. 1150. Schol.: ἀπολέλυται πάντα τὰ ποιοῦντα αὐτὸν μακαριστόν, quod fortasse *ἀπόλλυται* corrigendum. — 6. Rursus a missum faciendo oritur illud σὺ νῦν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι ἐμοῦ 'πάκουσον Oed. R. 707. Iungenda ἐμοῦ ἐπάκουσον περὶ ὧν λέγεις, virgulis utrinque sublatis. Significatur

autem *securus.* — *Medium* uno loco reperitur Oed. R. 1521, ubi *τέκνων δ' ἀφοῦ:* quod nisi *amoris* haberet et *desiderii* adsignificationem, vix discreparet ab *ἄφες.*

Ἀφικνέομαι (ῑ praeter auctas formas). 1. Propria *veniendi adveniend redeundi* potestate non leguntur nisi perf. plusq., aor. et futurum, quoniam in re tam simplici non placet formas separatim afferre. *πρός σ' ἱκέτις ἀφῖγμαι* Oed. R. 920. *ὅτου χρῄζων ἀφῖξαι* 932. *τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα* Oed. Col. 798. Suid. v. *ὑπόβλητον.* *τίνας χώρους ἀφίγμεθα* Oed. Col. 2. *ἱκέτης — ἀφιγμένος* 640. *τί δῆτα — ἀφιγμένος κυρῶ* 1310. *τοῖς ἀφιγμένοις ξένοις* Phil. 317. *παρὰ τίνος δ' ἀφιγμένος;* Oed. R. 935. — *ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὴν καταῤῥάκτην ὁδόν* Oed. Col. 1586. — *ὦ φθέγμ', ἀφίκου* El. 1216. Orestes enim significatur. *καὶ — τοῦτ' ἀφικόμην* Oed. R. 1005. *ὅσον λῆμα ἔχων ἀφίκου* Oed. Col. 881 ch. *ὅσοι Τροίαν ἀφικόμεσθα* Ai. 1320. *ἀφίκοιτ' ἀφίκοιτο* Trach. 652 ch.; quod fortasse *redeundi* vim habet, de qua dixere Seidler. ad Eur. Electr. 6. et Heind. ad Plat. Protag. p. 462. — *ἀφίξεται ταχύς* Oed. Col. 307. 2. Figurate dictum *pervenire* ad finem vel terminum significat, inde et de *re facta* vel *eventu* universe dictum. *χὤταν εἰς τέλος τοῦ ζῆν ἀφικνῇ* Oed. Col. 1528. Sic Par. et Ricc. edd. vett.; ceteri libri cum numerorum detrimento *ἀφίκῃ.* *ὡς πρὸς τέλος γόων ἀφίκοντο* 1618. *κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο* Ai. 48. *rem perfecit.* *κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι* Oed. R. 265. v. *πᾶς.* *ἰδεῖν κηλῖδ' ἐμαυτῷ συμφορᾶς ἀφιγμένην* 833. *θανάτου τοὖτ' ἐγγυτάτω τοὔπος ἀφῖκται* Ant. 925 m.

Ἀφίλητος *non dilectus.* *οὐδὲ γὰρ ὢν ἀφίλητος ἐμοί ποτε — κυρήσῃς* Oed. Col. 1699 m. v. *γάρ.*

Ἄφιλος. De homine *amico carens.* *ἄφιλος αὐανῶ βίον* El. 809. *ἐρῆμον ὧδε κἄφιλον* Phil. 228. *προὐβάλου ἄφιλον, ἐρῆμον* 1006. *ἄθεος ἄφιλος — ὀλοίμαν* Oed. R. 663 ch. *ἄκλαυστος ἄφιλος — ἄγομαι* Ant. 868 m. *παρ' ἀφίλοις Ἀτρείδαις* Ai. 611 ch. apud Atridas *te amico carentes,* i. e. *ingratos tibi.* Apud Suid. v. *τὰ δὲ πρίν* legitur *π α ρ ὰ φ ί λ ο ι ς,* quam scripturam, etsi ineptissima est, etiam schol. Rom. commemorat. — De re *ingratus.* *ὅτι καὶ πόλις τέτροφεν ἄφιλον* Oed. Col. 186 m. *γῆρας ἄφιλον* 1238 ch. *quod amatoribus caret,* i. e. *acceptum nemini.* Male Eust. p. 790, 62.: *ὧν (κακῶν) ἓν λέγει καὶ τὸ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀμελεῖσθαι τὸν γέροντα:* in quibus verbis *ἀμελεῖσθαι* Sophocleum *ἀ π ρ ο σ ό μ ι λ ο ν* spectat, *οἰκεῖοι* autem *ἄ φ ι λ ο ν.* — *ἔργα ἄφιλα* Ai. 611 ch.

Ἀφίστημι. Sola leguntur aor. 2. et perfectum praesentis significatione *discedendi alicunde* vel *deserendi* praedita potestate. *μαστῶν ἀποστὰς καὶ τροφῆς* El. 766. *τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης* 900. Sine casu: *ἀπ-*

θρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω Trach. 434. Tralate: σιγᾶν κελεύω μηδ' ἀφεστάναι φρενῶν Phil. 853. *animo attendere iubeo.*

Ἀφνεός *opulentus.* ἀφνεωτέραις χερσὶν El. 449. Eust. p. 623, 60. 1769, 53. Nec tamen priore illa disputatione, quod ipsi videbatur, ipsum quoque ἀφνεός dictum esse efficitur, in quam rem melius Aeschylum auctorem attulisset: diserte etiam testatur Etym. M. p. 178, 15. — Aspero spiritu notari dicit Phav. p. 131. Dind.; sed non memorat intra aspera λέξ. π. πνευμ. p. 213.

Ἀφόβητος *non metuens.* Δίκας ἀφόβητος Oed. R. 885 ch. Non est active dictum; *imperterritum* significat.

Ἄφοβος 1. *metu carens.* τὸν ἄφοβον — στρατὸν Oed. Col. 1327. 2. ἐν ἀφόβοις θηρσὶ Ai. 358 m. *minime formidabilibus,* v. Herm. Schol.: τοῖς μὴ φόβον ἐμποιοῦσι προβάτοις, quae eadem Suidas v. ἄφοβος.

Ἀφορμάω. Activum *aggredior.* τί τήνδ' ἀφορμᾷς πεῖραν Ai. 283. Sic membr. Br., quidam alii libri, Aldus, Suid. v. χρήματα, et ut videtur, codd. Laurr. ex quibus cum Aldina collatis nulla enotatur discrepantia. Suid. v. πεῖραν, ἀφορμῇς, sed Ms. ap. Porson. Adv. ἀφορμαῖς i. e. ἀφορμᾷς. Ceteri libri ἐφορμᾷς, Brunckio probatum. Prius autem in nocturno Aiacis exitu aptius. — Medium *proficiscor.* οἷον ἄρ' ὁδοῦ τέλος Ἄργους ἀφωρμήθημεν Oed. Col. 1403.; hinc *exorior:* οὐ γὰρ ἅλι' ἀφορμᾷ ποτε Oed. Col. 1468 ch. de fulgure non inania portendente.

Ἄφορμος *redux.* ἔκτοπος αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε Oed. Col. 233 ch. Tangit Eust. p. 488, 35. Schol. ἀφορμηθεὶς explicat.

Ἀφοσιόομαι. ἀφοσιωμέναι (scr. ἀφωσιωμέναι), ἀνόσιαι, ἄπωθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι, Hesych. ex Thyest. VII. 12 (251 D.).

* Ἀφράδμων v. ἀφράσμων.

Ἄφρακτος *non munitus.* ἄφρακτος φίλων Ai. 893 ch. Schol. vet. Suidas et Phav. in v. ἄφρακτος: ἀφύλακτος, οὐ πεφυλαγμένος καὶ τετειχισμένος τοῖς φίλοις.

Ἀφράσμων. Hesychius: ἀφράδμων, ἀσύνετος, ἀμαθής, ex Triptolemo IX. 5 (542 D.). Scribendum ἀφράσμων, cum propter literarum ordinem, tum maxime ob Gr. Bekk. An. p. 472, 13. ἀφράσμων, ἀσύνετος. Σοφοκλῆς. Rarius enim hoc et propterea grammaticis enotatum.

Ἄφραστος *quod cerni non potest.* ἀφράστῳ τῇδε πέδῃ Trach. 1046. quam τυφλὴν ἄτην vocat v. 1094. *de quo quis coniicere non potest.*: φάτιν ἄφραστον ἀξύμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν Trach. 691. A φράζομαι utrumque, non a φράζω repetendum.

Ἀφράστως inexspectato. ἐπεί σε νῦν ἀφράστως ἀέλπτως τ' ἐσεῖδον El. 1254 m.

Ἀφρίζω spumo. ἤφριζον — ἱππικαὶ πνοαί El. 709.

Ἀφροδίσιος Veneri aptus. Ἀφροδισία λάταξ Inach. III (257 D.). a Toupio emendatus locus Ep. Cr. p. 67. Ἀφροδισίαν ἄγραν Dan. III (178 D.).

Ἀφροδίτη dea. χρυσάνιος Ἀφροδίτα Oed. Col. 699 ch. ἄμαχος — θεὸς Ἀφροδίτα Ant. 794 ch. Tonum notavit Arcad. p. 114, 8.

Ἀφροντίστως incogitato. ἥκει δόμους ὡς τούσδε πέμπων οὐκ ἀφροντίστως Trach. 365. ὡς ἀφροντίστως ἔχει Ai. 348. euphemismus est pro μανικῶς, quod a vet. schol. adnotatum uberius explicuit Lobeck.

Ἀφρόνως stulte. κἀφρόνως ἠμείψατο Ai. 753.

Ἀφρός spuma. ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί Trach. 699. Tenui esse spiritu adnotavit Arcad. p. 197, 10. Accentus periecticorum est, sed qui accuratius notaverit, nescio.

Ἀφροσύνη dementia. ἐν ἀφροσύνᾳ καθελόντες Ant. 379 an. τὸ νέον — κούφας ἀφροσύνας φέρον Oed. Col. 1232 ch.

Ἄφρων demens. οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν El. 929. Tonum notavit Arc. p. 15, 3. — Omnia haec vocabula ᾰ ante φρ positum prae se ferentia corripiunt in thesi, in arsi producunt.

Ἀφυής simplex, non eruditus. ἀφυῆ τ' ὄντα κοὐ θέλοντα Phil. 1002. Schol.: ἄκακον ἀπὸ φύσεως, i. e. vafro ingenio minime praeditum. — ἀφυᾶ respuit, tanquam vulgare, tragicorum usus.

Ἄφυκτος inevitabilis. ἄφυκτ' ἔχων βέλη Trach. 264. ἰοὺς ἀφύκτους Phil. 105. κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες El. 1380 ch., de Furiis, v. κύων. περιῶσι ἄφυκτά τε μήδεα Fati, Phaedr. I. I (604 D.). Productioris scripturae ἄφευκτος, quam ipsam non protinus abiiciendam docuit Vir Summus Parerg. ad Phryn. p. 726., etsi damnat eam Moeris p. 20. (qua de re sobrio iudicio usus C. F. Hermannus est ad Luc. de Hist. Conscr. p. 355), apud Sophoclem vestigium non est.

Ἀφύλλωτος fronde carens. ἀφ. πέτραν, ἄπορον, ἄδενδρον Hesych. ex Iobat. II (281 D.).

Ἀφώνητος silens. τὰ πολλὰ — ῥήματα — παρέσχε φωνὴν τοῖς ἀφωνήτοις τινά Oed. Col. 1285.

Ἄφωνος silens. μὴ — δαίμονες θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε γῆς ἀρᾶς Oed. Col. 869. v. μεσόμφαλος. — σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι Ai. 171 an., quem locum tangit Thom. M. v. ἀποδράς.

Ἀφώνως tacite. ἀφώνως ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες Oed. Col. 130 ch., id est εὐφημοῦντες. Iniuria Doederlinus ἀφώνως εὐφήμου στόμα φρ. ἱέντες non de silentio interpretatur, sed de fan-

sto omine. Eustathium p. 723, 29. Valckenarius olim ἀφώνως non legisse suspicabatur.

Ἀχαιός. *Achaeus.* 1. *Graecum* significat plurimum, more Homeri. Ἀχαιοί Phil. 591. Ἀχαιῶν Phil. 59. 1227. 1234. 1290. 1390. Ai. 557. 624 ch. 1212. inc. CV. 104 (894 D.). Ἀχαιοῖς Ai. 570. 1032. 1077. 1217. Phil. 605. 612. Ἀχαιούς Phil. 619. 904. Ai. 978. El. 561. 2. *Achaeorum* in Peloponneso avem El. 691. — De tono v. Etym. M. p. 180, 26. Arcad. p. 43, 19.

Ἀχάλκευτος *non fabrefactus.* ἀχάλκευτα τρύπανα τὰ Φρύγια πυρεῖα Hesychius ex Phin. V. 3 (640 D.). v. Wyttenb. ad Plut. de Am. Mult. p. 96, C.

Ἄχαλκος *aere carens.* Ἄρεα — ὅς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων φλέγει με Oed. R. 191 ch. i. q. ἄνευ ἀσπίδων χαλκῶν. v. μεσόμφαλος.

Ἀχᾰνής. ἀχανές, τὸ μὴ ἔχον στέγην ἢ ὄροφον, ἐπὶ τοῦ λαβυρίνθου Σοφ. Phryn. App. Soph. p. 28, 28 (inc. CV. 62. 852 D.). Cf. Valck. ad Adon. p. 233.

Ἀχείρωτος *nativus.* φύτευμ' ἀχείρωτον αὐτόποιον Oed. Col. 703 ch. de olea. Male ἀχείρητον Laur. A. Par. F. Pollux II. 154.: ἀχείρωτον Σοφοκλῆς εἶπε τὸ ἀχειρούργητον. Num haec eadem spectet Gr. Bekk. An. p. 474, 4. ἀχείρωτον, ἄμωμον incertum. Illam vim vocabuli a Polluce agnitam magis in ἀχείρωτον quam in ἀχείρωτον cadere affirmans Doederlinus *invictum* explicat.

Ἀχελῷος (ᾰ) fluvius Inach. XI. 4 (265 D.) Ἀχελῷος ἀπ' Οἰνιαδᾶν Tr. 508 ch. ποταμός, Ἀχελῷον λέγω Tr. 9. ubi utroque loco deus fluvialis dicitur. Accentus adiectivorum in ωος legitimus est, cf. Arc. p. 42, 24.

Ἄχερδος (ᾰ) *pirus silvestris.* κοίλης τ' ἀχέρδου Oed. Col. 1592. Probabile est arborem qualis a Sophocle fingatur in illis locis fuisse superstitem. Inepte quidam dubitarunt, an non proprium nomen Ἄχερδος sit. V. Interpp. adde Sturz. ad Pherec. p. 122.

Ἀχέρων *Acheron,* flumen inferorum. ἀκτὰν Ἀχέροντος Ant. 806 m. ἀκτάς Polyx. II (469 D.). Ἀχέροντι νυμφεύσω Ant. 810 m. ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων El. 177 ch.

Ἄχθομαι *aegre fero.* οὐκ ἄχθομαι σ' ἰδών Phil. 667; lacunam posuit ibi Hermannus, versum prioribus male coniungi animadvertens. τοῖς παροῦσιν ἄχθομαι 958.

Ἄχθος. *onus et molestia.* λύπης — ἄχθος El. 119 an. Suid. v. σωκῶ., Apoll. lex. Hom. v. σῶκος., Etym. Ms. ap. Villois. l. c.; cf. ἀντίῤῥοπος. ἄγαν γ' ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν Ai. 931 ch. v. ἀνύω. Affert versum Suid. v. ὑπερβριθές. Haec tralata sunt ab *onere portando*

sive *sustinendo*, quod exstat El. 1105.: *μικρὸν ἄχθος δέχομαι* quo urna significatur, in qua Orestis cineres inesse dicebantur. — 2. *quidquid angit et animo molestum est.* *μυρίον ᾧ ἄχθος ᾧ ξυνοικεῖ* Phil. 1153. *τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;* Ant. 1157. Schol. *συμφοράν.* *ὦ δείπνων ἀῤῥήτων ἔκπαγλ' ἄχθη* El. 197 m. In scholiis vel lemma omissum, vel irrepsit interpretandi quaedam formula, legitur enim *ἔκπαγλα πάθη*, ad sententiam bene. *περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὃν αἰεί* El. 1233 m. Triclinius male *ἄχθος γῆς* comparat; sunt *γυναῖκες αἷς ἀεὶ ἄχθομαι*, *quas aegre tolero*; non probo Hermannum *nimiam Clytaemnestrae severitatem* interpretatum.

Ἀχίλλειος (ᾰ) *Achilleus.* *τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων* Phil. 62. Ai. 42. 1218. 1316. Deinde Hesychius v. *Ἀχίλλειον*.: *Ἀχιλλείων Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν* (v. 819) *καὶ Ἀχιλλείων Σοφοκλῆς Σκύθαις* (IV. I. 494 D.). Potuisset *ὅπλων* excidere propter similes literarum ductus *σοφ*. Sed si consideraveris Erotianum p. 96.: *Ἀχιλληΐδες, κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς*, clarum est, tragicum in Scythis pariter atque Aristophanem Ionica forma *Ἀχιλληΐδες κριθαί* abstinuisse, sed illum accuratius locutum *Ἀχιλλείων κριθῶν* fecisse mentionem, hunc *Ἀχιλλείων* non addito substantivo, iniuria autem apud Hesychium *Ἀχιλλείων* eiici, ne bis idem dicatur, cum inserendum potius *κριθῶν* fuerit. Hordeum istud *τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας κριθάς* interpretatur Galenus gl. Hipp. p. 446, melius quam Gr. Bekk. An. p. 474, 11. *ἁδραὶ καὶ ἀδιάφοροι*, et v. 14. *αἱ εὐτελεῖς*. Aristophanem miro errore grammaticum dici Franzius putat l. c. p. 86., quippe *λέξεων Ἀττικῶν* collectorem. — Quae Hesychius in fronte illius glossae posuit, *Ἀχίλλειον πλάκα* (f. scribendum *Ἀχιλλείαν*), *τὴν Ἀχιλλέως νῆσον, τὴν Λευκὴν λεγομένην*, num ad Sophoclem spectet, ambiguum, etsi in Scythis eius insulae haud inepta mentio fuerit. — De tono v. *Αἰάκειος*.

Ἀχιλλεύς n. pr. *Ἀχιλλεύς* Ai. 437. *Ἀχιλλέως* Phil. 4. 50. 57. 241. 260. 364. 538. 578. 928. 1055. 1204. 1221. 1282. 1296. 1419. Ai. 1320. *Ἀχιλλέα* Phil. 331. 358. — ε genitivi ubi versui congruum est, quiescit Phil. 57. 364. 578. 1055. 1221. 1282. 1296; reliquis locis enuntiatur. ᾱ accusativi producitur. De fr. inc. CV. 124, de cuius loci sententia cf. Wyttenb. ad Plut. de Disc. Adul. et Am. 51, C., iudicare non licet, cum Eustathius p. 1237, 22. non verba Sophoclis sed sententiam posuerit.

Ἀχιλληΐς v. *Ἀχίλλειος*.

***Ἀχιλλήϊος* *quod Achillis est.* *Ἀχιλληΐου δόρατος* ex Ach. Am. III, 3 (164 D.) affertur. Sed forma suspecta est, nec a metro prorsus igno-

to praesidium habet, ut Heathii iudicium versus illos ne Sophoclis quidem esse putantis ab Hermanno probari videatur ad Eur. Iph. Taur. 210.

Ἄχνη tenuissimum quodque, aut detritum alicunde, aut superficiem insidens, cognatum cum *χνοῦς*. — *θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας* Oed. Col. 687 ch. *rore* plantis superfuso. *ἀδινῶν χλωρὰν τέγγει δακρύων ἄχναν* Trach. 844 ch. *rorat lacrimas:* quod affert Eust. p. 217, 1.; cf. *χλωρός* et Seidl. ad Eur. Iph. Taur. 227. At plane recondito modo *ἄχνη* dicta secundum Hesychium in Captiv. VIII. 8. (48 D.); sic enim ille: *Ἄχνην Λυδῆς κέρκιδος. ἄχνην, τὸ ἄκρον, κατὰ τὴν ἐργασίαν ἄκρως ἔχον;* quod alia apud eundem glossa illustratur: *ἄ. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ λεπτὸν ξύσμα.* Recte igitur *κάταγμα* interpreteris, utrumque repetendo ab *ἄγνυμι.* Minime autem cum nonnullis corrigendum *ἄχνην, τὸ ἄχυρον*, qua significatione iam ante posita singulatim vox legitur. Etym. M. p. 181, 48. et Suidas: *ἄχνη, πᾶσα λεπτότης ὑγροῦ καὶ ξηροῦ.* — Accentus ab Arcadio notatur p. 110, 18.

Ἄχνυμαι dolco. *ἀχνύμενος — ἥκει μόρον Ἀντιγόνης* Ant. 623 an. De accusativo praeter Musgr. l. c. v. Valck. ad. Eur. Hipp. 1279. Schaefer. ad L. Bos. p. 26.

Ἀχόρευτος non lactabilis. *ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη* El. 1058 ch. *δυσχερῆ καὶ λυπηρά* schol.

Ἄχορος choreis carens. *μοῖρ' ἀνυμέναιος ἄλυρος ἄχορος* Oed. Col. 1224 ch. de morte.

Ἄχος (ᾰ) 1. *dolor*, et *quo quis dolet.* *οὐκ ἦν φίλοισιν — τοσόνδ' ἄχος* Oed. R. 1355. *οὔτοι σοὶ μούνᾳ ἄχος ἐφάνη* El. 151 ch. *ἐμοὶ δ' ἄχος ἕστακεν* Ai. 199 ch. *ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης* 692 ch. *ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος* Oed. Col. 1710 m. *λήγετε τοῦδ' ἄχους* 1720 ch. Suid v. *ὄχος.* — *ἄναυδον ἔργον Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει* Ai. 928 ch. recte schol. Pal. *ἐν τῇδε τῇ λύπῃ.* — *ἄχη τέκνου κλύουσαν* Ant. 1232. *ὦ κακάγγελτά μοι προπέμψας ἄχη* Ant. 1273 m. — *τοῖς σοῖς ἄχεσιν καθυβρίζων* Ai. 153 an. *γελᾷ δὲ τοῖσδε μαινομένοις ἄχεσιν πολὺν γέλωτα* 936 ch. — *κρυπτᾷ δ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ ὄλβιος* El. 155 ch. Iungenda *ἥβᾳ κρυπτᾷ ἀχέων, in iuventute a malis semota.* Eustathius p. 440, 38. *ἀχέων* quibusdam pro feminino *ἀχέουσα* dictum visum esse narrat, qui inde natus error, quod libri hos versus Electrae tribuunt. Memorat etiam Suid. v. *ἀχέων.* *πολλῶν δεινῶν στυγνῶν τ' ἀχέων* El. 842 ch. *καί* ante *δεινῶν* in libris et Suida v. *ἵστωρ* omissum. Triclinius *ἀχαιῶν* habet, etiam *ἀρχαίων* scribi adnotans. Erf. *ἄχθει.* Herm. nunc et Dind. secundum schol. et Triclinii interpretationem *αἰῶνι* substituit, Dindorf. autem servato *ἀχέων*, deleto propter debilem sententiam *δεινῶν.* — *Morbi*

malum ἄχος vocatur Trach. 1027 m.: ἀχοῦ δ' ἄχος, ᾧ μ' ἐχόλωσεν σὰ μάτηρ ἄθεος. — 2. Solitarium est, quod dicitur τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος Ant. 414. Iure schol. et Eust. p. 151, 19. 345, 41 (eadem habet Eudocia in Violeto p. 400 et Phavor. v. *Τυφωία*). it. 1196, 50 *caelum contristatum* dici existimarunt. Quaesitum hoc Hermanno visum, ut *ingens malum* vellet intelligi. v. οὐράνιος.

Ἀχρεῖος inutilis. ἀχρεῖον οἴκητῆρα — τόπων τῶν ἐνθάδε Oed. Col. 633. ἰατρὸς ἀχρεῖος ὢν ἐς βλάβην Hel. V. 1 (190 D.). ἔργ' ἀχρεῖα Scyr. V. 3 (500 D.), sunt *quibus nihil utile efficitur.* πέλεται οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀχρείων τὸ λίαν κακός Tyr. XI. 2 (583 D.). ἀχρεῖον mala est in multis bonis Iacobsii coniectura Trach. 552. — De tono v. Schol. Il. β. 296. Eam tonosin atticam vocat Arcad. p. 87, 7.

Ἀχρήματος sumptu carens. ἀχρήματον, ἀδάπανον Hesych. ex Scyr. VII. 3 (504 D.).

Ἀχρημοσύνη paupertas. ἀχρημοσύνῃ βίου Brunckii probabilis coniectura est pro τερμοσύνῃ, inc. VII. 2. (658 D.), nisi τλημοσύνῃ corrigas. Sententia apud Veteres pervulgata est.

Ἀχώ v. ἠχώ.

Ἀψάλακτος non attrectatus. ἀ. ἀκίνητος, ἀψηλάφητος, ἀκράτητος Hesych. ex Scyth. IV. 2 (495 D.). Apud Gr. Bekk. p. 475, 31. qui ipse quoque ἀψηλάφητος explicat, malo scribitur ἀψάλλακτος. Verbum est ψαλάσσω: ὑποψαλάσσω et ipsum ἀψάλακτος Comicus in Lysistrata posuit, hoc posterius v. 275.

Ἄψαυστος qui non tetigit. Sic Phrynichus App. Soph. p. 18, 4: ἀ. ἐπὶ τοῦ μὴ θιγόντος μηδ' ἁψαμένου. — ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε ἄψαυστος ἔγχους Oed. R. 969. ἀφόβητος et ἀμφίπληκτος ita dicta Sophocli esse active, ad Pors. ad Hec. 1125 provocans observat Erfurdt.; quae duo inter se dissimillima sunt.

Ἀψεγής non reprehensus. μήποτε — ἀψεγὲς πελᾶν τέρας τοῖς δρῶσι El. 487 ch. Schol. τὸ πολὺν ψόγον ἔχον interpretatur.

Ἀψευδέω mendacio abstineo. φράζω — πρὸς δ' ἔμ' ἀψευδεῖν ἀεί Trach. 469.

Ἀψεφής. ἀψεφές, ἀφρόντιστον explicant Hesychius et Gr. Bekk. p. 476, 1., ille addito Phaedrae nomine IX. 7 (618 D.).

Ἄψοῤῥος redux. ἄψοῤῥοι, ὀπισθόρμητοι Gr. B. An. p. 476, 7. — ἐκ δόμων ἄψοῤῥος εἰς δέον περᾷ Ant. 382. οὐ πάλιν ἄψοῤῥος οἴκων τῶνδ' ἀποστραφεὶς ἄπει; Oed. R. 431. Contumeliosam vocem Musgr. vocat, perperam facta ab ἔῤῥω originatione. Versum affert Suid. v. ἄπει. — οὐκ ἄψοῤῥον ἐκνεμεῖ πόδα; Ai. 362. Suid. v. ἄψοῤῥος. Adver-

biascit: *ὅπως ἄψορρον ἀντῴη πατρί* Trach. 898. *ἄψορρον ἥξομεν πάλιν* El. 53. *ὦ παῖδες, οὐκ ἄψορρον; non abscedetis?* 1424.

Ἀψόφητος quietus. *ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων* Ai. 314. *abstinens lamentatione.* Schol. solito doctior illud Electrae 36. *ἄσκευος ἀσπίδων* commemorat, quod aliquantum dissimile, v. *μεσόμφαλος.*

Ἄψοφος quietus. *ἄψοφον φέρει βάσιν* Trach. 963 ch. De Phil. 1098 v. *ἄσκοπος.*

Ἄψῡχος inanimatus. *ἄψυχον ὕλην* inc. LXXII. (743 D.). ex Plutarcho An. Seni ger. resp. p. 802. Sed Plutarchus sententiam retulit, non verba poetae, quare frustra Gatakerus in senariorum formam ea redigere studuit. v. *ἄκμων.*

B.

***Β**ᾰδιστέον eundum.* *σοὶ βαδιστέον πάρος* El. 1494.

Βαθμός limen. *βαθμοῖς νυμφικοῖς ἐπεστάθη ὁ μοιχός* inc. L. 5 (708 D.). Brunckius Herculi Taenario, satyricae fabulae assignat. (ᾱ in arsi.)

Βᾰ́θος profunditas. *εἴ — χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει* Ai. 130. Sic libri Brunckii fere omnes, duo Iohns., duo Dorvill., edd. et Mss. Suidae, Stob. Serm. p. XXII. p. 115., ed. Flor. prior, Turn. Brunck. Herm. Pauci libri *βάρει*, ut Aldus, adscripto tamen altero. Glossa *περιουσίᾳ καὶ μεγέθει*, quod haud dubie melius in *βάθει* convenit. Lobeck et Schaef *βάρει* receperant, quod minus proprium et usitatum esset; repugnat Valck. ad Phalar. p. X., nec iniuria Brunckius monet, *βάρει* correctoris manum videri, magis illud cum verbo *βρίθειν* conspirare rati. Rursum *βάθει* adiectivo *μακροῦ* commendatur. Crebro illa vocabula confundi docent Intpp. Herodiani Hist. Rom. II. 14. Sed *βαθύπλουτος* (Arist. Georgis VIII. p. 98 Dind. Crinagor. Anth. Pal. t. II. p. 636. Alciphr. III. 10) *βαθυκτέανος* et ipsum *βαθὺ πλουτεῖν* secundum illud Tyrtaei, *πλουτοίη τε Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον* III. 6., ab Homerico illo *βαθὺ λήιον* et ubertate segetum repetenda adeo infixa Graecis poetis sunt, ut Sophoclem ab eo usu descivisse credibile non sit. Lis dirimitur eo, quod etiam optimus liber Laur. A. (et Ricc.) *βάθει* habent. — Diversa compararunt Dorvill. ad Char. p. 232. Abresch. ad Aesch, Pers. 1046

Βάθρον omnis locus quo quis consistit. 1. *Terra et solum:* *τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος βάθρον* Ai. 135 an. *γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον* Phil. 988. saxum insulae Lemni; itaque etiam *inferorum sedes*, *γῆς ἀλύ-*

πῆτον βάθρον Oed. Col. 1658. — 2. *gradus, sedes*, vel natura vel arte facta. βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον Oed. Col 101. Suid. v. ἀσκέπαρνον· βάθρων ἐκ τῶνδέ μ' ἐξάραντες. 264. βάθρων ἵστασθε Oed. R. 142., sedebant enim in gradibus arae supplicum more. τὸν καταῤῥάκτην ὁδὸν χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐῤῥιζωμένον Oed. Col. 1587. Suid. v. ὁδός, Eust. p. 156, 32; locus, quo descensus ad inferos esse credebatur, gradibus exstructus deorsum ducentibus. v. καταῤῥάκτης. σ' — αὐτίκ' ἐκ βάθρων ἐλῶ inc. CV. 153, 1 (938 D.). — Hinc est ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον προσέπεσες, ὦ τέκνον Ant. 847 ch., quod non est Δίκης ἕδος, sed ὅροι significantur et νόμιμα, cum Terminis comparati. A *sede* etiam facta tralatio, qua *domus* significatur. ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον Ai. 847.

Βαθύῤῥιζος *profundas radices agens.* βαθυῤῥίζου δρυὸς Trach. 1185.

Βαθύῤῥους *profundo flumine.* τὸν βαθύῤῥουν ποταμὸν Εὔηνον Trach. 556.

Βαθύς *profundus.* οὔτε στεφάνων οὔτε βαθειᾶν κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν Ai. 1179 ch. Glossae πολλήν, μεγάλην, cum illa Aldinae et codd. Bar. 1. Aug. c. scriptura conveniens. Reliqui libri, etiam Laur. A. B. βαθειᾶν, quod Hermannus, ut Brunckius, praetulit, etsi illud elegantissima est et plane Sophoclea sententia, contra βαθειᾶν κυλίκων, quasi *capacissimorum poculorum*, nescio quid habet ridiculi. Sed ἔγχειτω βαθὺν κρατῆρα Synd. IV. 1 (149 D.). optime dictum in fabula satyrica.

Βαθυσκαφής *alte effossus.* βαθυσκαφεῖ κόνει El. 427.

Βαίνω. 1. *Formae. praes.* βαίνεις Oed. Col. 217 m. ex cod. T. Brunckius; vulgo μένεις. βαίνετε Oed. Col. 226 ch. *perf.* βέβηκα El. 1428. βέβηκας El. 1140. βέβηκε Ant. 246. 1078. Trach 41. 871. βέβακε Trach. 135 ch. βέβηκεν Ant. 762. Oed. R. 1073. Oed. Col. 81. 82. 619. 1675. et sic etiam v. 1681 in fine versus, syllaba ancipite et distinctione posita scribendum. βέβακεν Oed. Col. 1055 ch. Trach. 526 ch. βέβηκαμεν Oed. Col. 52. βεβᾶσι Trach. 344. βεβᾶσιν El. 1378 ch. βεβήκῃς El. 1046. βεβήκῃ Phil. 492. recte editum a Brunckio ex cod. B., et sic Laur. C. Cod. T. Ricc. βεβήκει, ceteri, etiam Laur. A. βεβήκοι: Elmsleius ad Ai. 278 βέβηκε coniiciebat, quo opus non est. βεβηκὼς Oed. Col. 1361. βεβὼς Trach. 164. 246. Ant. 983. βεβῶτος El. 303. Oed. R. 772. βεβηκότα Oed. R. 959. βεβῶσαν Oed. Col. 314. βεβώτων Phil. 277. βεβηκόσιν El. 967. βεβῶσι Ant. 67. βεβῶσας Phil. 280. — *fut.* βάσει Phil. 823 ch. — *aor.* ἔβην Ai. 36. 974. ἔβαν Phil. 1200 m. Ai. 855 ch. ἔβας Ai. 183. ch. Oed. R. 152 ch. ἔβη Oed. R. 125. ἔβα

Ant. 120 ch. ἔβημεν Oed. R. 148. ἔβητον Oed. Col. 1693 m. βαίην Oed. R. 832. βαίη Oed. R. 81. Ai. 904. βᾶθι Phil. 1181 ch. Oed. Col. 1488 ch. bis. βᾶτε Oed. Col. 845 ch. bis. Alterius quidem loco in libris ἐμβᾶτε legitur, quod et metro et sensu iubente Elmsl. Herm. secundum Tricl. in βᾶτε mutarunt. Oed. Col. 1544. El. 1427 ch. inc. LX. 2. 1 (724 D.). βάτω Ai. 1393. βῆναι Oed. Col. 1229. 1571 ch. Tr. 194. βάς Oed. Col. 379. Inach. XI. 5 (265 D.). sed scribitur ὑποβάς, nec certum, Strabonisne hoc an Sophoclis sit. βᾶσα Trach. 923. βάντος Ai. 1216. βάντι El. 74. βάντα *sing.* Ant. 107 ch. βάντα *plur.* Trach. 115 ch. In his summa est de dialecto constantia; unum illud miror, quod non ἔβαιον reperitur. Nam βᾶται plane inauditum videtur.

II. *Usus.* 1. *Proprie* dictum universe est *incedere*, qua de re et *ire* et *abire* et *consistere alicubi* significat. a. Simpliciter *ire* s. *incedere*: βᾶθί νυν ὦ τάλαν Phil. 1181. ἐχθροῖς ἔβαν Δαναοῖς ἀρωγός 1200., quod et *veniendi* vim habere possit. τῇδε βᾶτε Oed. Col. 1544. βᾶτε κατ' ἀντιθύρων El. 1427. καὶ δὴ βέβηκα 1428. οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω Trach. 194. βέβηκε Δῃάνειρα τὴν πανυστάτην ὁδῶν ἁπασῶν 871. κἀγὼ δρομαία βᾶσα 923. πᾷ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ; Ai. 855. ἣν (ὁδὸν) δὴ νῦν ἔβην 974. βᾶτ' εἰς ὁδόν inc. LX. 2, 1 (724 D.). — b. *abire*, *discedere*, *recedere*. αὐτῶν βεβώτων Phil. 277. ναῦς πάσας βεβώσας 280. τί ποτε βέβηκεν ἡ γυνή Oed. R. 1073. ἦ βέβηκεν ἡμιν ὁ ξένος; Oed. Col. 81. βέβηκεν 82. ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας 226. τὸν — κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι ὁρμωμένῳ τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας 1571. *recedere* Cerberum precatur, ut pura Oedipo via relinquatur. ἔβα Ant. 120. *fugit.* τὸν νεκρόν τις ἀρτίως θάψας βέβηκε 246. ἀνὴρ — βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς 762. ἀνὴρ βέβηκε δεινὰ θεσπίσας 1078. σοὶ — μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος El. 74. βεβῶτος ἐκ δόμων 303. βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑποστέγοι 1378. ἡνίκ' ἂν — ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς Trach. 164. τὸν ἄσκοπον χρόνον βεβὼς ἦν 246. καὶ δὴ βεβᾶσι 344. κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν 526 ch. Sic etiam paulo mutata significatione κύματα dicuntur βάντ' ἐπιόντα τε Trach. 115 ch. *cedentes alter alteri.* — c. *venire*, *accedere*. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη Oed. R. 81. *utinam bene ominatus veniat.* δεῦρ' ἔβημεν 148. ἀγλαᾶς ἔβας Θήβας 152 ch. Αἰτναίας ἐπὶ πῶλον βεβῶσαν Oed. Col. 314. τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγάς 379. βᾶτε, βᾶτ' ἔντοποι 845. ἰὼ παῖ βᾶθι 1488. πάλαι φύλαξ ἔβην Ai. 36. i. q. ἥκω. ὡς, ἀκμαῖος εἰ βαίη, μόλοι 904. σούσθω, βάτω 1393. τὸν λεύκασπιν — φῶτα βάντα πανσαγίᾳ Ant. 107. — d. Nonnunquam *versari* est, quasi *incedendo constitisse*, v. Boeckh. Expl. ad Pind. p. 134. Viam ad hanc potestatem verbi videmus hanc: τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ', ἐν ᾧ βεβήκαμεν Oed. Col. 52. — κεῖνος δ' ὅπου βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε Trach. 41. Non intelligens vim

verbi Brunckius ὅποι dedit. ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ; Ai. 1216. Brunck. Erf. ποῖ, probante Porsono ad Hecub. 1070, et sic Brunckii codd. et Dresd. b. Reliqui, etiam Laurr. A. B. ποῦ, recte, quanquam displicet Hermanni explicatio, quod quaesita videtur. Nusquam nec moratum esse nec constitisse Aiacem dicit, nisi sub imperio Agamemnonis. — 2. Cum *tralate* dicitur a. ab *eundi* et *incedendi* significatione sumptum est, cum *versari* in aliqua rerum conditione, vel simpliciter *esse* indicat. Rationem monstrat Ant. 983. φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, v. Musgr. et Brunck.; sententia illa Eustathius utitur p. 796, 57. — πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ᾽ οὔτ᾽ ἐν ἀνδράσιν φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει Oed. Col. 619. *ventus* quasi *movet sese* i. e. *intercedit*. Inutilissima est Wakefieldi coniectura πέφηνεν, ad Eur. Ion. 829. ὧν καὶ χρυσέα κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν Oed. Col. 1055. V. Hermannum: aliter Reisigius Enarr. p. CXXXV., qui de proverbio tamen consuli potest. ἐν πόνῳ ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί 1361. ὅταν — ἐν κακοῖς ἤδη βεβήκῃς El. 1046. ἐπεί σ᾽ ἐφεύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν 1084. τοῖς ἐν τέλει βεβῶσιν Ant. 67. *regibus et magistratibus*: v. Eustath. p. 686, 18. 789, 13., quanquam hoc loco sicut Philemon p. 161. sententiam Euripidi tribuit; 818, 59. 881, 20. Moschop. Dictt. Att. v. τέλος. Hinc sunt etiam haec: τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν El. 967. *felici rerum statu utentibus*. οὗτοι κατάμεμπτ᾽ ἔβητον Oed. Col. 1693., a scholiasta bene explicatum οὐκ ἐν τοιούτοις ἐστὲ ὥστε καταμέμφεσθαι, quod cum Electrae loco Elmsleius comparavit. Nec Reisigi nec Hermanni rationem probo. Electrae illud attigit Valck. ad Herod. VII. 164. In locutionibus ab *eundo* derivatis pono etiam illud Aiacis οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ ἔβας Ai. 183, quod *peccare*, *errore teneri* significat, v. ἀριστερός. — b. Ab altera *discedendi* et *abeundi* potestate detortum illud, quod βαίνειν *intercidere* significat et *evanescere*, etiam *mori*. μένει γὰρ οὔτ᾽ αἰόλα Νὺξ — ἀλλ᾽ ἄφαρ βέβακε Trach. 135. ἐκ βροτῶν βαίην ἄφαντος πρόσθεν Oed. R. 832. ἴσθ᾽ ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα 959. v. Erfurdt. ὃν (πατέρα) δὴ παλαί᾽ ἂν ἐξ ὅτου δέδοικ᾽ ἐγὼ μή μοι βεβήκῃ Phil. 492. βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥκει Oed. Col. 1229., quod exemplum rationem verbi transferendi monstrat, velut Electr. 1140: πάντα γὰρ συναρπάσας, θύελλ᾽ ὅπως, βέβηκας. — βέβηκεν; Oed. Col. 1675. — c. A tertia verbi proprie dicti modo deflexum est, cum tralate *procedere aliquo in agendo* significat. ὅρα ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει Phil. 823. vide *quid faciendum sit*. πῶς οὖν ὁ λῃστής — ἐς τόδ᾽ ἂν τόλμης ἔβη; Oed. R. 125. ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων ἐμοῦ βεβῶτος 772. Num ad primam an ad hanc tertiam verbi transferendi rationem referam illud Oed. Col. 217: λέγ᾽, ἐπείπερ ἐπ᾽ ἔσχατα βαίνεις,

dubius haereo. Potest enim significare *in extrema necessitate versaris*, potest etiam *ad ultima confugere cogeris*. Denique ambigo, propriene an translate dictum putem *νῶν δ' ὀλεθρία νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβηκεν* Oed. Col. 1681, quod de extremo maerore dictum est.

Βαιός. 1. *exiguus* de mensura et spatiis, *ὀλίγος*. *βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ* Phil. 286. Membr. Brunckii, cod. Laur. A. Ricc. Harl. *βαιῇ*. *βαιῆς κύλικος* Captiv. VIII. 9, 2 (49 D.). Adverbiascit *βαιὸν δ' ἔνερθεν* Phil. 20. — 2. Transfertur inde ad res in sensum non cadentes. *βαιάν μοι, βαιὰν πέμπε λόγων φάμαν* Phil. 834 ch. *ὁ δ' εἶπε πρός με βαιά* Ai. 285. *ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ* Inach. I. 2 (255 D.). In hoc genere adverbiascit *τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπει τῆς ξυμμάχου* Ai. 90. *Breve* significat tempus: *χρονὸν γὰρ οὐχὶ βαιὸν* Trach. 44. Et adverbiascenti ratione *βαιὸν ἀμμείνασα* Trach. 334. *βαιοῦ κοὐχὶ μυρίου χρόνου* Oed. Col. 398. Diversa subaudiri iubent Musgr. et Elmsl.: ille *δαί*, hic *ἐντός*, sed nihil deest. Huc refer etiam *βαιὸν οὐδὲ σὺν χρόνῳ ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν — προσκυνοῦντα* Oed. Col. 1650. — 3. Proxima tralatio est de *humilibus* et *spernendis*. De *homine*: *μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν ὀρθοῖτο* Ai. 160 an. Proverbium laudatur ab Eustathio p. 992, 4. 1093, 50. Etym. M. p. 81, 28. De *re*: *ῥάκη προθέντες βαιά* Phil. 274., id est *εὐτελῆ*. Non ita facile iudicium de Oed. R. 750: *πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων ἄνδρας λοχίτας —;* Recte quidem Musgr. *tenuem* interpretatur, i. e. *tenuiter*, sine magno comitatu, velut Suidas v. *βαιαί* hoc loco usus addito *εἷς* illustrat; sed videtur *ignobilitas* quaedam adsignificari. Reliquus unus locus est scriptura vexatior Oed. Col. 1201. edd. et pars librorum *ἔχεις γὰρ οὐ βίαια τἀνθυμήματα τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος*. Quare Heathii suspicionem *οὖν βίαια*, sensu bonam (*iracundia es plenus, ex quo excaecasti te*) probarunt Pors. ad Med. 585., Schaef. Reis. Elmsl. Sed Musgravi emendatio in eadem sententia versata praeferenda, *οὐχὶ βαιά*, quam commendant codd. Laur. A. Par. F., in quibus *οὐχὶ βίαια*, et Hesychius, scribens *βαιόν, ὀλίγον, μικρόν. Σοφ. Οἰδιπ. Τυράννῳ. οὐ βαιά, ἀντὶ τοῦ ἄφθονος καὶ πολλός.* Hoc Elmsleius corrigit *οὐ βαιός, ἀντὶ τοῦ ἄφιλος καὶ μόνος*, ut respiciatur Oed. R. 750. Quae ratio ut violentissima, ita longe leniore medicina Brunckius, *Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ*, et deinde *ἄφθονα καὶ πολλά*. Sic *minime spernenda* significabuntur. Hellerus et Doederlinus *οὐ βίαια* servantes explicant, quod in vocabulo *βίαιος* nemo quaesiverit, *non satis graviter de tuis rebus meditatus es*. — De accentu praecipiunt Etym. M. p. 417, 29. Eustath. p. 1067, 23.

Βαίτη. ἔστι μὲν ποδήρης χιτών, οὕτω δὲ Σοφοκλῆς καὶ τὰς σκηνὰς

τὰς βαρβαρικὰς καλεῖ. Pollux VII. 70. Est inc. CV. 63 (853 D.). De accentu vide Arcad. p. 114, 18.

Βάκκαρις. παρὰ πολλοῖς δὲ τῶν κωμῳδιοποιῶν ὀνομάζεταί τι μύρον βάκκαρις· — μνημονεύει δὲ τῆς βακκάριδος καὶ Σοφοκλῆς (inc. CV. 64. 854 D.) Athenaeus p. 690. C. — Ratio propenacui iubet, corrigendusque Luc. Lexiph. §. 8. βακχαρίδι exhibens: v. Lobeck. diss. II. de mut. term. nominum p. 2.

Βακχᾶς. ἐν Ὑδροφόροις Σ. τὸν Διόνυσον εἶπε Βακχᾶν ἀντὶ τοῦ Βακχευτάν schol. Soph. Phil. 1199 (fr. I. 597 D.). Quo testimonio colligi observat Lobeck. ad Phryn. p. 435. illi inclinamento nondum tam firmiter, quam postea adhaesisse significationem sordidarum rerum et humilium. De tono cf. eundem.

Βάκχειος et *Βακχεῖος* *Bacchius.* ὁ Βακχεῖος θεός Bacchus ipse Oed. R. 1105. Βάκχειος βότρυς Thyest. VI. 2 (239 D.). ὁ δὲ Βακχείας ἄπο ἦλθε — Θήβας Trach. 508 ch. Brunckius contra libros Βακχίας, quod et a Laurr. non agnoscitur cum Aldina ab Elmsl. collatis. De Trach. 218. 701. Ant. 154. v. Βάκχιος. De tono docet Etym. Gud. p. 100, 29, et is quidem nomen Dei significare videtur, sed adiectivum κτητικόν iure propenacute scribitur.

Βακχειώτης v. *Βακχιώτης.*

Βακχεύς i. q. *Βάκχος.* Βακχεῦ, Βακχᾶν μητρόπολιν Θήβαν ἐνναίων Ant. 1109 ch. libri ὦ Βακχεῦ.

Βακχεύω *debacchor, furo.* ὃς — βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων Ant. 136 ch. Schol. bene ἐνθουσιῶν. Nam quae insuper addit, ad ἐπέπνει referenda sunt.

Βάκχη *Baccha.* Βακχᾶν μητρόπολιν Θήβαν Antig. 1109 ch. — De tono v. Arcad. p. 115, 23.

Βάκχιος *Bacchius.* Haec forma unice a metro commendatur saepius. ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων Βάκχιος ἄρχοι Ant. 154 ch. versu Adonio. Libri, etiam Laurr. Βακχεῖος. Βακχίαν ὑποστρέφων ἅμιλλαν Trach. 218 ch. Numeri iambici librorum etiam scripturam Βακχείαν tolerant, sed illa scriptura suaviores reddit. Βακχίας ἀπ' ἀμπέλου Trach. 701, quod in libris, etiam Laur. A. exstat, quarta trimetri sede adulterinum agnoscitur. Igitur haec brevior forma longe certiore est, quam productior, auctoritate; haec enim nusquam, illa aliquoties versu postulatur. Utramque tuentur Dorvill. Misc. Obss. vol. X. p. 439. Valck. ad Phoen. 21.; de tenuiore disseruit Hermann. ad Eur. Bacch. 130 (114). De accentu v. Arcad. p. 41, 29.

Βακχίς *Bacchica.* Κωρύκιαι Νύμφαι στείχουσι Βακχίδες Ant 1116 ch.

De forma et discrimine, quo ab affini *Βακχάς* seiungitur, v. Herm. ad Bacch. l. c.

Βακχεῦ bacchor. κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν inc. XCIV (782 D.). Baccho et comitibus visitatam dicit.

Βακχιώτης bacchator, cognomen Liberi. ἵν' ὁ Βακχιώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει Oed. Col. 684 ch. Vulgo et in libris praeter Laur. B. Β α κ χ ε ι ώ τ η ς, quod versus Glyconius non fert. Illud ex Laur. B. recepit Herm. dudum ita scribendum suspicatus El. D. Metr. p. 528. Qui vulgatam nescio quo modo tuetur Reisigius, analogia, cuius sese defensorem iactat, destituitur: v. Herm. ad Oed. Col. l. c., in cuius tamen disputatione si verum est, non a *Βακχεῖος* fieri *Βακχειώτης*, sed a *βακχιοῦν Βακχιώτης*, audaci etiam et parum verisimili conamine scribendum erit *Βακχιωτής*: v. *ἀγρώστης*, et Eust. p. 1724, 36. schol. Il. ε. 158. Etym. M. p. 61, 55. Philemo §. 12. Verum rectius ducitur a *Βάκχιος*, quod cum ipsum testatius sit, quam *Βακχεῖος* s. *Βάκχειος*, convenit etiam *Βακχιώτης* recte dici. Ad significationem confer *δεσμώτης*, quod non *vinctum* modo, sed et *carceris custodem* significat, id est active *vincientem*, quanquam et ipsum nominale: v. schol. Ai. 105.

Βάκχος deus. τὸν χρυσομίτραν — οἰνῶπα Βάκχον εὔιον Oed. R. 211 ch. De tono certa res, et notavit Arcad. p. 135, 19.

Βαλβίς carceres stadii v. circi. Pollux III. 147. Gr. Bekk. p. 220, 31. Eust. p. 1404, 55. Zonaras t. I. p. 373. schol. Apoll. Rh. III. 1273. schol. Eur. Med. p. 1215., quanquam is discrepat aliquantum: v. Koch. ad Moer. p. LXXXIII. Sed idem Pollux nonnunquam etiam de loco, ubi cursus finiatur, dictum fuisse observat. Ita dictum *βαλβίδων ἐπ' ἄκρων νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι* Ant. 132 an. De summa parte muri mihi, ut Musgravio, non modo longe elegantius a *fine curriculi* (ut hic, *escensionis*), quam cum Hermanno a limine repetendum videtur, sed paene cogitur hoc fieri verbis ἄ κ ρ ω ν ἤ δ η, quorum illud de limine parum apte, hoc absurde diceretur. — De mensura ultimae et tono omnia absolvit Spohn. Comm. de extr. Odyss. parte p. 171.

Βαλλήν. Sextus Empir. adv. Gr. p. 286.: οἱ παρὰ Σοφοκλεῖ ποιμένες ἰὼ β α λ λ ή ν λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί. Hesychius: β α λ λ ή ν, βασιλεὺς Φρυγιστί. Assignatur Pastoribus tanquam fr. II (444 D.). Eandem vocem apud Aeschylum Pers. 644 libri uno λ scriptam monstrant, et consentiunt schol. et Eust. p. 1854, 25 et 381, 17, ubi *βαληναῖον ὄρος* affert. — Tonus est nominum in ήν et notatur ab Herod. π. μον. λέξ. p. 17, 5. Arcad. p. 9, 1.

Βάλλω. I. *Formae. praes.* *βάλλει* Phil. 205 ch. Ant. 1173. *βάλλον* Phil. 289. *βάλλουσαν* Trach. 912. *fut.* *βαλεῖς* Phil. 67. *βαλεῖτε* Ai.

1223. 1287. — *aor.* ἔβαλεν Phil. 674 ch. si vera Wakef. coniectura, de qua post dicetur. ἔβαλον plur. Phil. 1017. βάλῃς Oed. R. 975. inc. CV. 140 (927 D.). βάλῃ Ant. 408; sic libri Laur. A. Ricc.; plerique βάλοι, sed utrumque sermonis lex fert. βάλοι Trach. 936. Phil. 289. Salm. V. 4 (483 D.). ubi nunc recte secundum Hermannum legetur λάβοι. βαλεῖν Ai. 1312. Oed. R. 622. 657 ch., ubi libri ἐκβαλεῖν, veram lectionem Suidas servavit. βαλών El. 559. Ant. 1055. Oed. Col. 476, ubi Tricl. λαβών, pro perpetua horum verborum confusione. βαλοῦσα Ai. 52. βαλόντι Salm. I. 3 (482 D.). βαλόντα Trach. 706. 711. Etym. M. p. 165, 6. βάλλοντα, contra versum pariter atque sententiam. — II. *Usus. Proprie* dictum significat 1. *ferire* universe, inprimis de telo vel eo, qui telo utitur, vel qui aliquid iacit. βαλόντι χάλκειον κάρα Salm. I. 3. ὅ μοι βάλοι νευροσπαδὴς ἄτρακτος Phil. 289. eodemque versu τόξον — βάλλον πελείας. τὸν γὰρ βαλόντ' ἄτρακτον Trach. 711. ut τὸν βαλόντ' ἀποφθῖσαι χρῄζων Trach. 706. retento huius verbi usu Homerico, ut de *vulnere eminus inflicto* dicatur, v. Lehrs. de Aristarchi Stud. Hom. p. 61. — 2. De rebus in loca et spatia cadentibus est vel *proiicere:* ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω Ant. 1055. τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που, βαλεῖτε χἠμᾶς Ai. 1287 de insepulto. τὸν ἄνδρα — μὴ τλῇς ἄθαπτον — βαλεῖν 1312. — vel *eiicere:* γῆς ἔξω βαλεῖν Oed. R. 622. ἐμὲ ἄτιμον ἔβαλον 1023. — vel *coniicere:* Ἰξίονα δέσμιον ὡς ἔβαλεν — Κρόνου παῖς Phil. 674. Quod enim in libris est ἔλαβε δέσμιον, signifi aret ἐδέσμευσεν, sed dicendum erat de Ixione rotae illigato. ὡς μήτε κρούσῃς μήθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς inc. CV. 140, si certa de sensu coniectura —; denique *iniicere* vel *imponere* aliquid aliquo: δεμνίοις — στρωτὰ βάλλουσαν φάρη Trach. 912. — *Tralatum* a feriendi significatione et telo 1. de *convicio et maledicto* dicitur. κακοῖς βαλεῖτε Ai. 1223. cf. Musgr. ad v. 1231. Wyttenb. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 6. Boeckh. Expl. ad Pind. p. 184. — de *rebus sensus ferientibus*, inprimis *auditis:* βάλλει μ' ἔτυμα φθογγά του Phil. 205 ch. καί με φθόγγος οἰκείων κακῶν βάλλει δι' ὤτων Ant. 1173. de *olfactu perceptis:* ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες Ant. 408. De Salm. V. 4. v. λαμβάνω. — 2. Ab altera propriae significationis parte et quidem a *proiiciendo* traducitur id, quod *forte* vel *temere iacere dicta* significat. ἔπος τι τυγχάνει βαλών El. 559. Ab *iniiciendo* est, cum de *adspectu* offerendo vel sensu qualicunque excitando usurpatur. δυςφόρους ἐπ' ὄμμασιν γνώμας βαλοῦσα Ai. 52. Falsa enim caedium specie Minerva Aiacem deliniverat. λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς Phil. 67., quod pro ἐμβαλεῖς dictum esse observavit Buttmannus. Huic plane contrarium dicendi ratione, sensu affine est, cum *homo aliquo coniici*, id est aliqua re v. c. suspicione *implicari* dici-

tur. ὡς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ Trach. 936. τὸν ἐναγῆ φίλον μή ποτ' ἐν αἰτίᾳ — ἄτιμον βαλεῖν Oed. R. 657 ch. v. Brunck. et Erf. Denique hinc ad *cogitationem* deflectitur animo susceptam. μή νυν ἔτι — μηδὲν ἐς θυμὸν βάλῃς Oed. R. 975., quod genus loquendi apud epicos inprimis frequens, etsi de suis cuiusque cogitatis medii formam praeferunt. — Suo separatim loco memorandum fuit, quod βαλών (a manu iniicienda depromptum) velut ἔχων et λαβών circumlocutioni adhibetur. οἷος νεώρου νεοπόκῳ μαλλῷ βαλών (ἔρεψον) Oed. Col. 476.

Βάναυσος illiberalis. οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην Ai. 1100. v. Etym. M. p. 187, 40., qui ex compendio scribendi ἐκτήσω exhibet, a Brunckio emendatum; et Valck. Anim. ad Ammon. p. 215. — Accentum compositi notavit Arcad. p. 76, 21.

Βάξις. Proprie *dictum, sermo.* μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν Ai. 489. ab inimicis convicio me peti. κλύοις ἂν — κεκρυμμένην μου βάξιν El. 628, quod de *ambiguitate precum* Musgravius intelligendum esse monet. μὴ — σπείρῃ ματαίαν βάξιν ἐς πᾶσαν πόλιν 632, quod Moschop. memorat Dictt. Att. v. μάτην. Hinc *responsum fatidicum* significat. εἰ θεσφάτων ἐγὼ βάξιν κατῄδη τῶνδε Tr. 87. cum circumlocutione dictum pro θέσφατα: nam de *fama* oraculi inepte diceretur. — Transfertur ad *famam*, sermonibus quippe hominum sparsam. φέροντι τήνδε βάξιν Oed. R. 519., quod affert Suidas v. βάξιν. ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινος διῆλθ' Ἀχαιούς Ai. 977. fama dicitur celerrime per omnes pervagata, v. Herm. βάξιν καλὴν λαβόντε El. 994.

Βάπτω imbuo. Proprie: ᾗ μελαγχόλους ἔβαψεν ἰοὺς θρέμμα Λερναίας ὕδρας Trach. 571. Et de tinctura: χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα 577. Tralate de caede facta: ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ; Ai. 95. v. Abresch. Anim. ad Aesch. p. 528.

Βάρβαρος barbarus. Semel substantive dicitur synesi vocabuli ἀνήρ facta, quod ipsum inprimis usitatum prosae orationi. νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Andromed. V. 2 (132 D.). — Adiective dictum de *homine:* Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ Trach. 251. οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς Ai. 1268. ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα 1271. διεμπολώμεθα — ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους Ter. VII. 9 (517 D.). φιλάργυρον γὰρ πᾶν τὸ βάρβαρον γένος Ter. II (512 D.). nisi forte β α ρ β ά ρ ω ν corrigendum. — De *re* et primum de *locis* et *sedibus* hominum: κατὰ βάρβαρον αἶαν El. 95 m. ποῦ γῆς; πατρῴας εἴτε βαρβάρου; Trach. 235. Hoc Trachiniarum loco Schaeferus utitur, ut demonstret, quomodo factum sit ut ἡ βάρβαρος non addito γῇ diceretur, id quod minime pervulgatum: v. l. c. et Mel. Crit. p. 41. App. Cr. ad Demosth. vol. I, p. 567. De aliis rebus dicuntur haec: βάρβαρον γλῶσσαν Ai. 1242. βαρ-

βάρους εὐοσμίας Laoc. I. 2. (340 D.), quod apud Harpocr. v. Ἀγυιεύς vitiose scriptum βαρβάρων εὐοσμίας; verum servavit schol. Ar. Vesp. 870. Sic enim, non βαρβαρικός de more et rebus in more positis bonis scriptoribus dici usitatum esse ostendit Schaef. Mel. Cr. p. 40. Et ita scribendum coniicimus Lac. I. (336 D.): στενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα κοὐχὶ βάρβαρον. Apud Pollucem IX. 49. κοὐκ ἀβάρβαρον legitur, a Blomfieldo emendatum κοὐκ ἀβόρβορον, facili correctione, sed minus, ut videtur, apta, quod *casa immunda* recte dici non potest *coeno plena*. κοὐχὶ βάρβαρον si poeta scripsit, *a luxu et magnificentia barbaris usitata alienam* significavit.

Βαρβαρόω efferο. (ὄρνιθας) κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ Ant. 988. Schol. alter ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένῳ, alter ἀτάκτῳ hic rectius.

Βᾶρῖβᾶς nauta. Gr. Bekk. An. p. 84, 10.: Σ. ἐν Ποιμέσι (VI. 3 453 D.) βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην, ἢ τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα. Brunckius non ex emendatione, sed exemplo minus recte scripto usus βαρίδαν dedit. Emendarunt Schaef. et Bast. ad Greg. Cor. p. 522, irrisi a Blomfieldo ad Pers. 160. βαριβάταν scribente, sed plene defensi profligatusque irrisor a Summo Viro ad Phryn. p. 609.

Βαρκαῖος Barcaeus. Βαρκαίοις ὄχοις El. 717. Hesychius v. Βαρκαίοις, cuius v. Intpp. t. I. p. 677. — De accentu totius generis observavit Arcad. p. 43, 12.

Βάρος. Et *gravitatem s. molestiam*, et *rem molestias creantem* significat. Ex illo genere haec sunt: βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει Oed. Col. 1144. καὶ τῆς ἄγαν — ἔστι σιγῆς βάρος Ant. 1241. cf. v. 736. et 1236. ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς — μέγα βάρος μ' ἔχων ἔπαισεν Ant. 1259 m. *graviter me afflixit.* τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος El. 927. αἰὲν ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος Trach. 324. ἐπί μοι — βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν 978. v. ἐμμέμονα. τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας νὺξ ἥδε βάρος; Ai. 208 an. cf. Herm. — Ex altero significandi genere sunt: ἔσται ποτ' ἄρα τοῦτο Καδμείοις βάρος Oed. Col. 410. ἄθλιον βάρος El. 1129. ossa Orestis sunt. βάρος περισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι inc. XXVII. 1, 3 (682 D.). secundum Homericum illud ἄχθος ἀρούρης homines sunt. — Probabili emendatione Hermannus ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων βάρη Phil. 187 ch. In libris distinguitur post ἔχων, scribitur βαρεῖα δ' ἀθυρόστομος ἀχώ, quod Hermannus ἁ δ' ἀθυρόστομος correxit. In illa librorum scriptura neque numeri satis bene constant, nec orationi membratim divisae congruunt. Boeckhius de metris Pindari p. 323. βαρεῖ ad λιμῷ referendum scripturus erat. Secundum Hermanni rationem μεριμνήματ' ἔχων significat μεριμνῶν, pendet-

que inde βάρη hoc sensu: *immedicabile vulnus curans.* — De Ai. 130. v. βάθος, de eiusdem fabulae v. 214. v. πάθος.

Βαρῠάλγητος graviter dolens. πάντων καχαζόντων γλώσσαις βαρυάλγητα Ai. 198 ch. Suid. v. καγχαζόντων.

Βαρυαχής (ᾰ?) *maestissimus.* βαρυαχεῖ μόρῳ Oed. Col. 1557 ch. ᾰ utrum producatur an corripiatur ad metrum dochmiacum nihil interest. Scholiasta βαρυηχεῖ scribit. Et ab ἠχεῖν etiam Elmsleius et Reisigius vocabulum repetunt, quoniam certum brevis ᾰ exemplum non exstet, producti duo, Ar. Av. 1733. Nub. 279., quorum altero tonitru, altero Oceanus βαρυαχής vocatur. Ne Hermannus quidem vocabulum ad ἄχος compositum reperit, nisi δυσαχής quorundam librorum scripturam Aesch. Eum. 145. Sunt vero plura formae productioris, quam putabat Elmsleius exempla, βαρυηχής Qu. Smyrn. I. 154. Oppian. Halieut. IV. 569. καταχής (καταχὲς ὕδωρ i. q. καταστάζον ἤχῳ) Theocr. Idyll. I. 7. Sed ea omnia Sophocleo dissimillima exemplo sunt: in quo si verum vidit Elmsleius, ἦχος de gravi planctu maestitiae indice intelligendum.

Βαρῠβρεμέτης graviter tonans. Διὸς βαρυβρεμέτα γένος Ant. 1104 ch. Bacchus.

Βαρῠβρώς gravi morsu crucians. στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτα Phil. 688 ch. loco vexato et ambiguo, quem ob sententiam non optime constantem nec aequata cum antistrophicis metra lacunosum Hermannus existimat. Huic suspicioni satis favent scholii verba: βαρυβρῶτα, τὸν ἐσθίοντα βαρέως τὸ σῶμα αὐτοῦ. — De tono v. ἀγνώς.

Βαρύνω premo. Solum *passivum* legitur, significans et *vexari* et *aegre ferre.* κακοῖσιν, οἷς ἐγὼ βαρύνομαι Trach. 151., quod usurpat Priscianus XVIII. 20. καινέτω τις, εἰ βαρύνεται, τῶν ἔνδον ὄντων El. 810. κἀγὼ βαρυνθεὶς Oed. R. 781. gl. χολωθείς, ut χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων Ai. 41. μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ ὀσμῇ Phil. 878., quae cum Priscianus XVIII. 2?. afferat in Putschiana editione sic exhibita: Σοφ. ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ· μὴ βαρυνθῶσιν κ. τ. λ. a Brunckio reliquiis Philoctetae ad Troiam inserta esse observavit Hermannus.

Βαρύποτμος gravi sorte laborans. ὦ βαρύποτμε Phil. 1085 ch. βαρύποτμα κακά Oed. Col. 1450 ch. Utroque loco de scriptura adeo non constat, ut de mensura syllabae tertiae constitui nihil possit. Corripi eam putabat Porson. ad Phoen. 1367.

Βαρύς 1. *Subiective* dictum *gravatus.* οὐδὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς Oed. R. 17. αἰῶνα βαρὺν Trach. 5. καὶ νόσῳ βαρὺν 234. ἀνὴρ δύσοργος, ἐν γήρᾳ βαρύς Ai. 996. id quod βαρυνθείς. Afferunt Zonaras t. I. p. 577. Suid. v. δύσοργος. Sic interpretor Phil. 1034.: βαρύς τε καὶ βαρεῖαν ὁ ξένος φάτιν τήνδ' εἶπε, aerumnis vexatum enim consentaneum est morose lo-

qui. Dein huc refer *βαρεῖαν βάσιν* Trach. 962., *maestum incessum* significans; Herm. *βραδεῖαν* coniiciebat, alii *lentum* interpretantur. — 2. Obiective dictum semel *proprie* dictum exstat. *τυπάδι βαρείᾳ* inc. LXXII. 2, 2. (743 D.). de fabris dictum aes subigentibus. Tralate de homine et *molestum ac gravem* et *infensum* significat. *μενῶ σ' ἐγὼ — εἰσαεὶ βαρύς* Trach. 1192. Suid. v. *ἀραῖος*. *δυσμενῆ — καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί* Oed. R. 546. *στυγνὸς μὲν εἴκων δῆλος εἶ, βαρὺς δ', ὅταν θυμοῦ περάσῃς* 673. *τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς* Alet. III. 2 (90 D.). Item de *mente, voluntate, dictis*. *μῆνιν βαρεῖαν* Ai. 641. Oed. Col. 1330. *ὀργῇ βαρείᾳ* Phil. 368. *νοῦς δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς* Ant. 763. *ἡ δ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ παρεῖναι* 1236. *βαρεῖα αὐδὰ τρυσάνωρ* Phil. 207 ch. *βαρεῖαν ὁ ξένος φάτιν τήνδ' εἶπε* 1034. Denique de *rebus externis molestis*. *βαρείας του νοσηλείας*, Phil. 39. *gravis tabi*. *ᾧ μηδὲν ἐστ' οἴκοις βαρύ* Trach. 727. *βαρεῖαν ξυμφοράν* 743. *βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις* Ai. 746. *ὤμοι βαρείας ἄρα τῆς ἐμῆς τύχης* 959. *νόσου βαρείας* Phil. 1314. *κείνοις ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς βαρύς* Oed. Col. 403. *ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον* Ant. 441. v. Schaef. Mel. Cr. p. 115. Est epexegesis. *ὅρκος γὰρ οὐδεὶς ἀνδρὶ φηλήτῃ βαρύς* inc. XVI. 2 (671 D.). facile suscipitur ab homine fraudulento periurium. Huc refer etiam *βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με λέγοντες* Oed. Col. 1206. *ἡδονή* Theseo et Antigonae in eo erat, quod impetrarant, ut Oedipus cum Polynice colloquium iniret: desiderio igitur illi sese cedere quanquam aegerrime ferentem dicit: *νικᾶτε με ἡδονήν* coniungenda, non cum Doederlino *νικᾶτε λέγοντες ἡδονήν*: *νικᾶν* enim est pervincere, *ἐκνικᾶτε τὸ καθ' ἡδονὴν ὑμῖν ὄν, ἐμοὶ δὲ βαρύ*.

Βαρύστονος gravi gemitu defletus. *λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ᾔδεμεν τὸ μὴ οὐ βαρύστον' εἶναι* Oed. R. 1233.

Βαρύψυχος demisso animo. *πρὸς κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν* Ai. 312. Recte schol. alter: *μικροψύχου, καταπεπτωκότος τὴν ψυχήν*: quod si quis consuluerit illustrando vocabulo a Lobeckio collata p. 269., nemo minoris scholiastae lectionem *κοὐ βαρυψύχου* probabit.

Βάσανος explorandi via. *πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ* Oed. R. 492 ch. *quomodo explorem*. *σοφὸς ὤφθη βασάνῳ δ' ἡδύπολις* 510 ch. Hanc significationem praeter alteram *tormentorum*, prosariis usitatiorem, agnoscit Gr. Bekk. An. p. 226, 17. — De *manibus conserendis*, qua ratione vis utriusque congredientis exploratur: *τάχ' εἰς βάσανον εἶ χερῶν* Oed. Col. 839 ch. Schaeferus eodem modo dictum *ἔλεγχος* confert. — De tono generis v. Arcad. p. 64, 10.

Βασίλεια regiae stirpis mulier. *μητρὸς, ἣ φύσει μὲν ἦν βασίλεια* Ai. 1281. — De tono v. Arcad. p. 95, 19.

Βασίλειος *regius.* τοῖς βασιλείοισιν — νόμοις Ant. 378 an.

Βᾰσῐλεύς *rex.* Iupiter ὁ πάντα κραίνων βασιλεύς Tr. 127 ch. De hominibus: ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ Oed. R. 1202 ch. ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας Ant. 155 an. παῖς ὁ Δρύαντος, Ἠδωνῶν βασιλεύς 946 ch. βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος Pel. V (439 D.). — ἀνδρός τ' ἀρίστου βασιλέως τ' ὀλωλότος Oed. R. 257. τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως Oed. Col. 67. τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων; Ant. 1157. Aliquantum ambiguitatis est in scriptura pluralis. οἱ μεγάλοι βασιλῆς Ai. 188 ch. a Lobeckio inde ab omnibus criticis probatum est, forte ut factum arbitrer, ut olim Hermannus, e Brunckiano credo exemplari, βασιλῆς retinuerit. Ipsum illud βασιλῆς in Laur. A fertur exstare, βασιλεῖς in Ald. Dresd. a. Lips. a. b. et quatuor Iohns. codd. — διπλοῖ βασιλῆς Ἀτρεῖδαι Ai. 938 ch. Brunckius (βασιλῆς quidem scribens) ex cod. D., id quod et Iohns. tres prae se ferunt.; Ald. βασιλῆες, Laur. A. βασιλῆες, in quo veri vestigium, quodque nec ipsum plane abiudicatur ab tragicis a Lobeckio ad v. 186, etsi cum illo loco tum Eur. Andr. 1002. M., ubi in codd. omnibus reperitur, metro officit. τούς τε δισσάρχας ὀλέσσας βασιλῆς Ai. 383 m. scribendum secundum Laur. A., Draconem p. 115, 18 et Triclinianum βασιλῆς. Ceteri codd. vett. Ald. Brunck. Lob. Herm. βασιλεῖς. Gregorius Corinthius p. 100. non satis disertus testis est, inclinamentum illud solius esse nominativi, etsi visum Lobeckio et Schaefero. Sed locupletior longe auctor accusativo idem assignat Herodianus apud Choeroboscum Bekkeri p. 1195., Aiacis illo versu βασιλῆς legi affirmans et apud Xenophontem νομῆς, quod utrumque tanquam singulare enotaverat. Alia eius scripturae vestigia indicavit Matth. Gr. Gr. t. I. p. 184.

Βασίλη i. q. βασίλεια. Hesychius: βασίλ (sic) ἡ βασίλεια Σ. Ἰφιγενείᾳ (III. 3. 292 D.). Scribendum βασίλη, non βασιλῆ, ut visum Buttmanno Gr. §. 119. n. 51., idemque restituendum Pindaro Nem. I. 39. ubi perperam βασιλῆ Boeckhius Not. Cr. p. 514. Vide Stephanum v. Ἀγάμεια: ὡς πρέσβεια πρέσβη, καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη, οὕτως Ἀγάμεια Ἀγάμη· δύναται δὲ καὶ Ἀγάμεια ἐκ τοῦ Ἀγάμη, ὡς τὸ Πηνελόπεια ἐκ τοῦ Πηνελόπη. Nesciebant igitur, productiorne an brevior forma primitiva esset.

Βᾰσῐλίς *regiae stirpis mulier.* σκαλμῇ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς Troil. II (549 D.). λεύσσετε — τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν Ant. 932. Hanc librorum scripturam Toupius probante Porsono App. ad Toup. Emend. Suid. p. 441. correxit τὴν βασιλίδα τήν scribendo, ut proceleusmaticum in anapaestos tragicos eosque legitimos inferret. Triclinius τὴν βασίλειαν dederat; Erf. olim τὴν βασιλῆν τήν, Bothius nuper τὴν βασίλειαν τὴν μόνα λοιπήν; sed quomodo μόνα pro μόνον dici potuerit,

non docuit. Hermannus olim *τὴν βασιληΐδα* scripserat: nunc prudentius sane scripturam librorum retinet, paroemiacum versum esse affirmans, cuius in medio systemate apud Sophoclem pertenuis vel adeo nullus usus est. — Accentum observavit Arcad. p. 31, 22.

Βάσις 1. *gressus.* *κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις* Ai. 8. Suid. v. *βάσις. ἐπέγνως — ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλοῦντα* 19. *circumeuntem.* *οὐκ ἔχων βάσιν* Phil. 686 ch. *claudus.* *σὲ τήνδε τ' ἔμπνουν βάσιν παύσοντας ἄλγους* 1364. *ἀντέρειδε νῦν βάσιν σήν* 1339. *ἐν ἀσυχαίᾳ βάσει βάσιν ἁρμόσαι* Oed. Col. 198 m. v. *ἁρμόζω.* *βαρεῖαν ἄψοφον βάσιν* Trach. 963 ch. Sic etiam rectius intelligas, quam de adventu *ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις* 960. — Traductum ad rotarum circumactionem *τροχῶν βάσεις* El. 708. — 2. *iter, adventus.* *τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν;* Ai. 42., quod plane ut *ὁδόν τινα ἔρχεσθαι* dictum. Et sic contra scholiasten, *ἵστασαι* explicantem *ἱστᾷς* et *κωλύεις*, Brunckiumque et Hermannum cum Lobeckio et Porsono intelligendum puto *τοῦ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν;* Trach. 338. v. *ἐφίστημι.*

Βάσκανος ἰδίως ἐπὶ τοῦ ἀχάριστος dixisse Sophocles fertur apud Hesychium, fr. inc. CV. 65 (855 D.).

Βαστάζω. Proprie dictum *porto*: *ἃ βαστάζω χεροῖν* Phil. 651. *νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν* El. 1118. *εἴπερ γ' Ὀρέστου σῶμα βαστάζω τόδε* 1207. — *attollo.* *Τεύκρῳ — ὥς με βαστάσῃ πεπτῶτα* Ai. 814. *τίς σε βαστάσει φίλων* 903.; utrumque de corpore Aiacis sepeliendo. *αὐτὸς σὺ βάσταζε* El. 1462. de velamento tollendo. — *Tenere et contrectare manibus.* Suidas: *βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι.* — *καὶ χερσὶ βαστάσασα* El. 893. *ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν καὶ βαστάσαι με* Phil. 653. *τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν, τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν* Phil. 1112 m. de arcu et sagittis nemini adhuc concessis. *τὸ μηδαμὰ ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε* Oed. Col. 1107. Oedipus loquitur filias amplexaturus. Absurda est Dorvillii ratio ad Char. p. 384: *sinite corpus meum vobis portandum dari.* — Tralate de *sustinendo negotio molesto* dictum semel est: *νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες* Ant. 216.

Βατός pervius. *δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς τὰ βατά* Aload. XI. 7 (109 D.).

Βαυβάω. *βαυβᾶν, τὸ κοιμᾶσθαι π. Σοφ.* (inc. CV. 66. 903 D.). Eust. p. 1761, 27.: *ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς.* Idem ex Syleo Euripidis Antiatt. Bekk. affert p. 85, 13.

Βαφή. infectio. *κἀγὼ γάρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε, βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα* Ai. 637. Eust. p. 1636, 12. Qui liberius poetarum loquendi genus non perspicerent, cum *καρτερεῖν* ferrum non pos-

sit, βαφὴν cum sequentibus colligarunt. Sed καρτερεῖν est *firmum fortemque* esse. Quare etsi docte βαφὴν ipsam illustravit Lobeckius, tamen cum non videam, ferrum in aquam mersum quomodo asperitatem abiicere possit, rationem eius probare non possum. At scholiasta molliri ferrum ait oleo mersum, quod probat Herm. advocato teste Plinio H. N. XXXIV. 41. Mihi ut Brunckio ὡς σίδηρος βαφῇ ἐκαρτέρουν coniungenda videntur. Musgravius ἀβαφὴς coniiciebat.

Βέβαιος certus. ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα βέβαια 1073. id est μὴ σφαλλόμενα. ὁμιλία πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βεβαία Phil. 71. εἴπερ Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην βέβαιον Trach. 618. Eust. p. 808, 18. — *firmus, permanens:* ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι Eriphyl. I (202 D.). — De tono v. Arcad. p. 44, 3.

Βέβηλος. 1. *profanus*; de qua potestate vocabuli nota omnia: v. schol. Oed. Col. 10. Etym. M. p. 193 extr. Eust. p. 156, 29. 1003, 40. Gr. Bekk. An. p. 223, 24. 323, 15. hic quidem sic scribens: βέβηλα δὲ ἐλέγετο τὰ μὴ ὅσια μηδὲ ἱερά. οὕτω Σοφοκλῆς. Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 60. Spanhem. ad Callim. h. Apoll. 2. — θάκησιν εἴ τινα βλέπεις ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ ἄλσεσιν θεῶν Oed. Col. 10. — 2. Etym. M. p. 194, 5. a Brunckio emendatum ex schol. Oed. Col. l. c., quam emendationem iterum fecit Reisigius Enarr. p. XXVII: Σοφ. ἐν Συνδείπνῳ (IX. 2. s. 154 D.). βέβηλον τὸν ἰδιώτην φησί. — De tono generis v. Arcad. p. 55, 12.

Βέλος. 1. *telum* proprie dictum. ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος Phil 1283. πρὸς θεῶν, μέθες βέλος 1284. ἔγχος — ἐχθίστων βελῶν Ai. 643. de *gladio* dictum: exemplis firmat Musgravius. δείματος ἦν μοι προβολὰ καὶ βελέων Ai. 1192 ch. κεῖται τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη Phil. 198 ch. τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκὰν 1136 m. cf. ἀλκή. γένυν ἢ βελέων τι προπέμψατε 1190 m. δέχου — βέλη τάδε 1271. βέλεσι τοῖς Ἡρακλέους 1392. ἄφυκτ' ἔχων βέλη Trach. 264. τά σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλῶν βέλεα Oed. R. 205 ch. Formam bene defendit contra Elmsleium Hermannus, quae contracte pronuntientur etiam scribendo contrahi iubentem. Sed ne opus quidem contractione in versu iambico. — 2. Traductum inprimis est ad *animi et iracundiae* impetum. θεῶν βέλη Oed. R. 894 ch. v. θεός. *Tela deorum* sunt *mala* ab iratis data. τὴν θείαν δίκην, gl. codd. Lips. — Paulo aliter dictum θυμὸς — τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε; Trach. 880 ch. v. αἰχμή. Deianira ipsa αἰχμὴ βέλους dicitur, quae Herculem pessumdedisset. Schol. Rom. βέλος. — 3. *Fulmen* significat. ἔνσεισον, ἐγκατάσκηψον βέλος κεραυνοῦ Trach. 1077. τὰ πολλὰ — στράψαντα — χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη Oed. Col. 1511. — 4. Inde factum, ut *intemperies* etiam *caeli graviter feriens* eo nomine di-

ceretur: *δύςομβρα φεύγειν βέλη* Ant. 356 ch. Ingentes et subitos imbres significare observat Eust. p. 692, 55.

Βελτίων melior. μανθάνειν βελτίονα inc. C. 5 (779 D.).

Βερέκυντα βρόμον Past. VI. 4 (454 D.). Phrygiam tibiam Sophocli dictam esse scribit Hesychius, *Βερεκύνταν* corrigere in tanta licentia metaplasmi temerarium esset; *βερέκυντα* proxime abest a *κίνδυνι*, de quo et similibus eruditissime disseruit Lobeck. de adi. motione anomala diss. IV. p. 4. Sed accentus mutandus fuit, qui vulgo in penultima fertur.

Βῆμα 1. *gradus, sedes. τοῦδ' ἀντιπέτρου βήματος ἔξω* Oed. Col. 193. Suid. v. *ἀντιπέτρου βήματος. sedes saxea* est: cf. Reisig. Enarr. p. LVIII. — 2. *gressus; ὃν — γᾶ ποτὲ Μυκηναίων δέξεται εὐπατρίδαν Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα — Ὀρέσταν* El. 159 ch. Schol. *ὁδῷ, πομπῇ*, hoc verius.

Βῆσσα saltus, convallis. βῆσσαν, κοιλάδα ὕδωρ ἔχουσαν. καὶ μεσότητα ὀρῶν, τὴν συνάγκειαν. ἄλλοι τὸ ἔνυδρον. οἱ δὲ βήσσας, τόπους βασίμους Gr. Bekk. An. p. 226, 5. et eadem fere Etym. M. p. 196, 47. Sed certo non est a *βαίνειν*, sed a *βαθὺς βάσσων βῆσσα* fit, ut ab *ἥττων ἧττα*, quorum tamen quoddam est a quantitate discrimen. — *ἐν εὐανέμοις βάσσαις* Ai. 197 ch. Non sunt *ventis perflatae*, sed *εὐάειαν παρέχουσαι*; v. Lobeck. *μινύρεται — ἀηδὼν χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις* Oed. Col. 679 ch. Suidae edd. vett. et cod. Lugd. *βήσσαις*: ubique enim apud illum dorismus obliteratur. Huc grammatici interpretatio facit, *τὸ ἔνυδρον*. — De tono v. Gr. Herm. de Prosod. p. 425., coll. Etym. M. p. 196, 49.

Βία. 1. *vis corporis robore illata,* quae rara significatio. *ὑμεῖς (βραχίονες) Νεμέας ἔνοικον — βίᾳ κατειργάσασθε* Trach. 1084. Etiam adverbialiter dictum *βίᾳ φέρειν*, de quo mox dicetur, quodam modo huc spectat. Hinc circumlocutioni servit. *θήρειος βία* Trach. 1048. Schol.: *λέοντος, ὕδρας, Κερβέρου καὶ τῶν λοιπῶν.* — 2. Usitatius est de *rebus animi.* In quo genere *primum* de *vi insita* dicitur, qua quis natura praeditus est. *μηδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω τοσόνδε μισεῖν* Ai. 1313. quod *μένος, iracundiam*, vel *τὸ αὐτεξούσιον* Agamemnonis interpretatur Lobeck. *Κύπρις — ἐστὶ δ' ἄφθιτος βία* inc. XXIII. 3 (678 D.). vis animos ad parandum cogens. *μὴ μάχου βίᾳ* Lacaen. II. 3 (337 D.). Et in circumlocutione Homerica *ἥ τ' Ὀδυσσέως βία* Phil. 314. 588. *τῆς Ὀδυσσέως βίας* Phil. 321. *Ἰφίτου βίαν* Trach. 38. *διφυῆ — στρατὸν θηρῶν ὑβριστήν, ἄνομον ὑπέροχον βίαν* Trach. 1086, de Centauris violenti animi impotentibus. Longe usitatius est de *vi illata. ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν* El. 248. *τοῖςδε δουλεύω βίᾳ* 1183. *coacta. θεῶν βία καὶ νέμεσις* Phil. 597. *κλέψαι τε χἀρπάσαι βίᾳ* 640. *βίᾳ στελοῦσί σε* 971. *εἴ μ' οὗτος — ἀπάξεται βίᾳ* 976. *Τροίαν κατασκάψαι βίᾳ* 986.

ὅς σ' ἀποστελῶ βίᾳ 1281. γῆς ἄτιμον — ἀπωσθῆναι βίᾳ Oed. R. 670. πόλις βίᾳ ἤλαυνέ μ' ἐκ γῆς Oed. Col. 441. ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας — ἐξοίχει βίᾳ 871. ἄξω βίᾳ 878. χειρωθεὶς βίᾳ 907. παρίστασαι βίᾳ 920. βίᾳ ἄγοντα φώτων ἀθλίων ἱκτήρια 926. βίᾳ τε κοὐχ ἑκών 939. κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ 1345. βίᾳ ξυναρπασθεῖσαν Ai. 493. εἰ δέ τις βίᾳ σ' ἀποσπάσει 1155. πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ Aethiop. I. 1 (26 D.). ἐς βίαν ἄγον inc. XXIII. 6 (678 D.). Huc adnumero πῶλοι βίᾳ φέρουσιν El. 715, quod ne referas ad corporis vim, sed ferocia potius tam vehementer excurrentium significatur, ut cohiberi non possint, quod nos *durchgehen* dicimus, quod et Eur. Hipp. 1224 exstat. φοροῦσιν contra libros, Suidam v. ἄστομος et Zonar. p. 313. Porsonus Adv. p. 210, male. — 3. Suo loco compono locutiones quibus *adverbiascit* βία. νόμου βίᾳ Ant. 59. *invita lege.* βίᾳ πολιτῶν δρᾶν 79. 898. τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ; Oed. Col. 819. βίᾳ φίλων 858. ἐμοῦ βίᾳ 947. Crebrius πρὸς βίαν dicitur, addito et omisso genitivo; hoc significat βιαίως et explicatur ita in gl. Oed. R. 805; quare πρὸς βίαν et ἀνάγκῃ coniungere placuit Eur. Heracl. 831. — ὥστε — μηδὲ πρὸς βίαν φύσῃ φρένας El. 1454. κἄξ ὁδοῦ με — πρὸς βίαν ἠλαυνέτην Oed. R. 805. πρὸς βίαν πορεύομαι Oed. Col. 849. πρὸς βίαν παρασπάσει γνώμης 1187. πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν Phil. 90. οὐ γὰρ — ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται 92. — πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις 103. εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις Trach. 387. τὸ πρὸς βίαν πιεῖν inc. XLIII (701 D.). Alterum aliquo invito vel vetante quid fieri significat. πρὸς βίαν ἐμοῦ Oed. Col. 663. πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ Ai. 1306. Rarior porro loquendi in eadem sententia formula est ἐκ βίας, ter dicta Sophocli et in Philocteta quidem. ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες Phil. 559. ὡς ἄνδρ' — ἐκ βίας ἄγει 933. ἐμ' — οὐδ' ἐκ βίας ἄξουσιν; 973. Item βίᾳ sic aliquando dicitur, ut ad instrumentalis casus rationem non commode revocetur: τὰ σὰ ἔργ' ἐξαναγκάζει με ταῦτα δρᾶν βίᾳ 610. διψῆν βίᾳ inc. XLIII (701 D.).

Βιάζομαι. Tanquam deponens forma media *vim infero*, passivum idem *vim patior* et *cogor* significat. *Illud*: ὅστις δ' ὑπερβὰς — νόμους βιάζεται Ant 659. λόγοις κολάζειν, ᾧ βιάζεσθαι πάρα Ai. 1139. μὴ βιάζεσθαι θεούς Thyest III. 1 (om. D.). ἡ τύχη βιάζεται Phaedr. X. 2 (603 D.). — *Hoc* vero: βιάζομαι τάδε Ant. 66. ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε 1060. τοὔνειδος — ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενῶν Oed. R. 524. iracundia quasi *nolenti expressum.* βιασθεὶς πολλὰ κἀντιβάς El. 565. Virgula distinguere cum Herm. et edd. vett post πολλά falsum est, utut verba composueris: sed πολλὰ κἀντιβάς mihi quoque coniungenda videntur ὑπερβάτως. — De usu verbi confer Toup. ad Longin. p. 365., et Buttm. Ind. Or. in Mid. p. 168.

Βίαιος vehemens. βιαίας νόσου Ant. 1127 ch. De Oed. Col. 1201 v. βαιός. — De tono v. Etym. M. p. 198, 51.

Βιβάζω eveho. ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν Oed. Col. 382. Brunckius pro ἢ — ἢ scribendo καὶ — καί sententiam corrupit. τιμήν alter scholiasta τιμωρίαν interpretatur, vitiose: rectius alter *honorem*, est autem *laus victoriae*. Brunckius Homeri sermonis memor sibi persuaserat βιβῶν neutrum esse significans *ire*. In alia omnia Elmsl. abit, alterum membrum interpretatus ἢ ἡττηθησόμενον ὑπ' αὐτῶν, quae sententiam non male reddunt, sed non verba. Etsi enim potest fieri, ut metaphora a Gigantibus caelum scandentibus sumpta videatur, βιβάζω tamen transitive significat, hic ut sensus sit: *Argivos aut victoria parta Thebis potituros, aut Thebanos aucturos gloria, cum ipsi vincantur.*

Βιβρώσκω. Proprie *vescor.* ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος Ant. 1009. Ald. Iuntt. cod. Paris. mendose βεβρῶτος. Verum est ap. Eust. p. 229, 12. et in Laur. A. sed omisso accentu et ο supra scripto. Nec peti alteri scripturae praesidium potest ex Eust. p. 1248, 47. — Tralate significat *exedere et conficere:* ἐκ μὲν ἐσχάτας βέβρωκε σάρκας Trach. 1043. de pallio venenato.

Βίδη Hesychius: βίδην, εἶδος κρούματος. Σοφ. Ἀκρισίῳ (XIV. 9. 79 D.). ὡς (scr. ὥστ') ἐπιψάλλειν βίδην τε καὶ ξυναυλίαν. ἄλλοι βίθυν. cf. βυδοί (ὕ?).

Βιόδωρος vitam sustentans. βιόδωρος αἶα Phil. 1147 m. cf. Valck. ad Hippol. 750. Ruhnk. ad Tim. p. 11.

Βίος. I. proprie *vita humana*, quatenus *genus vitae, victus, cultus* spectatur. πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ Phil. 182 ch. τὸν βίον σκοπεῖν 503. εὐκλεᾶ θέσθαι βίον 1408. ἐν συμφοραῖς βίου Oed. R. 33. ἡμῖν ὀρθῶσαι βίον 39. κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον 248. τῷ πολυζήλῳ βίῳ 381., quo utitur Suid. v. πλεονεξία et πολύζηλος. — οὔτοι βίου μοι τοῦ μακραίωνος πόθος 518., ut μακρὸν βίον Creus. IV. 2 (325 D.). ῥᾷστα τὸν βίον φέρει 983. εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδει 1060.; de *felici* enim *vitae statu* servando dictum est. ἔργον μεριμνῶν ποῖον, ἢ βίον τίνα; 1124. ποίμναις τὰ πλεῖστα τοῦ βίου ξυνειπόμην 1125. ἀλλαγᾷ βίου 1206 ch. σπάνιν σχεῖν τοῦ βίου 1461. τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου 1487. βίου τι λῷονος 1513. τέρμα τοῦ βίου 1530. κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον Oed. Col. 91. βίου περάσιν — ἢ καταστροφήν τινα 102. Suid. v. πέρασις βίου. βίου τροφάς 339. 447. τροφὰν 1684 m. τροφεῖα 342. τὰ λοῖσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου 589. βίον τοιοῦτον γηρᾶναι 873. τὸν βίον λαμπρὸν ποιεῖσθαι 1146. ἃ τὸν τοῦδ' οὔ ποτ' εὐφρανεῖ βίον 1355. τὸν καθ' ἡμέραν βίον 1366. βίου τελευτή (θέσφατος) 1472. ῥοπὴ βίου 1504. Eust. p. 1266, 40.

ἕρπω τὸν τελευταῖον βίον κρύψων παρ' Ἅιδην 1548. ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός 1689 m. ὀλβίως γ' ἔλυσε τὸ τέλος — βίου 1719 ch. λωβᾶται βίον Ant. 54., quod de *luctuoso* potissimum mortis genere dictum. τίς γὰρ βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος; 544. ὅταν πέλας ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου 577. μοῖραν ἐξήκειν βίου 887. τὸν βίον τελεῖν 1101. *vivere.* οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπων βίον οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην 1141. ὁποῖον στάντα coniungenda, secundum schol. recte scribentem ὁπωςδήποτε βεβιωκότα, εἴτε καλῶς εἴτ' ἐναντίως. τελευτὴν τοῦ βίου Trach. 79. ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ 146. ἄζηλον εὑροῦσαι βίον 283. Suid. v. ἄζηλον. δοῦλον ἴσχουσιν βίον 301. τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν 465. λυμαντὴς βίου 790. ὠρφανισμένος βίου 938. Sententiam a Wakefieldi coniectura βίον tuitus est Hermannus. τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου Ai. 468. ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος 550. αἳ (χεῖρες) τὸν ἐμὸν εἷλον βίον πρόδοτον El. 200 m. *pessumdederunt.* περιῤῥείτω βίος 354. vita omnibus bonis affluat. βίου δὲ τοῦ παρόντος οὐ μνείαν ἔχεις; 384. ζῶ βίον μόχθηρον 589. δυστυχῆ τρίβει βίον 592. ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ 640. εἰ τοῖς ἐμαυτῆς τὸν βίον σώζω κακοῖς 758.: nam etsi *vitae* solius Clytaemnestra meminit, incolumitatem tamen omnis fortunae significat, quam tueatur Orestis morte, quamvis domestico malo. ἄφιλος αὐανῶ βίον 809. λύμη βίου 1186. ὅταν δὲ δαίμων — πλάστιγγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον Ai. Locr. IV. 5 (14 D.). μελέου βίου βραχὺν ἰσθμόν Synd. I. 4 (146 D.). τἀναγκαῖα τοῦ βίου Thyest. III. 5 (236 D.). πολλά σε ζηλῶ βίου Ter. VI. 1 (516 D.). ἥδιστον ζῶμεν — βίον Ter. VII. 4 (517 D.). πρὶν τελευτήσῃ βίον Tynd. I. 2 (572 D.). μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου Phaedr. IX. 1 (612 D.). ἀχρημοσύνᾳ (τλημοσύνᾳ) βίου inc. VII. 8 (658 D.). τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον Herm. in Oed. Col. 1615., ubi plerique libri τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον, Par. T. Farn. βίωτον, Laur. A. Par. F. τὸ λοιπὸν ἤδη βίοτον: Tricl. inculcat αὖ, quod in εὖ mutabat Brunckius suadente Wesseling. Obss. p. 97.; Schaef. et Reisig. ex Suid. v. τητᾶσθαι, τὸ λοιπὸν ἤδη τοῦ βίου. — 2. Aliquando confunditur cum ζωή, *vita animali*, qua spiritum ducimus, quae distinguit secundum Aristotelem Ammonius p. 30. Eranius p. 164. ὄφρα με βίος ἔχῃ El. 218 m. i. e. ἕς τ' ἂν ζῶ. τοῦ βίου δ' οὐδεὶς πόθος 812. ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ θάλλοντά τ' εἰςήκουον 939. βίῳ εἰςήκουον est ἐν βίῳ ὄντα s. ζῶντα. ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον 1120. παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι; 1319. Ὀρέστην — βίον λελοιπότα 1436. μὴ φείσῃ βίου Phil. 739. ἀπὸ γὰρ βίου αὐτίκα λείψω 1143 m. ὦ πούς, — τί σε ἔτ' ἐν βίῳ τεύξω 1173 m. Πάριν — νοσφιεῖς βίου 1413. κείνου βίον σώσαντος Trach. 85. οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει 1011 m. Groddeckius βίον de Hercule ipso iubebat intelligi, sed non agitur de vivis, quatenus vitae ali-

quod genus teneant. *Caput e vita tollere*, i. e. ipsum interficere dici monet Herm. θάνατον ἢ βίον Ai. 789. ἔς τ' ἀπέψυξεν βίον 1010. ἱμείρει βίου inc. XXXI. 2. 1 (689 D.). — 3. Aliquando *victum* et *vitae tolerandae adiumenta* significat. ἀπεστέρηκας τὸν βίον Phil. 919. τὸν βίον με μὴ ἀφέλῃς 921. ὅςτις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν ἀπεστέρηκας 1266. Fuerunt, qui dubitarent satis inepte, scribendumne esset βιόν. — Prava scriptura est τὸν σὸν ἐξόρθου βίον pro πότμον Ant. 82., ab eo profecta, qui πότμον primam corripere ignoraret. — De tono v. Arcad. p. 37, 24.

Βιοστερής: victu carens, *inops*. κἀπὶ προςπόλου μιᾶς βιοστερῆ χωροῦντα Oed. Col. 751. Suid. v. βιοστερής.

Βιοτή. 1. *vita*. πανδάκρυτον — βιοτάν Phil. 685 ch. ὅςτις βιοτὰν ἀποβάλλει inc. XXXIV. 4 (692 D.). — 2. *victus*. ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν λόγος ἐστὶ φύσιν Phil. 164 an. πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά 1144 m. — De accentu vocabulorum βιοτή et βίοτος v. Etym. M. p. 678, 36. Eust. p. 94, 32. 1087, 4. Arcad. p. 114, 3.

Βίοτος 1. *vita*. τὸν παρ' αὐτῷ (αὐτῷ) βίοτον Oed. R. 612. v. Erf. τὸν αἰεὶ βίοτον Oed. Col. 1580. v. ἀεί. τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον 1615 librorum certe plerorumque scriptura, v. βίος. θνατῶν βιότῳ Ant. 610 ch. βίοτον εὐαιῶν' ἔχειν Trach. 81. τὸ — βιότου πολύπονον 117. λαθίπονον δ' ὀδυνᾶν — βίοτον 1018 Musgr. coniecit secundum schol., ἴασιν interpretantem; codd. ὀδύναν et βιότου, quod posterius nescio quomodo tuetur Apitzius p. 310. Groddeckius rursum de Hercule βίοτον dici putabat. ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη βίοτος ἀνέλπιστος El. 179 m. *vitae tolerandae robur et firmitas*. — 2. *victus et cultus*. καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος El. 385. — De tono v. βιοτή et add. Arcad. p. 82, 15.

Βιόω vivo. οἷον (βίον) βιῶναι σφὼ — χρεών Oed. R. 1488.

Βιώσιμος vitam tolerandam spectans. τί γὰρ μόνῃ μοι τῆςδ' ἄτερ βιώσιμον; Ant. 562. *numquid est*, *quod ut vitam tolerare velim*, *efficiat?*

Βιωτός i. q. βιώσιμος. ἔμοιγ' ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός Oed. Col. 1689 m. De loquendi formula cf. Fratrem ad Arrian. t. I. p. 155.

Βλάβη. 1. *damnum*. ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις Phil. 1302. πεπονθέναι (τε) — εἰς βλάβην φέρον Oed. R. 517. locutio a Marklando illustrata ad Eur. Suppl. 295. λόγων δ' ἀκοῦσαι τίς βλάβη Oed. Col. 1189. ὅσωπερ μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη Ant. 1038. ἄοκνον — προςορῶσα δόμοισι βλάβαν Trach. 839. ch. βλάβην ἔχειν Ai. 1334. χῇ δίκη βλάβην φέρει El. 1031. μείων βλάβη Aload. IX. 2 (107 D.). olim μείζων lectum. ἣν — αὐτός τις αὐτῷ τὴν βλάβην προςθῇ φέρων Creus. VI. 2. (321 D.). —

2. contemtim *βλάβη* *homo nocentissimus* vocatur, quasi damni vivi et vigentis similis. *ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη* El. 293. *κεῖνος ἡ πᾶσα βλάβη* Phil. 618. Suid. v. *ἄναλκις* et *ὑλακτεῖ*. Cuius tralationis via monstratur exemplo El. 774: *ἤδε γὰρ μείζων βλάβη ξύνοικος ἦν μοι*, quae de Electra filia Clytaemnestra dicit. — 3. *Θεῶν ποδώκεις βλάβαι* Ant. 1091 cum Dirae sint, non minus recte initiali scribentur maiuscula, quam *Ἄτη* et *Δίκη* deae et *Ποιναί* Erinnyum cognomentum. — De tono v. Etym. Gud. p. 376, 1. Arcad. p. 104, 12.

Βλάπτω *damno afficio*. *ὅταν δέ τις θεῶν βλάψῃ* El. 686. Suid. v. *ἰσχύων* et *θεός*, Stob. Ecl. I, 4. p. 124. *εἴ τις θεῶν βλάπτοι* Ai. 451. *ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι, βλάπτειν τὸν ἐσθλόν* 1324. *ὥςτε μήτ' ἐμέ, μήτ' ἄλλον — βλάψαι ποτ' ἄν* Oed. R. 375. Aldus *βλέψαι*, id quod olim typothetae erroribus fortuitis adscriptum nunc repertum est in Laur. A. C. et adscripto *α* in Laur. B. Flor. *Γ*. Memorat Eust. p. 675, 50.

Βλαστάνεσκον v. *βλαστάνω*.

Βλαστάνω. Praesentis apud Sophoclem pertenuis, reliquorum praeter aoristum formarum nulla memoria. Illud semel exstat Oed. Col. 617, et *βλαστάνεσκε* imperfecti censendum loco Scyth. I (492 D.). Praeterea deponentis debetur formae *βλαστουμένη* Thyest. VI. 7 (239 D.). — 1. Proprie dicitur de plantis *succrescere*. *ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ — οὐκ ἐπακούω — πώποτε βλαστόν* Oed. Col. 702 ch. *olea*. *ἄνω βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν* El. 414. — 2. Figurata dictione a. est *gigni* et *ingigni* natura. *βλαστάνει δ' ἀπιστία* Oed. Col. 617., cui cum contrarium ponatur *θνήσκει δὲ πίστις* rectius *pullulare* quam *crescere* interpreteris. Tralatio a plantis sumpta, ut de Argo navi et Argonautis peregrinam originem prodentibus *ἦ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὐπιχώριος* Colch. IV. 1 (314 D.). *οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος, κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε* Ant. 296. *οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει νοῦς* 559. Vulgatum *βλαστῇ* corrigendum, cum non sit *βλαστῶ* verbum, monuit Schaeferus ad El. 1061. Ant. 912. Haerent aliquando vitia firmissime: illud *βλαστῇ* etiam apud Plutarchum reperitur Phoc. I. p. 742, a. et de Ira cohib. p. 460, D. et Gregorium p. 417., illa sententia utentes. Apud Eust. p. 720, 7. exstat *βλαστοῖ*, non minus mendose. — *ἐν τίνι τοῦτ' ἔβλαστ' ἀνθρώπων;* El. 231 m. de *more*, ut *ἃ μέγιστ' ἔβλαστε νόμιμα* 1085 ch. — b. de hominibus *genitum esse*, vel addito nomine originis vel omisso; ut interdum circumlocutioni, velut *πεφυκέναι* adhibitum, nihil nisi *esse* significet. Viam tralationis a plantis factam ostendit El. 954: *ὥστε σόν ποτ' ἢ κἀμὸν γένος βλαστεῖν ἐᾶσαι*. — *ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος, βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε* Oed. R. 1376., quod *βλαστόντων ὅπως ἔβλαστον* dicendum fuit, passum hypallagen generis ex attractione: v. Lobeck. ad Ai. p. 220. *οὐκ*

ἔστ' ἀδελφὸς ὅςτις ἂν βλάστοι ποτέ Ant. 903. Ante Schaeferum legebatur *βλαστοῖ*. *ἀνθρώπου φύσιν βλαστών* Ai. 748. Eust. p. 415, 15. *γεγώς* exhibet. Dictum explicat Lobeckius. *ἐπεὶ δὲ βλάστῃ* Amphitr. I (124 D.). Vulgo *βλάστοι*, v. *ἐπεί*. — *πεφυκέναι* significatur: *εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε* El. 432. *τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι;* 1070 ch., probanda enim Erfurdtii interpretatio. *οὐδεὶς ἔξοχος ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου* Ter. VIII. 4 (518 D.). — Altera ratione dicta haec sunt: *τὴν φύσιν — ἐξ ὧν ἔβλαστες* Phil. 1295. *ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν βλαστών* Ai. 1284., velut *εὐσεβεῖς κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας* El. 580. *ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν* Trach. 400. *οὐκ ἀπὸ μιᾶς ἔβλαστον, ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηίδος ἄρτι βλαστάνεσκε* Scyth. I., prout eiecto *κοίτης* ante *ἔβλαστον* olim posito emendavit Valckenarius Diatr. p. 224; quanquam cum ex tetrametris haec videantur esse, in *ἀπὸ μιᾶς* mendum residet. *κακῶν ἄπο βλαστόντας* Alet. VII. 2 (94 D.). — c. De *generatis animalibus* semel dictum: *οἰωνούς — ἀφ' ὧν τε βλάστωσιν* El. 1049 ch. Olim *βλαστῶσιν* lectum, idque etiam Laur. A. B. tuentur. — Corripitur *ε* augmenti, cuius rei tria exempla collegerat Erf. ad Ant. 296, unum (El. 432) Elmsl. ad Med. 288, his locis: El. 231. 432. 1084 ch. Phil. 129. Scyth. I. 1.; fortasse etiam Ter. VIII. 4. si hic versus dactylicus potius, quam creticus dimeter hypercatalectus est. Cf. Porson. ad Hecub. 302.

Βλάστη. Singularis proprie *germen pullulans* significat. *κοὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη* Ichneut. II (296 D.). Deflexum inde est ad saxeum quasi, quo Niobe devincta, corticem: *τάν, κισσὸς ὡς ἀτενής, πετραία βλάστα δάμασεν* Ant. 821 m. — Pluralis transfertur ad significandam *originem hominum*. *παιδὸς δὲ βλάστας* Oed. R. 717. *ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός, οὐ μητρὸς εἶχον* Oed. Col. 976. *τῆς κεῖνος οὐδαμὰ βλάστας ἐφώνει* Trach. 381. De accentu in libris recte scripto, quod monuit Schaeferus ad Oed. R. l. c. dissensus fuit secundum Arcadium p. 114, 23.; quod enim ad marginem ex cod. altero enotatum est, *βλαστή*, non *βλατή* veram scripturam esse apertum est. Nec sane omnia substantiva generis motione affecta accentum mutant.

Βλαστός planta. *ὁ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὐπιχώριος* Colch. IV. 1 (314 D.). de peregrina specie. v. *βλαστάνω*.

Βλεπτός adspiciendus. *τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἢ στερκτὸν ἢ προσήγορον* Oed. R. 1337 m.

Βλέπω. 1. *Formae*. Passivi nulla pars exstat. *Activi praesens*: *βλέπω* Oed. R. 626. Oed. Col. 327. Ant. 1281 m. Trach. 591. Ai. 509. 1021. El. 942. Erid. I (199 D.). *βλέπεις* Oed. R. 302. 413. Oed Col. 9. *βλέπει* Phil. 850. libri praeter Flor., in quo *βλέπ*. Herm. *βλέπ' εἰ*. *βλέπε* Trach. 401. *βλέπειν* Phil. 357. Oed. R. 999. Oed. Col. 280. 281.

1648. Ant. 914. Trach. 223 ch. Ai. 393 m. 900. El. 1068 ch. 1180. βλέπων Phil. 110. Oed. R. 348. 747. 1121. 1371. Ai. 1269. βλέπουσα Trach. 312. Phil. 1001. βλέποντος Oed. Col. 73. Ai. 1046. βλέποντα Phil. 871. 1333. Oed. R. 419. Oed. Col. 1440. Ai. 941. βλέποντε dual. nom. Ant. 976. βλέποντες Ant. 1250 m. Oed. R. 923. — *imperf.* ἔβλεπον Oed. R. 1470. (sing.) — *aor.* ἔβλεψα Ter. VII. 2 (517 D.). βλέψῃ Ant. 421. βλέψαιμι Oed. R. 858. βλέψειας Trach. 697. Par. B. pro ἂν βλέψειας, ἐμβλέψειας et sic et Vat., Laur. A. ἐκβλέψειας. βλέψειεν Trach. 904. βλέψας Ai. 338. βλέψασα El. 876. 947. — II. *Usus.* 1. *cerno oculis* significat. ὁμνύντες βλέπειν — Ἀχιλλέα πάλιν Phil. 357. τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ᾽ ἥδιστον βλέπειν Oed. R. 999. Stob. Flor. tit. LXXIX. θάκησιν εἴ τινα βλέπεις Oed. Col. 9. ὡς ὑμᾶς — λύπῃ δεύτερον μόλις βλέπω 327. ὡς δεινοῦ τινος φόβου φανέντος, οὐδ᾽ ἀνασχετοῦ βλέπειν 1648. ἥκομεν δύ᾽ ἐξ ἑνὸς βλέποντε Ant. 976. caecus Tiresias ducis pueri videntis adminiculo usus. ὦ — θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους 1250 m. κακὸν τόδ᾽ ἄλλο δεύτερον βλέπω 1281 m. τὰ δ᾽ ἀντίπρῳρα δή σοι βλέπειν πάρεστι Trach. 223 ch. ἐπεί νιν — ᾤκτισα βλέπουσα 312. τόνδε γὰρ βλέπω θυραῖον ἤδη 591. ὥστε πρίονος ἐκβρώμαθ᾽ ἂν βλέψειας 697. οὐδεὶς γὰρ ἔλαιε βλέπειν φυσῶντ᾽ ἄνω Ai. 960. βλέπω γὰρ ἐχθρὸν φῶτα 1021. Hinc μὴ βλέποντες *caeci* vocantur, βλέπων autem, quisquis oculorum ministerio utitur. εἰ καὶ μὴ βλέπεις Oed. R. 302. εἰ δ᾽ ἐτύγχανες βλέπων 348. ὥσπερ ἡνίκ᾽ ἔβλεπον 1470. καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις; Oed. Col. 73. Deinde hinc ortum est, quod *aliquo vultu esse* significat: v. Erf. ad Phil. 110. πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν; Phil. 110. οὐκ οἶδ᾽ ὄμμασιν ποίοις βλέπων πατέρα ποτ᾽ ἂν προσεῖδον Oed R. 1371. Porro quod *adspicere oculis.* s. *oculos aliquo conferre* dicitur. οὗτος, βλέφ᾽ ὧδε Trach. 401. v. Apitz. p. 185. δεῦρό μοι φώνει βλέπων Oed. R. 1121. κἀπ᾽ ἐμοὶ βλέψας Ai. 338. πρὸς ἕτερα βλέπω Erid. I. Postremo inde deflexum est ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ᾽ ἀεὶ ψυχή Phil. 1001., *quae semper aliquid rimatur:* v. Musgr. et Herm. — 2. *Animo cerno, animadverto, observo.* οὐ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις, ἵν᾽ εἶ κακοῦ Oed. R. 413. βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ᾽, ἔπειτα δὲ σκότον 419., quod illustrarunt Musgr. et Iacobs., hic ad Anthol. Gr. vol. II. p. 3. p. 203. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ᾽ εὖ βλέπω 626. ἐκπεπληγμένον κεῖνον βλέποντες 923. καὶ πῶς γένοιτ᾽ ἂν τῶνδ᾽ ἔτ᾽ ἐχθίω βλέπειν; El. 1180.: mala sua Electra memoraverat. ὁρᾷ. βλέπ᾽ εἰ καίρια φθέγγει Phil. 850 m. ingeniose Hermannus. *Videt* (i. e. expergiscitur). *adverte igitur, num tempestiva dicas.* libri βλέπει καίρια φθέγγει, ut βλέπει secundum ὁρᾷ plane sit otiosum. Brunckius de coniectura ὁρᾷς. βλέπει. — πολλάκις ἔβλεψα ταύτην τὴν γυναικεία-

φύσιν Scr. VII. 2. Ex hac significatione illa deflexa, quod βλέπειν dicuntur *homines sagaces et acuti*: δεινῶς ἀθυμῶ, μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ Oed. R. 747. gl. ἀληθής, ἀληθεύων: et *mentis compotes* universe: ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ, αὐτὸς μὲν ἥδετο — ἡμᾶς δὲ τοὺς βλέποντας ἠνία ξυνών Ai. 266. si recte hoc Hermannus in locum vulgatae scripturae φρονοῦντας subrogavit. Adscriptum est in Laur. A. pro varia lectione, explicatur a scholiasta. Ne proprie intelligatur, sicut Lobeckius vult, qui pro ζῆν utrumque dici affirmat, hoc facit, quod elegantius antitheton est ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ et ἡμᾶς τοὺς βλέποντας. Deinde βλέπειν est *aliquo consilio aliquid respicere, curare, exspectare*. ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον Oed. R. 858, cui exemplo, quod viam traducendi verbi monstrat, similia addidit Musgr. ἡγεῖσθε δὲ βλέπειν μὲν (θεούς) πρὸς τὸν εὐσεβῆ βροτῶν, βλέπειν δὲ πρὸς τοὺς δυσσεβεῖς Oed. Col. 280. τί χρή με — εἰς θεοὺς ἔτι βλέπειν Ant. 914. ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ' ἔστιν εἰς ὅτι βλέπω Ai. 509 ἐς τί μοι βλέψασα El. 876. quae tria exempla praesidii vel auxilii exspectandi adsignificationem habent, cui affine etiam illud οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὔτ' ἀμερίων ἔτ' ἄξιος βλέπειν τιν' εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων Ai. 393 m. V. illustrantem Lobeckium. εἰς σὲ δὴ βλέπω, ὅπως τὸν αὐτόχειρα — μὴ κατοκνήσεις κτανεῖν El. 942. *te intueor*, i. e. a te exspecto. εἰς τίν' ἐλπίδων βλέψασ' ἔτ' ὀρθὴν El. 947. — 3. Denique quod vivi sensuum et mentis compotes sunt, βλέπειν simpliciter est *in vivis esse*: cuius usus pauca (et unum Sophoclis, Oed. Col. 1440) exempla attulit Monk. ad Alcest. 144. σὲ γάρ μ' ἔτι βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις Oed. Col. 1440. σ' εἰσιδεῖν ἀνώδυνον βλέποντα κἀμπνέοντ' ἔτι Phil. 871, ὦ στυγνὸς αἰών, τί με, τί δῆτ' ἔχεις ἄνω βλέποντα 1333. καὶ βλέποντα μὴ 'πόθουν Ai. 941. εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν, πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν 1046. τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα El. 1068 ch.

Βλέφαρον. 1. *palpebra*. βλέφαρον κέκληταί γ', ὡς καπηλείου θύραι Phin. II, (635 D.). 2. *oculus*. Singularis semel tralate dicitur, ut sol vocetur χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον Ant. 104 ch.: cui exemplo Lunam νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον vocatam Eurip. Phoen. 546. apte Erfurdt. contulit. Cf. Boeckh. Expl. Pind. p. 138. Pluralis usitatissimus de oculis hominis: νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου νύμφας Ant. 790 ch. λύει κελαινὰ βλέφαρα 1287, quod schol. ἀπόλλυται interpretatur: v. λύω. ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα Oed. R. 1276. σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα Ai. 85. οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον Trach. 107 ch. σκεδάσαι — βλεφάρων θ' ὕπνον 986 m. Brunckius secundum Heathii coniecturam καὶ βλεφάρων ὕπνον. — De tono observavit Arcad. p. 122, 29.

Βλίζω. *βλίζειν καὶ Ἀττικῶς βλίττειν, τὸ ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων, τουτέστιν ἐκπιέζειν καὶ θλίβειν. Σοφ.* (inc. CV. 67. s. 856 D.). *ἢ σφηκίαν βλίττουσιν εὑρόντες τινά.* Etym. Leid. Ms. Valckenarii. Scribendum autem *βλίζουσιν*, quod sciolorum ignorantia obliteravit, ne Sophocles non attice loqueretur. — Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 63.

Βοάω. 1. *clamo. βοῶν, στενάζων* Phil. 11. *βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν* 216 ch. *βοῶν γὰρ εἰσέπαισεν Οἰδίπους* Oed. R. 1252. *βοῶν, ἰύζων* Trach. 784. De scriptura *λακών* vel *λάσκων* v. Herm.; *δάκνων* Porsonus, nescio qua sententia. *ἐμμανὴς βοᾷ* El. 287. *κατά μοι βόασον οἰκτρὰν ὄπα* 1056 ch. *βοᾷ τις ἔνδον* 1398. *βοᾷ τις;* Acris. I. 1 (58 D.). Hinc est *cum clamore vocare*: *ὤμοι τάλαιν'· Εὐρύσακες, ἀμφὶ σοὶ βοᾷ* Ai. 333. *ἐνταῦθα δὴ 'βόησε τὸν δυςδαίμονα Λίχαν* Trach. 769. cf. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 125. et *cum clamore iubere*: *βοᾷ διοίγειν κλῇθρα* Oed. R. 1287. — 2. de *clamore mystico* et *sacrificiali* dictum. *ὡς ἥδε βοῶσ', ἀλαλαζομένη — ἦμα* Rhizot. I. 6 (479 D.). — 3. de *cantibus et hymnis. βοᾶτε τὰν ὁμόσπορον Ἄρτεμιν* Trach. 211 ch. *μέλη βοῶν ἄναυδα καὶ ῥακτήρια* Phil. Troi. IV. 4 (631 D.). v. *ῥακτήριος*. — 4. de *gravi lamentatione. Τεύκρου — βοῶντος ἄτης τῆςδ' ἐπίσκοπον μέλος* Ai. 955., quod Suidas affert v. *ἐπίσκοπον*, explicat Lobeckius. *τήνδε δ' ἔκτοσθεν βοᾶν ἔα τά θ' αὑτῆς καὶ τὰ τῶν φίλων κακά* El. 792.

Βοή *clamor*, cum exclamantis vocantisve, tum gaudentis aut dolentis. *βοῆς τε καὶ δυςοσμίας γέμων* Phil. 864. *τίς — θόρυβος ἵσταται βοῆς* 1247. *βοῆς δὲ τῆς σῆς* Oed. R. 420. *ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν* Oed. Col. 490., recte de *tacitis precibus* intellectum ab Intpp. praeter Doederl. Spec. p. 93., *longas preces* explicantem, quae nihili ratio est, etsi scholiastes eandem viam iniit. *τίς ποθ' ἡ βοή* Oed. Col. 891. *οἶμαι — αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ* 1060 ch. (Theseum), clamor ut bellicus pro pugna conserta dicatur. *οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή* Oed. Col. 1618. *τῷ δ' ἀθλίας ἄσημα περιβαίνει βοῆς* Ant. 1194. v. *ἄσημος*. *χὴ μάτην πολλὴ βοή* 1237. *ἀνάπαυε βοήν* Trach. 1252 an. *ἦ οὐκ ἠκούσατε Αἴαντος, οἵαν τήνδε θωΰσσει βοήν;* Ai. 328. *τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;* 876. Eust. p. 1157, 54. v. *πάραυλος*. *τάχ' ἂν χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν* Ai. 1126. *ᾐσθόμην βοὴν Ἀτρειδῶν τοῦδ' ἐπ' ἀλκίμῳ νεκρῷ* 1298. *clamor* est *altercantium et conviciantium*. *οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς θῦσαί με;* El. 620. i. e. *silenter* v. *εὔφημος*. *πολυγλώσσῳ βοῇ* 631. *εἰ τήνδ' ἔπαυσας τῆς πολυγλώσσου βοῆς* 788. *ἴσχον ὀργὰν ἄναυδον οὐδὲ σὺν βοᾷ κλύουσα* 1275 m. *ἀπαλλαχθέντε — τῆςδε σὺν χαρᾷ βοῆς* 1328. *ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά* Pel. II. 7 (435 D.). *τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή* inc. CV. 26 (819 D.). — Semel de oscinum voce dicitur: *οὐδ'*

ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοάς Ant. 1028. — Apud Stephanum Byz. unde vulgo *βοὴν Κυκνῖτιν* Sophoclem dixisse effici volunt in Peleo III. 2 (440 D.). vel Pastoribus V. 7 (452 D.). aut duae glossae in unum confusae aut mendosus locus. *Κυκνῖτις, ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε, Σοφ. ἐν Πηλεῖ, καὶ ἐν Ποιμέσι, βοὴν Κυκνῖτιν.* Scribendum aut *Κυκνῖτις γῆ* s. *χώρα, ἧς ὁ Κ. ἐ.*, aut *Κυκνῖτις, ἣν ὁ Κύκνος ἐβόησε*, aut tandem sublatis virgularum distinctionibus *καὶ ἐν Ποιμέσι βοὴν Κυκνῖτιν* sc. *εἶπε*. De tono v. Arc. p. 103, 19.

Βοΐκλεψ *παρὰ Σοφ. ὁ Ἑρμῆς.* Athenaeus p. 409, c. (inc. CV. 68. s. 857 D.) Epitome *βούκλεψ*, ut cod. C. et Eust. p. 1401, 14; cod. A. *βοοίκλεψ*. P. U. L. *βοΐκλεψ*, et sic ante Dindorfium edebatur, qui in Athenaeo edendo *βοῦκλεψ* excudi iussit. — De tono v. quos nominavi, Athenaeum et Eustathium l. c. et adde Herodianum Hermanni p. 321. Sed rectius penacute scribi videtur *βοίκλεψ*. Arcadius gravari dicit, scribitur autem apud illum *βούκλεψ*, quod nullius fidei.

Βοιώτιος. *ὅταν τις ᾄδῃ τὸν Βοιώτιον νόμον* inc. CV. 69 (858 D.). ap. Zenob. Prov. II. 65. explicantem *ἐπὶ τῶν τὰς μὲν ἀρχὰς ἠρεμούντων, ὕστερον δὲ τοῖς κακοῖς ἐπιτεινομένων.*

Βοιωτός ***Boeotus***, gentile nomen. *Βοιωτὸς ἄλλος* El. 698. De tono Arc. p. 82, not. 17.

Βολή proprie *iactus.* Palamedes fertur docuisse *καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς* Naupl. VII. 7 (381 D.). Tralate a *solis radiorum coniectu*, *τὴν ἀφ᾽ ἡλίου βολῶν κέλευθον* Ai. 864. *viam orientem versus ferentem.* Schol. Pal. vitiosam scripturam *μ ο λ ῶ ν* affert, quam a Triclinio esse Brunckius affirmat; Aldi *μολῶν* fortuitus error est; Laur. A. *βολῆς*, supra scripto *ῶν*. Docte explicat Lobeck., cuius dictis adde Brunckii verba ad Or. 1263 adscripta.

Βομβέω ***susurro.*** *βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος* inc. XXXV (693 D.). ex Od. XI. 632; sed eleganti ab apum examine facta tralatione.

Βορά ***cibus.*** *βορᾶς ἐπωφέλημα σμικρόν* Phil. 274. *καί — τι καὶ βορᾶς μέρος προσέδοσαν* 308. *αἷν* (filiabus) *οὔποτ᾽ ἡμὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς τράπεζα* Oed. R. 1463. Non iungenda cum Erfurdtio *τράπεζα βορᾶς*. *βορᾶς ἀρτύματα* Phaeac. II (600 D.). Aliquid metaphorae ostendunt exempla *praedam* significantia, haud dubie ab avium et ferarum pastu: *οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς* Ant. 30. Kust. p. 719, 19. Postrema non significant *βορᾶς ἕνεκα*, ut visum Brunckio, sed *ad vescendum, ut volupe est.* *ὑπ᾽ οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς* Ant. 1004. *εἰ θέλουσ᾽ — αἰετοὶ βορὰν φέρειν νιν — ἐς Διὸς θρόνους* 1027. Hinc igitur illud est de Dea Venere: *ψυχή τις οὐχὶ τῆςδε τῆς θεοῦ*

βορά; inc. XXIII. 8 (678 D.). Ceterum βορά Grotii emendatio est, libri enim Stobaei βορός habent.

Βορέας ventus. ἢ Νότου ἢ Βορέα Trach. 113 ch. De tono, etsi vix opus, monuit tamen Herod. π. μον. λ. p. 34, 12.

Βορεάς Boreae filia. τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις Βορεάς Ant. 972 ch. Eust. p. 1037, 56.

Βόρειος borealis. βόρειος ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται Oed. Col. 1242 ch. Cave βόρειος cum ἀκτά coniungas, quasi *litus ad septentriones conversum.* ἀκτὰ κλονεῖται βόρειος κυματοπλὴξ χειμερία est κλονεῖται πληγεῖσα κύμασι βορείοις χειμῶνος ὥρᾳ.

Βόσκημα. 1. *victus.* ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον βόσκημα El. 346. Schol.: τοῦτο μόνον ἐμὲ βοσκέτω, τὸ μὴ λυπεῖν ἐμὲ αὐτήν, quem secutus post Heathium Hermannus interpretatur: *mihi hoc tantum esto pabulum, mihi non dolorem creare;* faceret enim, ait, si obsecuta Aegistho et matri pietatis erga patrem oblivisceretur. Bothius ineptam codd. Lipss. scripturam τοῦ με, quae etiam in Laur. A. a prima manu inest, secutus ineptius interpretatur: *mihi quidem victus sit me modo non cruciandi,* quasi victus modicus, quo usi fame non vexemur, *victus* dici possit quasi *non cruciatorius.* De victu etiam interpretatur Reisigius Enarr. Oed. Col. p. CXIII. Hermannianae rationi illud obstat, quod nemo audiens, qui sciret, Electram aerumnis vexatissimam esse, intelligeret, quomodo dolore non vexari ipsi pro pabulo possit esse. Hermannus cum dubitaret βόσκημα de victu dictum esse, non recordabatur Aristophanei illius αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα, Ran. 899. Non potest alia, nisi de victu ratio probari: sed cum τὸ ἐμὲ μὴ λυπεῖν non possit significare τὸ μὴ πεινῆν, id quod τὸ μὴ λυπεῖσθαι ἐμέ dicendum fuit, secundum accuratam interpretationem scholiastae alterius, ἐμοὶ ἔστω τροφὴ ἡ τῇ ἀνάγκῃ μόνον ἁρμόζουσα καὶ τὴν πείνην ἀπελαύνουσα, cum Erfurdtio scribendum λυποῦν. *Vel parcissimo victu* sese contentam dicit. — 2. Plurative *pecudes.* ἑκατὸν — συμμιγῆ βοσκήματα Trach. 759., quae verba affert Eustath. p. 49, 9.

Βόσκω alo. Proprie dictum non legitur. Sed a victu proxime absunt tralata haec: τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου Oed. R. 1425., quae memoriter affert Tzetzes Chil. XII. 492.: τὴν πάντα γοῦν βόσκουσαν ἡλίου φλόγα. Wakefield. Silv. Cr. t. I. p. 129 correcturus erat δέρκουσαν, immemor praesens δέρκω tragicis indictum esse. De *sorte:* βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας Ter. VIII. 5 (518 D.). Legebatur ante Gesnerum κοσμεῖ. Sed βόσκει etiam Gaisfordi codices A. B. Stobaei tit. LXXXVI. p. 171. t. II. Lips. De *spe:* ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν inc. XXIX. (687 D.), unde

passivum est *ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι* Ant. 1231. De *inventa succrescente*: *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται χώροις, ἵν' αὐτοῦ* Trach. 143. v. *αὐτοῦ*. *τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου νέαν ψυχὴν ἀτάλλων* Ai. 555., quam locutionem ipsam quoque a tenuioribus plantis pullulantibus sumptam illustravit Lobeckius. Alia figura *aeger morbum* dicitur *alere*: *βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον* Phil. 313. *οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν* 1152 ch. Rursus aliud *μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ᾗ βόσκεται* Atr. I. 1. (144 D.), *qua sustentatur*, i. e. quae totam quasi eius indolem et naturam efficit. v. Valck. ad Phoen. 399. Hemsterh. ad Luc. Dial. Mort. t. II. p. 419 Bip.

Βοσπόρειος Bosporius. *οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ* Phin. IV. (637 D.) ap. Steph. Byz. v. *Βόσπορος*, disertum eius scripturae testem, ceteroqui metro tutae: *Σοφ. ἐν Φινεῖ πρώτῳ διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον.*

Βοσπόριος Bosporius. *ἀκταὶ Βοσπόριαι* Ant. 956 ch. *Βοσπορίων ποταμῶν* Ai. 869 ch.

Βοσπορίτης accola Bospori. *πηλαμὺς — πάροικος Ἑλλησποντίς, ὡραία θέρους τῷ Βοσπορίτῃ* Past. IV. 3 (446 D.). ap. Athen. p. 319. b. Ante Dind. legebatur *πηλαμίς*. Accentus paronymorum est. v. Arcad. p. 27, 1.

Βόστρυχος cincinnus. *ὁρῶ — νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον* El. 889. Suid. v. *νεωρῆ*. Etym. M. p. 205, 31. — *βοστρύχων ἄκρας φόβας* El. 441. Suid. v. *φόβας*. Tonum generis observavit Arcad. p. 85, 5.

Βοτήρ pastor. *τὸν ἄνδρα, τὸν βοτῆρα* Oed. R. 837. *τούτου — ἦν βοτήρ* 1044. *ὅστις κάτοιδε τὸν βοτῆρα* 1048. *ἄξει τις — τὸν βοτῆρά μοι* 1069. *τὸν βοτῆρ' ὁρᾶν δοκῶ* 1111. *τὸν βοτῆρ' ἰδών* 1116. *συγκατακτὰς βοτὰ καὶ βοτῆρας* Ai. 228 ch. *βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστείας* Alex. I. 2 (81 D.). Aliquando *canes pastoritii* eo nomine vocantur: *κύνας βοτῆρας* Ai. 290., quod qui laudat Suidas *ὑφ' ἕν* dici monet, ut *κύνες ποιμενικοὶ* significentur.

Βοτόν pecus, inprimis *ovis*, si quando singulari numero dicitur. *σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην* Trach. 687. — *ὀλέσας Δαναῶν βοτά* Ai. 145 an. *συγκατακτὰς βοτὰ καὶ βοτῆρας* 227 ch. *ἐν μέσοις βοτοῖς* 317. *ὥστ' ἐν τοιοῖσδε χεῖρας αἱμάξαι βοτοῖς* 448. Est pro *ὧδε ἐν βοτοῖς*, v. Hermann. — De tono observavit Arcad. p. 123, 17.

Βότρυς uva. *Βάκχειος βότρυς* Thyest. VI. 2 (239 D.). *κἀποπερκοῦται βότρυς* 6. De tono v. Herod. *π. μον. λέξ.* p. 31, 18. Arcad. p. 91, 50.

Βούβαλις. Eustathius p. 1625, 46.: *Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν λέγει, ὅτι κατὰ τὴν δάμαλιν Σοφοκλῆς ἔφη γηγενῆ βούβαλιν* (inc. CV. 70. s. 859 D.). Inde simul de accentu

constat, de quo et Arcadius adnotavit p. 31, 9. Longe enim usitatius, ut grammaticis illud notabile videretur, ὁ β ο ύ β α λ ο ς.

Βουθερής pascuus. ἐν βουθερεῖ λειμῶνι Trach. 187., est quem boves, id est armenta depascuntur. Schol. et Hesychius βου intensivum, ut in βούπαις et βουλιμία deprehendisse sibi visi ineptiunt. Incertum est, num hunc versum respiciat Eust. p. 222, 20.

Βουθοίη urbs Illyridis. Etym. M. p. 207, 16.: Σοφ. Ὀνομακλεῖ (Οἰκλεῖ, Ἰφικλεῖ, res plane incerta; Brunckius Iphiclis posuit fr. II. Dind. in incerta retulit 795). Β ο υ θ ο ί η Αμίλωνος ἐπὶ πυοχοῇσιν (scr. προχοαῖσιν) ἐτάφη.

Βουθυτέω sacrifico. βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμόν Oed. Col. 892.

Βούθυτος sacrificialis. βούθυτον ἑστίαν Oed. Col. 1491. Similiter dicta alia collegit Blomf. gl. Choeph. 255.

Βούκερως tauricornis. βούκερως Ἴακχος inc. XCIV. 2 (782 D.).

Βουκολέω custodio. Ravennas Aristophanis scholiasta ad Eccles. 80. scribit, Aristophanem βουκολεῖν dixisse velut τὴν Ἰὼ ὁ Ἄργος ἐν Ἰάκχῳ Σοφοκλέους. Scribe Ἰνάχῳ, eritque fr. XII. Brunckius non habet. Apud Dind. est fr. 263.

Βουκόλος pastor. βουκόλων ἀλάστορα λέοντα Trach. 1082. βουκόλων φρουρήματα Ai. 54. ξυναρπασθεῖσαν βουκόλων ὕπο Tyr. XV. 2 (558 D.). — De tono v. Eust. p. 1018, 46. Arcad. p. 56, 7. eoque etiam redeunt originationes in Etym. M. propositae partim secundum Didymum, p. 208, 11.

Βούκρανος v. *βούπρωρος.*

Βούλευμα consilium ex deliberatione captum maxime: raro enim *alteri datum* significat. Uno enim loco id genus significationis exstat: ἣν ἐκλάπῃ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν El. 955. Item *singularis numerus* infrequens: ὡς μάθω, τί μοι νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις Phil. 556. ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν; Ai. 44. Hoc, quod longe significantius, codd. Brunckii, Erfurdtii et Dorvillii (ap. Hemsterhus. ad Ar. Plut. 144.), item edd. vett. β ο ύ λ η μ α Laur. A. B., duo ap. Brunck. libri, et schol. Ar. Plut. 490. De crebra vocabulorum illorum confusione v. Hemsterhus. l. c. et Lobeck. ad Ai. l. c. καὶ νῦν ἐν' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι Oed. R. 557. — Pluralis usitatior: ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦνεκα βουλεύματ' ἐστί, κοὐ μόνον βουλεύματα, ἀλλ' ἔργα δρώμενα Phil. 551. 52. Διός — φράσων βουλεύματά σοι 1401 an. πάντα τοι συντέμνεται Κύπρις τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα inc. XXIII. 17 (678 D.). τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων Oed. R. 45.; gl. Triclin. τὰς ἀποβάσεις: ζῆν est successu florere. Memorat Suid. v. ζώσας. ὅστις — μὴ τῶν ἀρίστων

ἅπτεται βουλευμάτων Ant. 179. *ἰώ μοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων* 1251 m. *γενοῦ — ἀρωγὸς τοῖνδε τῶν βουλευμάτων* El. 1373. *οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς μὴ καλοῖς βουλεύμασιν οὐδ' ἐλπίς* Trach. 722.

Βουλευτέος deliberandus. τί χρὴ δρᾶν, ἐν τάχει βουλευτέον El. 16.

Βουλεύω. I. *Formae. Activi praesens*: *βουλεύεις* inc. CV. 73 (862 D.). *βουλεύει* Ant. 279. *βουλεύουσι* El. 639. *βουλευέτω* inc. 750 D. ap. Brunckium deest. *βουλεύειν* Oed. R. 619. 1417. Ant. 1164. Thyest. V. 2 (234 D.). *βουλεύων* Phil. 421. El. 989. — *perf. βεβουλευκώς* Oed. R. 701. — *aor. βουλεῦσαι* Ant. 486. *βουλεύσας* Ai. 1034. *βουλεύσασα* Tr. 804. *βουλεύσαντι* Ant. 267. *βουλεύσαντα* Oed. R. 606. — *Medii praes. βουλεύει* Phil. 1213. Ant. 768. — *fut. βουλεύσει* El. 1035. — *perf. βεβούλευμαι* El. 935. *βεβούλευσαι* Oed. R. 738. *βεβούλευνται* El. 377. *βεβουλεῦσθαι* Oed. R. 1367. Trach. 586. — *aor. ἐβουλεύσω* Oed. R. 537.

II. *Usus.* Activi et medii ullum discrimen esse ex Sophocleis quidem exemplis effici non potest, et si dicas, *βουλεύειν* esse *decernere, consilium cepisse, βουλεύεσθαι apud sese deliberare*, quod refellitur Ant. 279., ubi *βουλεύειν* est *incertum esse consilii*, certe sine sententiae detrimento alteri alterum subrogari potest. Nec verbi cum casu vel infinitivo ponendi diversitas ulla. *Nude* per se dictum est: *βουλεύων σοφῶς* Phil. 421. *δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν* Oed. R. 619. *οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς* 1367. cf. Markl. ad Suppl. 248. *ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν* 1417. *ἐμοί τοι — ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι* Ant. 279. *δοκεῖς — οὐ βεβουλεῦσθαι κακῶς* Trach. 590. *οὐδὲ βουλεύσει πάλιν;* El. 1035. — *Cum quarto casu*: *τοιαῦτα πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ καὶ δρῶσ' ἐλήφθης* Trach. 804. *στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον* Ai. 1034., de qua formula v. Wyttenb. ad Iul. Or. in Const. p. 185. Schaef. *μῶν τι βουλεύει νέον;* Phil. 1213. *ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς κοινῇ τι βουλεύσαντα* Oed. R. 606. *οἷά μοι βεβουλευκὼς ἔχει* 701., quae commemorat Eust. p. 694, 26. *τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι* Ant. 267. *τἄλλα βουλεύειν πάρα* 1164. *τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ* Thyest. V. 2. *σὺ καὶ γέροντα βουλεύεις* i. q. *ἀρχαϊκά*, inc. CV. 73. v. Eust. p. 1923, 62. *ὃς μὴ πέπονθε τἀμὰ μὴ βουλευέτω* inc. 750. non plane perspicuam sententiam habet; tamen *τἀμά* ad utrumque verbum referri videtur. — Semel *cum genitivo* dicitur: *κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου* Ant. 486. Recte schol. *τοῦδε τάφου βουλεῦσαι* iungit; Hermannus *ἴσον βουλεῦσαι τ. τ.* Quod confert exemplum Eur. Phoen. 550., alienum est; ibi enim *ἴσον δωμάτων ἔχειν* obiective, *ἴσον βουλεύθειν* adverbialiter dictum. Ut nos, Schaeferus sentit ad Plut. t. VI. p. 469. — *Cum infinitivo*: *ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν* Oed. R. 537. *τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;* 738. *μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;*

Ant. 768. *ἢ ταῦτα δή με καὶ βεβούλευνται ποιεῖν;* El. 377. Ven. Aug. b. *βεβούλευται*, hic cum gl. *βεβούλευται αὐτοῖς;* rectam scripturam ceteri libri tuentur et Eust. p. 694, 26. 1326, 57. *εἴ τινες δόλοισι βουλεύουσιν ἐκβαλεῖν* 639. *ἦ βεβούλευμαι τελεῖν* 935. *τοιοῦτον ἄνδρα βουλεύων ἑλεῖν* 989.

Βουλή **I.** *consilium captum.* *βουλῆς — οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς* El. 1036. Respondet haec Electra ad Chrysothemidis verba *οὐδὲ βουλεύσει πάλιν.* *νέας βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις* Ai. 723. Suid. v. *ἐγκαταζεύξας.* *consilium mutasse* Aiacem dicunt. Hinc *decreta fati* dicuntur *μήδεα παντοδαπῶν βουλῶν* Phaedr. I. 2 (604 D.). — 2. *alteri datum: ἅ γ' ἔλαβες βουλαῖς ἐμαῖς* Phil. 1231. *οὐ γάρ τι βουλῆς ταὐτὸ καὶ δρόμου τέλος* inc. LXVIII. 2 (735 D.). secundum verba Plutarchi de Garrul. p. 511. f. eodem modo intelligi potest.

* *Βούλημα* v. *βούλευμα.*

Βούλομαι. I. *Formae. praes.* *βούλομαι* Phil. 94. 225. 1257. 1359. Oed. R. 623. Oed. Col. 364. 465. 486. 505. 1211. Ant. 1040. Trach. 231. El. 329. 1032. *βούλει* Phil. 233. 751. 1222. Ant. 753. 1153. Tr. 1213., nec usquam discrepatur. *βούλεται* Ant. 503. Oed. Col. 1185. Ai. 1060. *βούλεσθε* Ant. 1025. — *βουλοίμην* El. 1296. *βουλοίμεσθα* Phil. 525. Brunck. ex B. *βουλόμεσθα*, Ricc. *βουλοίμεθα.* — *βούλου* Oed. R. 1057. 1522. Oed. Col. 1535. Trach. 486. Ai. 752. El. 1250. Phthiot. II. 3 (622 D. ap. Brunck. desideratur). — *impf.* *ἐβουλόμην* Phil. 1223. Brunckii cod. B. *ἠβουλόμην*, contra tragicorum usum et insuavibus numeris. — *fut.* *βουλήσομαι* Oed. R. 1077. Oed. Col. 1291. Ai. 666. *βουλήσει* Ai. 1293. — *aor.* *βουληθείς* Oed. Col. 736. El. 1089.

II. *Usus.* In definienda verborum *βούλεσθαι* et *θέλειν* significatione non assentior Buttmanno (Lexil. vol. I. p. 27.) et Nitzschio (ad Plat. Ion. 84). Ille quidem recte *θέλειν* generalius significare dicit et amplius quasi valere, ut nonnunquam ponatur, ubi legitimus verbi *βούλεσθαι* usus sit. Sed illud, Atticos certe scriptores et poetas spectantes verum esse negamus, *θέλειν* significare *propositum quoddam, quod exsequamur, consilium; βούλεσθαι autem optandi et inclinandi aliquo notionem vel solam continere vel adsignificatam.* Nobis contra *θέλειν* *proclivitatem quandam animi, desiderium quoddam libenter faciendi* significare videtur (*Lust haben*); *βούλεσθαι consilium aliquod secundum deliberationem apud nos constitutum et propositum* (*sich entschliessen, sich vornehmen*). Est vero, ubi ea verba commutentur. — 1. Legitima significatio prostat: *βούλομαι καλῶς δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν* Phil. 94. *haec mihi sententia stat.* Affert Suidas v. *βουλομένῳ.* *φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι* Phil. 225. Possit reddi *lubet audire:* verius est autem

Graeci videmini, sed certum tamen mihi est, vocem vestram audire, ne temerariae me spei dem. Apte respondet Neoptolemus: Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν, id quod *lubendi* vim excludit. ὅποι τ' ἐνθένδε βουλοίμεσθα πλεῖν 525. δὶς ταὐτὰ βούλει ἀναπολεῖν μ' ἔπη; 1222.: non *num cupis efficere, sed num putas me iteraturum.* βούλομαι δέ σου κλύειν 1257. ὅμως σε βούλομαι — τῆσδ' ἐκπλεῖν χθονός 1359. Persuadere enim cupit Neoptolemus, non dicit, quae sibi facere lubeat. θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι Oed. R. 623. Ineptissimum esset *cupio, desidero, propensus sum* interpretari. τὰ δὲ ῥηθέντα βούλου μηδὲ μεμνῆσθαι μάτην 1057. *abiice consilium.* δὶς γὰρ οὐχὶ βούλομαι — ἀλγεῖν Oed. Col. 364. παραινέσαι σοι βούλομαι τὰ σύμφορα 465. τούτων ἀκοῦσαι βούλομαι 486. τοῦτο βούλομαι μαθεῖν 505., quod utrumque *rem* spectat *efficiendam.* ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς 736. τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ χάριν παρασχεῖν, τῷ θεῷ θ' ἃ βούλεται 1185. κομπεῖν — οὐχὶ βούλομαι 1211. Theseus parum urbane loqueretur *non libet gloriari* dicendo: hoc dicit: *meum non est, ut me iactem.* ὃ μὴ σύ, τέκνον Αἰγέως, βούλου παθεῖν 1535. *ne talia ineas consilia, unde id efficiatur.* βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν; Ant. 753. Absurdum est *libuitne s. cupistine;* hoc dicit: *ergo eo venisti consilio, ut dicendi licentiam tibi sumeres, alii ne concederes.* οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς 1040., quem versum affert Moschop. Dictt. Att. v. ἔπω. ἀεί τι βούλου χρήσιμον προσμανθάνειν Phthiot. II. 3. βούλου λόγους — ἐμπέδως εἰρηκέναι Trach. 486. Ineptum de propensione et desiderio animi in alienissima ab Iole Deianirae voluntate cogitare: est *a te impetra, habita rerum ratione.* εἴπερ εὐσεβεῖν βούλει 1213. Alloquens Hyllum Hercules incertum relinquere non potest, velitne ille an nolit pietatem colere; hoc dicit, *siquidem pietatem vita et factis probare decrevisti.* δορὶ βούλου κρατεῖν Ai. 752. *hanc tibi faciendi regulam scribe.* τοιαῦτα δ' ἀλλὰ καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν El. 329. Potest significare *velim te quoque sic facere:* aptius est vero *decrevi apud te meis consiliis hoc efficere.* τούτοις ἐγὼ ζῆν τοῖς νόμοις οὐ βούλομαι 1032. καὶ τί βουληθεὶς πάρει; 1089. οὐ μὴ 'στι καιρός, μὴ μακρὰν βούλου λέγειν 1250. non *cave cupias,* sed *cave tibi faciendum putes.* κοὐδ' ἂν σε λυπήσασα βουλοίμην βραχὺ αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος 1296. *mea ratio non est.* Eadem ratio exemplorum est, quibus importune futurum praesentis vices invasisse videtur: ἔς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργεῖν ὠφελῶν βουλήσομαι, ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα Ai. 666. *Posthac sibi a facere certum esse* dicit. τοὐμὸν δ' ἐγώ, καὶ σμικρόν ἐστι, σπέρμ' ἰδεῖν βουλήσομαι Oed. R. 1077. *pergam in aperienda mea origine.* καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν — βουλήσομαι κυρεῖν ἐμοί Oed. Col. 1291. Nec dum locutus Polynices erat, nec abibat: recte

igitur dicit, *post, si locutus ero, abeundi veniam dari conveniens videbitur*: quanquam etiam *βούλομαι* ad sententiam bene quadrat. — 2. Magis ad *libendi* significationem haec propendent: *ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην* Phil. 1223. *ἔξεστιν αὐτῇ (τῇ τυραννίδι) δρᾶν λέγειν θ' ἃ βούλεται* Ant. 503. *quidquid collibuerit*: etsi etiam *quidquid decreverit* recte dicatur. *πάντα μὴ βούλου κρατεῖν* Oed. R. 1522., quod Suid. ut proverbium affert, et ipsum prioris significationis patiens. *ὅτῳ δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται, πάρα* Ai. 1060. *πρῶθ', ἃ πρῶτα βούλομαι, δίδαξον* Trach. 232. Deinde est ubi *placere* significet. *εἰ βούλεσθε* Ant. 1025. *πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα* 1153. Concedendae sententiae vis inest: *si tibi videtur*. Memorant Athenaeus VII. p. 280. b. XII. p. 547. c. Eust. p. 957, 17. 1606, 23. *βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω τί σου;* Phil. 751. — Denique *malle* significat semel quidem, nam versus Phil. 94. alia ratio: *εἴ με πημανεῖς τι, βουλήσει ποτὲ καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς* Ai. 1233. *μᾶλλον* enim non *magis* significat, sed *potius*.

Βούνομος bubus depastus. *ὁ τὰν Κρῖσαν βούνομον ἔχων ἀκτάν* El. 175 ch. Ald. *βουνόμαν*, Laur. A. Iunt. *βουνόμον*. Veram scripturam ceteri omnes, etiam Lips. ap. Herm. et Suid. v. *βούνομον* tuentur. — *πόλις — φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις* Oed. R. 26. Etiam hoc nominativo *ἀγέλη βούνομος* scribendum fuit; est enim *βοῶν νεμομένων*.

Βούπρωρος tauriformis. Achelous fluvius dicitur *ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος* ex Trach. 13. ap. Strabonem X. p. 45. (t. IV. p. 105.), quod cum longe librorum scripturae elegantia praestet, etsi negat Apitzius, inde a Brunckio receptum est. Libri *βούκρανος*. Sed alterius recensionis vestigium in hoc non cerno, quod vult Hermannus.

Βοῦς bos. *μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς* Ai. 1232. v. *πλευρά*, et Pors. ad Hec. 820. Schaef. ad Long. p. 414. *βοῦς ἐργάτης* Synd. IV. 3 (149 D.). *ῥινὸν βοός* Amphiar. VI. 4 (122 D.). *Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός* Lemn. IV (348 D.). Deteriorem scripturam *ἁλός* Grotius secutus. Sed vide Ruhnk. Ep. Cr. p. 197. — *δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων — βοῦς* Trach. 758. *ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας* Ai. 175 ch. *τοὺς ζῶντας — συνδήσας βοῶν* Ai. 62. *ἐν δ' ἑλίκεσσι βουσὶ καὶ κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις* Ai. 367. — Denique Antiatt. Bekk. p. 84, 18.: *Βοῦ, ἀντὶ τοῦ βοός Σοφ. Ἰνάχῳ* (fr. X. 7. s. 277 D.). Idem ex Aeschylo antestatur Choeroboscus Bekkeri p. 1096; cf. Spohn. Comm. de extr. Odyss. parte p. 129 et Lobeck. de adi. motione anomala diss. IV. p. 10. — De accentu v. Herod. *π. μον. λέξ.* p. 14, 35. Arcad. p. 126, 4.

Βουστάς. *βουστάδας* Hesychius Sophoclem posuisse ait in Oeneo (fr. II. 417.): recte enim ita emendavit Dind., quod in codice scriptum

est ἰονι." Lacuna inest, quam interposito αὐλάς probabiliter expleveris, ut *cortes et stabula bovilla* intelligi debeant. V. Lobeck. de Gr. ling. voc. monosyll. p. 11.

Βρᾰβεύς iudex certaminis. ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς δρόμων El. 680. Suid. v. βραβεῖς. οἱ τεταγμένοι βραβῆς 699., quod affert Eust. p. 419, 2. Huc respicit Thomas v. βραβεύς, addens βραβευτής abiiciendum esse, significari autem utroque ἀγωνοθέτην. Brunckius βραβῆς. Suidas et Thomas cum libris βραβεῖς, verum servavit Laur. A., utrobique βραβῆς exhibens, supra scripto ει, altero loco etiam accentu omisso.

Βρᾰδύνω moror. πρᾶξον καὶ μὴ βράδυνε Phil. 1386., active, *ne nos morare.* Passivum: ἡ δ' ὁδὸς βραδύνεται El. 1493. πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται Oed. Col. 1624. Cf. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 546.

Βρᾰδύς tardus. De homine: ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς Ai. 726. κεἰ βραδὺς εὕδει Oed. Col. 307. v. εὕδω. χρόνῳ βραδύς 879. *senectute tardus.* Deteriores libri βραχύς, quasi festinaret Creon. Aliud in scholiis legitur ex interpretatione ortum, βαρύς, i. e. βαρυνθείς. — ἴσμεν ἤδη τῷ μακρῷ χρόνῳ βραδεῖς Trach. 596. *tardi sumus tempus sermone terentes.* Sed in Ant. 231. ἤνυτον σχολῇ βραδύς deterior scriptura quamvis omnium librorum est, quae genuinam ταχύς, a scholiasta servatam expulit, cum aliquis σχολῇ ταχύς ita fuisset interpretaturus. — De re: σὺν χρόνῳ βραδεῖ μολών Trach. 394. i. q. βραδέως. βραδεῖαν ὁδόν Ai. 725. *iter tarde confectum.* βραδεῖα — ἐν λόγοισι προσβολή inc. LXX. 1 (738 D.). — In Ant. 232. Cod. Par. pro βραχεῖα, βραδεῖα vitiose scriptum habet.

6. Hinc porro ortum est, quod *γ ά ρ* in responsis, cum non est, quod ex priore sermone assumendum dicas, vera esse, quae dixerit alter, concedere videtur: quod Latine *sane*, nostratibus *freilich*, *allerdings* proferre mos est. *ταῦτ', οὐ γὰρ ἄλλα γ' ἐστί* Phil. 651. *δεινόν γε τοὐπίσαγμα τοῦ νοσήματος* cum dixisset Neoptolemus v. 745, Philoctetes respondet *δεινὸν γάρ, οὐδὲ ῥητόν* 746. *ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω* Oed. R. 341. *ηὐδᾶτο γὰρ ταῦτ', οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει* 731. *ἔγνωκα γάρ, σάφ' ἴσθι* 1117. *χρῄζει γάρ* Oed. Col. 1423. *οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν* Ant. 635. *οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν· εὖ γὰρ οὖν λέγεις* 767. cf. 1240. ubi eadem formula respondendi. *καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος, ὥςτε θαυμάσαι* El. 385.

7. Iam singula de *sermonis* in hac particula *proprietate* afferenda sunt.

a. Sententia demonstrandae vel copiosius exponendae rei constituta solet quidem vel praemitti vel subiici alteri (nam interrogandi formulae in hunc censum non veniunt): nonnunquam autem inseritur mediae. *νῦν δ', εἰς σὲ γὰρ πομπόν τε κἀυτὸν ἄγγελον ἥκω, σὺ σῶσον* Phil. 488. *ἐγώ σε τοῦτ', ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας, πᾶν ἐκδιδάξω* 599. *νῦν δ', ὕστερος γὰρ εἰς ἀστοὺς τελῶ, ὑμῖν προφωνῶ* Oed. R. 222. *οὐδ', εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν* 255. *οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, καὶ γὰρ ἂν πέτρου φύσιν σύ γ' ὀργάνειας, ἐξερεῖς ποτέ;* 334. *πρὸς σ' ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ, ἱκέτις ἀφῖγμαι* 919. *αὕτη δ' ἴσως, φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα, τὴν δυςγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται* 1078. *ἐπεὶ μόνος πατὴρ ταύταιν λέλειψαι, νὼ γὰρ — ὀλώλαμεν —, μή σφε περιίδῃς* 1504. *ἄπελθ', ἐγὼ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με φύ-*

λασαι Oed. Col. 815. *ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου, πέπονθα δεινά* 896. *σὺ δ', εἰ γὰρ οὐ δίκαιος —, τοιαῦτ' ὀνειδίζεις με τῶνδ' ἐναντίον* 1004. *χῶρον δ', ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν, στείχωμεν ἤδη* 1537. *κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν* Ant. 32. *ἐὰν δέ τοι ληφθῇ —, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ, οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει* 328. *εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν* 718. *τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης ἀφῆκα — τοξεύματα* 1071. *ταῦτα, δεῖ γὰρ καὶ τὸ πρὸς κείνου λέγειν, οὔτ' εἶπε κρύπτειν, οὔτ' ἀπηρνήθη* Trach. 479. *σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ, καὶ γὰρ εἰκός, ἄρκεσον* Ai. 811. *εἰ δ' οὖν, ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ σόν, κεῖνον θέλων ἐπωφελῆσαι* El. 567. *νῦν δ', ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου πρὸς τῆσδ' ἐκείνου τε — νῦν ἕκηλά που — ἡμερεύσομεν* 773.

b. Deinde *γάρ* ponitur *ὑπερβάτως*. Levia sunt *τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ* Ant. 686. *τὸ γὰρ σόν, οὐ τὸ τοῦδ' ἐποικτείρω στόμα* Oed. R. 671.; etsi *σόν* praeponi propter sen entiae vim oportebat. Sed illud memorabile, quod ex principali sententia in secundariam reiectum *γάρ* est Oed. R. 255.: *οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν*: debuit enim dici *οὐδὲ γὰρ εἰ*. Sed alienum est, quod Erfurdtius ad Ant. 686. adscripsit, *ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία*, Oed. R. 1024. *πρίν* enim praepositum aliquanto gravius efferretur, quam par erat.

c. Est ubi non *secundo* loco, sed *tertio*, *quarto*, *quinto* positum sit: de qua re observarunt Hemsterh. ad Luc. Dial. Mort. t. II. p. 526. Bip., Abresch. Lectt. Arist. p. 255., Schaeferus Mel. Cr. p. 76., Naekius in Choeril. p. 5., Elmsl. ad Oed. Col. 115., Meinekius ad Menandr. p. 7. Eximenda vero exempla ea sunt, quae aliter positam particulam exhibere nequibant, velut post praepositionem et casum, *ἐφ' οἷς γάρ* Oed. R. 569. *ἄνευ γνώμης γάρ* Oed. Col. 600. *ἐν τοῖς γάρ* Ant. 657.; vel post particulam aliam in principio non solitam poni, velut *ὁ μὲν γάρ* Trach. 349. Ai. 751. — *Tertio* igitur loco positum in his exstat: *προβοᾷ τι γὰρ δεινόν* Phil. 218 ch., quod quamvis contra libros scripsit Wunderus advocato exemplo Eur. Iph. Taur. 1036.; libri *προβοᾷ γάρ τι* contra versum. *χὴ ναῦς γὰρ ἄξει* 523. *τοῦ πόνου γάρ* 875. *ὑπνὶ νῦν γάρ* 879. *οὐκ ἔκτανον γάρ* Oed. R. 277. *πόλει μάχει γάρ* Oed. Col. 841. *σὺν πόθῳ γάρ* 1108. *τὰ πολλὰ γάρ τοι* 1283. *ἑπτὰ λοχαγοὶ γάρ* Ant. 141 an. *τὰ δεινὰ γάρ* 243. *οὐχ ἥδε γάρ* 728. *τὸ μαντικὸν γάρ* 1042. *τό τ' εἰκαθεῖν γάρ* 1083. *τούτων ἔχω γάρ* Trach. 337. *χάρις χάριν γάρ* Ai. 518. *τὰ σκληρὰ γάρ* 1098. *ἡ σοὶ γάρ* 1112. *τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν* 1242. *ἄλεκτρ' ἄνυμφα γάρ* El. 483 ch. *ὃς ἦν γάρ μοι* 1189. *τὸ ζῆν γάρ* Acris. VIII. 1 (65 D.). *τὴν τοῦδε γάρ* inc. L. 1 (708 D.). De

industria postpositam gravioris momenti vocabulo γάρ, si introspexeris, reperias. — *Quarto* loco legitur: τοὺς ἐκ Διὸς γάρ El. 649. ἐν τῷ φρονεῖν γάρ Ai. 550. τὸ μὴ φρονεῖν γάρ 551. ξὺν τῷ δικαίῳ γάρ 1104. καὶ τὰ πρὶν γάρ Phil. 1252. τοῖς ἐν γένει γάρ Oed. R. 1430. ἃ μὴ φρονῶ γάρ 1520. καὶ τῆς ἄγαν γάρ Ant. 1241. Etiam haec aut praepositionem cum casu praemissam vel vocabulum praecipuo sono insignitum monstrant. — *Quinto* loco semel legitur: ὡς οὐκ ἔτ᾽ ὄντος γάρ Phil. 872.; sed placet iunctim scribere οὐκέτι, ut quartum locum obtineat γάρ. — *Sexto* item semel: καιρὸς καὶ πλοῦς ὅδ᾽ ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην Phil. 1437 an. Male Buttmannus post πλοῦς, Ruhnkenius Ep. Cr. I. p. 23. post ὅδε distingui iubebant.

d. Deinde intra paucorum versuum spatium iteratur, quin et duobus sese subsequentibus infertur, qua re offensus Porsonus ad Med. 139. unum quidem, quod ex Sophocle exemplum protulit, tanquam in subditicio versu repertum ex hoc numero eximendum iudicat Ai. 551. At multa sunt. κεῖνον γάρ, οὐδὲν ἄλλον ἰχνεύω πάλαι. νυκτὸς γάρ — Ai. 20. 21. θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει. μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς — Αἴας ἀπελωβήθη 215. ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ἔστιν εἰς ὅτι βλέπω, πλὴν σοῦ. σὺ μὲν γάρ 509. σοῦ γὰρ λέγοντος οὐκέτ᾽ ἂν μάθοιμ᾽ ἐγώ. τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω 1241. ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω. πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά; Phil. 1143 m. εὖ γὰρ οὖν λέγεις. καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος; Ant. 1240. τὸ ζῆν γὰρ — παντὸς ἥδιστον γέρας. θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὐτοῖσι δίς Acris. VIII. 1 (65 D.). αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ· ἡ γὰρ σιωπὴ — inc. XIII (667 D.). In eodem versu recurrit: ἔγνωκα γάρ, σάφ᾽ ἴσθι. Λαΐου γὰρ ἦν Oed. R. 1117. quorum illud respondenti cum affirmatione, alterum explicativum est. Tertio versu: ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανές —· ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν λείας Ai.23. οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι —· ἔτικτε γάρ Oed. Col. 984. εἰ γὰρ δὴ τά γ᾽ ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους. ἐν τοῖς γὰρ Ant. 655. Vicissitudines στιχομυθιῶν huc advocari non debent. Verum γάρ iteratum nunquam idem significat. Aut prius affirmat vel argumento confirmat, alterum rem copiosius exsequitur, aut permutantur haec inter se munera.

e. *In fine versus* semel positum exstat. τὸ γὰρ κέρδος τελῶ 'γώ Oed. R. 231. In *principio* aliquoties nunc legitur; quae exempla rectiore versuum divisione amovenda puto. Nam commode contrahentur Oed. R. 1101. 2. τις θυγάτηρ, Λοξίου; τῷ γὰρ πλάκες ἀγρόνομοι πᾶσαι φίλαι, quos versus inserto που iterato τις non admodum probabiliter Herm. correxit. In Trach. 986. uno tenore scribendum οὐ γὰρ ἔχω πῶς ἄν, et in antistrophico ἀλλ᾽ ἐπί μοι μελέῳ. Item Oed. Col. 1720. ver-

sus in unum contrahendi λήγετε τοῦδ' ἄχους· κακῶν γὰρ δυςάλωτος οὐδείς, et antistrophici μηδέ γ' ἄγαν φλέγεσθον· οὔτοι κατάμεμπτ' ἔβητον, id quod eodem utriusque loco positae voculae atonae γάρ et τοι cogunt. In Oed. Col. 524. Oed. R. 508. perversa versuum Brunckio placitorum ratio dudum sublata est.

8. Aliis particulis ita plerumque iungitur γάρ, ut eas sequatur; quare ἀλλὰ γάρ v. ἀλλά; καὶ γάρ v. καί; μὲν γάρ v. μέν; τε γάρ v. τε; τοίγαρ v. τοί.

γάρ δή fortius est quam δή. ἐνταῦθα γὰρ δὴ καὶ κακὸς φαίνει φίλος Oed. R. 582. ὄλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμά Oed. Col. 1609. ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς — χωρεῖ Ant. 155. cf. ἀλλὰ γάρ. εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω 655. ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη Ai. 794. γάρ explicativum est.

γὰρ οὖν, de quibus particulis observatum est ab Elmsleio ad Oed. Col. 495., *nam*, *ut nunc est* significant, ut γάρ ipsum quoque explicativa vi dicatur. οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι Oed. Col. 984. ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα 989. οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα πάντ' ἐκπορίζει Phil. 298. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι Ant. 485. καί adverbiascit. σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι 737. εὖ γὰρ οὖν λέγεις 767. 1240. Sed eximendus versus Oed. Col. 1201. v. βαιός.

Γάρος *garum*. ταρχηροῦ γάρου Triptol. IV (531 D.). Meminit de genere Herodianus Piersoni p. 437.: ὁ γάρος ἀρσενικῶς — Σοφοκλῆς. Mensuram primae syllabae attigit Herod. π. μον. λέξ. p. 35, 19.; accentum idem et Arcadius p. 196, 13.

Γαστήρ *venter*. γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης inc. LXIII. 2 (727 D.). γαστρὸς καλεῖσθαι παῖδα Synd. III. 3 (148 D.). γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα Phil. 287. εἴ ποτε ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν 704 ch. — De accentu v. Herod. π. μον. λέξ. p. 10, 21. Arcad. p. 19, 27.

Γε. Qui de innumeris pauca excerpsit exempla Hartungus (de Partic. p. 344.) postquam eos vituperavit, qui γε ad μείωσιν vel ad ἔμφασιν retulerunt, sequentes Apollonium de coni. p. 517, 24. Gr. Bekk. An. p. 838, 10. 971, 13., quorum ille pulchre perspexit, quomodo μείωσις et ἔμφασις in unum conveniant, et Hermannum ad Med. 800. Opusc. t. III. p. 215., ipse mirabiles quasdam significationes ἠθικάς in omnibus particulis indagans γε *condensationem* quandam *hostium impetibus propulsandis idoneam*, *firmitatemque et robur praevalidum* (p. 349. 359.), quin *ferociam fortitudinis* (p. 365.) indicare pronuntiat, qualia hucusque in nominibus quidem et verbis sed non particulis quaerebantur. Idem tamen post eo revolvitur, ut ἐμφατικῶς explicet omnia.

Addi autem et *postponi* quidem γε ei solet, quod notione ad unam potissimum rem coercenda et restringenda augetur aliqua vi et audientis animo quasi commendatur vehementius. Latini *certe*, *quidem*, *vero*, nos *ja*, *doch*, *wohl* dicimus, sed est ubi neutra lingua commode converti possit. Divisione in hac materia non opus est, nisi ea, quod γε vel *unius enuntiati verbo uni* confirmando adiungitur, vel *medias quasdam inter duas sententias partes suscipiens* praegressis quibusdam repetendis coniungit utramque.

A. *γε in sententia una uni additum.*

1. *substantivo.* καὶ στίβου γ' οὐδεὶς τύπος Phil. 29. νεώς γε 446. οὐ θέμις γε 801. Oed. Col. 650. ἐν φάει γε 1196 m. ὕπνῳ γ' εὕδοντα Oed. R. 65. ἐν τύχῃ γέ τῳ 80. δείματός γε 294. Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ 712. σπουδῆς γε 778. μαντείας γε 857. παῖς γε 1015. σωτήρ γε 1030. θεσφάτων γ' ὄκνῳ κακῶν 1175. ῥώμης γε 1292. θαῦμά γ' οὐδέν 1319. πατρός γ' ἂν φονεύς 1357 m. οὐδ' ἄστυ γε 1378. θεοῖς γ' ἔχθιστος 1519. οὐκ ἄνευ μόχθου γε Oed. Col. 329. Κρέοντά γε 397. Θῆβαι γε 923. ἀνδρῶν γε μοῦνος 1252. τέλος γε μέντοι Ant. 233. ἐπ' ἀργύρῳ γε 322. κλέος γε 498. τιμάς γε 741. αἰτίαν γε 1296. μύθοις γε Trach. 67. νόσον γε 491. θυτήρ γε 1182. φορᾶς γε 1202. ὀφθαλμοῖς γε Ai. 84. φόβοισί γε 527. ἄνδρα γε 799. πόνου γε πλῆθος 863. στρατός γε 1054. πατρός γε 1388 an. εὐνοίᾳ γε El. 226 ch. οὐ δίκῃ γε 551. δίκης γε 573. ὠφέλειά γε 932. λόγῳ γε 961. 1208. φύσιν γε 1012. ἐν δυσμενείᾳ γε 1113. πατήρ γε Scyr. VI. 6 (501 D.). Huc refer *adiectivorum substantivorum vices tuentium* exempla: εἷς γε Oed. R. 845. δεινόν γε El. 333. Phil. 1209. Ai. 1106. καλόν γε El. 390. τὸν ἄγχιστόν γε 1094. παῦράγε 1429 ch. κακόν γε Phil. 444. χρηστά γε 580. κακούς γε Trach. 1101. τἄλλα γε 1201. ἄλλα γε Phil. 651. ἄλλο γε Trach. 627. *participii:* θέλοντάς γε Oed. Col. 596. τοῦ τεθνηκότος γε El. 544. *infinitivi:* τὸ σωθῆναί γε Phil. 109.

2. *adiectivis* additum γε. πολλή γ' ἀνάγκη El. 301. σώφρων γ' οὖσα 357. θυραίαν γ' οὖσαν 508. κενόν γε 1008. ἔμψυχός γ' ἐγώ 1212. ἀξίαν γε — σιγάν 1252 m. στειπτή γε φυλλάς Phil. 33. αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα 35. poculum, *at sane rudi arte confectum.* δεινόν γε τοὔπίσαγμα τοῦ νοσήματος 745. ὅ γ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι 800. ἔν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε 1188 m. ἄθλιός γ' ἀνήρ 1198 m. σοί που φίλος γ' ὤν 1371. ἑκόντα γε 1378. σὺ δ' ἄθλιός γε Oed. R. 372. σοφός γ' ὁμοίως 563. ἀρκτέον γ' ὅμως 628. οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν 810. τῷ μακρῷ γε ξυμμετρούμενος χρόνῳ 963. μέγας γ' ὀφθαλμός 987. δεινόν γ' ὄνειδος 1035. κοὐδέν γε θαῦμα 1132. λέχριός γ' — ὀκλάσας Oed. Col. 195 ch. ἥκεις γὰρ οὐ κενή γε 360. κοιναί γε πατρὸς ἀδελφαί 540 m. ἐπ' ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις

Ant. 552. *ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω* 653. *ἐρήμης γε (πόλεως)* 735. *ἥσσω γε — ἐμὲ* 743. *ἐχθρός γ' (ἀνήρ)* Ai. 78. *χρηστός γ' ἔσει* 1348.

3. *Pronominibus.* a. *personalibus.* *οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης* Phil. 246. *σύ γε tu vero* Phil. 892. Oed. R. 335. 445. 931. Oed. Col. 985. 1443. El. 386. 1135. *σοῦ γε* Phil. 520. Ant. 745. Ai. 1247. *σοί γε* Phil. 339. 654. 1042. Oed. R. 1446. Oed. Col. 654. Ant. 573. Ai. 1102. Trach. 1241. *σέ γε* Phil. 670. 1104 ch. 1379. Oed. R. 1091 ch. 1101 ch. Oed. Col. 1193. Ant. 377 an. Trach. 320. *ὑμεῖς γε* Oed. R. 1046. Oed. Col. 1278. *ἐμοῦ γε* Oed. R. 565. Oed. Col. 409. Ant. 70. Trach. 444. El. 510. 1018. *ἐμοί γε (κἀμοί)* Oed. Col. 264. Herm. *ὑφ' ἕν.* *ἐμέ γε* Trach. 1226. Ai. 872 ch. El. 144 m. *ἡμῶν γε* Ai. 859. Huc adde *αὐτός.* *πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ* Oed. R. 1169. *τύχη κακὴ μὲν αὐτῇ γε* Trach. 327., quo loco recte Herm. contra Schaeferum (ad Oed. Col. 1118.) addi *γε* negat, ubi vim non habeat. b. *Reflexivo* additur: *καθ' αὑτόν γε* Oed. Col. 970. ubi significat *ἐμαυτόν.* — c. *Possessivo* semel: *σός γέ τοι καλούμενος* Oed. Col. 1326. — d. *Demonstrativis:* *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γε* Phil. 23. *καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη* 38. *ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ;* 106. *τοῦτο γ' ἔρξας* 117. *τοῦτο*, quod *unum* est, et *δύο δωρήματα* contraria sunt. *τοῦτό γε* 231. adverbiascit; *hac quidem in re.* *ἐπίστω τοῦτό γε* 417. Oed. R. 849. Oed. Col. 25. 404. 603. Ant. 534. Ai. 531. 548. *κεῖνός γε* Phil. 422. 568. Oed. R. 855. *κατ' αὐτὸ τοῦτό γε* Phil. 436. *μὴ δῆτα τοῦτό γε* 752. *τῆσδέ γ' ἀρχῆς οὕνεκα* Oed. R. 383. *αὕτη γε μέντοι — τύχη* 442. *τοῦδέ γ' ἀνδρὸς* 815. *ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ* 930. *κείνου γε δή σοι παῖς ἐκλῄζετο* 1171. *μηδαμῶς ταύτας γ' ἕλῃ μου* 1522. *τάδε γε μωμένου* Oed. Col. 840 ch. *τῶνδέ γ' ἐστερημένος* 861. *τοῦδέ γε* Trach. 72. 1103. El. 379. 595. *τῆσδέ γε* Trach. 304. *ταῦτά γε* 423. *κεῖνόν γε* El. 913. — e. *Relativis:* *ὅς γε quippe qui* Phil. 659. 1199 m. 1372. Oed. R. 35. Oed. Col. 1356. *ὅ γε* El. 929. *ὅν γε* Phil. 250. Oed. R. 853. Oed. Col. 1174. El. 433. *ᾗ γε* 899. *οἵ γε* Oed. Col. 428. *ἅ γε* Phil. 1231. Oed. R. 342. Oed. Col. 1151. El. 911. *τά γε* Oed. Col. 885. si mutila sententia de significatione pronominis coniecturam admittit. *ὅστις γε* Phil. 1266. *ὅτῳ γε* Oed. Col. 814. — f. *Indefinito* semel adiectum est: *εἴπερ τι γ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας σθένος* Oed. R. 369. Interrogativo *τίς* apud Sophoclem adiectum non reperitur: disputavit de ea re Herm. ad Phil. 439. Pflugk. ad Eur. Hec. 774. — g. *Correlativis* denique adiectum: *ὅσον γε χρῄζεις* Oed. R. 365. *ὅσον γε κἂν ἐμοὶ μνήμης ἔνι* 1239. *ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα* Ant. 1090. v. Herm. *εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω* Phil. 1389. *ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μὴ ποτιψαύων χεροῖν* Trach. 1204. *τοσοῦτόν γ' ἐστί μοι τῆς ἐλπίδος* Oed. R. 836. *τοσοῦτόν γ' οἶδα* 1455. *τοσοῦτόν γ' ἴσθι* Phil. 1289.

τοσοῦτόν γ' οἶδα κἀμαυτήν El. 324. *ποίου γε τούτου* Phil. 439. *χἀτέρας οἵας γ' ἐμοῦ* Trach. 444., quod etsi unum est eius correlativi apud Sophoclem exemplum, non ausim tamen, cum sententiae sit aptissimum, in suspicionem vocare. Fritzschius autem (Qu. Luc. p. 118.) negavit *οἰός γε* ulli atticorum scriptorum esse dictum.

4. *Articulo et substantivo* additum, sive adiectivum praeterea adest, sive non adest, suum quasi et proprium locum *γε* habet articulum pone subsequens. *τά γε κείνων κακά* Phil. 420. *τά γ' ὅπλ' ἔχοντες* 1045. *τῷ γε νῦν λόγῳ* Oed. R. 90. *τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη* 290. *τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν* 393. *εἰ τά γ' αὐθ' ἕξει κράτη* 586. *τά γ' ἐν σοὶ δυςφόρως ἔχοντα* 770. Tricl. *τάδ' ἐν σοί*, ut scribi inde posse videatur *τάδ' εἰ σοί*. *τόν γε Λαΐου φόνον* 852. *τήν γε σὴν αὐδὴν* 1326. *τοῖς γ' ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς* 1377. *ἥ γ' ἐκείνου — φάτις* 1440. *τῶν γε σῶν τελεῖς ὕπερ* 1448. *ὅ γ' ἐνθάδε λεώς* Oed. Col. 42. *τό γε σῶμα* 266. *τά γ' ἔργα μου* 267. *τό γ' ἄκον πρᾶγμα* 981. *τό γ' εὐσεβές* (i. e. *εὐσέβεια*) 1127. *ὅ γ' Ἅιδης* Ant. 515. *οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν* 767. *τό γ' εὖ πράσσειν* Trach. 92. *τῷ γε πρόσθεν — χρόνῳ* 321. *τά γ' ἐν δόμοισιν* (*ὄντα*) 622. *ἥ γ' αὔριον* (*ἡμέρα*) 941. *τήν γε δράσασαν* 1098. *τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις* 1117. *τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν* 1118. *τοῦ γε κατθανεῖν* Ai. 471. *τούς γ' αὐτὸς αὐτοῦ πολεμίους* 1111. *τόν γε πατέρα* El. 135 ch. Codd. Ven. et Aug. b. *τόνδε* absurde. *τήν γ' ἐμήν* 526. *οἵ γ' ἀγαθοί* Aload. VII. 2 (105 D.). *τοῦ γε κερδαίνειν* Creus. IV. 3 (325 D.). Idem in pronomine demonstrativo fieri solet. *τῆςδέ γ' ἀρχῆς οὕνεκα* Oed. R. 383. *τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός* Oed. Col. 655. *ἐκ τούτοιν γε — σκήπτροιν* 852. *τόνδε γ' εὐυφῆ πέπλον* Trach. 599. Nec tamen ea perpetua lex: *καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος* Ant. 221. *τὰς φρένας γε* 644. *τοῦ λόγου γε* 1168. *τοῦ θεοῦ γε* Oed. Col. 65. 1280.

5. Cum *verbo* componitur et quidem *modo indicativo*: *καὶ μὴν ἐρῶ γε* Phil. 656. *ὡς μέλει γε* 1026.; de qua formula v. Herm. ad Vig. p. 826. *ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γε* Phil. 1277. *οὐ γὰρ εἰςεῖδόν γέ πω* Oed. R. 105. *καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδέν* 345. *εἰ γὰρ οἶδά γε* 571. *εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος* Oed. Col. 27. *οἵδε γὰρ κρινοῦσί γε* 79.; quo loco nimis arguti sunt in expendendo *γε* et Reis. et Herm. Est vero nihil nisi *horum certe iudicium erit*. *ὡς οἶδά γ' αὐτός* 568. *εἰ καὶ δυνήσει γε* Ant. 90. *ᾧ δοκεῖ γε* 323. ut cod. Brunckii E. Laur. A. schol.: rell. *ἢν δοκῇ γε* ab interpretis alicuius manu. *ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆςδ' ἄρχειν χθονός;* Ant. 732. Nostrum *gar;* Latine haud inepte vertas *nempe*, rem inexspectatam in ridiculam partem trahendae idoneum. *καὶ τυγχάνω γε* 1171. *οὕτως ἔχει γ' ἡ πίστις* Trach. 587. *φησίν γε* El. 311. *οὐ γάρ ποτ' ἀμναστεῖ γ' ὁ φύσας Ἑλλάνων ἄναξ* 473 ch. Wakefieldus Silv. Cr.

t. III. p. 93. ἀμνασεῖ σε coniiciebat. Cum libris etiam Suidas facit v. ἀμνηστεῖ. καὶ μὴν ποιήσω γε 1034. καὶ μὴν ὁρᾷς γε παῦρα τῶν ἐμῶν κακῶν 1179. σφῷν δ' ἐννέπω γε 1359. Hermannus tolerabilem sensum in particula non dispiciens ἐννέπω 'γώ correxit: si quid video, male: v. hyperbaton γε. εἴπερ πέφυκά γε Aload. IX. 2 (107 D.). καὶ κλίνεταί γε Thyest. VI. 6 (239 D.). — Cum coniunctivo: κοὐ μὴ στερηθῇς γε Oed. R. 771. ὡς μὴ — οὕτω μ' ἀφῇ γε Oed. Col. 1281. μή μ' ἀτιμάσητέ γε 1411. καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γε 1434. προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενί Ant. 84. codd. Par. Aug. b. aliique minus boni προμηνύσεις. ὅπως — ἐκμάθῃς γ' ἃ δεῖ Trach. 618. — Cum optativo: οὐκ, εἰ διδοίης γ', ὡς ἐγώ, σαυτῷ λόγον Oed. R. 583. De Ai. 451. alius disserendi locus erit. — Cum imperativo: παῦσαί γε μέντοι Ai. 478. ξυλλάβετέ γ' αὐτόν Phil. 999. ὅρα γε μήν Oed. Col. 593. ἐπεὶθ' ἑλοῦ γε θάτερα El. 337. συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν 403. Suidas v. ἀλλὰ νῦν et v. συγγένεσθε particulam non habet. ἀλλ' οὖν ἐπίστω γε 1024. ὅρα γε μέντοι 1235. Μένου τ' ἐπιστρέφου γε Captiv. VIII. 17 (57 D.). scr. γ' ἐπιστρέφου τι. — Cum infinitivo non substantive dicto: νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν Phil. 1041. κλύειν γ' ἔφασκον Trach. 425. πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων El. 1498. — Cum participio: πεμφθείς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης Phil. 93. μὴ δόλῳ λαβόντα γε 107. οὐκ ἄρ' ὁ πέρσων γ' — εἴμ' ἐγώ 114. ergo ne sum quidem ego ille. ζῶντός γ' ἐκείνου 411. οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε εἷλέν με 936. ποῦ δῆτα νῦν ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται; Trach. 73. A plerisque libris γε abest, a Brunckio additum aptissime ex cod. B.; est etiam in Vat. Nos dicimus oder gar todt; Latini vix accurate possunt: vel, quod vix tamen putes. μὴ — φρονῶν γ' ἀποστραφῇς Oed. R. 326. μαθοῦσά γ' ἥτις ἡ τύχη 680 m. ἀλλ' ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο 848. τοῖς φυτεύσασίν γ' ὁμοῦ 1007. μὴ λέγων γε τοὔνδικον 1158. κἀκούσας γ' ἐμοῦ τοιαῦτα Oed. Col. 1354. ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἔξετον 1438. πρέπον γε τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ Ai. 530. θανόντος γ' ἄρξομεν 1047. τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην El. 290. φαίη δ' ἂν ἡ θανοῦσά γε 538., quod ut τοῦ τεθνηκότος γ' ὕπερ 544. substantive potius dictum.

6. *Adverbio* additur. οὐχὶ νῦν γε El. 542. οὔτοι μάτην γε 763. καὶ πρίν γε φωνεῖν 980. εὖ γ' ὦ τέκνον Phil. 327. πλήν γε 439. El. 897. τὰ νῦν γε Phil. 245. Oed. Col. 1747 ch. Trach. 1097. τοὐνθένδε γε Phil. 883. οὐδέποτέ γε 987. καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω 1261., quam formulam bene explicuit Fritzsch. Qu. Luc. p. 120. καὶ πέλας γ' ὁρᾷς 1280. ἀλλ' οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς Oed. R. 363. οὔτοι κακῶς γ' ἄρχοντος 629. μάλιστά γε 994. Trach. 666. ἥκιστά γε Oed. R. 1386. πρίν γ' ἂν ἐνδείξω Oed. Col. 48. τοῖς νῦν γε — μαντεύμασιν 388. πέρα γε 657. ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος 930. ὡς τάχιστά γε 1418. ὀλβίως γε 1718 ch.

εἴ γε Ant. 241. 1051. οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές 452. librorum quidem omnium et aliorum testium scriptura est, sed veri similis Hermanni correctio τε. ἄγαν γε λυπεῖς Ant. 569. Ai. 586. οὔκουν πάρος γε Ant. 980. αὐτοῦ γε βαιὸν ἀμμείνασα Trach. 334. φρενόθεν γε Ai. 182 ch. ἀλλὰ νῦν γε 284. οὐκ ἂν ἐνδίκως γε 1321, ubi v. Lobeck. σύ γε μέντοι τοῦτ᾽ ἐπίστασο 1349. Thomas p. 335. γε omittit. νῦν γε κἀπὸ τοῦδε 1355. Huc referenda adverbiascentia quaedam: πολλῷ γε μᾶλλον Oed. R. 1159. πολλῷ γε sc. ἄμεινον φρονῶ Oed. Col. 796. — Suo separatim loco quae tractentur dignae sunt interrogandi formulae, a quibus γε alienum visum nonnullis: v. Elmsl. ad Med. 1334. not. *f.* Herm. Cens. Opusc. vol. III. p. 254. et ad Philoct. 439. — πῶς γ᾽ ἂν — ψέγοις; Oed. Col. 981. Unum hoc Sophocleum exemplum adverbii.

7. *Praepositionibus* subiicitur. ἔκ γε τῆσδε γῆς Trach. 798. Phil. 524. Erf. olim ex Gernhardi coniectura ἔκ τε. οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης Oed. R. 357. πρός γ᾽ ἐμοῦ 376. Trach. 330. 735. ἔν γε ταῖς Θήβαις Oed. R. 1367. ἔκ γ᾽ ἐμοῦ Oed. Col. 51. Ant. 207. Trach. 461. ἔν γ᾽ ἐμοί Oed. Col. 151 ch. πρός γε πρᾶξιν Tr. 876. πρός γε τήνδε El. 602. Sensu nomen vel pronomen particula spectat, sed praemissae praepositioni eadem, sed perpetua lege, de qua in articulo vidimus, adhaerescit.

8. Denique post *coniunctiones* vi quadam sublevandas infertur. εὖτέ γε Phil. 1087 ch. οὐχ ὥστε γ᾽ εἰπεῖν Oed. R. 361. 1131. *non sic quidem, ut.* τὸ σὸν δέ γ᾽ οἶσθα 570. Ald. et Tricliniani τοσόνδε, quod recepit Brunckius: sed parum commode adversativa particula deest. De δέ γε, quod προσληπτικόν dicunt doctores veteres, quippe *assumptioni* constitutum, secundum Apollonium explicuit Reisig. ad Oed. Col. 1534. Et sic scribendum cum Fritzschio Qu. Luc. p. 121.: τὴν δέ γ᾽ οὐ μακροῦ χρόνου Oed. Col. 825. vulgatur τήνδε τ᾽ οὐ. — ὥσπερ γ᾽ ἡ φάτις Oed. R. 715. ἐάν γ᾽ αἱ τοῦδ᾽ ἀραὶ — τελῶνται Oed. Col. 1409. ὁπότε γε — κατεῖχον 1696 m. μηδέ γε μάτευε 1740 ch. οὐχ ὥς γε Ant. 566. οὐκ ἄν γε 743. ἐπεί γε δή 914. *quoniam quidem*, velut ἐπεί γε μὲν δή Trach. 484. ἐγὼ δέ γ᾽ ἄνδρ᾽ ὄπωπα Ai. 1129. εἴπερ γε El. 1207. οὐδέ γε 1339. Soloecum autem esse οὐδέ γ᾽ εἷς, quod Schneiderus ὁ ἀσοφόκλειος tragico impertivit Oed. R. 280., observavit Schneiderus ad Plat. Rpubl. t. II. p. 56. — Est ubi restrictivis coniunctionibus praemissum abundare videtur. πεμφθείς γε μέντοι Phil. 93. νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν 1041. αὕτη γε μέντοι σ᾽ ἡ τύχη διώλεσεν Oed. R. 442. σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία 778. ῥώμης γε μέντοι δεῖται 1292. τέλος γε μέντοι δεῦρ᾽ ἐνίκησεν μολεῖν σοι Ant. 233. μισῶ γε μέντοι 491. καλόν γε μέντοι μὴ ᾽ξ ἀβουλίας πεσεῖν El. 390. ὅρα γε μέντοι 1235., ex necessaria Blomfieldi correctione, cum μὲν δή, quae librorum scriptura

est, de rebus adhuc faciendis non dicatur. παῦσαί γε μέντοι Ai. 478. ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασο 1349., si ἀλλά γε coniungas. Fortior in his est addita particula, sed vix quisquam desideraret omissam. Similis res est in καὶ μήν γε Oed. R. 987. in γε δή (v. Hoogeveen. Doctr. Part. p. 224.) Ant. 914., γε μήν El. 961. Oed. Col. 593., ita quidem, ut μήν ad sententiam necessarium sit, γε confirmet; in γε μὲν δή Trach. 484.; γέ τοι δή Oed. R. 1171. Sed in γέ τοι Phil. 812. Oed. Col. 1326. Ant. 1051. Trach. 1202., et cum crasi πρέπον γε τἄν Ai. 530. utroque opus, γε ut extollendo, τοί copulando serviat, *tamen* significans. V. Fritzsch. Ep. Cr. ad Friedemannum p. XXVII. Reliquum particulae usum, ἀλλά — γε, ὅμως — γε, εἰ — γε, οὐ — γε, οὐ δή που — γε v. in ἀλλά, εἰ, ὅμως, οὐ. Unum addimus, de ἄν γε coniunctis non recte constituere Dindorfium innoxiae particulae hostem, qui ἄν produci sibi persuasisset, in praef. ad Sophocl. p. LVI.

B. Altera particulae ratio est, cum *in responsionibus maxime loquentis alterius verba spectat*, ut repetendum inde sit aliquid ad sententiam, in qua inest, absolvendam; sic duarum orationum quasi intermedio ponitur loco connectendae utrique serviens. Observarunt aliqua in hoc Pors. ad Or. 1234. Fritzsch. Qu. Luc. p. 120.; bene etiam Brunckio adversatus ad Med. 1362. scripsit Elmsleius, in responso, quod additamentum quoddam priorum contineat, post primum fere vocabulum γε solere poni; causam non addidit, sed patet. primo enim loco ponitur id, in quo maxima sententiae vis cernitur, et huic necessario γε attollendae dictioni constitutum adhaeret. οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς Philoctetes Neoptolemo respondet dicenti αἰσχρὸς φανοῦμαι, v. 895. — Τροίαν σ' ἑλεῖν δεῖ Ulixes Philoctetae dicit v. 986. Respondet hic οὐδέποτέ γε, 987. — μή πω γε Phil. 1395. Hercules caelo demissus ituros interpellat, ut assumendum sit ex eorum sermone στεῖχε. Tiresias Oedipo: εἴπω τι δῆτα κἄλλο Oed. R. 364. Respondet ὅσον γε χρῄζεις 365. — Oedipus: τότ' οὖν ὁ μάντις οὗτος ἦν ἐν τῇ τέχνῃ; 562. Creon: σοφός γ' ὁμοίως κἀξ ἴσου τιμώμενος 563. — Chorus: γύναι, τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω; 679. Iocasta: μαθοῦσά γ' ἥτις ἡ τύχη 680. sc. κομιῶ. — οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι; nuntius v. 993. Oedipus μάλιστά γε 994. — τεκοῦσα τλήμων (sc. δίδωσι); Oedipus: θεσφάτων γ' ὄκνῳ κακῶν famulus 1175. — ἑσθῶ; Oedipus: λέχριος γ' ἐπ' ἄκρου λάου βραχὺς ὀκλάσας chorus Oed. Col. 195 ch. — αὗται γὰρ ἀπόγονοι τεαί; chorus: κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί Oedipus 540 m. — ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται Oedipus: τά γ' οὐ τελεῖ chorus 885. — δοκεῖς παρεικαθεῖν; Creon: ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα chorus Ant. 1090. — ἢ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις; Deianira: ἴστω μέγας Ζεύς, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ Lichas

Tr. 398. — ἄπειμι Lichas. οὔ, πρὶν γ' ἂν εἴπῃς nuntius 414. — ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι; chorus: δεινῶς γε nutrix 895. — Aliud genus est, cum *colloquentium alter sermoni prioris aliquid subiicit uberius rem illustraturum.* Nuntius φεύγεις εἰς οἴκους μολεῖν; Oedipus: ταρβῶν γε μή μοι Φοῖβος ἐξέλθῃ σαφής Oed. R. 1011. Codd. ταρβῶ; illud ex Aldina Erfurdtius, quod in responsione participiis potissimum Graeci subiiciant γε. Et sane sic fieri oportet; nam cum γε causam quandam indicet, secundario enuntiato sive explicativo insit oportet, quibus in breve cogendis participia constituta sunt. Idem aliis locis fit. ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν Ant. 400. Et cum Antigone dixisset v. 513. οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο, Creon respondet πορθῶν γε τήνδε γῆν 514. Sed alia sunt, in quibus usitatissima verbi substantivi ellipsis admittitur, Phil. 33. 35., item ea, in quibus γε vocabulo respondendi simpliciter confirmando adiicitur, ut εὖ γ' ὦ τέκνον Phil. 327. ἄγαν γε Trach. 892. Ai. 962. δεινῶς γε Trach. 895. μάλιστά γε Trach. 666. φησίν γε El. 311., quibus omnibus ναί substitui licet. Cf. Elmsl. Cens. nov. ed. Iph. Taur. Marklandi ad v. 806. p. 201. Lips. Stallbaum. ad Plat. Sympos. p. 27.

C. Iam de *proprietate sermonis* in particula γε observanda dicendum.

1. *Iterari* videtur praeter necessitatem. πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; Oed. Col. 981. τό τ' ἄκον et τόδ' ἄκον, quod Reisigio placuit, in libris nonnullis scripta sunt. Elmsleius πῶς ἂν dedit, particulam in interrogatione non ferens. Neutra tamen abundat. Hoc dicit Oedipus: *Quomodo quidem, quod me certe nolente factum est, iure vituperes?* οὐκ ἂν γ' ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ Ant. 743. Laurr. Ricc. Aug. b. οὐκ ἂν ἕλοις, unde non colligas, ut Dindorfius facit, ἂν ancipitem habere mensuram, sed scribas fortasse cum Elmsleio et Hermanno οὔτἂν. Sed recte defendatur γε ex hyperbato. Alia exempla, quorum scriptura incerta, velut Phil. 1026. Oed. R. 1030. Oed. Col. 1280. alibi considerabuntur. Ceterum nihil offensionis habere in eadem sententia iteratum ἂν docuerunt Lob. ad Ai. p. 303. Heindorf. ad Plat. Euthyd. §. 15. Matth. ad Phoen. 550. et Alcest. 390. Herm. ad Ai. 1318. et ad Oed. R. 1030. Stallbaum. ad Phileb. p. 213. Matth. ad Eur. Phoen. 554. Klotz. Quaest. Crit. p. 25.; et ante hos iam observatum a Valckenario fuit ad Phoen. 557. Exemplorum ab hoc quidem congestorum unum eximendum Oed. Col. 379. (388 H.), in quo quippe est ἔγωγε.

2. *Non tenet suum ubique locum.* Initio versus semel Hermannus posuit El. 1252 m. τίς οὖν ἂν ἀξίαν || γε σοῦ πεφηνότος; at hos versiculos aut in unum contrahendos, aut priori adiiciendum γε censeo, sicut

in antistrophico τάν. At vere ὑπερβάτως positum his in exemplis reperitur: οὐκ ἐμοῦ Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ Oed. R. 712. Debuit enim ἀπ' αὐτοῦ γε dici, cum Apollo ipsius opponatur interpretibus s. ὑποφήταις, qui ὑπηρέται illic dicuntur. ὥςπερ γ' ἡ φάτις κρατεῖ 715. Legitima verborum positio haec erat: ὥςπερ ἡ γε φάτις. ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ 930. Potest quidem ad pronomen referri particula, sed haud paulo tamen gravior haec est sententia παντελής γε ἐκείνου δάμαρ οὖσα. πῶς δ' οὐχί (οἶδα) παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν; 1015. Debuit potius dici εἴ γε παῖς ἔφυν, *siquidem filius sum:* nec enim παῖς pronuntiando erigendum. καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ τὰ λῷστά σοι λέγω 1066. Vel καὶ μήν γε vel εὖ γε φρονοῦσα dicendum fuit. οὐχ ὥςτε γ' εἰπεῖν ἐν τύχει μνήμης ὕπο 1131. Verius erat οὔ γε, ὥςτε εἰπεῖν, quanquam inusitatum videtur, ut quis suspicetur scribendum οὐχ ὥςτε μ' εἰπεῖν. εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος Oed. Col. 27. Brunckius εἴπερ γ' ἐστίν. Probum vocat vulgatum verborum ordinem Schaeferus, et recte, si usum, non severiorem paulo rationem consideres. In Ant. 732., ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆςδ' ἄρχειν χθονός; nolim γε ad χρή referre, quae Hermanni sententia est Opusc. t. III. p. 254.; nam *oportet adeo* iam inest in γὰρ χρή. Ad ἐμοί refer. μάτην γάρ, ἄν εἴπῃς γε, πάντ' εἰρήσεται Phil. 1260. ἄν γε ex more usitato copulanda fuere. ἴσθι τοι τίσουσά γ' ἀξίαν δίκην El. 290. Aut ἀξίαν γε aut δίκην coniungenda. Sic explico etiam σφῷν δ' ἐννέπω γε τοῖν παρεστώτοιν 1359., ubi Herm. ἐννέπω 'γώ dedit; referendum autem γε ad τοῖν. ὦ τλῆμον Ἑλλάς — ἀνδρὸς τοῦδέ γ' εἰ στερήσεται Trach. 1103. Rectius erat εἴ γε τοῦδ' ἀνδρός aut εἰ ἀνδρός γε τοῦδε. εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἀνήρ Ai. 1247. Sic denique recte habet ille versus inutili coniectatione ab Hermanno tentatus Ai. 799.: σώζειν θέλοντες ἄνδρα γ' ὃς σπεύδῃ θανεῖν. θέλοντές γε enim iungenda; quo facto offensionis causa tollitur. Sed non sunt cum hyperbato dicta Trach. 67. El. 1212. Ai. 84. Ceterum solus adhuc Hermannus de hac legitimi positus vicissitudine observavit ad Ai. 799.

3. Multis locis ambigua est in hac particula, aut tamen sollicitata scriptura. Maxime confundi solent in libris γε et τε. τόδ' ἐξέπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς τύπος Phil. 29. Sic Tricl. recte. Ceteri στίβου τε, quod vitiosum, non quod indictum sit καὶ — τε, sed quod τε cum negatione coalescere in οὔτε solet. ποῖον γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς; Phil. 439. Libri paucis exceptis ποῖον τε plane absurde. Brunckius ex Florentis Christiani coniectura δέ. μόνον θεοὶ σώζοιεν ἔκ γε τῆςδε γῆς 524. Erf. ex Gernhardi quondam coniectura ἔκ τε non male, sed praeter necessitatem. ἔξοιδα δ' ὡς μέλει γε 1026. ἔξοιδά γε Laur. A. edd. vett. Turn. Steph. At Cod. Harl. ἔξοιδά τε. Illud, quod unice verum

est, primus recepit ex calce ed. Turn. Canterus. *ἀνδρός τ' ἀρίστου βασιλέως τ' ὀλωλότος* Oed. R. 257. bene editum ex Aug. a. b. Dresd. b. Ante Erfurdtium secundum ceteros libros, etiam Laur. A. Flor. tres *ἀνδρός γε*, non male, sed ut illud tamen longe sit significantius. Plane ita *καὶ σοί τε τοὔργον τοὐτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ* Oed. Col. 1120. ex Hermanni emend. ad Trach. 327. scribitur, cum libri habeant pro *τοὐτ' ἐμοί*, *τοὐμόν*, Triclinius *γε* et *τοὐμὸν ἔσται δή*, Reisigius totum locum vehementius refinxit. *σοῦ τ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ* Oed. R. 1030. Libri plerique *σοῦ γ' ὦ*; sed copulativa particula, ut nuntii et Oedipi dicta inter se concilientur, utique opus. Quare Elmsl., ut cod. Flor. Γ. habet, *δέ*, Hermannus olim *τε*. *εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας* Oed. Col. 261. recte Brunckius edidit ex schol. Rom.; libri *τάς τ'*. *ὡς μή γ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην — ἀφῇ γε* 1280. Edd. vett. *μήτ' ἄτιμον*; libri et Triclinius *μή μ' ἄτιμον*, quos sequitur Reisigius iteratum pronomen *με* aliquot exemplis defendens; *μή γε* Hermannus. *Ἰόλην ἔλεξας, ὥς γ' ἐπεικάζειν ἐμέ* Trach. 1210. Sic Schaeferus; libri *ὥςτε*. — Contra alibi minus recte *γε* in libris scriptum. *ἐςῳδά, τῆςδέ τε μαντεῖ' ἀκούων — τά τ' ἐξ ἐμοῦ παλαίφατα* Oed. Col. 453. Libri optimi *τῆςδέ γε*, quod idoneam rationem non habet. *τε* ex quatuor codd. Brunckius. *αἰτοῦ σύ τ' αὐτός, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ* 489. Sic recte ex tribus codd. Reis. Herm. Elmsl. Vulgo *σύ γ' αὐτός*, quod a sensu alienissimum. *αὐτός τ' ἐμαυτοῦ ξυμμάχων τε τῶν ἐμῶν* 1312. Apertum mendum *γε* omnes libri tuentur de Reiskii sententia sublatum. *μή σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ* 1419. Libri rursum *μή σέ γε*, defensum a Schaefero advocata formula *καὶ μή γε*, cui locum hic non esse observat Elmsleius. *στείχωμεν ἤδη μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα* 1538. Vulgo *μηδέ γε*: non male tanquam *προςληπτικόν* tuetur Reisigius paulisper mutatam illam scripturam *μὴ δέ γε*, quod in libris plerisque est; Par. A. Ricc. *μηδέν γε*. *μηδ' ἔτι* ab Hermanno est, asyndeton figuram placido sermonis generi non satis convenire arbitrato. *ὅπως μάθῃς — οὕςτινας τ' ἄγεις ἔσω, ὧν τ' οὐδὲν εἰςήκουσας ἐκμάθῃς γ' ἃ δεῖ* Trach. 335. Sic Erf. triplici *γε*, quod in libris est, offensus, quod per se quidem vituperabile non est, sed non convenit ad sententiam *οὕςτινας τ' ἄγεις* et *ἐκμάθῃς ὧν οὐδὲν εἰςήκουσας* coniungi postulantem. *εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα* Ai. 451. Vulgatur *γ' ἄν*; Mosq. a. *τ' ἄν*, unde *τἄν* scribendam recte monuit Elmsleius. *ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ θάλλοντά τ' εἰςήκουον* El. 940., quam librorum scripturam recte Triclinius explicuit *ἐν βίῳ*, nec tamen opus, quasi puerulis legendi imperitis tragici edantur, post *βίῳ* incidi; Brunckius et Schaeferus ex Iuntinis *θάλλοντά γε*, Reiskius olim *θάλλοντ' ἔτ' εἰςήκουον*

tentabat. De formulis *πολλή τ' ἀνάγκη* et *πολλή γ' ἀνάγκη*, quorum illud El. 301. a libris plerisque exhibetur sensu cassum, dictum est in v. *ἀνάγκη*. In Trach. 1201. *τἄλλα γ' ἔργασαι* in *μ' ἔργασαι* Triclinius mutavit, cuius etiam inepta correctio est *οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ* non minus perversae scripturae librorum *ὑφηγητοῦ δ'* Oed. Col. 503. Hermanno *ὑφηγητῶν ἄνευ* aut *ὑφηγητοῦ δίχα* scribendum videbatur. Vitiosa scriptura veterum edd. est *οὐ γὰρ δὴ τό γ' ἀρχαῖον δέμας* Oed. Col. 110., quanquam ab Elmsl. et Reisigio recepta; sic enim *οἰκτείρατε* subaudiendum esset, ad sensum inepte. Recte vero libri *οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας*, *haec enim, quam videtis, antiqua Oedipi species non est.* *ἄξιος γὰρ ὅδε γ' ἀνήρ* Oed. R. 763. Brunckius ex codd. A. B. T. E. Aug. (it. Bar. I. Laud. Bodl. 2. Dresd. a.); in C. D. (Dresd. b.) *ὅδ' ἀνήρ;* Aldus *ὡδ' ἀνήρ*, inepte. Brunckii autem scriptura sententiam efficit ipsa glacie frigidiorem. *ὁ γ' ἀνήρ* scholiastes legit, emendavit Hermannus, recepit Elmsleius. *τοῦδε τἀνδρός* pro vulgato *γ' ἀνδρός* Oed. R. 815. inutilis correctio Elmsleii est ad Med. 1334., not f., confutata ab Hermanno. Sed Oed. Col. 825. Fritzschius emendatum dedit: v. in *δέ γε*.

***Γεγώνω* loquor.** *τί γεγώνω;* Oed. Col. 213 m. vulgo *γεγωνῶ*. Alterum est in cod. Laur. A. Par. F. Ricc., diserte testante idem Eustathio p. 709, 43. *γέγωνέ μοι πᾶν τοῦτο* Phil. 238. Apud Homerum recte inflectebat Aristarchus, gravabat Ptolemaeus Ascalonites ap. schol. Il. *μ*. 337.; cf. Lehrs. de Aristarchi Stud. Hom. p. 315. Sed a ceteris poetis utramque formam receptam esse idem scholion documento est.

Γείνασθαι. De patre: *οὔ σ' ἐγείνατ' οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἐγώ* Oed. R. 1020. *πατρός, ὅς σ' ἐγείνατο* Ai. 1151. De matre: *μητρός, ἥ μ' ἐγείνατο* El. 253. *ἥ σ' ἐγείνατο* Alcm. II. 2 (om. D.). Praesente *γείνομαι* tragici abstinuerunt.

***Γείτων* vicinus.** Adiective dictum: *Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαί* Ai. 414 ch. *γείτονάς τε Νυμφάς* Trach. 214 ch., quod quomodo intelligi debeat, ab Hermanno annotata ad v. 634. docent. — Substantive: *ἀλκὴν γειτόνων* Oed. Col. 1522., quod *praesidium adversum vicinos* significat; quanquam alii aliter distinguunt. — De figurato vocis usu v. Blomf. gl. Sept. 343. De accentu v. Arcad. p. 16, 23.

***Γελαστής* irrisor.** *οὐχ ὡς γελαστὴς — ἐλήλυθα* Oed. R. 1422. Suid. v. *γελαστής*. De accentu v. schol. Il. *ε*. 158. Etym. M. p. 436, 11.

***Γελάω* rideo.** I. *Formae activi:* *γελῶ* Ant. 547. *γελᾷς* El. 868. *γελᾷ* Phil. 1110 ch. Ai. 376. 936 ch. *γελῶσι* Phil. 258. El. 1142. *γελώντων* imperativus Ai. 940. *γελᾶν* El. 1292. Ant. 479. Ai. 79. 990. *γε-*

λῶν Ai. 1022. *γελῶντας* El. 1287. — *passivi.* *γελῶμαι* Ant. 832 m. *γελᾶσθαι* Oed. Col. 1425. *γελώμενος* Phil. 1012. Reliquae verbi partes non leguntur.

II. *Usus.* 1. Proprie dictum, ut laeti animi documentum risu datum referat: *ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται* Ai. 376. Suid. v. *ξὺν τῷ.* *ἥδιον γελᾶν* 990. *ἦ μέμηνας — κἀπὶ τοῖς σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς;* El. 868. risus est insanientis, quidque faciat ignari. *χαίρειν καὶ γελᾶν ἐλευθέρως;* 1292. — *Malignum gaudium* adsignificatur: *γελᾷ δὲ τοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν πολὺν γέλωτα* Ai. 936. *οἱ δ' οὖν γελώντων κἀπιχαιρόντων κακοῖς* 940. *εὐτυχοῦντι — γελᾶν (πάρεστι)* 990. *τάχ' ἂν κακοῖς γελῶν — ἐξίκοιτο* 1022. *οἱ μὲν — γελῶσι σῖγ' ἔχοντες* Phil. 258. *γελῶσι δ' ἐχθροί* El. 1142. *γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν* 1287. Hac significatione casus non adiungitur, nam *κακοῖς γελᾶν* Ai. 1022. est *propter mala* ridere, v. Elmsl. ad Bacch. 840. — 2. Transfertur ad *irrisionem*, protervitatis (*ὕβρεως*) vel contemptus indicium; itaque vel accusativum adsciscit vel genitivum personae, illud enim recte conieceris ex passivo *οἴμοι γελῶμαι* Antig. 832 m. *τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα* Oed. Col. 1425. *γελώμενος πρὸς σοῦ* Phil. 1012 m. Genitivus reperitur secundum rectam distinguendi rationem ab Hermanno profectam Phil. 1110 m. *γελᾷ μου, χερὶ πάλλων τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν:* quanquam virgula, dum recte intelligas, opus non est. Praepositio ponitur Ai. 79. *εἰς ἐχθροὺς γελᾶν.* Nude dictum est *καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν* Ant. 479. Deinde cum *παρηχήσει* s. *παρονομασίᾳ* Attica dictum *γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ* Ant. 547. v. Lobeck. monogr. fig. gramm. p. 7.

Γέλως. I. *risus* et *sincerus* quidem a maligno animo alienus: *γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα* El. 1302. Triclinius cum codd. Ien. Aug. b. (hic supra scripto ον) *φαιδρῷ.* Veram scripturam praeter Laur. A. Eust. tuetur p. 455, 45. *malignus:* *ἦ που πολὺν γέλωθ' ὑφ' ἡδονῆς ἄγεις* Ai. 375 m. Mosq. b. Suid. v. *ἄλημα, γέλων,* quod propter insuaviores numeros Elmsleius, rectius eo confutat Lobeckius, quod bisyllaba forma non nisi adigente metro apud tragicos exstet dicta. *γελᾷ τοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν πολὺν γέλωτα* Ai. 937. *φῦσαι — πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων* Ant. 643. *οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;* Ai. 79. *εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ* Ant. 547. Irridendi in verbo, risus in nomine significatio inest, v. Lobeck. monogr. fig. gr. p. 7. — *Σαρδάνιον γέλωτα* huc refer, quem in Daedalo Sophocles posuit fr. II (171 D.). — 2. *Irrisio.* *συντιθεὶς γέλων πολὺν* Ai. 296. cod. Ien. *πολὺν γέλων.* *οἴμοι γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα* Ai. 360. materiem enim et causam irrisionis sese inimicis dedisse Aiax veretur. Ipsum

eum qui ridetur significat: *μὴ — γέλως — ξένῳ γένωμαι τῷδε* Oed. Col. 906. cf. Schaefer. App. Dem. t. I. p. 781. — Accentum observavit Arcadius p. 93, 17.

Γέμω refertus sum. Proprie dictum videtur in Pandora I. 2 (429 D.). *πλῆρες ἐκπιόντι χρύσεον κέρας τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης.* qui versus sic quidem scripti sensu carent, emendandi via haudquaquam facilis; puto tamen *ἐκπιὼν σύ* et *γέμον τε* scribi posse. Aliquid tralationis inest: *πόλις — θυμιαμάτων γέμει, ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων* Oed. R. 4., quo versu usi sunt Aristot. de Mundo c. 6. Plut. de Multit. Amic. p. 95, C., quo loco cf. Wyttenb.; idem de Superst. p. 169, E.; de Virt. Mor. p. 445, D.; Qu. Symp. I, 5. p. 623, C.; Themistocl. p. 307.; Eust. p. 878, 23. 1085. 46.; Suid. v *πόλις*; Schol. Plat. p. 10.; Gr. Hermanni p. 467. — *βοῆς τε καὶ δυσφημίας γέμων* Phil. 864.

Γενεά. Varias vocabuli significationes tetigit Gr. Bekk. An. p. 231, 11. 1. *genus et ortum* significat. *γενεᾷ τίμιος* Ant. 939 ch. *ἐκ πατρῴας γενεᾶς ἄριστος* Ai. 623 ch. — 2. *genus ipsum hominum*, cum universe: *ἰὼ γενεαὶ βροτῶν* Oed. R. 1186 ch. — tum de *singularum gentium progenie*: *ναὸς ἀρωγοὶ — γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν* Ai. 201. *οὐδὲν ἐλλείπει (ἄτας) γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον* Ant. 581 ch. *οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος* 591 ch. Schol.: *τὸ γένος τὸ ἐπιγιγνόμενον οὐκ ἀπαλλάσσει τὴν γενεάν, ἀλλ' ἀεὶ ἐν συμφορᾷ ἐστί.* — *ὦ γένος, ὦ γενεὰ τάλαινα* El. 1405 ch. Pelopidae sunt; schol.: *ὦ γενεὰ τοῦ οἴκου τούτου.* — 3. *proles viri certi*: *τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς* Ai. 189 ch. Ulixis, quem Sisyphi ferebant. Afferunt Suid. v. *ἄσωτος* et *Σίσυφος*, Eust. p. 1701, 59. Incertum quo sensu dixerit Sophocles *ἀείζως γενεά* fr. inc. CV. 13. (806 D.) ap. Gr. Bekk. An. p. 347, 25. — Accentus periecticorum legitimus est.

Γενέθλη progenies. *ὦ γενέθλα γενναίων* El. 127 m. Chorum alloquitur Electra. *γένεθλα* Laur. A. a prima manu: post *γενναίων* codd. et Ald. *πατέρων.* alii *τοκέων* adiectum monstrant, quod tanquam interpretis commentum dudum eiecit Herm. El. D. Metr. p. 435. — Eodem modo dictum *ὦ φιλία γενέθλα* El. 219 m., quod Suidas affert v. *καίρια.* — Media utrobique, cum in thesi sit, corripitur. Accentum generis observavit Arcad. p. 107, 22.

Γενέθλιος natalis. *οὔτε βλάστας γενεθλίους — εἶχον* Oed. Col. 976. de paterna maternave stirpe se plane ignarum fuisse dicit Oedipus. (ε̄, ut in arsi, producitur).

Γένεθλον proles. *νηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ κεῖται* Oed. R. 180 ch. *τὰ θνητῶν γένεθλα* 1425. *genus humanum.* — *παῖ Διὸς γένεθλον* Ant. 1135 ch. Bacchus. Sensum deleta post *παῖ* virgula bene explicuit Herm.;

est enim γένεθλον praedicatum, ὁ ἐκ Διὸς γενόμενος παῖς. — ὦ γένεθλον Οἰταίου πατρός Phil. 451. edd. vett. et libri, ut videtur, γενέθλιον, praeter Laurr. tres, Ricc.; item Triclin. et Steph. Byz. v. Οἴτη.

Γενειάς *barba*. ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο Trach. 13. Suidas v. γενειάς.

Γένειον *barba*, *os inferius*. φοίνιαι — γλῆναι γένει' ἔτεγγον Oed. R. 1277. — γένειον ὧδε διηλιφὲς φοροῦντα Synd. III. 1 (148 D.). Sententia docet, dici aliquem, qui ciborum avide devoratorum adipe perunctam faciem gerat: qui cum adolescens fuisse indicetur, barbae mentio aliena, et *os*, inprimis *mentum et maxillae* intelligendae. — In obtestandi formula est πρὸς γενείου El. 1199. et ap. Eust. p. 129, 15. — Accentum notavit Arcad. p. 121, 5.

Γένεσις *origo*. πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου Trach. 379. Stephanus scribi etiam γένεσις adnotat, quod nusquam adhuc comparuit.

Γενέτης *filius*. ὁ Διὸς γενέτας Apollo Oed. R. 470 ch. Sed quod de γαμβρός et πενθερός olim notavimus, idem de hac voce certum est. Nam *patrem* rectius dici γενέτην consentaneum est, fecitque Euripides Or. 1002. Callimachus epigr. p. 22. Sed *filium* eidem Euripidi significat Ion. 913. et epigr. adesp. auctori A. Pal. t. II. p. 167., eaque analogia latius patet. Nam αἰειγενέτης iam Homero passive dictum est, velut γηγενέτης, id quod γηγενής apud Euripidem Phoen. 128., εὐγενέτης pro εὐγενής apud Leonidam Alexandr. (Anth. Pal. t. II. p. 119., τύχη εὐγενέτειρα *fausto omine procreata* ep. adesp. 788. A. Pal. t. II. p. 265. Et si recentiorum poetarum vocabulis in ηρ et ειρα exeuntibus mire luxurians sermo γενετήρ et γενέτειρα de *parentibus* maxime crebro usu trivit, tamen etiam de *filia* posuit γενέτειρα Euphorio fr. XLVII. v. Meinekium p. 112. — De accentu praecipiunt Apoll. de adv. p. 545, 25. schol. Il. ν. 382. Etym. M. p. 436, 1.

Γενῆς *ligo*. οὔτε του γενῆδος ἦν πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή Ant. 249. Hesychius γενῆδα, ἀξίνην, πέλεκυν, sed non ex hoc loco, id quod ex casu accusativo intelligi licet. Bene Musgr. de duobus monet ligonum generibus, altero, quod pede premitur, altero, quod supra caput elevari solet.

Γενναῖος. 1. Hominem primum *ortu generosum* significat. γενναία τις Trach. 308. Specie enim Iole nobile genus prae se ferebat. ἴθ' ὦ γονῇ γενναῖε Oed. R. 1469., quod male vulgo *non incestis parentibus ortum* explicant: v. γονή. εἰ γενναῖος, πλὴν τοῦ δαίμονος Oed. Col. 76. Suid. v. δαίμων. εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις Alet. IV. 1 (91 D.). Nobile enim genus facile quis de se praedicat, virtutem non item, nisi impudens sui iactator. τοὺς ἐκ γενναίων γεγῶτας Alet. VII. 3 (94 D.).

ὦ γενέθλα γενναίων El. 127 m., quod eo tempore eisque moribus recte dicebatur, quibus forma corporis et honesta animi indoles hereditarium nobilium bonum putabantur. Deinde *generosum animum* hominis indicat. δεῖ σε — γενναῖον εἶναι Phil. 51. τοῖσι γενναίοισί τοι τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν 473. ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον 788. ὦ γενναῖε 790. Oed. R. 1510. γενναῖός περ ὢν Phil. 1057. ὡς ἀνὴρ γενναῖος Oed. Col. 1632. ὅδ' ἐχθρὸς ἀνήρ, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν Ai. 1334. ἄνδρα γενναῖον Phaedr. II. 1 (605 D.). Inde cum irrisione dictum ἡ λόγοισι γενναία γυνή El. 279. — 2. De re dictum imprimis *honestatem ingeneratam* significat, sive *praeclaram indolem*. τὸ γενναῖον Oed. Col. 8. τὸ σὸν γενναῖον 575. ὄναιο — τοῦ τε γενναίου χάριν 1046. Inde *quod honestatis indicium est*: γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος Phil. 1388. Neglecta in hoc vocabulo caesura adeo perculit Porsonum et alios, ut alii alia tentaverint. V. Herm. l. c. et El. D. M. p. 37. 82. Hoc modo explicandum etiam illud Oed. Col. 1636. τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ χωρεῖν: *ferentes quod generosum est*, in quo ferendo generosa indoles conspicitur, quam interpretationem optime firmavit Hermannus Euripidis versu ἔργον τλᾶσα γενναῖον τόδε Alcest. 627. Reliqui interpretes notabiliores τὸ γενναῖον adverbiascere putabant, pro γενναίως dictum. — Plane solitarium est χωρεῖ πρὸς ἧπαρ — γενναία δύη Ai. 918. ἡ ἰσχυρά schol.

Γεννάω procreo. Proprie: ὁ γεννήσας πατήρ El. 1404. τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη Oed. Col. 376. Tralate de *corpore alendo*, velut vulgo dicitur τρίχας, γένειον, ὀδόντας φῦναι —: ἄνδρα χρή, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα, δοκεῖν πεσεῖν ἂν Ai. 1056. φύσῃ gl. in Brunckii libris tribus. Illustravit Lobeckius.

Γέννημα. De *liberis*: παίδων τῶν σῶν νέατον γέννημα Ant. 623 an. γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ἐσχάτοις Trach. 314. nobilis alicuius Iole Oechaliensis proles vocatur. Scholiastae verba δῆλον ὅτι προὔχουσα ἐν εὐγενείᾳ rem non tangunt. τῶν Λαΐου — τις ἦν γεννημάτων Oed. R 1167. ad sensum dictum, cuius rei exempla collegerunt Pors. et Schaef ad Eur. Phoen. 1730. et hic ad Aristoph. Plut. p. XXXIV. ed. Lips. — Sed *genus et indolem ingenitam* significat δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς τῆς παιδός Ant. 467., quae verba sic ordinanda, τὸ γέννημα τῆς παιδὸς δηλοῖ ὠμὸν (ὄν). — Antiquam et probam vocem esse negat Phryn. p. 286., sed non universe de prole animantium cogitasse significanda grammaticum, sed de frugibus, perite docuit Vir Summus Lobeckius.

Γεννητής genitor. παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν Oed. R. 1015. Ἥλιος — ὃν οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν inc. XCI. 2 (772 D.). — De tono v. γελαστής.

Γεννήτωρ *genitor.* Ἴναχε γεννᾶτορ Inach. II. 1 (256 D.).

κτον; 413. ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ; Ant. 397. μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφι βουλεύει κτανεῖν; 768. Nec facile omittitur δέ in einsmodi interrogatione. Apud Sophoclem ter fit, in τί οὖν Phil. 100. et in τί ἐστι Phil. 723. 743., quibus Porsonum secutus δέ interposuit Erfurdtius. Adversatur Hermanno subscriptore Martinus, et Euripidea quaedam exempla iam Marklandus collegerat ad Suppl. 109. et Musgr. ad Phoen. 906., sed ea adeo pauca et cum discrepantia quaedam scripturae, ut non multum absim, quin librariorum tribuenda censeam imperitiae. Apud Comicos autem is hiatus creberrime reperitur. — Nullam interrogandi, nisi in sono, notam haec exempla habent: ἄλλος δ' οὔτις ἐν πένθει βροτῶν; El. 232. βίου δὲ τοῦ παρόντος οὐ μνείαν ἔχεις; 384. σὺ δ' οὐχὶ πείσει; 394. τί φῄς; αὐδᾷς δὲ ποῖ; 845. σὺ δ' οὐκ ἐπαιδεῖ —; Ant. 506. ὅταν δὲ χεῦμα τοὐπ' ἀκήρατον λάβω; Oed. Col. 472. τὰ δ' ἄλλ' ἐρῆμα —; Phil. 34. στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ πράσσων τάδε; 1234. λέγεις δ' Ἀτρείδαις ὄφελος ἢ 'π' ἐμοὶ τάδε; 1370. ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν — κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου; Oed. R. 529. ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτά —; 579. εἰ δὲ ξυνίης μηδέν; 628. πεφασμένου δὲ τίς ποθ' ἡ προθυμία; 838., quod non in traiectionis exemplis censendum. — De δέ in interrogandi formulis observarunt Pors. ad Phoen. 1373. Iacobs. ad Anth. Pal. t. III. p. 355. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 19.

8. Item *responsum* orditur δέ. σὺ δ' ἄθλιός γε ταῦτ' ὀνειδίζων Oed. R. 372. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν 379. Hanc librorum, Suidae v. πῆμα et Plutarchi Consol. p. 117. A. scripturam temere Brunckius expulit γε scribendo. At illud longe fortius, quippe refutando homini cum quadam miratione instantis, ut nos dicimus *er ist aber gar kein Unheil für dich.* τὸ σὸν δέ γ' οἶσθα 570. Brunckius ex Ald. et codd. nonnullis, in quibus Aug. b., τοσόνδε. αὔτως δὲ καὶ σύ 931. γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον Oed. Col. 396. ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον 598. Stobaeus Serm. XX. et cod. Laur. B. δέ omittunt, eiecitque Brunckius. Restituerunt recentiores editores, et servandum utique; sed expellendum esset, nisi certum esset (quod non omnes eos scivisse puto, qui longinqua ellipsi locum sublevatum ibant) etiam in interrogatione δέ post alloquendi demum vocativum nonnunquam poni. σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν 844. ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι 1445. ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα Ant. 92. τὸ δ' ἐκ τυράννων (γένος) αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ 1043. τοιαῦτα δ' ἂν λέξειεν οὐχ ὁ τοῦ κακοῦ κοινωνός Trach. 726. σὺ δ' ἀντακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται Ai. 1120. ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὄπωπα μωρίας πλέων 1129. πατὴρ δὲ τούτων, οἶδα, συγγνώμην ἔχει El. 391. — De hoc particulae in responsis usu observarunt Pors. ad Med. 139. XIII. Reisig. C. Cr. in Oed. Col. p. 279.

9. Facili hinc transitu in *ordiendo sermone* universe, inprimis *narratione* positum reperitur. Notarunt Erf. ad Antig. 1181. et Wex. l. c. (1174). *ἐγὼ δέ* Phil. 319. Ant. 1181. *σὺ δέ* Ant. 527. Trach. 1147.

10. Aliquando extra principalis orationis nexum ponitur quasi *παρενθέτως*. *κόρην γάρ, οἶμαι δ' οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην* Trach. 533. *κακῶς ,ὄλοισθ'· ὀλεῖσθε δέ* Phil. 1024. Libri omnes fracta sententia *ὄλοισθε δέ*. Illud Brunckio debetur. *ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ· καὶ ταῦτ' ἐπίστω* 1308. *εὖ τοῦτ' ἐπίστασ', ὅρκιος δέ σοι λέγω, εἰ μή* — Ant. 305. *εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ τἀληθῆ λέγειν* inc. XXIII. 14 (678 D.). Simili modo dictum Trach. 523 ch., nisi interpolatus locus est, quem duplicis habere recensionis vestigia Hermannus existimat. De Trach. 736. v. 5. 13.

11. Postremo velut *γε* singulis pronominibus cum vi efferendis applicatur. *ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν* El. 147. Brunckio si fides habenda, in membr. *σέ ,σ' ἔγωγε* exstat, ut ipse edidit. Hoc longe rectius statuit Porsonus ad Or. 614. *ἰήιε Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη* Oed. R. 1097 ch. *ὦ Βακχεῦ — σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας στέροψ ὄπωπε λιγνύς* Ant. 1113 ch. *οἱ δ' εἰσὶ ποῦ γῆς;* Oed. Col. 106. i. q. *οὗτοι δέ*. — *τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν θανεῖν ἐμέ* Trach. 1162. Libri *τόδ' ἦν;* emendavit Wyttenb. Bibl. Cr. III. 2. p. 11. *τὴν δέ γ' οὐ μακροῦ χρόνου* Oed. Col. 825. v. 5. 12. Eadem emendandi ratione indiget Alet. VII. 8. (94 D.): *τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους, τοὺς δὲ τὴν ἐναντίαν δίκην κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ τίσαι* (*ἐχρῆν*). Legitur *τούσδε τήν*, quasi praesentes adessent. Sed alia quaedam exempla traiectionem habent unde explicentur: Oed. Col. 508. 592. Ai. 1388., qua admissa, legitimam sermonis cum adversativa quadam significatione mixtam continuandi vim habere videbitur *δέ*, non applicari ad pronomen.

12. Subiunctum aliis particulis *δέ* suis locis memorabitur. Paucis praeponitur, nisi rursus praecedat alia, quod genus ipsum quoque ab hoc loco alienum.

δὲ γάρ ut *ἀλλὰ γάρ* coniungi videntur. *ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως;* Ai. 663. cf. Herm. Porsonus olim *ἐγᾦδ', ἐπίσταμαι γάρ* coniecit ap. Kidd. p. 220.

δέ γε. *τὸ σὸν δέ γ' οἶσθα* Oed. R. 570. *τοσόνδε* Brunckius ex codd. quibusdam, in quibus Aug. b.; Triclinius *τόσον δέ γε*. *ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὄπωπα* Ai. 1129. *ego autem certe*. Dixerunt de his particulis coniunctis Herm. ad Oed. R. l. c. Reisig. ad Oed. Col. 1534. Bornem. ad Xen. Conviv. p. 112. Et recte puto emendasse Fritzschium *τὴν δέ γ' οὐ μακροῦ χρόνου* Oed. Col. 825., quo loco librorum scriptura *τήνδε γ' οὐ*

certatim a doctis mutata est, ut scriberetur τὴν δέ τ' οὔ (Quaest. Lucian. p. 121.).

δὲ δή. ἐγὼ δὲ δὴ τάφον χώσουσ' ἀδελφῷ — πορεύσομαι Ant. 80. Sed Phil. 807. libri plerique τί δὲ δὴ πλέον φρονεῖς, Laurr. Flor. Γ. τί δὴ πλ. φρ., B. Vat. σε τί δή, Harl. τί πλέον, quae omnia metro coarguuntur. Erf. ἢ τί δή, Hermannus εἴ τι δή, quod verius.

δ' οὖν nectendi sermonis cum ratiocinatione vim habet (so denn). σὺ δ' οὖν — φῆσαι Oed. R. 310. τὰ δ' οὖν — συλλαβὼν θεσπίσματα κεῖται — Πόλυβος 971. σὺ δ' οὖν λέγε El. 879. ἴστω δ' οὖν ὅπως ὑμῖν φίλον Oed. Col. 1207. σφῷν δ' οὖν ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν 1441. εἰ δ' οὖν *sin contra* Ant. 713. Oed. R. 851. τὰ δ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου Ant. 765. μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται 881. ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι 1236. Brunckius ex vestigiis exstantibus in quibusdam libris, qui ἐμοὶ δ' οὖν exhibent, ἔμοιγ' οὖν dedit. σὺ δ' οὖν — χρῶ χειρί Ai. 114. σὺ δ' οὖν ἄκουε τοὔργον Trach. 1147. χαλεπώτατα δ' οὖν 1263 an. Sed in Antig. 684. dubitari non potest, quin recte Hermannus scholiastae scripturam receperit σὺ δ' οὐ πέφυκας πάντα προσκοπεῖν; vulgatur σοὶ δ' οὖν, Brunckius σοῦ, quod in Laur. A. exstat supra scripto ί. — De illis particulis coniungendis disseruerunt Hemsterhus. ad Luc. Dial. Marin. XIV. Herm. ad Suppl. 843. Matth. ad v. 821. Elmsl. ad Oed. Col. 507. Reisig. Enarr. p. CLXXV.

δέ et ἀλλά quando iuxta ponuntur, ἀλλά adverbium est et cum sequentibus colligandum, velut τοιαῦτα δ' ἀλλὰ καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν El. 329.

13. Δέ saepe reperiri, ubi non minus commode τε dicatur, observavimus. Haec et in libris et ab editoribus confunduntur. In Phil. 632. pro πάντα λεκτά, πάντα δὲ τολμητά Erf. secundum Wakef. inutili correctione τε scripsit. Contra in Oed. R. 78. cum recte legatur et in codd. omnibus εἰς καλὸν σύ τ' εἶπας, οἵδε τ' ἀρτίως Κρέοντα προσστείχοντα σημαίνουσί μοι, schol. οἱ δέ γ' ἀρτίως. Oed. R. 1224. οἷ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰσόψεσθε mutavit Elmsl., οἷά τ' scribendo, sed errasse sese fassus ad Med. 21. 1039. Vitiosa scriptura erat Oed. R. 18. οἱ δέ τε; recte Erf. οἵδε τε ex Suid. v. λεκτός; aberrarant librarii respicientes οἱ δέ versu proximo referendum ad id, quod praecessit οἱ μέν. Errore omissum in libris plerisque (solus Flor. Γ. ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν δέ, hoc posterius mendose) δέ addidit ex Suida v. ὀρθῆς Erfurdtius Oed. R. 528.: ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς — κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα. In Phil. 1004. Triclinianum est καὶ νῦν δέ με; recte editum καὶ νῦν ἐμέ. In Trach. 736. cum in libris sit τὸν ἄνδρα τὸν σὸν

ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα, κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ, Hermannus probabiliter τὸν σὸν ἴσθι τόνδ', ἐμὸν λέγω, quanquam ille articulum plane damnans fallitur; possit enim illud τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα tanquam parenthesi interpositum explicari, cuius generis exempla olim attulimus. In Ai. 931. ἄγαν ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν omissa particula scribendum cum Laur. A. Flor. Γ. Ven. Augg. schol. Rom. Pro eo γε est in multis libris. Trach. 142. emendandum diximus.

14. Postremo de *positu et loco particulae* agendum. Connectendo sermoni constitutam haud procul abesse a principio sententiae debere clarum est, quoniam usu invaluit, ut primum in ea locum non teneret. Consentaneum autem eis potissimum vocabulis subiici, in quibus cum sensu ipso, tum sono vinculum quoddam cum oppositione contrariorum intercedens notatur. Ab hoc lege *primum* illud discedit, quod articulo et praepositioni et particulis sententiae formam regentibus (velut εἰ, ὅτε, ἐπεί) subiici solet, etiamsi ad nomen insequens spectat. Notanda igitur exempla ea sunt, quae *nomini*, non *articulo* illatum δέ monstrant. ὅστις — τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός Oed. R. 389. τὸν τελευταῖον δ' ὅλον Oed. Col. 480. Sin praepositio cum articulo vel pronomine et nomine coniuncta inest, etiam praeponi articulo potest. ἐν δὲ τοῖσδ' ἴσος Oed. R. 677. ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν κῆρυξ 752. ἐκ δὲ τῶν Oed. Col. 746. *Deinde* pro versuum componendorum commodiore libertate etiam in hac vocula sibi maiorem licentiam iure poesis deposcit. Igitur *pluribus verbis postponitur.* εἰ μὴ θέλοι δέ Phil. 614. σὺν τέχνῃ δέ 764. φόνον φόνου δέ 947. πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν 959. τὸ καλῶς δ' ἔχον Oed. R. 881 ch. ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος 1282. ἄνευ σοῦ δέ Oed. Col. 1347. στόνῳ βρέμουσι δέ Ant. 588 ch. τὰ πρὶν δ' ἔργα Ai. 669 ch. πρὶν ἰδεῖν δέ 1398 ch. ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι Eriph. 1 (202 D.). κάλλιστα τεύχη δ' ἐν καλοῖσι σάγμασι inc. CV. 154 (939 D.). ἂν δ' ἔρῃ Oed. R. 749. propter crasin facilius excusatur. De hoc particulae positu v. Schaef. ad Oed. R. 749. Erf. Obss. in Athen. p. 225. Elmsl. ad Eur. Bacch. 165. Poppo de Eloc. Thucyd. vol. I. p. 302. Fritzsch. Quaest. Luc. p. 100. Verum tertio loco poni eam necesse, quando praepositio cum casu tam accurate coniungitur, ut interponi nihil possit. Sic in interrogandi fit formulis: παρὰ τίνος δ' ἀφιγμένος; Oed. R. 934. ἐν τῷ δὲ κεῖσαι τοῦ μόρου τεκμηρίῳ; Oed. Col. 1506. Recte Herm. El. 1414. Ὀρέστα, πῶς κυρεῖ δέ; scripsit. δέ in libris omissum versum claudum reddit. Tricl. inepte inculcavit γε. Brunckius sequentia correxit τά γ' ἐν δόμοισι μέν pro τἀν δόμοισι μέν scribendo, quod antistropha falsum arguit esse. Elmsl. κυρεῖτε coniecit. v. Herm. In Oed. R. 525. nunc ex Laur. A. Pal. et vestigiis Laur. B. Flor. Γ. rectius scribitur τοῦ πρὸς

δ' ἐφάνθη; olim πρὸς τοῦ δέ. Nec aliter dici potuit in Polyx. IV. 2 (471 D.). ἀπ' αἰθέρος δὲ κἀπὸ λυγαίου νέφους. — *Porro* aliquando ponitur ὑπερβάτως: De traiectione interrogandi formularum vidimus. Alia haec sunt: τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι τοιάνδ' ἀεί μοι σύμμαχον παρεστάναι Ai. 116. debuit enim τοῦτο δέ σοι, cum pronomen σοι sono et vi careat plane. ὅτι λέξω δ' ἀπορῶ Oed. R. 485 cl. ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν 528. rectius erat ἐξ ὀρθῶν δ' ὀμμάτων. Ἀντιγόνη, σὺ δ' ἐνθάδε Oed. Col. 508. pro σὺ δ', Ἀντιγόνη. — ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον 598. παῖ, σὺ δὲ πατρὸς — φιλότητι θιγὼν Ai. 1388. ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε Ant. 1074. φέρω δ' ὅμως Oed. Col. 421. pro ὅμως δὲ φέρω. — *Tandem* aliquando *in fine versus* ponitur: Phil. 447. Oed. R. 29. 553. 785. 1224. Oed. Col. 17. Ant. 1018. El. 440. 1005.; ita quidem, ut ultima eius versus verba cum sequenti arcte cohaereant, quare aut proxime praecedere aut sequi distinctionem videmus. Ab *initio* versus ne in melicis quidem positum reperitur; nam quod olim sic rem ordinaverat Hermannus Oed. R. 1090. (1097.), nunc mutata versuum distribuendorum ratione sublatum videmus.

Encliticum olim nonnullis visum δέ, ut Choeroboscus testis est p. 229, b. cf. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 77., nec sane absonum hoc in ea particulae significatione. Sed cum non videantur persuasisse communiter omnibus qui in ea sententia erant, inutile est vestigia eius scripturae hic illic in codd. et Aldina latentia colligere.

ΔΕΑΣ. δέατος δέους explicans ex Cedal. IV. 2 (305 D.). Hesychius affert, et hoc locupletior testis Herod. π. μον. λέξ. p. 30, 27. ὑπὸ τοῦ δέατος. Quod apud hunc scriptum, ἐν Κηδεμόνι σατυρικῷ Dindorfius correxit. Idem Herodianus δέας ipsum dictum esse nomini testimonio suo confirmat.

Δέδια et δέδοικα. Praesens enim non comparet. I. *Formae.* δέδοικα Phil. 491. 1252. Oed. R. 767. 1074. Ant. 1100. Trach. 305. 627. 660. A. 271. 580. El. 1264. δέδοικας Trach. 457. Synd. VII. 2 (152 D.). δέδια senariis minus convenit; in melicis est Oed. Col. 1467. In Phil. 771. libri omnes et Aldus (solus B. ἀλλ' οὐ) ἀλλὰ δέδοικ' ὦ παῖ, cum detrimento senarii; Brunckius ex Triclinio ἀλλ' οὖν δέδοικα; sed ut haec est metro consulturi cuiusdam correctio, sic in versu mutilo neque Wunderi neque Hermanni emendationes certissimae sunt, quanquam ingeniose hic ἀλλὰ δέος, ὦ παῖ, ut δέδοικα huic scripturae explicandae adscriptum olim fuerit. — *Futurum* non legitur. *Aoristus:* δείσῃς El. 1301. δείσητε Oed. R. 1414. δείσας Oed. R. 234. 443. Ant. 992. Ai. 1089. δείσασα Ai. 308. Ant. 455. 1174. δείσαντες Oed. R. 11. Oed. Col. 266. Phil. 226. δείσαντας Oed. Col. 610. 1621. — II. De *usu* verbi,

quod *timendi* significatione praeditum esse constat, notandum *unde* dici sine casu Phil. 1252. Oed. R. 11. 234., ubi φίλου δείσας est περὶ φίλου. 1414. Oed. Col. 1621. Ant. 992. 1174. Trach. 305. 457. Ai. 308. Cum *quarto casu* dictum est Phil. 226. 491. Oed. R. 448. 767. Oed. Col. 266. 610. 1467 ch. Ant. 455. El. 1264. 1301. Ai. 580.; quo tamen loco προθυμίαν ita positum διὰ μέσου, ut et δέδοικα et ἀκούων possit spectare, Ai. 1089. Synd. VII. 2. Cum *sententia pendente*: δέδοιχ᾽ ὅπως μὴ ᾽κ τῆς σιωπῆς τῆσδ᾽ ἀναῤῥήξει κακά Oed. R. 1074. δέδοικα γάρ, μὴ ἄριστον ᾖ Ant. 1100. δέδοικα γάρ, μὴ πρῴ λέγοις ἂν Trach. 627. Optativi vim cum ἂν coniuncti scholiastae non perspectam Schaeferus explicuit. v. μή. δέδοικα, μὴ περαιτέρω πεπραγμέν᾽ ᾖ μοι πάντα Trach. 660. δέδοικα μὴ ᾽κ θεοῦ πληγή τις ἥκῃ Ai. 271.

Δεῖ impersonale et *oportet* et *opus est* significans. Usitatissima eius verbi dicendi ratio cum *accusativo et infinitivo* est, vel, si non inest in sententia suum infinitivi subiectum; raro additur *dativus* opus habentis: paulo crebrius *genitivo casu* id quo opus est adiicitur. Formas verbi in his distinguemus. I. τί δεῖ λέγειν Phil. 11. δεῖ σε — γενναῖον εἶναι 50. αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι 77. τί δ᾽ ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ᾽ ἄγειν; 102. τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν —; 426. δεῖ δ᾽ αὐτὸν λέγειν εἰς φῶς 576. λέγονθ᾽ ἃ μὴ δεῖ sc. λέγειν 579. δεῖ δέ σε — λόγον κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδένα 583. κρύπτων ἃ μὴ δεῖ sc. κρύπτειν 897. δεῖ γάρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν 903. καί σε δεῖ στείχειν ἅμ᾽ αὐτοῖς 970. Τροίαν σ᾽ ἑλεῖν δεῖ 986. δεῖ γενέσθαι ταῦτα 1323. ἅπερ παθεῖν με δεῖ 1383. δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν Oed. R. 619. ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν sc σὲ φρονεῖν 627. γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆναι 825., quod significat *in fatis esse*, de qua verbi potestate v. C. Fr. Hermann. ad Lucian. de Hist. Conscr. p. 125. τί τοῦτο δεῖ μ᾽ ἀπαγγεῖλαι σαφῶς 958. πῶς — οὐκ ὀκνεῖν με δεῖ; 976. οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε Oed. Col. 22. εἴκοντας ἃ δεῖ sc. εἴκειν 169 m. χὤτι δεῖ πρόστασσε δρᾶν 495. οὐδὲ — δεῖ πόνου μνήμην ἔχειν 510., quod affert Suid. v. τέκεα et τοῖς τεκοῦσι. οὐδὲν δεῖ πονεῖν 1026. ἃ δεῖ μ᾽ ἀθρῆσαι 1036. τί δεῖ μάτην κομπεῖν 1150. τί δ᾽ αὖθις δεῖ σε θυμοῦσθαι 1422. μὴ πεῖθ᾽ ἃ μὴ δεῖ 1444. οὐ γὰρ δεῖ μ᾽ ἀποκάμνειν 1773 an. δεῖ μ᾽ ἀρέσκειν τοῖς κάτω Ant. 75. οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν 312. εἴπερ δεῖ sc. ἐκπεσεῖν 675. ὅπως — ἐκμάθῃς ἃ δεῖ sc. μαθεῖν Trach. 336. δεῖ γὰρ — λέγειν 479. ὄγκον γὰρ ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν μητρῷον 814. δεῖ σ᾽ αὖ γενέσθαι τῷδε τἀνδρὶ σύμμαχον 1165., quem locum tangit schol. Il. σ. 100. τί γὰρ δεῖ ζῆν με Ai. 386. δεῖ πωλοδαμνεῖν (αὐτόν) 545. ἐλευθέραν με δεῖ ζῆν El. 331. ἥκουσεν ὧν δεῖ 783. δεῖ με δουλεύειν πάλιν 804. οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν ἔτι 945. τῷ σῷ δικαίῳ — ἐπισπέσθαι με δεῖ 1025. φυλάξαι δεῖ με τοῦτο 1496. δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ Ai. Locr. I. 1.

(11 D.). *τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ* Thyest. V. 2 (238 D.). *τὸ γὰρ — αἰσχρὸν δεῖ σιγᾶν* Phaedr. VI. 2 (609 D.). *πολλὰ καὶ μαθεῖν σε δεῖ* Phthiot. H. I (622 D.). *προςλαμβάνειν δεῖ* inc. C. 4 (779 D.). In Ichneut. I. (295 D.) haud dubie *δεῖ*, cum nunc legatur *δεῖται*, latet: cetera varie emendationibus tentata sunt. v. *ἐνήλατα*. — *οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν* Oed. Col. 28. — *κἄδει διακονεῖσθαι* Phil. 286. *τίν' ἔδει τε καὶ ποτὸν λαβεῖν* 292. *ἀπῇσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει* 379. *τούςδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει* 416. *οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών* Oed. R. 1185. ubi contra positum consimili significatione *χρῆν*. *οὓς μὲν οὐκ ἔδει ὄψοιατο* 1273. *τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾶν* 1334 m. Horum exemplorum *opus esse* significant haec: Oed. Col. 22. 495. 1026. 1150. Trach. 814. Ai. 386. Phil. 286. 292. — 2. Cum *dativo et infinitivo* ponitur: *νῦν σοι τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη* Oed. Col. 725. et cum *dativo* personae, *genitivo* rei: *ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τήνδε φροντίδος* El. 602. *πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ* inc. XX. 1 (675 D.). Schoemannus ad Isaeum p. 380. non dici cum dativo, nisi significet *opus esse* existimans priore illo exemplo redarguitur. Non enim *opus est, ut ostendatis* Antigona dicit, sed *oportet* i. e. *decet, debetis*, *προςήκει*. — 3. cum *genitivo opus esse* interpretantur Latini. *ἔστιν ὧν δεῖ* Phil. 643. *οὐ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ* 1038. *τί δῆτα σοῦ δεῖ;* 1049. *δεῖ δ' οὐ τοιούτων* Oed. R. 406. *εὐβουλίας δεῖ* Ant. 1085. *πῶς σκότου δεῖ* El. 1486. — *μαντείας ἔδει* Oed. R. 394. Sed *δεῖ μέ τινος*, de quo v. Valck. ad Hipp. 23. Pors. Adv. p. 239., Sophocleum non est. — 4. Deinde ab infinitivo suspenditur finalis sententia, aut sola impersonale verbum sequitur. Illud fit Phil. 77., quod iam apposuimus, hoc vero in his: *τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων* Phil. 54. *δεῖ σ' ὅπως πατρὸς δείξεις ἐν ἐχθροῖς, οἷος ἐξ οἵου 'τράφης* Ai. 553. Observavit Brunckius ad Phil. l. c. Hermannum ex duabus locutionibus illam conflatam esse dicentem, ex *ὅρα ὅπως δείξεις* et *δεῖ σε δεικνύναι* non probo. — 5. *Participium* aliquando substantivi naturam induit. *πρὸ τοῦ δέοντος* Phil. 889. *ἐκ δόμων ἄψορρος ἐς δέον περᾷ* Ant. 382. *ἐς δέον πάρεστε* Oed. R. 1417. Cf. Krueger. ad Xen. Anab. p. 229. — *γε δεῖν* pro *ἰδεῖν* Oed. R. 1528. probabilis emendatio est C. Matthiae Qu. Sophocl. p. 36.

Δείκνυμι. I. *Formae. praes.* *δείκνυμι* Oed. Col. 1147. *δείκνυσι* El. 417. Oed. R. 1258. Ant. 254. *δείκνυσιν* Oed. R. 614. *δεικνύτω* Oed. Col. 1529. *δεικνύναι* Oed. R. 1427. *δεικνύς* Trach. 1240. — *fut.* *δείξω* Trach. 1067. Ai. 66. 800. *δείξεις* Ai. 554. Ant. 37. Oed. R. 748. *δείξει* Ai. 566., ut Brunckius certe ex paucis codd. scripsit, rell. enim, etiam Laur. a. Florr. *δείξῃ*, quod ab *ὅπως* suspensum est. Apud Moschop. *π. σχεδῶν* p. 25., *δείξεις* legitur, sed in Ms. *δείξῃ* scriptum testatur Porsonus Adv.

p. 190. — δείξει Oed. R. 1294. Lemn. V. 3 (352 D.). δείξουσιν El. 1358. — aor. ἔδειξα Oed. R. 1392. ἔδειξας Phil. 1294. ἔδειξε et ἔδειξεν Phil. 605. Ai. 1174. Ant. 300. Naupl. V. 7 (379 D.). Ter. VIII. 2 (518 D.). δεῖξον El. 1374. δείξῃς Phil. 490. δείξῃ Trach. 606. δεῖξαι Phil. 626. Trach. 619. Oed. R. 278. Polyx. III. 2 (470 D.). δείξας Ant. 1227. — *Passivi* nulla pars exstat praeter δεδειγμένα Naupl. V. 7 (379 D.). — ῡ praesentis indicativi producitur, v. Oed. R. 1258. Oed. Col. 1147. El. 417.; item participii secundum legem linguae Trach. 1240. quanquam in ambigua versus sede; ῠ imperativi et infinitivi corripitur, Oed. Col. 1529. Oed. R. 1427.

II. *Usus.* 1. Proprie significat *aliquid commonstrare videndum.* πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ Phil. 490. δέσμιον δ' ἄγων ἔδειξ' Ἀχαιοῖς 605. ἐμὲ — δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις 626. λυσσῶντι — δαιμόνων δείκνυσί τις Oed. R. 1258. δείξει δὲ καὶ σοί 1294. Ipse enim sese caecatum et obrutum malis monstraturus Oedipus erat. ἄγος ἀκάλυπτον δεικνύναι 1427. de eodem. Ita δείξω δὲ καὶ σοὶ τήνδε περιφανῆ νόσον Ai. 66. est *furentem Aiacem ipsum monstrabo.* ὁ δ' αἰεὶ τὠπιόντι δεικνύτω Oed. Col. 1529., locum ubi sepultus Oedipus. ὅπως δ' ὁ πρῶτος — ἡμεροσκόπος δείκνυσι Ant. 254. πρὶν κεῖνος αὐτὸν — δείξῃ θεοῖσιν Trach. 606. pallium induendo. τὸ δ' ἄγγος δεῖξαι 619. δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων 1067. τὸν παῖδα — Τελαμῶνι δείξει Ai. 566. — 2. Hinc facili transitu *in lucem edere, patefacere, docere* significat. ἡλίῳ δείκνυσι τοὔναρ El. 417. i. e. narrans coniectori patefecit. cf. Abresch. ad Xen. Eph. p. 229. Locell., Hesiod. Opp. 612., quem Virgilius expressit Georg. II. 261., inprimis Casaub. ad Theophr. Char. p. 289. ὡς ἔδειξα μήποτε ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς Oed. R. 1392. de noscendo genere. τὸ σὸν θεοῖσι δεικνὺς ἔργον Trach. 1240. ὃς στυγερῶν ἔδειξεν ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν Ἄρην Ai. 1174 ch. *bellum docuit*, i. e. belli causa fuit; v. Lobeckium longe potiora conferentem quam inani loquacitate homo Bernhardy ad Dion. Perieg. 1170. φρυκτωρίαν ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα Naupl. V. 7. *invenit.* πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις Ant. 300. οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω δεῖξαι Oed. R. 278. *indicare*: nam plane idem quod λέξαι significare non concedam Valckenario ad Phoen. 531. — 3. *Manifestum reddere*, cum facto et exemplo, tum argumentis et ratione. Illud frequentius. τὴν φύσιν δ' ἔδειξας Phil. 1294. δείκνυμι δέ Oed. Col. 1147. *tibi exemplo sum.* δείξεις τάχα, εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή Ant. 37. δείξας — τὴν ἀβουλίαν ὅσῳ μέγιστον — προσκεῖται κακόν 1227. δεῖ σ' ὅπως πατρὸς δείξεις ἐν ἐχθροῖς Ai. 564. *exempla fortitudinis editurus.* νύκτες ἡμέραι τε — αἳ ταῦτά σοι δείξουσιν El. 1358., quod quidem etiam secundae significationis potest conseri. καὶ δεῖξον — τἀπι-

ματα τῆς δυσσεβείας οἷα δωροῦνται θεοί 1374. *facto monstra.* χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν Oed. R. 614. ταχὺ δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον Lemn. V. 3. τοῖς πᾶσι δεῖξαι Polyx. III. 2. μ' ἔδειξε πατρὸς καὶ ματρὸς ἁμέρα τοὺς πάντας Ter. VIII. 2. *Ratione et documento alicui probare* quid videtur significare ἀθυμῶ μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ. δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι Oed. R. 748.

Δείλαιος miser. Proprium est de homine. τὰ νυμφικὰ τέλη λαχὼν δείλαιος Ant. 1226. ἔχω μαθὼν δείλαιος 1258 m. δείλαιος ἐγώ 1294 an. ὄλωλα δὴ δείλαιος El. 1474. δείλαιος ἐλεῷ φρενὶ — κατεύχετο Trach. 760. δείλαιος — τἀπορεῖν ἔχω 1233. ἁγὼ κλύων δείλαιος Ai. 979. nisi δύστηνος legendum ex Laur. A. δείλαιε τοῦ νοῦ Oed. R. 1347. δειλαία δειλαίων κυρεῖς El. 839 ch. δειλαία στενάχουσα 1065 ch. ὀργάνων — οἷς ἐχρῆτο δειλαία Trach. 902. — De re *miserandus.* σῶμα δειλαίας σποδοῦ El. 748. *cineres mortui.* τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας ἀλγηδόνος Oed. Col. 515 ch. *gravis et calamitosus* (cf. δύστηνος et τλήμων) θρώσκει δειλαία — νόσος Trach. 1022 ch.

Δείλη vespera. δείλη δὲ — τέμνεται ὀπώρα Thyest. VI. 7 (239 D.). Accentum notavit Arcad. p. 108, 18.

Δειλία ignavia. τῆς δὲ — δειλίας στυγῶ El. 1016. τὸν δειλίᾳ προδόντα σε Ai. 993. δειλίαν ἢ μωρίαν ἰδών Oed. R. 536. οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς; Ai. 75. οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει; El. 343. μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν Atr. I. 1 (144 D.).

Δειλός ignavus (timidus). βουλήσει ποτὲ καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς Ai. 1294. ἡμᾶς σὺ δειλοὺς — φανεῖς 1341. ἢ δειλός ἐστιν ἢ δυσάλγητος φρένας inc. XXXI. 2, 2 (689 D.). — τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται Ant. 326. *ignavum lucrum*, est enim turpe lucrum concupiscere ignavorum. libri δεινά: illud legit et explicuit scholiastes. — De accentu v. Arcad. p. 52, 27.

Δεῖμα. 1. *terriculamentum.* ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα Phil. 915. *qui totus terror es*, i. e. formidabilis. Bene explicuit Herm., confutans Valckenar. ad Hipp. 406., παιπάλημα coniectantem. ἐκ δείματός του νυκτέρου El. 402. longe elegantius enim de *visu terrente* quam ipso terrore dicetur. Cf. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 387. — 2. *pavor.* εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα Trach. 108 ch. *metus sui memoriam ingerens.* δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι Oed. Col. 361. ἐς δ' ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν 1464 ch. εἴ τι δείματός γ' ἔχει μέρος Oed. R. 294. *si quid metuit.* ἐννυχίου δείματος ἦν μοι προβολὰ — Αἴας Ai. 1191 ch. δείματι πάλλων Oed. R. 151. *tremens.* δεῖμα προσπνέοντα Clytaemn. II (310 D.). λυτηρίους εὐχὰς — δειμάτων ὧν νῦν ἔχω El. 626.

Δειμαίνω metuo. ἄλλως δὲ δειμαίνοιμ' ἂν ἀμφὶ σοί Oed. Col. 493. δειμαίνειν ἄγαν Tr. 89. δειμαίνων τὸ σὸν μὴ στέργον ἀλγύνοιμι 481.

Δειματόω conterreo. ἐδειματούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο Synd. II. 4 (147 D.).

Δεινόπους cum infortunio adveniens. (σε) πατρὸς ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους ἀρά Oed. R. 418. gl. ap. Brunck.: φοβερὰ τὴν ἐπιδημίαν. Affert Suidas v. δεινόπους.

Δεινός. Vocabulum variae potestatis *acris* et *vehementis*, *gravis* et *metuendi*, *calamitosi* etiam, *periti* et *callidi* significatione praeditum est. 1. *Adiective* dicitur. δεινὸς ὁδίτης Phil. 147 an. *metuendus*. οὐδὲν δεινὸν 723. δεινόν γε τοὐπίσαγμα τοῦ νοσήματος 745. δεινὸν γάρ 746. οἶκτος δεινός 953. Trach. 297. λέγειν σὺ δεινός Oed. R. 545. affert Suid. v. δεινός et λέγειν. θεήλατον μάντευμα δεινὸν 992. ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθος 1297 an. δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν Oed. Col. 139 an. κἄστιν τι δεινὸν πῆμα Trach. 46. ὁ δεινὸς ἵμερος 476. *vehementissima libido*. ὁ δεινὸς ὅρκος Ai. 634. δεινὸς ἡνιοστρόφος El. 721. *callidus*. δεινὰ φύσις Oed. Col. 212 ch. Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς Παλλάς Ai. 932. γλώσσῃ σὺ δεινός Oed. Col. 810. δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης, δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά 1067 ch. τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ Ant. 686. ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά 941 ch. τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει — μένος 949 ch. δεινὸς — ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα καὶ πρὸς τὰ βατά Aload. XI. 6 (109 D.). δεινὸν τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον Inc. LXXIII (744 D.). λάλημα δεινὸν ἐκπεφυκὸς εἶ Ant. 320. *homo loquacissimus*. Item *adiective* intelligenda exempla, quibus infinitivus subiectum, δεινὸς praedicatum est. δεινόν γέ σε — λελῆσθαι El. 333. δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν 760. ἦ δεινὸν εὖ λέγουσαν ἐξαμαρτάνειν 1028. τὸ δ' εἰδέναι τί δεινόν; Trach. 459. φρονεῖν ὡς δεινὸν Oed. R. 316. δεινὸν μὲν τὸ — κακὸν ἐπεγείρειν Oed. Col. 511 ch. ἦ δεινὸν — καὶ ψευδῆ δοκεῖν Ant. 323. τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινὸν 1083. *grave et indignum facinus*. Brunckius contra libros et scholiastae fidem δειλὸν correxit, in qua emendatione admodum debilis sensus et ne species quidem veritatis. δεινὸν δὲ — τοῖσδε μὲν πράσσειν καλῶς Alet. VII. 1 (94 D.). — φωτὸς — γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ Phil. 438. ὡς δεινοῦ τινὸς φόβου φανέντος Oed. Col. 1647. δεινοῦ λόγου κατῆρξας Trach. 1135. πανουργίας δεινῆς Phil. 916. δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα Trach. 1099. δεινῆς συμφορᾶς Oed. R. 1527. — μὴ 'πὶ τῷ δεινῷ κακῷ Oed. R. 1457. Etiam substantive dicta possunt esse πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν Oed. R. 1168. et ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα Ant. 1084., i. q. δεινόν ἐστι, quem versum non recte distinxit virgula post θυμὸν posita Hermannus, qui contra Erfurdtium iure monuerat non comparari posse ἐν δεινῷ et ἐν καλῷ. — δεινὸν ἰσχύος θράσος Phil. 104. *tanta virium fidu-*

cia. προβοᾷ τι γὰρ δεινόν 218 ch. ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας 1366. δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην Oed. R. 1035. τὸ δεινὸν μῖσος Oed. Col. 1394. τὸ δεινὸν τοῦτο Ant. 96. δεινὰν μορφὰν El. 192 ch. ἔργον δεινὸν Trach. 703. δεινὴν νόσον 976 an. δεινὴν πρᾶξιν Oed. Col. 566. με — δεινὸν χέρας Ai. 359 m. *fortem*. δεινὸν ἔπος 760. δεινὸν μένος 1045. ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει 1103. sic Ald. et codd. meliores. Tricl. interpretationem illius vocabuli, μέγαν verbis poetae admiscuit. ἐρῶ — δεινὸν οὐδέν Synd. VIII. 1 (153 D.). ὄλεθρον δεινόν Creus. II. 2. — *Plur.* πάντα δεινά Phil. 500. quod affert Suidas v. ἀκροσφαλεῖς et θἄτερα. οὔκουν τάδε — δεινά 624. δειναὶ Κῆρες Oed. R. 471. δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν 1267. δεινὰ τἀκείνοις τὰ νῦν Oed. Col. 337. v. Herm. ἔργα δεινά 384. δειναὶ κυματοαγεῖς ἄται 1245 ch. At Ant. 326. rec'e nunc editur τὰ δειλὰ κέρδη. — δεινῶν ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισεν στένοντα πόντον Ai. 659. Apud Suid. v. ἄημα legitur δεινόν. Admodum blanditur Lobeckii coniectura λείων. Sed tamen Schaeferus rectam vulgatae scripturae explicandae rationem docuisse censendus: ἄημα πόντον ἐκοίμισε sc. *cessando*. Compares praeter Horatianum illud de Austro, *quo non arbiter Hadriae maior, tollere seu ponere vult freta*, Ciceronis sententiam de N. D. II. 40.: *sol tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim laetificat* sc. remota tristitia. — δεινοῖς λόγοις El. 480 ch. ἐν δεινοῖς ὀνείροις 490 ch. δεινῶν στυγνῶν τ' ἀχέων 842 m. Suid. v. ἴστωρ. — ἔργα δεινά Tr. 720. δύο δεινά Phil. 424. τὰ δείν' ἐκεῖνα Ant. 404. δείν' ἔπη Oed. R. 513. ἄλλα — καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα 790. δεινὰ κακά Oed. Col. 601. δεινὰ πάθη 1079 ch. — *Comparativus*. κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον Ant. 332. — *Superlativus*. δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων ξυμφορῶν Captiv. I. 2 (32 D.). Hoc quod apud Harpocr. v. ἀπομάττω exstat, si verum est, intercidit cum versu proxime praecedente id, quo δεινότατος referebatur. Brunckius δεινότατον ἀπομακτῆρα. δεινοτάτῳ ὕδρας φάσματι Trach. 833 ch. δεινοτάτας κελεύθους El. 1152. — 2. *Substantive* dictum singulari numero rarum est, si *accusativum* excipias. Nam in Phil. 455. recte videtur, quanquam contra libros, edi κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὼ δειλὸς κρατεῖ. Quod Buttmanno visum δεινότητα opponi χρηστότητι, secus est. Rectius hic commemorabitur ἦ δεινὸν ἄρ' ἦν (*grave est*), ἡνίκ' ἦν τις ἐσθλὸς ὢν αὑτῷ ξυνειδῇ inc. XV. 2. 1. (669 D.), etsi de sententia non perfecta vix potest iudicari. — *Accusativi* haec exempla: φέρ' εἰπὲ δὴ τὸ δεινόν El. 368. δεινόν γ' εἶπας Ai. 1198. δεινόν γε φωνεῖς Phil. 1209. τὸ δεινόν, οὑφοβεῖτο Oed. R. 722. δεινὸν δ' ἀΰσας 1260. ἐς δεινόν 1312. ὅπου τὸ δεινὸν ἐλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ Eriph. IV. 2 (205 D.). ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται Creus. I. 1 (322 D.). *Pluralis* exempla etiam crebriora sunt. τὰ δεινὰ γάρ τοι

προςτέθηδ' ὄκνον πολύν Ant. 243. πολλὰ τὰ δεινὰ 332. βροτῶν χοὶ πολλὰ δεινοί 1033. τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα τιμαῖς ὑπείκει Ai. 654. τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν Acris. VI. 1 (63 D.). ἐν τοῖσι δεινοῖς El. 26. δεινοῖς ἠναγκάσθην 214 m. libri ἐν addunt, unde Hermanno aliter corrigendi subnata suspicio. ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω ταύτας ἄτας 216 m. τὰ δεῖν' ὁρᾶν Phil. 502. δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας Oed. R. 484 ch. gravia miscet vaticinia, v. Schaef. ad L. Bos. Ellips. p. 324. Affert Suid. v. δεινά. δεινὰ βρυχηθεὶς 1265. ὦ δεινὰ δράσας 1327. δεῖν' ἐπεῤῥώσθη λέγειν Oed. Col. 667. πέπονθα δεινὰ 896. δεινὰ τολμᾶν Ant. 906. δεινὰ θεσπίσας 1078. εἰ δεῖν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ Ai. Locr. I. 1. (11 D.) ap. Stob. ecl. phys. I. 4. et Theoph. ad Autol. p. 258.

Δεινῶς graviter. δεινῶς ἀθυμῶ Oed. R. 747. δεινῶς γε Trach. 895. in responsione i. q. καὶ μάλα. δεινὰν δεινῶς προφυτεύσαντες μορφὰν El. 191 ch. *horrificam sceleris formam.* δεινῶς δακρῦσαι El. 795.

Δεινῶψ grave tuens. ὦ πότνιαι δεινῶπες Oed. Col. 84. Furiae. De tono v. ἀγλαώψ.

Δεῖπνον coena. προθεῖσ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων Ai. 1273. ἐν δείπνοις ὑπερπλησθεὶς μέθης Oed. R. 779. δείπνοις ἡνίκ' ἦν οἰνωμένος Trach. 267. ὦ δείπνων ἀῤῥήτων — ἄχθη El. 196 m. coena dicitur, post quam occisus est Agamemno.

Δειράς cacumen. Πάν — πετραίας ἀπὸ δειράδος φάνηθι Ai. 682 ch. χιὼν — τέγγει θ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύστοις δειράδας Ant. 826 m. de Niobe in saxum conversa, ex quo cum nives defluunt liquefactae, lacrimare illa dicitur. — In Phil. 489. librorum scriptura Τραχινίαν τε δειράδα καὶ τὸν εὔροον Σπερχειὸν metrum perdit. Porsonus, quod refert Elmsl. ad Ar. Ach. 612., corrigebat δειράδ' ἢ τόν. Erf. cum Hermanno olim δειράδα, quod Eur. Iph. Taur. 1209. firmari videbatur, ubi δειράδος metro postulari putes. Sed nunc et Hermannus mutavit sententiam et in Philocteta corrigendum puto Τραχινίαν δειράδα τε καί cum hyperbato particulae τε. ποτὶ δειράδ' ἔρχομαι inc. LXXV. (747 D.) Brunckius pro δειρὰν scripsit probabiliter; certe δείρη vel δειρή de iugo montis incerta fide videtur, etsi Suidas δειρὰ καὶ δειράδες, οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν habet. Scribendum enim δ ε ι ρ ά ς κ α ὶ δ ε ι ρ ά δ ε ς.

Δέκα decem. δέκα μῆνας Trach. 44. ἔτευξε πρῶτον ἐξ ἑνὸς δέκα Naupl. V. 4. (379 D.) de Palamede numerorum et mensurarum inventore.

Δέκατος decimus. ἔτος δέκατον Phil. 312. Βοιωτὸς — δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον El. 698.

Δεκέτης decem annorum. δεκέτει χρόνῳ Phil. 706 ch. edd. δεκετῆ χρόνον, cod. Harl. δεκέτῃ χρόνῳ, Ven. δεκαέτει χρόνῳ, Flor. Par. Laur.

tres Ricc. δεκέτει χρόνῳ, modo quod in Laur. B. Ricc. ι subscriptum non exstat, in Laur. A. duplex accentus, gravis et inflexus reperitur. De hoc enim non magis constat secundum libros, quam ex veterum notationibus. Etym. M. p. 765, 20. et Choerob. ad Theodos. p. 1316. Bekk. attice gravari dicunt; schol. Il. ψ. 266. Ptolemaeum Ascalonitam gravasse, alios, in quibus haud dubie Aristarchus, et paradosin acuere; sed οἰέτης consensu gravari affirmat schol. Il. β. 765. At Ammonius p. 136. Philemo p. 28. Moschopulus p. 41. ed. Titz. secundum significationem differre aiunt, ut acute de homine, gravatum de re dicatur. Phavorinus denique p. 325. Aelium Dionysium praefracte negasse ait, eiusmodi vocabula acuto proferri accentu, at Herodianum utrumque admisisse. Secundum librorum plurimorum consensum apud Platonem certe gravari vult Schneiderus ad Rpubl. p. 460. E., 539. A., 615. A. Ea discrepantia, quae, cum latissime in libris pateat, tolli vix potest, nonnullis a diversa flectendi ratione pendere videtur, prout δεκέτου an δεκετοῦς dicatur, velut Goettlingio de Acc. p. 88.; sed Etymologo non assentior in ου attice exire genitivum affirmanti, quod etiam Lobeckio dubitabile visum ad Phryn. p. 408.; de plurali certus testis Choeroboscus est l. c.

* *Δελήτιον· esca. δ. τὸ δέλεαρ. Σοφ. ἔχε τὸ δελήτιον. ἢ Σώφρων.* Etym. M. p. 254, 53 (inc. CV. 78. 866 D.). Recte Brunckius a Sophocle abiudicat.

Δέλτος tabella. τοιαύτην — δέλτον λιπὼν ἔστειχε Trach. 47. παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην ξυνθήματα 156. χαλκῆς ὅπως δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν 680. Cum metaphora: θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους Tript. VIII (535 D.). cf. Valck. ad fr. Callim. p. 246. Bernhardy ad Dion. Perieg. p. 769. — Accentum notavit Arcad. p. 79, 13.

Δέλφαξ (ᾰ) porcus. ἐσθίειν ἐθέλω τὸν δέλφακα Hybr. II. (506 D.) ab Athenaeo allatum in testimonium masculini generis p. 657, a.

Δελφικός Delphicus. Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας Oed. Col. 414. Δελφικῶν ἄθλων χάριν El. 672.

Δελφίς i. q. *Δελφική.* Δελφὶς πέτρα Oed. R. 464 ch. Plane ita de oraculo loquitur Theocr. Epigr. I. 4.

Δελφοί n. pr. Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας Oed. R. 734.

Δέμας. 1. *corpus.* οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας Oed. Col. 110. οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας ἐρῆμον ἕρπειν 502. νῦν δ' ἔσχατόν σου τοὐμὸν ἅπτεται δέμας 1547. *corpus*, cum caecus esset, luce caelesti quasi imbui Oedipus dicit. — ὥστε μηδένα γνῶναι — ἂν ἄθλιον δέμας El. 746. ἱδρὼς γέ τοί τιν πᾶν καταστάζει δέμας Phil. 812. οὐκ ἂν ἐσχόμην τὸ μὴ ἀποκλῆσαι τοὐμὸν — δέμας Oed. R. 1388. κατίσχνανεν δέμας Oed. Col.

347. δώσων — τοὐμὸν ἄθλιον δέμας σοὶ δῶρον 582. ἐᾶν — πρὸς οἰωνῶν δέμας — ἰδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν Ant. 205. τὸ σὸν δέμας περιστέλλουσα 894. διέφθαρμαι δέμας τὸ πᾶν Trach. 1045. ἰδοὺ θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας 1068. πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φορᾷ δέμας Camic. V (303 D.). — Hinc factum ut ὦ δέμας οἰκτρόν Electra alloquatur urnam cum simulatis Orestis cineribus, El. 1150. — Circumlocutioni aliquando servit. Δανάας δέμας Ant. 936 ch. εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας Trach. 904. Nunquam adeo inepte hac locutione usus Sophocles est, quam saepe Euripides, Hecub. 708. Or. 107. inprimis El. 1339. — 3. *Adverbiascit*, *instar* significans, v. Nitzsch. ad Odyss. VIII. 133. οἰνάνθης δέμας Thyest. VI. 4 (239 D.). — Accentum notavit, etsi vix opus erat, Arcad. p. 23, 4.

Δέμνιον *cubile*. κοῖλα δέμνια Trach. 897. δεμνίοις τοῖς Ἡρακλείοις 911. — De accentu v. Arcad. p. 119. 27.

Δενδίλλω. Schol. Apoll. Rh. III. 281. δενδίλλειν, Σοφοκλῆς ἀντὶ τοῦ περιβλέπειν τέθεικε (inc. CV. 79. 867 D.).

Δένδρον *arbor*. ὅσα δένδρων Ant. 709. Maltby ad Morell. p. 224. δενδρέων scribi iubet, quod δένδρον non sit poeticum vocabulum. Nihil mutat Hermannus, quod librorum scripturam et Athenaeus tuetur p. 23, a. et Eustathius p. 1612, 17.

Δεννάζω *illudo*. οὐ — ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ Ant. 755. Schol. ὑβρίσεις. Hesychius: δεννάζων, λοιδορῶν, quod aptum ad Ai. 239 an. κακὰ δεννάζων ῥήματα. Utrumque respexit Eust. p. 668, 40. Zonaras t. I. p. 490. Explicuere Valck. Diatr. p. 94, a. ad Phoen. 84., Brunckius ad Ant. l. c. Iacobs. exerc. crit. in Athen. p. 184.

Δεξιός *dexter*. χεῖρα δεξιάν Phil. 930. 1238. 1275. Oed. Col. 1132., quem de adoratione locum explicuit Dorvill. ad Char. p. 537. Lips., Ai. 738. Trach. 1171. — ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών Phil. 1384. δεξιὸν δ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον El. 711. cf. Herm. — χειρὸς εἰς τὰ δεξιά Triptol. I. 1 (527 D.). *a dextra parte*, de terrarum situ. De hac formula exposuit Schneiderus ad Plat. Rpubl. t. I. p. 336. — Tralate non dicitur. De tono observavit Etym. M. p. 156, 14. Gud. p. 84, 25. Arcad. p. 41, 15.

Δεξιόσειρος. μέγας Ἄρης δεξιόσειρος Ant. 140 ch. *validum socium et adiutorem* significat, ab equo dextro funali impetus pleniore: v. Hermann. l. c. et ad El. 711.; non *dextrum*, quod putabat Eust. p. 675, 41. Scholiasta scribi etiam δεξιόχειρος commemorat.

Δεξιόω. δεξιοῦμαι a *consalutandi* significatione eo deflexum, ut *gratulabundae collaudationis* vim habeat, legitur El. 965. τίς — τοιοῖσδ' ἐπαίνοις οὐχὶ δεξιώσεται;

Δεξίωμα amicitiae testatio. τὰ νῦν ξύμφωνα δεξιώματα δόρει διασκεδῶσιν ἐκ σμικροῦ λόγου Oed. Col. 625. Levibus causis gentium foedera et amicitiam bello mutatum iri dicit.

Δέομαι egeo. τὰ σὰ δεῖται κολαστοῦ μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦδ' ἔπη Oed. R. 1148. ῥώμης — τινὸς δεῖται 1292. ὥστε βραχέα μοι δεῖσθαι φράσαι Oed. Col. 576. — oro. μή μου δεηθῇς Oed. Col. 1172. δεῖται falsa scriptura est in Ichneut. I. v. δεῖ.

Δέον v. δεῖ.

Δέος metus. ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος Ai. 1053. Stob. Serm. CXLI. p. 410. δέος — ᾧ πρόςεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ 1058. Eust. p. 1036, 13. ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον 1063. δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ Oed. Col. 223. i. q. μὴ δείσητε. οὔπω δέος εἰς ἄλίβαντα καταπεσεῖν inc. LXXVIII. 1 (751 D.). v. ἄλιβας. In Phil. 771. probabilis Hermanni suspicio est ἀλλὰ δέος. v. δέδοικα.

* *Δεράς* v. δειράς.

Δέρκομαι video. Praesens: δέρκομαι φάτιν ἄφραστον Trach. 690. τοῦτ' ἐκεῖν' ἤδη σαφὲς πρόχειρον ἄχθος δέρκομαι El. 1105. δέρκου θαρσῶν Phil. 146 an. — *Imperfectum:* ὡς δ' ἐν γαλήνῃ πάντ' ἐδερκόμην τόπον El. 887. *Perfectum* nonnunquam praesentis vim habet: ὅςτις ἐν τοῖς κέρδεσιν μόνον δέδορκε Oed. R. 389. σὺ καὶ δέδορκας, κοὐ βλέπεις, ἵν' εἶ κακοῦ 413. Brunckius οὐ et δεδορκώς. Κρέων ὅδ', ὃν δέδορκας Oed. Col. 898. σέ τοι μόνον δέδορκα ποιμένων ἐπαρκέσοντα Ai. 352 m. δέδορκα φάσμα El. 1458. et participium ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα Ai. 85., de qua emphasi v. Iacobs. ad Philostr. p. 602. τυφλὸς ἐκ δεδορκότος Oed. R. 454. Hoc participium adiectivi naturam induit, *visu praeditum* significans, cuius significationis etiam perfecti finiti exempla haec sunt: Oed. R. 389. 413. quae posuimus, dein τὸ — τῆς Δίκης δεδορκεν ὄμμα Ai. Locr. I. 4 (11 D.). *Oculorum ministerio uti* significatur inc. LXXXI. 1. (754 D.): μύω τε καὶ δέδορκα. At veram perfecti vim in his exemplis agnoscere licet: ἀεὶ — δέδορκά σε πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον Ai. 1. αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν ὄμμασιν πατρὸς δεδορκὼς κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων Trach. 744. cf. Markl. ad Suppl. 684. — Uno loco δεδορκώς *vivum* videtur significare: κἄμ' ἐπαυχῶ — δεδορκότ' ἐχθροῖς ἄστρον ὣς λάμψειν ἔτι El. 66. Recte schol. ζῶντα interpretatur: mortuum enim sese esse simulaturus Orestes erat. Eustathius autem p. 191, 42. 1259, 64. hac sententia poetae usus medium dicit esse passive usurpatum, ut iunxerit ἐχθροῖς δεδορκότα, i. e. *visum*. — *Aoristus.* οἷον οὔτινα Τροίᾳ — δέρχθη Ai. 420 m. οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη inc. LVIII. 8, 2. (719 D.) de epoptis. Ceterae verbi formae, Euripideum ἔδρακον, Pindari ἐδράκην, poetarum recen-

tiorum in talibus luxuriantium *ἐδρακόμην* apud Sophoclem non reperiuntur. In Oed. R. 1425. infelix erat Wakefieldi coniectura *δέρκουσαν* pro *βόσκουσαν*, activum enim praesens tragicis indictum est; non felicior Corais est *προςδέρξεται* pro *προςδέξεται* Oed. R. 1428.

Δερμηστής. *Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὴν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ* (VII. 2. 397 D.). *Ἀρίσταρχος δὲ τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος τὸν ὄφιν ἀποδέδωκε. μή ποτε δὲ μᾶλλον ἂν ὅςτις τὰ δέρματα ἐσθίει, δερμιστής.* Harpocratio in v. Bekkerus nunc *δερμηστής* edidit. In brevius contracta eadem fere habet Gr. Bekk. p. 240, 14. Controversia illa de significatione ex diversa scriptura orta videtur, incertique fuisse grammatici, rectiusne *δερμιστής* sit an *δερμηστής*, quorum illud Aristarchus de *angue pellem mutante* intellexisse credendus est; rectius Didymus de *verme* quippe *pelles rodente.* De accentu v. Eust. p. 855, 39. Etym. M. p. 436, 1. Secundum Tyrannionem futilium distinctionum auctorem, scribendum esset *δερμήστης:* v. schol. Il. *χ.* 67. cf. *λ.* 454. *ω.* 82.

Δέρος pellis. Exquisitior haec forma prae altera *δέρας*, v. Porson. et Elmsl. ad Med. 5.: sed cum ubique fere scriptura librorum fluctuet, vulgo parum sibi editores constiterunt. — *σπολὰς Λίβυσσα, παρδαλήφορον δέρος* Ai. Locr. VI. 2 (16 D.). De hac pelle discrepant schol. Arist. Av. 936. et Pollux. VII. 70., hic de pelle loricae usibus serviente interpretatus, ille doctos haud dubie et antiquos *ὑπομνηματογράφους* secutus *ἐπὶ τοῦ δέρματος*, inquit, *τοῦ κρεμαμένου πρὸς τῇ τοῦ Ἀντήνορος οἰκίᾳ.* Signum illud fuit, ut ei parcerent Graeci Troiae expugnatores. v. Quintum Smyrn. XIII. 291. Strab. XIII. p. 607.

Δέσμιος vinctus. *ὃν — δέσμιον ἄγων ἔδειξ' Ἀχαιοῖς* Phil. 604. *Ἰξίονα δρομάδα κατ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλεν — Κρόνου παῖς* 674 ch. Schol. *δρομάδα δέσμιον* coniuncte ad Ixionem refert, cum *δρομάδα ἄμπυκα* potius *rotam* significent et *δέσμιον ἔβαλεν* Ixionem spectent sola. Versus illi corrupte scripti sunt; Hermannus verborum mutavit ordinem, rectius autem *δέσμιον* plane eiicit Dindorf. praef. Scen. Gr. p. XIX. — *χοῖρον ὥςτε δεσμίαν* Herc. Taen. I. 2. (217 D.). — *τοὺς δὲ δεσμίους ᾐκίζετο* Ai. 292.

Δεσμός vinculum. Singularis semel et tralate dictus. *ζεύχθη — πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ* Ant. 948 ch. Antrum enim Pangaei dicitur teste Apollod. III. 5. Pluralis proprie dicitur. *τοὺς ζῶντας — δεσμοῖσι συνδήσας* Ai. 62. *τὸν τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας δεσμοῖς ἀπευθύνοντα* 72. *ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ κῶλον ποδισθείς* Acris. III. 1 (60 D.).

Δέσμωμα. Photius p. 22, 15. v. *ἐσφηκωμένον.* *Σοφοκλῆς Αἰθίοψι τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει· τετράπτεροι γάρ,*

νῶτον ἐν δεσμώμασι σφηκοί, κελαινόρινες (fr. II. 1 (27 D.). Coniungenda *νῶτον ἐν δεσμώμασι σφηκοί* i. e. *ὥςπερ δεσμώμασιν ἐσφιγμένοι.* Ultima duo vocabula male a Sophocle abiudicat Brunckius, memorata etiam ab Etym. M. p. 385, 1. ubi vitiose *μελαινόρινες* scriptum.

Δεσμώτης vinctus. δεσμώτης ἴσω θακεῖ Ai. 105. — De tono consentiunt schol. Il. *ε*. 158. Philemo p. 23. Etym. M. p. 61, 55. cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 545.

Δεσμῶτις vincta. δεσμῶτιν ἄγων — ποιμνάν Ai. 230 an. — De tono v. Arcad. p. 35, 24.

Δεσπόζω dominor. πατρίδα τὴν ταύτης, ἐν ᾗ τῶν Εὐρύτου τῶνδ᾽ εἶπε δεσπόζειν θρόνων Trach. 362. Sic Ald. et, si ex silentio fides, Laurr. cum illa collati. *τὸν Εὔρυτον τῶνδε* Ven. Flor., duo Brunckii, Tricl. et, ut videtur, cod. Harl.: Brunckius *τὸν Εὔρυτον τόνδε* ex cod. B., quod ineptum est, quasi praesens adstaret Eurytus. Hermannus *τῶν Εὐρύτου τόνδε*, ut *εἶπε* Licham spectet, qui dixerit Herculem Euryto regnum voluisse adimere. Probabilis esset emendatio, si *δεσπόζειν εἶπε* significare posset *regnare velle dicebat.* Nam quod de verbo finito et participio verum est, *ἔκτεινα, κτείνας conatum* significare, illud in infinitivum non cadit. Aut Ven. Harl. Tricl. scriptura recipienda *τὸν Εὔρυτον τῶνδε*, ut *τῶνδε* sit *τῶν ἐκεῖ*, aut corrigendum *τὸν Εὔρυτον σῶν*, hoc sensu: *ubi incolumem Eurytum regnare indignabundus Hercules dicebat.*

Δέσποινα domina. δέσποιναν εἶναι τήνδε σήν Trach. 408. *δέσποινα Δηάνειρα* Trach. 49. 179. *ὦ φίλη δέσποινα* 472, *φίλη δέσποινα* Trach. 430. Ant. 1177. et in alloquenda dea Ai. 38. *ὦ δέσποινα* Trach. 434. 481. *δέσποινα* Tr. 369. Cognomen Dianae est: *οὐ μὰ τὴν δέσποιναν Ἄρτεμιν* El. 616.

Δεσπότειρα i. q. *δέσποινα* inc. CV. 80 (868 D.).

Δεσπότης dominus, maxime familiae. *τάδ᾽ ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ᾐθροῦμεν* Ant. 1204. nuntius enim Creontis servus loquitur. *τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα* Troil. III. 2 (551 D.). Sic correxit Blomf.; vulgo *δεσπότης*. — *οὐχὶ δεσπότῃ τάδ᾽ ὡς τάχος — λέξεις;* Oed. R. 945. *ὦ φέριστε δεσποτῶν* 1149. *καί τις πικρὸν πρόςφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ* Ai. 495. *τούτοις γὰρ ὄντες δεσπόταις δουλεύομεν* Past. VI. 1 (447 D.). *ὦ δέσποτα* Oed. R. 1178. Ant. 1263, *δέσποτα* Phil. 135 ch. Oed. R. 1132. 1165. *δέσποτ᾽ Αἴας* Ai. 361. *ὦ δέσποτ᾽ Αἴας* 480. 582. — Hinc compellatio regum et deorum est. *τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι — ἔφθαρται γένος* El. 754. *δεσπότῃ Κρέοντι* Ant. 1193. *regi*, s. certe *κυρίῳ*. *Ἥλιε δέσποτα* Rhizot. II. 1 (480 D.). Cf. Valck. ad Hippol. 88.

Semel tantum significat *dominum et possessorem.* *τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων* Phil. 262. De tono v. Apoll. de adv. p. 545, 10. Arcad. p. 24, 8.; de vocativo schol. Il. *α.* 175.

Δεσπότις domina. *Δηάνειραν Οἰνέως κόρην — δεσπότιν τε τὴν ἐμήν* Trach. 406. *καί σ' ἔγωγε δεσπότιν ἢ μητέρ' — εἰς ἡμᾶς νέμω* El. 587. — De tono v. *δεσμῶτις.*

Δεῦρο 1. *huc.* *δεῦρο — ἐκπέμψω πάλιν τὸν αὐτὸν ἄνδρα* Phil. 126. *ἡνίκα — κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ* 270. *εἰ μὴ — δεῦρ' ἰόντ' ἐλεύσσομεν* 1205. *δεῦρ' ἔβημεν* Oed. R. 148. *οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην* 318. *πῶς δεῦρ' ἦλθες;* 532. *τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων;* 951. *ἄξει τις — δεῦρο τὸν βοτῆρα* 1069. *δεῦρό μοι φώνει βλέπων* 1121.; de qua formula parandae attentionis Brunckius annotavit. *δεῦρ' ἰὼν* 1402. *δεῦρ' ἴτε* 1480. *δεῦρο προστείχοντα* Oed. Col. 30. *κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμπεν* 299. *δεῦρ' ἀφίξεται* 308. *τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα* 798. *δεῦρ' ἦξα* 894. *πρὶν ἂν κείνας — δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων* 914. *τὰς παῖδας — δεῦρ' ἄγειν τινά* 937. *τὸν ἡμᾶς δεῦρο προςπέμψαντά σοι* 1103. *στείχοντι δεῦρο* 1153. *δεῦρο προςπέμψας* 1351. *πῶς ἂν — δεῦρο Θησέα πόροι;* 1458. *δεῦρ' ὁρμωμένας* 1665. *δεῦρο νεῖσθαι* Ant. 33. *δεῦρο — μολεῖν* 233. *δεῦρ' ἐλθόντα με* 329. *ἥξειν δεῦρο* 386. *ἐκείνους — δεῦρ' αὖθις καλῶμεν* Trach. 341. *κεῖθι δεῦρό τ' ἐξορμώμεθα* 925. *δεῦρο — ἄγ' αὐτόν* Ai. 538. *αἶρ' αὐτόν, αἶρε δεῦρο* 544. *οὐχ ὅσον τάχος δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο;* 985. *ἄγειν τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς δεῦρο σύμμαχον* 1077. *δεῦρ' ἔπλευσας* 1084. *δεῦρο — ἥκει* 1094. *πρόςελθε δεῦρο* 1150. *δεῦρο τόνδ' ὁρμώμενον* 1203. *ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρο* 1239. Cum articulo, ut pro adiectivo sit: *ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ* Oed. Col. 1167. — 2. Pauca illa, quae *δεῦρο hic* significans habere videntur exempla, eiusmodi verba praeferunt, ut ex dicto *κατὰ τὸ σημαινόμενον* commode possint explicari. *πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε* Oed. Col. 1255. id est *ἦλθε δεῦρο ὥςτε παρεῖναι:* et cum articulo *φανήσεται μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος* Oed. Col. 669. interiectum inter Thebas et Athenas spatium, cum mari comparatum pertendente quasi et porrecto, ut pernavigandum sit, ut quis huc veniat. Recte de his statuit Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 4. — De accentu qui diserte praeceperit non reperio, quanquam ex eis conjici licet, quae Apoll. de adv. p. 553, 2. Etym. M. p. 258, 7. de *δεῦρο* verbi speciem referente disputarunt.

Δεύτερον v. *Δεύτερος.*

Δεύτερος 1. *numero secundus s. alter.* *ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι* Phil. 354. Eust. p. 756, 19. *ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλός* Oed. Col. 1317. — *κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω* Ant. 1281. — *ὕβρις δ' ἥδε δευτέρα* Antig. 478. *δευτέραν ὁμιλίαν* El. 410. *δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ*

νόσον Oed. Col. 560 m. — *δευτέρῳ λόγῳ* Phil. 49. i. q. *post illa*, v. Herm. — *τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμι* Oed. R. 282. *ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥ,τε δεύτερα* Captiv. VIII. 9 (49 D.). — 2. *loco et honore secundus* *πολὺ δεύτερον* Oed. Col. 1230 ch. — *τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς* Phil. 1428. *δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς οἴκοι διαίτης* Oed. Col. 352. *κἄστι πρὸς τὰ χρήματα — τἄλλα δεύτερα* Creus. IV. 6 (325 D.). — 3. Adverbii exempla haec sunt: *τὸ δεύτερον* Phil. 1425. *δεύτερον* Phil. 896. 1272. Oed. Col. 327. 767. Trach. 874. Ai. 89. 757.

Δεύω *fundo* significat Ai. 369 m. *ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα*. v. Lobeck.; et Boeckh. Not. Crit. ad Pind. p. 348.

Δρόμος cursus. 1. universe. *οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ* Ai. 873 ch. *a recto cursu declinare*, v. Lobeck. *οὐ γάρ τι βουλῆς ταὐτὸ καὶ δρόμου τέλος* inc. LXVIII. 2 (735 D.). 2. Inprimis de *curriculo* cum *stadii* tum *quadrigarum* dicitur. Illud: *δρόμον προσκηρύξαντος (ἀνδρός)* El. 674. *δρόμου* ex Aug. c. Mosq. et Livin. vulgatae praetulit Herm. *δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα* 676. Suidas v. *δρόμοις* et Zonaras p. 568. *δρόμῳ δ' ἰσῶσαι* et *τὰ πράγματα*. v. *φύσις*. *δρόμων, διαύλων* 681. Suid. v. *βραβῆς*. — Hoc vero: *τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον* El. 716. *τοὺς μὲν ἄλλους ἀσφαλεῖς δρόμους ὠρθοῦτο* 731. *πόλις κατασχεθόντες ἱππικὸν δρόμον* 744. — 3. *circus* ipse, in quo decurritur, *ἱππόδρομος*. *πᾶς ἐμεστώθη δρόμος κτύπου* El. 703. *πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον* 738.

Δρωπός. δ ρ ο π ά, δρεπτά Hesych. ex Palam. II. 2 (428 D.). Blomfieldus coniecit *ἄ δ ρ ο π α, ἄδρεπτα*, quo non opus.

Δρόσος ros. πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας Ai. 1187 ch. Tonum notavit Arcad. p. 75, 4.

Δρύας n. pr. *παῖς ὁ Δρύαντος* Ant. 945 ch.

Δρῦμός quercetum. ὦ τρεῖς κέλευθοι — δρυμός τε Oed. R. 1399. de via *σχιστῇ* silvis umbrosa. De *ῡ* producto correptove v. Herm. ad Orph. Arg. 681.

Δρυοπᾰγής querna ligna coniungens. δρυοπαγῆ στύλον (f. *σ τ ύ λ ο ν*) *τὸν πάσσαλον* explicans Hesychius affert ex Phil. Troi. IV. 2 (629 D.).

Δρῦς quercus. φλὸξ αἱματηρὰ κἀπὸ πιείρας δρυός Tr. 763. *ἀπὸ λιπαροῦ ξύλου. δρῦν γὰρ λέγει πᾶν δένδρον.* schol. Ita iam Aristarchus explicuit ap. schol. Il. λ. 86. Addit Herm., proprie *πεύκην* intelligi. *τῆς βαθυρρίζου δρυός* Trach. 1185. *ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι σχίζουσι κάρα* El. 98 an. *ἰξοφόρους δρύας* Meleag. II. 2 (354 D.). In Rhizot. II. 6. (480 D.) de Hecate cum vulgo legatur *στεφανωσαμένη δρυσὶ καὶ πλεκταῖς ὠμῶν σπείραισι δράκοντων*, scribendum *δ ρ υ ΐ*, nemo enim *δρυσὶ στε-*

φανοῦται, nec πίτυσι, δάφναις, μύρτοις, sed πίτυι, δάφνῃ, μύρτῳ: viamque emendandi monstrat, qui illa verba servavit, schol. Apoll. Rh. II. 1213.: ὅτι δὲ ἡ Ἑκάτη δρυΐνῳ κλάδῳ στέφεται, — καὶ Σοφοκλῆς παρεισάγει τὸν χορὸν λέγοντα. — In Trach. 1158. πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυὸς quercus significatur vaticinans Dodonaea, quam hinc memorat Eust. p. 335, 44. 1057, 42. — De accentu v. Arcad. p. 92, 16.

Δύη calamitas. χωρεῖ πρὸς ἧπαρ — γενναία δύη Ai. 918. v. γενναῖος. passionem tamen intelligi malim secundum Odyss. XIV. 338. δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ Ant. 1295 m. v. Intpp. — De tono v. Arcad. p. 103, 23.

Δύναμαι. I. Formae. Praesens. δύναμαι Oed. R. 1304. Oed. Col. 134 an. Ant. 797 an. δύνασαι Ai. 1143 an. Sed δύνῃ, quam indicativi formam Atticistae condemnarunt (v. Phryn. p. 359. Thom. M. p. 252.) libri omnes et in trimetris quidem habent Phil. 787. Hermannus δύνᾳ dedit, non tam propter Porsoni auctoritatem magis hoc atticum vocantis (ad Hec. 253. ubi coniunctivum esse, sicut Andr. 238. dudum Lobeckius docuit, etsi nunc dissentit Hermannus), quam propter similem scripturam ἐπίστᾳ a Schaefero ad Phil. l. c. comparatam. Quod idem aperte δύνᾳ exstare dicit Phil. 838. secus est, ut quod sua emendatione illatum sit, quanquam post in Laur. a. repertum δύνᾳ: ceteri libri δύναιο, et possit δύνῃ scribi coniunctivo modo. Utroque loco inauditum quoddam δύναι intulit Elmsl. ad Oed. R. 792. Buttmanno et Kuehlstaedtio de dial. trag. p. 119. ionicum δύνῃ tragicis adimendum non videtur. Ego apud Sophoclem ipse quoque δύνᾳ probo, non propter commenticium illum atticismum, sed propter schol. Il. ξ. 199., qui diserte testatur propter simile inclinamentum ab Aristarcho comparata fuisse ἐπίστᾳ, de qua nemo dubitat, et δύνᾳ. Choeroboscus autem, cum quomodo effectum δύνῃ sit exponat apud Etym. M. p. 484, 34. de attico more non pronuntiat, nec si δύνασαι inprimis atticum fuit, nec unquam non dictum ab his, qui in exemplum dicendi cesserunt, protinus quidquid hinc distat a tragicis abiudicandum est. — δύνασθε Ai. 322. δυναίμην Ant 682. δύναιο Oed. R. 697 ch. v. Herm. Phil. 838. δύνᾳ scribendum, δύναιο sensus non patitur. δύναιτο Oed. R. 281. 315. 979. Oed. Col. 254 m. Trach. 543. 740. El. 687. Aload. XI. 8 (109 D.). Camic. I. 2 (299 D.). Polyx. III. 1 (470 D.). inc. LVI. 4 (713 D.). δύνασθαι Oed. Col. 497. Ant. 451. δυνάμενοι Oed. Col. 443. — Futurum. δυνήσομαι Phil. 732. δυνησόμεσθα 1380. δυνήσει Ant. 90. — Aoristus. ἐδυνήθημεν Ai. 1046. At ἐδυνάσθησαν Oed. R. 1212 ch. l[...] plerique. Brunck. ex B. et Herm. ἐδυνάθησαν.

Dresd. b. ἐδυνήθησαν. Illud a tragicis abiudicat Elmsleius l. c. repertum praeterea in Eur. Ion. 866 (881 H.).

II. *Usus.* 1. Plerisque locis cum *posse* significet, exscribi non opus. Sunt Phil. 732. 787. 838. 1380. Oed. R. 281. 315. 697. 979. 1212. 1304. Oed. Col. 134. 254. 497. Ant. 90. 682. 797. El. 687. Trach. 740. Ai. 1046. Aload. XI. 8. Camic. I. 2. Polyx. III. 1. inc. LVI. 4. — 2. Selectiora elocutione haec sunt: a. *δύνασθαι a se impetrare, τλῆναι.* *τὸ δ' αὖ ξυνοικεῖν τῇδ' ὁμοῦ τίς ἂν γυνὴ δύναιτο;* Tr. 542. Sic intelligo, quod perperam, ut videtur, pro *θέλειν* dictum esse putarunt (v. Koen. ad Gregor. p. 136.), Antigonae illud v. 451. *οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.* Non de Creonte loquitur, *sed sese ipsam* dicit *non potuisse impetrare a se, ut Creontis edicta iure divino sanctiora putaret.* *ὄντα* dicit, quod generatim de omnibus, quicunque fuerint, igitur de se quoque pronuntiat. — b. Praegnanter significat *aliquantum posse, satis valere.* *ἀρήξατ' εἰσελθόντες, εἰ δύνασθέ τι* Ai. 322. Sic intelligo *οἱ τοῦ πατρὸς τῷ πατρὶ δυνάμενοι τὸ δρᾶν οὐκ ἠθέλησαν* Oed. Col. 443. *qui patri suo filii, quamvis optime valentes, auxilium ferre recusarunt;* fortasse etiam *ὡς δύνασαι, Τεῦκρε, ταχύνας* Ai. 1143. *quantum maxime potes, s. pro virili parte.* — c. Componuntur et opponuntur verba *ἔχειν: ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο* Oed. R. 315. *ὁρᾶν: λείπομαι γὰρ ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μήδ' ὁρᾶν* Oed. Col. 497. *ἐπίστασθαι: οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν* Ant. 682. — 2. In ratione verbi coniungendi cum aliis vocabulis primum observandum, etsi Atticistae *δύνασθαι* cum futuro dici vetant, dictum tamen Sophocli esse *εἴ σέ γε πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω* Phil. 1380. *πείθειν* Schaeferus corrigebat Schaef. Mel. Cr. p. 99. Sed post et ipse multa exempla eius rei attulit in Lipsiensi editione Gnomicorum Brunckii p. 16., et plane explicuit Vir Summus parerg. ad Phryn. p. 747. Sed attractionem in hoc genere temporum, qualem defendit Herm. diss. de praec. quibusd. Attic. p. 281. Opusc. t. I., non agnosco. — De ipsius *δύνασθαι* temporibus permutatis aliquis cogitet Phil. 732. *ἀπόλωλα — κοὐ δυνήσομαι κακὸν κρύψαι:* ut *δύναμαι* dici debuisse videatur. Sed Philoctetes *sese sentire* exclamat, *fieri non posse,* ut compescat dolorem.

Δύνᾰμις vis. *ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν;* Oed. R. 938. Quaerit Iocasta, quomodo res una tam diversa valeat efficere.

Δύνᾰσις potentia. *τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασίᾳ κατάσχοι;* Ant. 600 ch. *ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά* 941 ch. Extra dorismum non legitur.

Δῠναστεία dominatio. ἀρχῆς ἀλύπου καὶ δυναστείας Oed. R. 593. Suam sic, hominis privati, potentiam Creon vocat, cum sollicitudine regni comparatam.

Δῠνάστης dominus. ἀγήρῳ — χρόνῳ δυνάστας Ant. 604 ch. Iuppiter. Accentus ille, quem in ultima ferri oportebat secundum Apoll. de adv. p. 545, 23. et Etym. M. p. 436, 12., quem fideiussorem habeat, ignoro.

* *Δυνάστις* nescio cuius coniectura est Synd. I, 2 (146 D.). v. μνῆσις.

Δῠνᾰτός. 1. *quod potest fieri.* οὐ δυνατόν Ai. 163 an. ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν; 985. — 2. *potens.* τοῖς δυνατοῖς οὐκ ἐρισιὰ πλάθειν El. 213 ch. Affert Suid. v. πλάθειν, Eust. p. 1887, 14.

Δύνω v. δύω.

Δύο duo. δύο φέρει δωρήματα Phil. 117. Eust. p. 753, 60. δύ' αὕτως δεῖν' ἔλεξας 424. ἄνδρε γὰρ δύο χωρεῖτον 535. Sic Brunckii B. rell. δύω. ὀλώλαμεν δύ' ὄντε Oed. R. 1505. δύ' ἐξ ἐμοῦ — παῖδε, δύο δ' ἄτα Oed. Col. 534—37 m. ἐστερήθημεν δύο Ant. 13. δύω Ricc. et supra scripto ō Laur, a. ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν ὤλοντο 55. δύω vulgatur in Ald. et est in plerisque codd., ἀμέτρως, sed δύο Brunckii T, Laur, a. a prima manu, Laur. b. Ricc. τρέφων δύ' ἄτα 529. ἥκομεν — δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε 976. δύ' οὖσαι Trach. 536. δύο — ἡμέρας 939. Eust, p. 801, 1. δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελὼν Ai. 233 an. δύο Λίβυες El. 691. δύο φέρειν ἐνὶ λόγῳ 1077 ch. εὔφρόνας δύο inc. LVI. 3 (713 D.). Si exempla elisionis consideres et excipias exempla, δύο in fine versus positum exhibentia Phil. 535. El. 691. Trach. 939. inc. LVI. 3., in ceteris ne tolerari quidem versus lege formam videbis a grammaticis damnatam δύω: v. Br. ad Ar. Ran. 1405. Pors. ad Eur. Or. 1550. cf. Matth. Gr. Gr. vol. I, p. 262. Nec ulla fide a libris illa firmatur. — σὺν δυοῖν ἄλλοιν Phil. 539. ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν Oed. R. 581. τάδ' ἐκ δυοῖν ἐρρωγεν 1280. Ald. Iunt. δυεῖν, sed a libris destituuntur, quorum Laur. b. δοιοῖν habet. οἶν δυοῖν Oed. R. 1373. θιγγάνω δυοῖν Oed. Col. 331. δυοῖν κακοῖν 497. παίδοιν δυοῖν 822. δυοῖν ἀδελφοῖν Ant. 13. ἐκ δυοῖν Trach. 937. Br. ex cod. B. δυεῖν. δυοῖν βροτοῖν Ai. 1007. ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν 1283. δυοῖν ἐρίζειν El. 459. οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον 1312. Triptol. VI (533 D.). οὐ δυεῖν nihili est, sed nondum inventa emendatio. Reliquum est synizesis exemplum vehementioris δυοῖν monosyllabum Oed. R. 640. Etsi ne ego quidem, qui atticorum poetarum omnium de synaloepha synizesi et crasi exempla in numerato habeo, plane simile exemplum reperi, tenendum arbitror quod codd. omnes et Suidas tuentur, qui in ipsa v. δυοῖν Oedipi versum affert. Coniecerant

τοῖν δυοῖν κρίνας Reis. Coni. Ar. p. 70., τοῖνδ' ἀποκρίνας Elmsleius. — Ceterum clarum est, formam genitivi δυεῖν atticam dictam apud Sophoclem certa fide carere. Iam veteres de antiquitate eius dubitabant, v. Eust. p. 802, 26., et recentissimis adeo vindicat apud eundem Heraclides p. 1907, 50. Nec Phrynichus praefert, sed probum tantum dicit esse genitivo casu δυεῖν. Qui olim δυεῖν receperant, velut Seidlerus in El. 95. Herm. in Hec. 45. dudum mutarunt, credo, sententiam, certe Hermannus fecit. Matthiae quidem sobrio usus iudicio ad Hec. l. c. adeo sibi non constitit, ut plus semel etiam contra libros δυεῖν ediderit, velut El. 95. 532.; aliis locis libri inter utramque scripturam distrahuntur, velut Med. 1279. Hec. 45. Hel. 652. Iph. Taur. 867. Rem confecisse credendus Schneiderus est, qui ne apud Platonem quidem satis certa fide constare δυεῖν ostendit ad Rpubl. V. p. 92. t. II.

Δυοκαιδεκάμηνος duodecim mensium, annuus. παντῷ δυοκαιδεκάμηνον ἀμμένουσαι χρόνον Trach. 645 ch.

Δύρομαι defleo. δύρομαι γὰρ Oed. R. 1218 ch. Libri contra versum ὀδύρομαι. Illud ex emendatione Porsoni est ad Hec. 734. Elmsleius quidem solum δύρομαι, non ὀδύρομαι tragicorum esse decrevit. v. ὀδύρομαι.

Δυςάθλιος aerumnosus. ὦ δυςάθλιαι τροφαί Oed. Col. 331. Mendicum Oedipi cultum et habitum dicit.

Δυςαίων miser vita. ἦσθα δυςαίων Oed. Col. 149 ch.

Δυςάλγητος. durus, inhumanus. δυςάλγητος γὰρ ἂν εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν Oed. R. 12. Suid. v. ἀνάλγητος habet δυςανάλγητος monstrum ex utroque vocabulo confusum. Explicat ἀσυμπαθής, ἢ δειλός ἐστιν ἢ δυςάλγητος φρένας inc. XXXI. 2. 2 (689 D.). V. Intpp. Greg. Cor. p. 163. Schaef. App. Demosth. t. II. p. 70.

Δυςάλωτος captu difficilis. κακῶν γὰρ δυςάλωτος οὐδείς Oed. Col. 1721 ch. *Nemo mali expers.* Affert Suid. v. ἄχος.

Δυςαμερία infelicitas. μοῖρα δυςαμερίας Ter. VIII. 5 (518 D.).

Δυςάνεμος procella excitatus. κελαινὰν θῖνα καὶ δυςάνεμον Ant. 587 ch. Hesych. Suid.: δυςτάραχον, τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον. Schol.: τὴν ὑπ' ἀνέμων ταραχθεῖσαν. δυςάνεμον θῖνα graviter languet. Iacobs. δυςανέμῳ coniecit, quod coniungeretur cum στόνῳ βρέμουσιν. Nobis quoque haec coniunctio verborum probatur, ut tamen δυςάνεμον retineri velimus; δυςάνεμον βρέμειν inprimis elegans dicendi ratio. Ceterum δυςήνεμον Tricliniani, dorismum libri veteres. Respicit haec Eust. p. 732, 28.

Δυςαπάλλακτος difficilis ad removendum. ἐν δυςαπαλλάκτοις ὀδύναις Trach. 955 ch. [illegible]ιάτους schol. Rom.

Δύςαυλος pernoctanti gravis. δυςαύλων πάγων αἴθρια Ant. 354 ch. exquisitius dictum quam πάγους αἰθρίους δυςαύλους. δ ύ ς α υ λ ο ς, δυςαύλιστος Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ. Hesychius. Est fr. IV. 1 (84 D.).

Δυςβουλία imprudentia. τὴν ἐξ ἐμοῦ δυςβουλίαν Ant. 95. i. q. ἐμήν. ἔθανες ἐμαῖς οὐδὲ σαῖσι δυςβουλίαις 1255 m.

Δυςγένεια ignobilitas. τὴν δυςγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται Oed. R. 1079.

Δυςδαίμων infortunatus. ἐμὲ τὸν δυςδαίμονα Ant. 274. τὸν δυςδαίμονα Λίχαν Trach. 769. δυςδαίμονι μοίρᾳ Oed. R. 1302 an.

Δυςειδής deformis. δυςειδὲς σῶμα Aload. XI. 9 (109 D.).

Δυςέριστος cum exilio controversus. τὸ δυςέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης El. 1377 ch. τὸ δὲ ἔριν γιγνόμενον κακόν. τὸ δὲ κ α κ ὸ ν οὐχ ὡς κατηγοροῦσά φησι· ἐναντίον γὰρ τῷ ἤθει τοῦ χοροῦ. ἀλλ' ὅτι τὰ τοιαῦτα ἔργα οὐχ ἡδέα τοῖς ἀνθρώποις. Schol. bene.

Δυςημερία v. δυςαμερία.

Δυςήνεμος v. δυςάνεμος.

Δυςθέατος infaustus adspectu. ὦ δυςθέατον ὄμμα Ai. 983. v. ὄμμα. Affert Eust. p. 409, 46.

Δύςθεος dis invisus. ὦ δύςθεον μίσημα El. 281. Affert Suidas v. δύςθεος.

Δυςθεράπευτος intractabilis. δυςθεράπευτος Αἴας Ai. 603 ch.

Δυςθρήνητος flebilis. ἔπος ἥσει δυςθρήνητον Ant. 1196.

Δυςθυμία animi aegritudo. τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυςθυμίαι Tyr. XII (584 D.). Inde vocabulum enotavit Antiatt. Bekk. p. 89, 19.

Δύςθυμος animo aeger. σᾷ δυςθύμῳ ψυχᾷ El. 211 ch. Est nostrum *missmuthig*, nec recte schol. σκληρᾷ, βαρυθύμῳ. — οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις δύςθυμος El. 540. Suid. v. δύςθυμος.

Δύσις occasus siderum. κυνὸς ψυχρὰν δύσιν Naupl. V. 11 (379 D.).

Δυςκάθαρτος inexpiabilis. ἰὼ δυςκάθαρτος Ἅιδου λιμήν Ant. 1270 m. De sepulcro deque labe Antigonae morte concepta explicat Musgr. *Portum Orci*, ut λιμένα aliquoties, de *inferorum locis* ipsis dici Hermanno concedam, sed *inexplabilem* vocari puto propter infaustam Labdacidarum sortem, propter iteratas et semper novas calamitates nunquam ab inferorum Deorum exsecratione requiescentem. — Utitur eo loco Eustath. p. 1691, 46.

Δυςκλεής infamis. πατήρ ὡς — ἀπεχθὴς δυςκλεής τ' ἀπώλετο Ant. 50.

Δύςκλεια infamia. μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς ἐπὶ δυςκλείᾳ Ai. 143 an. κακῇ φήμῃ schol. neglecta praepositione. Sunt autem πρὸς δύςκλειαν ἀποσκοποῦντες sive δυςκλεεῖς ποιήσοντες ἡμᾶς. φιλεῖ γὰρ ἡ δύςκλεια τοῖς φθονουμένοις νικᾶν ἐπ' αἰσχροῖς ἢ 'πὶ τοῖς καλοῖς πλέον Epig. I. 1 (194 D.). *invisis mala fama facilius quam bona paritur.*

Δυςκλεῶς ignominiose. δυςκλεῶς θανεῖν El. 994.

Δυςκόμιστος intolerandus. πότμος δυςκόμιστος Ant. 1326 m.

Δύςκριτος difficilis diiudicatione. δύςκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ Trach. 945 ch.

Δυςλόγιστος inexputabilis (unbegreiflich). καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα Ai. 40, Schol. vet.: τὸ δὲ δυςλόγιστον ὅμοιον τῷ πρᾶγος ἄσκοπον (v. 21.), haetenus bene, sed inepte pergit ἀγνοεῖ γὰρ ἔτι τὴν μανίαν.

Δυςμαχέω frustra relucto. θεοῖσι δυςμαχοῦντες Trach. 492. *impie reluctare* Hermannus.

Δυςμαχητέον. ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυςμαχητέον Ant. 1093. In cod. Aug. b. ἀνάγκη scribitur, ad priora relatum illud. *Non esse contra necessitatem pugnandum* ait, quippe omni *eventus spe* destitutis.

Δυςμένεια infensus animus. ἡ — ἐκ σοῦ δυςμένεια El. 609. ἐν δυςμενείᾳ οὖσα i. q. δυςμενής 1113.

Δυςμενής infensus. ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυςμενής Phil. 581. θανὼν — ὥςτε δυςμενὴς ἐμασχαλίσθη El. 436. *ut hostis.* v. μασχαλίζω. Non libri modo, sed etiam Photius et Suidas v. μασχαλίσματα, et Etym. M. v. ἀπάργματα p. 118, 29. tuentur δυςμενής, quod elevaturus erat Musgr. corrigens δυσσεβής. — ἐπ' ἀνδρὶ δυςμενεῖ Ai. 18. πολέμιον δυςμενῆ θ' ἡγούμενος Phil. 1307. δυςμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί Oed. R. 546. ἄνδρα δυςμενῆ χθονός Ant. 187. substantive dictum. Affert Stob. Serm. XXXIX. p. 550. πτύσας ὡςεί τε δυςμενῆ μέθες τὴν παῖδα 649. καίπερ ὄντα δυςμενῆ Ai. 122. δυςμενῶν θήραν ἔχων 561. i. q. πολεμίων. μή τις δυςμενῶν ἀναρπάσῃ 966. Suid. v. κενῆς. τάςδε δυςμενεῖς χοάς El. 432. Hoc unum exemplum est de *re* non *homine* dicti vocabuli. — *Superlativus.* παρ' Ἕκτορος δώρημα δυςμενεστάτου Ai. 647. ἢ τῷ δυςμενεστάτῳ βροτῶν El. 399. — Accentus adeo totius generis est, ut mirer singulatim observatum Etym. M. p. 292, 14.

Δυσμή occasus. ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν Oed. Col. 1248 ch.

Δύςμοιρος infelix. ὦ πάτερ δύςμοιρ' ὁρᾶν Oed. Col. 328. codd. praeter Par. A. δύςμορ', metro adversante.

Δύςμορος infelix. ἐγὼ δ' — ἡ δύςμορος El. 274. πῶς δύςμορος ἀντέχει; Phil. 176 ch. ἐγὼ δ' ὁ δύςμορος 359. νῦν δ' ἠπάτημαι δύςμορος 937. οὐδέν εἰμ' ὁ δύςμορος 939. τί δράσω δύςμορος 1052. πῶς ὁ δύςμορος εἰς φῶς — εἶμι 1336. δύςμορος Oed. Col. 224 ch. exclamatio est, *hominem infelicem!* μεθ' ἡμῶν δύςμορος πλανωμένη 348. ἡ σὴ δύςμορος παραστάτις 565. ἥδε, δύςμορος 753. Tricl. ἥδ' ἡ δύςμορος. ἐρῆμος πρὸς φίλων ἡ δύςμορος Ant. 910. ὁ δύςμορος αὐτῷ χολωθείς 1219. γῆν — δύςμορος ἔπερσε Trach. 466. ὁ δ' οὐδὲν εἰδὼς δύςμορος 772. αἴλινον ᾖσει

δύςμορος Ai. 618 ch. *τίνος ποτ' ἂν ἔπραξε χειρὶ δύςμορος;* 889 ch. *ἐκεῖνος οὔτε στεφάνων — νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν δύςμορος* 1182 ch. *δύςμορον γένος* Tecmessa vocatur Ai. 771. — *δυςμόρου τ' ἐμοῦ* Oed. Col. 332. *δυςμόρου ματρός* Ant. 857 m. *τοῦ δυςμόρου — Οἰδίπου γόνου* 1005. *φεῦ τῆς ἀνύμφου δυςμόρου τε σῆς τροφῆς* El. 1174. — *φωτὶ δυςμόρῳ* Phil. 273. *ἀλλά μοι δυςμόρῳ* Oed. R. 665 ch. Quod Hermannus coniecit *μ' ἁ δυςμόρος*, frigidissimum est. *ἐᾶτέ με δύςμορον εὐνάσαι* Trach. 1001 m. *τὴν δύςμορον νύμφην ὁρῶ Τέκμησσαν* Ai. 870. — *ὦ δύςμορος* Ai. 365 m. *ὦ δύςμορ' Αἴας* 906. — *ἀμφὶ — δυςμόροιν παίδοιν* Oed. Col. 366. *δύςμορ' Οἰδίπους* 563. *ὦ δύςμορε* 803. *ἔστι νῷν δυςμόροιν στενάζειν* 1668 m. — *δυςμόρου γε δύςμορα* (*σκῆπτρα φωτός*) Oed. Col. 1111. unum hoc pluralis exemplum.

Δύςνιπτος **indelebilis.** *χαλκῆς ὅπως δύςνιπτον ἐκ δέλτου γραφὴν* Trach. 680.

Δύςνοια **malevolentia.** *τέκνων ὅσων δύςνοια μὴ πρόςεστι* El. 644. De structura expedivit Hermann.

Δύςνους **malevolus.** *τὸν τῇδε δύςνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει* Ant. 212. — De tono operae pretium duxit adnotare Theodosius p. 30, 13.

Δύςοιστος **gravis perpessu.** *δυςοίστων πόνων ἆθλα* Phil. 506 ch. — *πῶς βίου δύςοιστον ἕξομεν τροφάν;* Oed. Col. 1684 m. cum hypallage dictum pro *πῶς δυςοίστου βίου τροφὴν ἕξομεν*, v. *μεσόμφαλος*.

Δύςομβρος **gravis imbre.** *δύςομβρα βέλη* Ant. 355 ch. Ingentes et subitos imbres intelligendos monet Eust. p. 692, 55.

Δύςοργος **iracundus.** *καίπερ οὐ δύςοργος ὤν* Phil. 377. memorat Suid. v. *δύςοργος*. *ἀνὴρ δύςοργος* Ai. 996. Suid. v. *δύςοργος*, Zonar. t. I. p. 577. *μὴ τοσοῦτον ὡς δάκνει θυμῷ δύςοργος* Tr. 1108. *τοσοῦτον δύςοργος* iungendo.

Δυςοσμία **odor gravis.** *βοῆς τε καὶ δυςοσμίας γέμων* Phil. 864. *καὶ τάχ' ἂν κεραυνίᾳ πέμφιγι βροντῆς καὶ δυςοσμίαν λάβοι* Salm. V. 4. (483 D.) ex emendatione Hermanni diss. de Aesch. Prom. Sol. p. 24.

Δυςούριστος **infaustus.** *ἰὼ σκότου νέφος — δυςούριστον* Oed. R. 1316. Male schol.: *ὅρον μὴ ἔχον, ἀλλ' ἀεὶ παραμένον, δυςπεριόδευτον;* nihilo melius glossa *δυςπερίληπτον*. Est autem ab *οὖρος*, quasi *vento saeviter secundo advectus*.

Δυςπάρευνος **infausto matrimonio iunctus.** *τὸ δυςπάρευνον λέκτρον* Trach. 788. Suid. v. *ἐνδατούμενος*. Eins cod. Leid. *δυςπάνευνον*.

Δυςπέλαστος **intractabilis.** *δυςπέλαστον ἀμαθία κακόν* inc. X, 2 (663 D.).

Δυςπετής **difficilis.** *μαθεῖν — οὐ δυςπετής* Ai. 1025.

Δυςπινής **squalidus.** *δυςπινεῖς στολάς* Oed. Col. 1593. Suid. v. *δυςπινῆ*.

Δύςπνους *graviter spirans.* δυςπνόοις — Θρῄσσαισιν — πνοαῖς Ant. 584 ch. de Boreae flatu. Inde de *homine anhelante* δύςπνους ἱκάνω Ant. 224.

Δυςπόνητος *aerumnosus.* τὴν δυςπόνητον — ἀμφ᾽ ἐμοὶ τροφὴν Oed. Col. 1610. laborem victus curandi dicit.

Δύςπονος *infeliciter laboriosus.* πόνοι βροτῶν δύςπονοι Ant. 1262 m.

Δύςποτμος *infelix.* δύςποτμός τε καὶ κακή Oed. Col. 1435. — ὦ δύςποτμε Oed. R. 1068. El. 1190. ubi cod. Aug. c. δύςμορε. — στυγεράν ἔχε δύςποτμον ἀρὰν ἐπ᾽ ἄλλοις Phil. 1105 ch. δυςπότμου χάριν κληδᾶς Oed. R. 888 ch. ταύτας ὁρώσῃ δυςπότμους Trach. 298. ἰὼ δυςπότμων — γάμων κυρήσας Ant. 861 m. Media, ut in thesi fieri par est, corripitur.

Δυςπραξία 1. *irritus incepti eventus.* οἴμοι κελεύθου τῆς τ᾽ ἐμῆς δυςπραξίας Oed. Col. 1401. — 2. *infortunium.* βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις Ai. 746. Apud Stob. ecl. phys. I. p. 114. est δυςπραγίαις.

Δυςπρόςοιστος *intractabilis.* πατρὸς τὸ δυςπρόςοιστον κἀπροςήγορον στόμα Oed. Col. 1279. Schol. δυςπροςπέλαστος. cf. Reisig. item Elmsl. ad Eur. Med. 274.

Δυςπρόςοπτος *infausto adspectu.* δυςπρόςοπτ᾽ ὀνείρατα El. 452.

Δυςπρόςωπος *foedus adspectu.* μου κάρα τὸ δυςπρόςωπον εἰςορῶν Oed. Col. 287. Sed Laur. a. b. Farn. Ricc. b. δυςπρόςοπτον, quod minus elegans dicas, sed ab optimo fere codicum firmatur, ut recipiendum videtur fuisse.

Δυςσέβεια *impietas.* οὐ δυσσέβεια, τοὐμὸν εἰ τέρψεις κέαρ Trach. 1236. τἀπιτίμια τῆς δυςσεβείας El. 1375. Affert Suidas v. ἐπιτίμια et τἀπιτίμια. παντὸς ἔργου δυςσέβειαν εἰδέναι Ant. 301. i. e. πᾶν ἔργον δυςσεβές. ἐπεὶ — τὴν δυςσέβειαν εὐσεβοῦσ᾽ ἐκτησάμην 915. Recte Wunderl. Obss. in Aesch. p. 65. explicuit *impietatis crimen pie faciendo contraxi.* Et iam schol. εὐσεβῆ πράξασα ἔργα ἀσεβεῖν ἔδοξα.

Δυςσεβέω *impie facio.* ἐκδιδαχθῶ δῆτα δυςσεβεῖν —; Trach. 1235. δυςσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν Aload. VIII. 2 (108 D.).

Δυςσεβής *impius.* πῶς δῆτ᾽ ἐκείνῳ δυςσεβῆ τιμᾷς χάριν; Ant. 510. Haec vera scriptura est in tribus Brunckii codd. Aug. b. Dresd. a. Ricc. δυςσεβῆ τιμαί (sic). Viam corruptelae inferendae monstrat Laur. a. in quo δυςσεβῶς suprascripto βῆι. Sed ante Hermannum nemo sensum perspexit. ἐκείνῳ ad Eteoclem refertur, et δυςσεβῆ χάριν τιμᾶν oxymoron habet pro ἀσεβεῖν εἰς. — τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυςσεβεῖ Ant. 512. (θεοὺς) βλέπειν — πρὸς τοὺς δυςσεβεῖς Oed. Col. 281. τοὺς μὲν δυςσεβεῖς κακῶν τ᾽ ἄπο βλαστόντας Alet. VII. 1 (94 D.). πολλοὶ γὰρ ᾠδύσαντο δυςσεβεῖς ἐμοί Niptr. IV. 2 (408 D.). — *Superlativus.* Ἀτρέα δ᾽, ὃς αὖ σ᾽ ἔσπειρε

δυσσεβέστατον Ai. 1272. vulgo Ἀτρέα et δυσσεβέστατον coniungunt; rectius hoc referas ad σέ, v. Herm. δρῶντα — τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων Oed. Col. 1192. v. κακῶς.

Δυστάλαινα (δυστάλας non comparet) *miserrima.* ὦ δυστάλαινα Oed. R. 1236. Trach. 306. Ai. 404. δυστάλαινα τἄρ' ἐγώ Oed. Col. 1444. αἰαῖ δυστάλαινα 1731 m. τάλαινα, δυστάλαινα καρδίαν Trach. 648 ch. πατρὸς τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην El. 276. coenam, inter quam Agamemno occisus est.

Δυστέκμαρτος ad indagandum difficilis. ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας Oed. R. 109. Respiciunt Moschop. dictt. att. v. ἴχνος, Suid. et Zonar. v. δυστέκμαρτον, schol. Eur. Hec. 1035. Media in thesi corripitur. Cf. Hermann. ad Orph. Argon. 12.

Δύστεκνος. (*Λάϊος*) τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν Oed. R. 1248. Iocasten Laius reliquit, ut ex suo ipsa filio infandum genus liberorum pareret. (ῠ ut in thesi).

Δύστηνος 1. *miserrimus.* δύστανος — νοσεῖ νόσον ἀγρίαν Phil. 172 ch. εἱλυόμην δύστηνος — πρὸς τοῦτ' ἄν 291. Sic libri omnes, schol. ad v. 702. et Suidas v. ἄτρακτος. Erf. et Wakef. Canteri coniecturam admiserunt, δ ύ σ τ η ν ο ν, quod etiam Dindorfius admisit; hoc ad πόδα referendum, et elegantius sane est. Nec satis successit Schaefero τάλας et δύστηνος iuncta exemplis firmare. Hermannus τάλας tanquam exclamationem distinctione utrinque posita mediae orationi exemit. δύστηνος ὦ τάλας ἐγώ Phil. 734. Rursus Wakef. δύστηνον, quod ad praecedens verbum διέρχεται accommodaretur. ὦ δύστανος ἐγώ 1137 m. κεῖνός γ' ὁ δύστηνος Oed. R. 855. δύστηνος (ἐγώ) 1155. ἔνθα δύστηνος — τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι 1249. δύστανος ἐγώ 1308 an. τὸ δύστηνον κάρα Oed. Col. 561. ἀφέλκομαι δύστηνος 848. Libri vett. ἀφέλκομ' ὦ, praeter Laur. b. in quo est ἀφελκόμεθ' ὦ. Verum Triclinius servavit. φανεὶς δύστηνος 978. ὄλωλε γὰρ δύστηνος; 1579. ὦ δύστηνος Ant. 375 an. Aug. b. δύστηνε. ἰὼ δύστανος 843 m. γυνὴ — δύστηνος 1268. ἐγὼ — δύστηνος Trach. 16. δακρυρροεῖ δύστηνος 325. Cod. Flor. δύστηνον, credo quod sequitur διήνεμον πάγον. ὦ δύστηνος 376. μόνη — δύστηνος ἐξαποφθερῶ 710. ἡ δύστηνος εἰσορωμένη 905. ὁ παῖς δύστηνος ἔλειπετ' οὐδέν 932. ἰοὺ δύστηνος 1133. ἰώ μοί μοι δύστηνος El. 77. μή σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι Ai. 529. ἆρ' ἐστὶν ἡ δύστηνος Ἠλέκτρα El. 80. ἀπωλόμην δύστηνος 667. ἤκουσ' ἀνήκουστα δύστανος 1399 ch. — ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ Phil. 749. δύστηνε δῆτα 750. ἰοὺ ἰοὺ δύστηνε Oed. R. 1071. φεῦ φεῦ δύστανε 1303 an. δύστανος contra metrum Aldus, codd. Laud. Bodl. 2. Trin. Mosq. a. Dresd. b. Flor. Γ. Δ. Θ. Pal., et, ut videtur Laurr. tres. δύστανε, τί γάρ; Oed. Col. 547. — τὸν δύστηνον

ἐμὸν πατέρα El. 94 m. σὲ τὸν δύστηνον Oed. Col. 749. ἄνδρα δύστηνον Phil. 227. με τὴν δύστηνον Ant. 913. δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν Trach. 111 ch. ὁρᾶτε τὸν δύστηνον 1069. τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν; Ai. 109. μὴ δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ 111. ἐποικτείρω δέ νιν δύστηνον 122. τὸ δύστηνον λέχος Ant. 1210. — ὡς κείνῳ δυστάνῳ El. 851 ch. δύσκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ Trach. 945 ch. τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ Ai. 836. τῷδε δυστήνῳ ποδί Phil. 1363. — τοῦδε δυστήνου πλάνου Oed. Col. 1116. δυστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα Ant. 375 an. δυστήνου νεκροῦ Ai. 1149. τἀμὰ δυστήνου κακά Oed. Col. 345. — ὦ δύστανα γένη βροτῶν Phil. 178 ch. δυστάνοις αἰκίαις El. 501 ch. — 2. Adsignificatur *detestatio*, ut δύστηνος non *misericordia dignus* dicatur sed *dis hominibusque invisus*. ἆρα — κἀπικωκῦσαι δοκεῖ τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ' ὀλωλότα El. 790. Indignabunda loquitur propter foedam Clytaemnestrae impietatem. ἔμ', ὦ δύστηνε, — ποῖ ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε —; Phil. 1004. δύστηνε, ποῖ βλέπων ποτ' αὐτὰ καὶ θροεῖς; Ai. 1269. Teucer inimicum Agamemnonem maledicto petit. Sic intelligendum videtur ὦ παῖ παῖ δυστανοτάτας ματρός El. 120 ch., quam τὴν θεομυσῆ interpreteris. Affert Suid. v. δύστηνος; schol. τῆς ἐξωλεστάτης explicat, bene addito οὐ γὰρ ἐπ' οἴκτου ἐστὶν ὁ λόγος. Quin etiam de *rebus* sic videtur dictum. ὅταν ἐπάγειν — δύστανον ὄνειδος Ἑλλάνων Ai, 1170 ch. et de horrendis Apollinis vaticiniis ἄλλα δ' ἄθλια καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὐφάνη Oed. R. 790. Conferri de hac re potest praeter Musgr. ad Eur, Herc. fur. 1049. Ruhnk. ep. Cr. II. p. 139. et in praef. ad Schelleri lex, p. XI. — 3. De *dorismo* scripturae ambigua res. In melicis partibus reperitur δυστανοτάτας El. 120. δυστάνῳ El. 851. Trach. 945. δυστάνοις El. 501. δύστανος 1399. Phil. 172. 1137. Ant. 843. δύστανον Trach. 111, Ai. 1170. δύστανα Phil. 178. δύστανε Oed. Col. 547. vix ulla notabili discrepantia scripturae, nisi quod Phil. 1137. Steph. Turn. Cant. δύστηνος, idem in Ai. 1170. cod. Aug. b. Et recte habet dorismus, si secundum affectus gravitatem ponderes. Quod in exclamatione Electrae 77. ἰώ μοί μοι δύστηνος consensu omnium legitur, factum inde est, quod non est in cantico, sed colloquio medio interponitur. Sed in anapaestis choricis legitur δύστανε Oed. R. 1303. sed ὦ δύστηνος καὶ δυστήνου πατρός Ant. 375.; in anapaestis ab Oedipo pronuntiatis δύστανος Oed. R. 1309., quod si secundum animum eius graviter affectum iudices, aptum videtur. Priora choricorum anapaestorum exempla simillima sententia sunt, ut dialecti discrimen faciendum fuisse non appareat. — In Trach. 1002. nunc puto eiectum iri ab omnibus versum inutilem ἐᾶτε με δύστανον εὐνάσαι, in quo ὕστατον εὐνάσαι secundum Scholiasten Hermannus scripsit. Id in Laur. a. verbo praecedentis versus δύσμορον pro

discrepante scriptura appositum et εὑνᾶσαι (pro εὐνάσαι) scriptum bis; totum versum inepte inculcatum omissum in cod. T. Brunckius testatur.

Δυστομέω exprobro maledicendo. σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ κείνην τε ταῦτα δυστομεῖν Oed. Col. 990. Brunckius δυσστομεῖν dedit, quod refutarunt Reisig. C. Crit. p. 323. et Elmsleius; etiam multo ante Bentleius, et Porsonus App. ad Toup. Em. in Suid. p. 436. Ceterum Ricc. a. Laur. b. edd. vett. διστομεῖν.

Δυστράπελος pertinax. δυστράπελος Αἴας Ai. 897. Eust. p. 644, 33. Zonar. t. I. p. 678. Plut. Symp. Qu. IX. 6. p. 741, a.

Δυστυχέω infelix sum. καὶ νῦν δυστυχῶ Ai. 677. ἀνάξιαι γὰρ πᾶσιν ἐστὲ δυστυχεῖν Oed. Col. 1448. — κείνοις ὁ τύμβος δυστυχῶν ὁ σὸς βαρύς Oed. Col. 403. Brunckius de sepulcro apud exteros intelligebat, et videtur hoc significare schol ad v. 458. sic scriptum: χρησμὸς γὰρ ἦν, ὡς ἢν οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐγκρατεῖς γένωνται, ἔσοιτο αὐτοῖς ποτὲ σωτὴρ πολιορκουμένοις ὑπὸ Θηβαίων. Melius Elmsl. et Herm. *iustis honoribus* carentem interpretantur; metuisse enim Thebanos, ne ab exteris hominibus iusta mortuo fierent, itaque manes sibi iratos haberent. — τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταῤῥέπει τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί Ant. 1144. — πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' εἰς τὰ σά, ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ Oed. Col. 804. Schol.: ἀντὶ τοῦ· ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε μᾶλλον σὺ δυστυχεῖς ἢ ἐγώ. — εἰ κείνῳ γένος μὴ 'δυστύχησεν Oed. R. 262. *si liberorum stirpem reliquisset.* Recte schol. vet. ὥστε μὴ παιδοποιήσασθαι. Triclinius ineptit.

Δυστυχής infelix. ὁ δυστυχὴς δαίμων ὁ σός τε κἀμός El. 1147. — δυστυχῆ τρίβει βίον El. 592. αἰῶνα — ἔξοιδ' ἔχουσα δυστυχῆ Trach. 5. ἠχεῖ τις — δυστυχῆ κωκυτόν 863. Inepte schol.: οὐ μικρόν, ἀλλὰ μέγα καὶ ἐξακουστόν. Est autem *ploratus gravis mali index.* — ὦ δυστυχής El. 922. — δυστυχεῖς πεφυκέναι Alet. VII. 4 (94 D.). — ἆρα δυστυχεστάτην κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν; Ant. 1197. *longe infeliciorem.* v. Herm. ad Vig. p. 718.

Δυσφημέω male ominata loquor. δυσφημῶ μὲν οὔ El. 893. οὔτοι ποτ' ἄλλην ἢ 'μὲ δυσφημεῖς; 1173. Ex scholiastarum adnotatis postrema sola apta sunt: τὰ δύσφημα ταῦτα, ἃ λέγεις, ἐμοὶ καὶ οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἁρμόζει. Sunt autem δύσφημα illa quae Orestes dixerat, ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον. De accusativo v. Schaefer. ad Hec. Pors. 177.

Δυσφημία eiulatus; is enim cum inter sacra maxime profertur, male ominatus est. κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις Phil. 10. — Longe aliter dictum est μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας Hel. VI. 2 (185 D.). Aut *infamiam* significat, aut *detestationes:* sic ἔχειν erit ἀνέχεσθαι.

Δυσφιλής ingratus. δυσφιλὴς πίνος Oed. Col. 1260.

Δυςφορέω graviter fero. εἰ δοκῶ — δυςφορεῖν ἄγαν El. 247.

Δύςφορος gravis ad ferendum. παιδὸς δύςφορον ἄταν Ai. 628 ch. λέγω — τὰ δύςφορ', εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν Oed. R. 87. Afferunt Suid. et Zonar. v. δύςφορα. Glossae explicant τὰ δοκοῦντα σχέτλια, τὰ δυςχερῆ, ἤγουν ἡ ζήτησις τοῦ φονέως, scholia τὰ δύςφημα. Rectius τὰ χαλεπὰ διαπράττειν. δυςφόρους ἐπ' ὄμμασιν γνώμας βαλοῦσα Ai. 51. Recte schol. Pal. παραφόρους interpretatur. τί μοι τῶν δυςφόρων ἐφίει; El. 141 ch. Dedita enim opera luctui indulgere Electra videbatur. Afferunt Suid. v. ἐφίει et Zonar. p. 935.

Δυςφόρως moleste. τά γ' ἐν σοὶ δυςφόρως ἔχοντα Oed. R. 770. gl. βαρέως διακείμενα. δυςφόρως τοὔνειδος ἦγον 783. gl. βαρέως, χαλεπῶς.

Δύςφρων. ὤμοι δύςφρονος ἄτας Oed. Col. 202 m. Docet Hermannus *caecitatem* suam ab Oedipo deplorari, non scelera ab imprudente commissa, quod putabat Reisigius, miro commento Comm. Cr. p. 264. explicans ἄφρονος, id quod de mente hominis, non de calamitate aliqua sic dici potuit. — ἰὼ φρενῶν δυςφρόνων ἁμαρτήματα Ant. 1247 m. sunt κακῶς φρονοῦντος ἁμαρτίαι.

Δυςχείρωμα quod magno molimine vincitur. πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλῳ δυςχείρωμα δράκοντι Ant. 126 ch. v. ἀντίπαλος.

Δυςχεραίνω molestus sum. ῥήματ' ἢ τέρψαντά τι ἢ δυςχεράναντα Oed. Col. 1284. oratio vel *grata* vel *acerba.*

Δυςχέρεια molestia. δυςχέρεια — πολλὴ τοῦδε τοῦ φορήματος Phil. 471. Suid. v. φορά. Molestum se avehendi negotium dicit. δυςχέρεια τοῦ νοσήματος 888. ἅπαντα δυςχέρεια 890.

Δυςχερής gravis. μὴ τῷ θανόντι δυςχερὲς ποιῶ Ai. 1374. ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυςχερής El. 917. Aliam scripturam δυςμενής schol. adnotavit. Memorat Eust. p. 645, 16. Ceterum μητρί ad utrumque adiectivum refertur κοινῶς. — πᾶσι θαῦμα δυςχερὲς παρῆν Ant. 254. Non puto *difficile ad coniiciendum* dici, sed *gravem rem*, metus ut significatur, qui conspicientes incesserat.

Δυςώδης foetidus. χωλός, δυςώδης Phil. 1021. De se propter vulneris foetorem Philoctetes. De tono praecepit Arcad. p. 25, 23. cf. Etym. M. p. 458, 29.

Δυςώνυμος male ominatus, inde *infaustus.* ἦ μητρόθεν — δυςώνυμα λέκτρ' ἐπλήσω; Oed. Col. 532 ch. μητρόθεν δυςώνυμα coniungenda. ποῦ — κεῖται — δυςώνυμος Αἴας; Ai. 897. Attigit hoc Eustathius p. 640, 34. — Aliter dixisse δυςώνυμον Sophocles videtur Aload. XI. 9. (109 D.): (πλοῦτος) δυςειδὲς σῶμα καὶ δυςώνυμον γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν θ' ὁρᾶν. Hic cum εὔμορφον respondeat δυςειδεῖ, γλώσσῃ σοφὸν δυς-

ωνύμῳ, nihil videtur relinqui, nisi ut δυςώνυμον *infantem*, *indisertum* significare putemus, τὸν χαλεπῶς δυνάμενον λέγειν.

* Δύω v. δύο.

Δύω s. δύνω. Hoc enim praesenti tempore solum usitatum Sophocli. ὡς ἂν — ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν Phil. 1315. — στενὴν ἔδυμεν ψαλίδα Lac. I (336 D.). δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον Ant. 1202. *nos inserentes*, *penetrantes* rima quadam, v. Herm. αἰθέρα δῦναι μέγαν Ai. 1171 ch. Suid. v. ὤφελεν. De zeugmatis figura v. Musgravium.

Δώδεκα *duodecim*. ταυροκτονεῖ μέν, δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων, λείας ἀπαρχήν, βοῦς Trach. 757.

Δωδέκατος *duodecimus*. δωδέκατος ἄροτος Trach. 822 ch.

Δωδών n. pr. loci. τὴν — φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι Trach. 171. Affert Steph. Byz. in fr. de Dodona, respicit Eust. p. 286, 43. 365, 13. εἰς Δωδῶνος (γύας) Niptr. I. 1 (401 D.). Δωδῶνι ναίων Ζεύς I. 3 (401 D.). τὸν ἐν Δωδῶνι δαίμονα I. 4 (401 D.). De forma cf. Wesseling. ad Diodor. t. I. p. 282. Meinekius ad Euphor. p. 47. 57. Nominativum exstare negat Stephanus l. c.; cui tamen ne nimium tribuamus, Lobeckius effecit diss. IV. de adiect. motione anomala p. 7. De accentu praecepit Choeroboscus Bekkeri p. 1228.

Δωδωνίς *Dodonaea*. τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερίας Δωδωνίδας Niptr. I. 4 (401 D.).

Δῶμα *domus*. Aeolensium vocatur in glossis secundum civitates compositis apud Bekk. p. 1095. Singulari numero non admodum usu frequentatur. 1. *domus* proprie dicta, quae usitatissima significatio. δῶμα Πελοπιδῶν τόδε El. 10. regiam enim demonstrat. ὦ πατρῷον δῶμα 69. δῶμα πάκτου Ai. 576. Affert Eust. p. 742, 43. 1532, 59. 1937, 62. — ὦ πάτρια λόγῳ παλαιὰ δώματα Oed. R. 1395. τὰ τοῦ τυράννου δώματ' Οἰδίπου Oed. R. 925. πρὸς δὲ δώματα χωρῶμεν ἤδη πάντες Trach. 331. τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου El. 651. — δωμάτων ἔξω περᾷ Oed. R. 530. τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων 944. ἐκ δὲ δωμάτων πάρα Ant. 1166. δωμάτων εἴσω Trach. 896. ἄλλῃ τε κἄλλῃ δωμάτων στρωφωμένη 903. βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι El. 1378. στεῖχε δωμάτων πάρος Ai. 73. — δώμασιν ἐν τοῖς ἐμαυτῆς El. 254. — 2. De *dis* dictum, et *templum* quidem: ἐς τὰ Πυθικὰ ἔπεμψα Φοίβου δώματα Oed. R. 71. de *Orci dei sede* ὦ δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης El. 110 an. — 3. *urbs*. δῶμα Καδμεῖον Oed. R. 29. Sic certe plerique et meliores codd., etiam Laur. a. Olim vulgatum Καδμείων ferri non potest, nisi δώματα scribatur. — 4. *gens*. εἴπερ — ἔτι τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων

Oed. R. 1226. et de *puellis in matrimonio collocandis* διεμπολώμεθα — αἱ δ᾽ εἰς ἀήθη δώματα Ter. VII. 10 (517 D.).

Δωρεά donum. ἐκείνου τήνδε δωρεὰν ἔχων Ai. 1011. Accentus, qui est periecticorum, a quonam accuratius notatus sit, non reperio.

Δωρέομαι dono, remuneror. Deponens est, sed aoristum passiva et forma et significatione admittit, sicut βιάζομαι. Exstat is Ai. 1008., ᾧ δὴ τοῦδ᾽ ἐδωρήθη πάρα. Suid. v. ἄντυγες habet οὐ δή. v. Herm. — τὰ νῦν δωρούμεθα El. 450. τἀπιτίμια τῆς δυσσεβείας οἷα δωροῦνται θεοί 1375. εἴ σοι — πλήρη δ᾽ ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις, τότε δωροῖτο Oed. Col. 784.

Δώρημα munus. μέγ᾽ ἂν λέγοις δώρημα τῆς ξυνουσίας Oed. Col. 653. *beneficium* est, quo Athenienses pro hospitalitatis munere affecturus Oedipus erat. Simili tralatione dictum τοῦτό γ᾽ ἔρξας δύο φέρει δωρήματα Phil. 117., quod Eustathius affert p. 753, 60. — ἐδεξάμην παρ᾽ Ἕκτορος δώρημα Ai. 647. ἔκκριτον δέ νιν κείνῳ δώρημ᾽ ἔδωκεν 1282. πέπλον, δώρημ᾽ ἐκείνῳ Trach. 600. τὸ σὸν φέρων δώρημα 755. τὸ σὸν μόνης δώρημ᾽ ἔλεξεν 773. — οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων; Tr. 665. De hac structura v. Valck. ad Phoen. 941. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 30. Bernhardy Synt. p. 86. 92. 110. τίς Οἰδίπουν — σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασιν; Oed. Col. 4. Affert Galen. protrept. c. 5. v. Valck. Diatr. p. 195.

Δωρητός dono datus. ἣν (ἀρχήν) ἐμοὶ πόλις δωρητόν, οὐκ αἰτητὸν εἰσεχείρισεν Oed. R. 384. Memorat Suidas v. δωρητός et χειρίζω.

Δωρικός Doricus. Ἄργος Δωρικὸν Oed. Col. 1303. Respicit versum Eust. ad Dion. Perieg. 419.

Δωρίς Doriensis. Μερόπη Δωρίς Oed. R. 775. Minus proprie dictum τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ Πέλοπος Oed. Col. 701 ch. Peloponneso. v. Intpp. et Dorvill. ad Char. p. 569.

Δῶρον munus. δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος Oed. Col. 713 ch. ἦν μοι παλαιὸν δῶρον — θηρός Trach. 552. τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ, τὸ πόμπιμον 869. σφαγεὺς — δῶρον ἀνδρὸς μάλιστα μισηθέντος Ai. 804. ποδαπὸν τὸ δῶρον ἀμφὶ φαιδίμοις ἔχων ὤμοις Niptr. V. 4 (403 D.). θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο inc. LXXVI. 1 (749 D.). — δῶρον — τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβὼν Oed. R. 1022. ἐμοὶ τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν Oed. Col. 433. ἐδεξάμην τὸ δῶρον 545 m. δώσων ἱκάνω τοὐμὸν — δέμας σοι δῶρον 583. κἄθηκα — ἡλίου ἀλαμπὲς δῶρον Trach. 689. — ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα Ai. 650. sententia multum celebrata: v. ἄδωρος. — ἀντὶ δώρων δῶρα — προσαρμόσαι Trach. 494. εἴ μοι τὰ σὰ μέλλοι τις οἴσειν δῶρα El. 352. κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσα δώροις εἴτ᾽ ἐλαφηβολίαις Ai. 178 ch. Cum ψευσθεῖσα δώροις pro δώρων dici non potuerit, elegans est Musgravii coniectura

ψευσθεῖσ᾽ ἀδώροις. Consentiunt autem libri et schol. in vulgata scriptura, quam emendaturus erat *δώρων* scribendo Georg. Lecapenus Ms. apud Porsonum. Probabilis est Hermanni explicatio *decepta, ob dona e spoliis, vel ob venationem*, ut *ψευσθεῖσα* absolute ponatur.

Δωτιάς Dotiensis. βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος Pel. V (439 D.).

Δωτιεύς Dotiensis. Δωτιεὺς ἀνήρ Acris. XII. 1 (69 D.). *ὁ Δωτιεὺς Λαπίθης Κορωνός* Lemn. I. 1 (345 D.). Haec a Steph. Byz. v. *Δώτιον* servata emendavit Heringa Obss. p. 235.

E.

Ἒ luctus et *miserationis* significandae interiectio, iterari solita. *ἒ ἒ* Oed. Col. 147 ch. Trach. 1000 m. 1011 m. 1021 m. 1071 m., quo loco a praegresso versu dochmiaco primus Hermannus separavit. *ἒ ἒ ἰὼ δαῖμον* est Tr. 1021. *ἒ ἒ αἰαῖ* El. 817. *ἒ ἒ ἰώ* 830 in antistrophico.

Ἔα ἔα interiectio *admirationis metu mixtae. ἔα ἔα ἰδοὺ μάλ᾽ αὖθις ἐμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος* Oed. Col. 1475 ch.

Ἐάν si. 1. Servit *enuntiationi conditionali* eiusmodi, qua, quod ponitur ut eventus rei confirmet, iubetur exspectari. In apodosi igitur vel futurum, vel imperativum, vel aoristum praesentis, sive indicativo, quod rarius, sive potentiali optativo dici consentaneum. *ἐὰν δοκῆτέ μοι κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν τοῦτον* Phil. 126. *δράσαντι — γέρας (ἐστίν) ἐὰν μόλω ᾽γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα* 477. *κἂν — οὕτω φρονῇς, ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα* 1243. *ὅς σε — ἀποστελῶ βίᾳ, ἐάν τ᾽ Ἀχιλλέως παῖς, ἐάν τε μὴ θέλῃ* 1282. Usitatius est *εἴτε*: *ἐάν* dictum, quod eventus iudex futurus erat, num rem passurus esset Neoptolemus, necne, plane ut *ἐὰν δέ τοι λεφθῇ τε καὶ μή, — οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ᾽ ἐλθόντα με* Ant. 327. *ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων, στυγεῖς* Phil. 1306. De futuris enim argumentatur ex his, quae ipsi iam acciderant. *τί γάρ, ἐὰν πορθῶσι χώραν τὴν ἐμήν;* (sc. *γενήσεται*) 1391. De v. 1430. v. *θνήσκω. — τἄμ᾽ ἐὰν θέλῃς ἔπη δέχεσθαι —, ἀλκὴν λάβοις ἄν* Oed. R. 216. *ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω* 340. *κἂν λάβῃς μ᾽ ἐψευσμένον, φάσκειν* (i. q. *φαθί*) 461. Affert Aristides t. II. p. 367. *ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς κοινῇ τι βουλεύσαντα, μή μ᾽ ἁπλῇ κτάνῃς ψήφῳ* 605. De Oed. R. 1062. v. *εἰ. ἐὰν — θέλητε μου — ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῇδε τῇ πόλει μέγαν σωτῆρ᾽ ἀρεῖσθε* Oed. Col. 458. *κἂν κεῖνα λεύσσῃς, — γνώσει* 1199. *σῶς ἴσθ᾽, ἐάν περ κἀμέ τις σώζῃ θεῶν* 1212. *ἐάν γ᾽ αἱ τοῦδ᾽ ἀραὶ πατρὸς τελῶνται, μή μ᾽ ἀτιμάσητέ γε* 1409. *ἄν* codd., illud, cum deesset syllaba versui, Brunckius primus dedit.

πόλεις, κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν 1532. i. q. *εἰώθασι καθυβρίζειν. ἐχθίων ἴσει σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε* Ant. 87. *ἐὰν δ' ἀπῇ — τὸ χαίρειν, τἄλλ' — οὐκ ἂν πριαίμην* 1154. Eust. p. 757, 31. *ὀνήσει τῶν ἐμῶν, ἐὰν πίθῃ, πορθμῶν* Trach. 567. *ἐὰν γὰρ αἷμα — ἐνέγκῃ — ἔσται κηλητήριον* 569. *κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔ ποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ* 594. *ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ κἂν μηδὲν ἕρπων, τήν γε δράσασαν — χειρώσομαι* 1097. Libri *ὦ* et *ἕρπω*, Herm. *ὢν* et *ἕρπων*, indicativo potius *κεἰ τὸ μηδὲν εἰμί* opus fuisse affirmans. Sed assumpto *ἕρπων* ex scholiasta, ut subaudiatur *ὦ* cum circumlocutione, aptissime dicta omnia. Non fatetur se esse perditum, ut ulcisci nequeat, sed quando vel eventus sese talem esse monstret, nihilo minus satis fore virium ad Deianiram ulciscendam. *ἐπαίνου τεύξεται — ἐὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν* Ai. 524. *ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς* 1047. *ἄνδρα χρή, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα, δοκεῖν πεσεῖν ἂν* 1056. *τὰ σκληρὰ γάρ τοι, κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει* 1098. *οὐ δίκαιον βλάπτειν τὸν ἐσθλόν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς* 1324. *ἵππος — κἂν ᾖ γέρων, — θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν* El. 25. *αἰσχρῶς δ', ἐάν περ καὶ λέγῃς* 583. (sc. *λέξεις*). *λύπη δ', ἐὰν ζῶ* 812. *ἐὰν δ' ἐμοὶ πίθῃ — λύσεις* 926. Adde sententiam in compendium redactam *ἀλλά μοι πάρες κἂν σμικρὸν εἰπεῖν* El. 1475. est enim *ἐὰν καὶ σμικρὸν ᾖ. κἂν ἄλλο μηδέν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα κινεῖται* Aeg. VI. 2. (24 D.) si recte emendatum. v. *κινέω*. — *σιγᾶν ἀνάγκη κἂν καλὸν φέρῃ στόμα* inc. XV. 1, 2 (669 D.). *ἐστὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ* LIV. 2 (711 D.). In inc. C. 8. (779 D.) scribendum *ἦν*: Vulgatur *ἄν*. De Phil. 1430. v. *θνήσκω*. — 2. *Si* interrogandi particula, *si forte* s. *num forte*. *ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα τὴν παῖδα — μεμηχάνηται* Trach. 581. Eust. p. 799, 3. *ἐάν που*, persimili sententia. *Θήβας δ' ἡμᾶς — πέμψον, ἐάν πως διακωλύσωμεν ἰόντα φόνον* Oed. Col. 1767 an. — Ultimam in *ἐάν* produci nemo ante Elmsleium credidit (ad Eur. Bacch. 815.), qui etiam *ἐὰν αἱ* reliquerit Oed. Col. 1407. (1409 H.) pro Brunckiano *ἐάν γ' αἱ*. Refutavit hoc Hermannus.

Ἑαυτοῦ *sui*. Reflexivum est tertiae personae pronomen, nec cum primae secundaeve personae pronominibus, ut quae et totidem syllabis et eadem mensura constent, nec cum reciproco *ἀλλήλοιν* commutatur. *δίδωσ' ἑκὼν κτείνειν ἑαυτόν* Phil. 1326. *ἐπεὶ τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα* Oed. R. 706. v. Herm. *ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν* 1290. *πολλὰ μὲν τάλας χθονὶ ῥίπτων ἑαυτόν* Trach. 787. *κρύψασ' ἑαυτήν* 899.

Ἐάω. 1. *Formae. Praesens activi. ἐῶ* El. 622. *ἐᾷς* Ai. 1110. *ἐᾷ* Phil. 809. Oed. Col. 408. 952. *ἐᾷ* 1163. *ἐῶ* coni. Ai. 423. *ἐῴη* Phil. 442., quem locum tetigit Eust. p. 205, 26. Scholiasten vulgatam ante oculos scripturam habuisse, non *ἐῶν*, docuit Hermannus. — *ἔα* Phil. 1355.

1383. Oed. R. 1451. Oed. Col. 599. 631. 802. Ant. 95. Trach. 343. El. 793. 1475. *ἐᾶτε* Phil. 1044. Oed. R. 1070. Oed. Col. 1541. Trach. 812. 1001 m. 1002 m. El. 133 m. — *ἐᾶν* Phil. 757. Oed. R. 256. Ant. 29. 205. Trach. 1073. Ai. 741. 1027. 1343. 1373. — *Impf.* *εἴα* Trach. 88. v. Apitz. — *Futurum.* *ἐάσω* Oed. Col. 364. 1137. *ἐάσεις* Oed. R. 676. El. 620. *ἐάσει* Ant. 534. *ἐάσειν* Phil. 806. 1241. El. 1200. A. 1305. — *Aoristus.* *εἴασε* Ant. 694. *ἐάσωμεν* Phil. 814. *ἔασον* 878. Oed. R. 1467. Oed. Col. 1184. *ἐᾶσαι* El. 954. — *Passivi.* *ἐάσθω* Trach. 328. *ἐᾶσθαι* Oed. Col. 369. leguntur. Imperativi syllabae *εα* coalescunt aliquando pronuntiatione. Res indubitabilis est in *ἔα* Ant. 95. Oed. R. 1451., fortasse eadem ratio in *ἐᾶτε* Trach. 1001. sed magna dubitatio insolitae synizesis simul et crasis *ἔα αὐτόν* Oed. Col. 1194. Codd. et edd. pleraeque *ἀλλ' αὐτόν*, quod quomodo lepidissime a nonnullis explicatum sit, in *αὐτός* vidimus; Farn. Laur. a. Par. B. T. *αὐτόν*, Ricc. *σεαυτόν*. Illud Dawesius coniecit, recepit Brunckius. Reisigius *ἔασον*, quod magis etiam a literis librorum scripturae recedit; sunt etiam vel duriores synizeses. Recte igitur *ἔα αὐτόν* retentum ab Elmsleio et Hermanno existimo. — *ᾱ* in *ἐᾶν* semper producitur. V. Valck. ad Il. *χ*. 398. Opusc. t. II. p. 60.

II. *Usus.* Dicitur vel sine casu obiecto, vel cum accusativo, vel cum infinitivo, nec est structurae pro significatione diversitas. 1. Significat inprimis *sinere*, i. e. concedere sive non obstare, quominus aliquid fiat. Ita dicitur Phil. 757. 809. 814. 1044. 1355. 1383. Oed. R. 256. 1070. 1451. 1467. Oed. Col. 802. 1137. v. Herm. 1184. 1541. Ant. 95. 205. 534. 694. El. 133. 620. 622. 793. 954. 1200. 1475. Tr. 812. 1001. 1002. Ai. 423. 1110. 1305. 1343. 1373. — 2. Hinc cum *negatione* dictum est *vetare*, *prohibere* maxime dictis, sed etiam factis: cf. Abresch. ad Aesch. Prom. 21. quamvis parum distincte agentem. *ὅπου μηδεὶς ἐῴη* Phil. 442. *οὐκ ἐᾷ τοὔμφυλον αἷμά σε* Oed. Col. 408. *Ἄρεος πάγον, ὃς οὐκ ἐᾷ τοιούσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει* 952. *ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς ἡμᾶς προταρβεῖν* Trach. 88. *τάφου μεληθεὶς τοῦδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ* Ai. 1163. *etiamsi omnes prohibuerint.* — 3. Deinde interpreteris aliquando *mittere*, *omittere*, *linquere*, *liberam alicui potestatem faciendi dare.* *τούτους δ' ἔα* Trach. 344. *sine abire*, *ἄφες.* *οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν ἔοικεν ἡ — νόσος* 1073. *οὔ φημ' ἐάσειν* Phil. 806. *τούτους δ' ἔασον* 878. *abscedere iube.* *καίτοι σ' ἐάσω* 1241. *οὔκουν μ' ἐάσεις* Oed. R. 676. *desinesne molestus esse.* *ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει, τὰ νῦν δ' ἔα* Oed. Col. 599. *absiste.* *ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην* 631. *Αἴαντα — μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν* Ai. 741. *τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν, ὅπως ἔχει* 1027. *ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον* Ant. 29., quae *relinquere proiectum*

sine sepultura significant. — Passive dicitur hoc modo: ἡ δ' οὐν ἰάσθω Trach. 328. Κρέοντι — θρόνους ἐᾶσθαι Oed. Col. 369. *Omitto narrare* significat τὰ μὲν παθήματα — παρεὶσ' ἐάσω Oed. Col. 364.

Ἕβδομος *septimus*. ἕβδομος, Μάγνης ἀνήρ El. 695. τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον 716.

Ἐγγελάω *rideo*. καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν Oed. Col. 1341. ἐγγελῶσα τοῖς ποιουμένοις El. 269. ἐγγελῶσα φροῦδος 797.

Ἐγγενής 1. *innatus*. τοὺς ἔνεστιν οὔτις ὑμιν ἐγγενής El. 1320. — 2. *genere propinquus*. ἡ δοῦλος, ἢ κείνου τις ἐγγενής Oed. R. 1168. τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν — εὐσεβῶς ἔχει 1430. *familiare et domesticum malum*. πτωχάς, ἀνάνδρους, ἐγγενεῖς ἀλωμένας 1506. Haec scriptura si vera est, indignitatem rei significat, cum timeatur, ne vagantium mendicorum victu utantur regiae gentis puellae. Sed exemplum Eur. Heracl. 224. non simillimum est, scripturamque illam adeo elevavit Hermannus, ut maxime quidem probabilis videretur eius coniectura ἐκστεγεῖς, dum certior esset eius vocabuli fides. — ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμιν ἐγγενής ἐστι Oed. Col. 1169. εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους Ant. 655. — 3. A *gentis* significatione proxime abest *popularis origo*. ἐγγενὴς φανήσεται Θηβαῖος Oed. R. 452. — 4. *Deorum gentilitiorum* et *popularium* cognomentum est. ὅς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς — ἠθέλησε μὲν πυρὶ πρῆσαι Ant. 199. cf. Musgr. πρός νυν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν El. 420. — ἐγγενής et συγγενής quomodo affinia et diversa sint, nondum satis exposuerunt Abresch. ad Aesch. Sept. 588. Reisk. ad Oratt. Gr. t. III. p. 710.

Ἐγγενῶς *more ingenito*. εἴπερ ἐγγενῶς ἔτι τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων Oed. R. 1225. Non recte γνησίως schol.

* Ἐγγίζω v. ἐφίημι.

* Ἔγγονος v. ἔκγονος.

Ἐγγράφω *inscribo*. δέλτον ἐγγεγραμμένην ξυνθήματα Trach. 158. *oraculum* inerat.

Ἐγγύθεν *ex propinquo*. πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν Phil. 465. v. Herm. ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν 652. καὶ δὴ κομίζει προσπόλων ὅδ' ἐγγύθεν Ai. 540. Non est pro ἐγγύς, dicitur enim adduci *ex proximo*, ut statim affuturus sit. ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός inc LXX. 1, 3 (737 D.). — Sed *prope* significat, qualem meram paragogen ex ἐγγύς vocat Apoll. de adverb. p. 598, 13.: οἱ παρῆμεν ἐγγύθεν. Oed. R. 1269. V. Valck. Diatr. p. 33. c. — De accentu vide Apoll. l. c. p. 605, 23.

Ἐγγύς *prope*. 1. *De locis*: ἆρ' ἐγγὺς ἁνήρ Oed. Col. 1483. ἐγγὺς δ' ὅδ' αὐτὸς — θρώσκει δόμους Trach. 58. ἐγγὺς ὢν Ai. 1025. μή πού τις

ἡμῖν ἐγγὺς ἐγχρίμπτῃ βροτῶν El. 886. ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστὶν Synd. VII. 4 (152 D.). τὴν παρουσίαν τῶν ἐγγὺς ὄντων Niptr. V. 3. (406 D.). Tralate dictum: προσέρχεται τόδ' ἐγγύς Phil. 777 m. de morbi dolore ingravescente. — *Comparativus* et *superlativus* proprie dicti non leguntur. πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ ἁμέραι κατέθεντο δὴ λύπας ἐγγυτέρω Oed. Col. 1219 ch. *Multa*, inquit, *dolori propius vita deposuit* s. *admovit*, hoc est, saepe res humanas eo adduxit, ut plus doloris quam voluptatis haberent. λύπας genitivus est, ut recte cepit Elmsl., non accusativus, qui Doederlino videbatur. οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω τοὔπος ἀφῖκται Ant. 924 an. Wexius verba sic componit: τοῦτο, ὅ ἐστι θανάτου ἔπος, ἐγγυτάτω ἀφῖκται: *mortis vox proxima insonuit*. Hanc mortis vocem ego nullam esse aio. Melius est sic ordinare: τοῦτο τοὔπος ἐγγυτάτω θανάτου ἀφῖκται, *non multum a morte abest*, i. e. *minitatur eam*. Sic schol. explicans θάνατον ἀπειλεῖ. — Accentum adverbii observavit Arcad. p. 197, 28.

Ἐγείρω *suscito*. μηδὲ θρῆνον ἐγείρετε Oed. Col. 1775 an.

Ἐγερτί *excitando*. ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιῤῥόθοις κακοῖσιν Ant. 409. Schneideri olim infelix coniectura fuit ἐγερσικινῶν; nec tamen debebat Erfurdtius aliud eo modo compositum vocabulum desiderando analogiae uti praesidio. Quippe exstat ἐγερσικύβηλις s. ἀγερσικύβηλις ap. Gr. Bekk. p. 336, 15., quod utcunque scribatur, analogiam satis firmat. Praeterea dissensum fuisse doctorum in voce obscura et recondita explicanda verba grammatici docent. — De accentu et ancipite ultima syllaba v. ἀστακτί.

Ἐγκαλέω *crimini do*. λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς Oed. R. 702. τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν χόλον — ἐγκαλῶν ἐλήλυθας; Phil. 328. v. Herm. et Erf., hunc ad Oed. R. l. c. (695). Inutilis Ruhnkenii coniectura exstat, ἐγχαλῶν. ἐγκαλῶν ἐμοὶ φόνους πατρῴους El. 768.

Ἔγκαρπος *frugifer*. πόλις — φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός Oed. R. 25. Schol.: σὺν τοῖς βλαστήμασιν.. οὐ μόνον ἀφορίαν φησὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεφυκότας καρποὺς διαφθείρεσθαι ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ. — ἔνθ' ὁρίζεται βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διί Trach. 237. Schol.: ἔγκαρπα δέ, θυμιάματα τὰ ἀπὸ ἀνθῶν ἢ καρπῶν. Eustathius πάγκαρπα θύματα ex El. 624. comparat p. 789, 17., quae mira essent propter urbem captam sacra. Valckenarius in Diatribe p. 144. recte animadvertit *lucum consecrari* dici, quae τεμενία φυλλάς est v. 751. τέλη autem πρόσοδοι sunt.

Ἐγκαταζεύγνυμι *consocio*. νέας βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις Ai. 723. Schol. συνθείς, ut Suidas v. ἐγκαταζεύξας. De animo mutato dictum est.

Ἐγκατασκήπτω *iniicio*. ἐγκατάσκηψον βέλος κεραυνοῦ Trach. 1077.

2. Cum *imperfecto aoristo* et *plusquamperfecto* etiam ita coniungitur, ut apodosis *ἄν* habeat, quo facto *sumtio ficta* indicatur. v. *ἄν*. *οὔποτ᾽ ἂν στόλον ἐπλεύσατε — εἰ μή τι κέντρον ἦγε* Phil. 1028. *στείχων ἂν ἦν σοι —, εἰ μὴ πέλας Ὀδυσσέα — λεύσσομεν* 1203. *πῶς οὖν ὁ λῃστής, εἴ τι μὴ — ἐπράσσετ᾽ ἐνθένδ᾽, ἐς τόδ᾽ ἂν τόλμης ἔβη;* Oed. R. 124. *οὐδ᾽ εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον, ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν — ἐᾶν* 255. *εἰ δ᾽ ἐτύγχανες βλέπων, καὶ τοὔργον ἂν σοῦ — ἔφην* 348. *εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν* 402. *οὐδ᾽ ἱκόμην ἔγωγ᾽ ἄν, εἰ σὺ μὴ 'κάλεις* 432. *εἰ δ᾽ αὐτὸς ἦρχον, πολλὰ κἂν ἄκων ἔδρων* 591. *καλῶς ἂν ἐξείρητό σοι, εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ᾽ ἡ τεκοῦσα* 985. *εἰ ἦν — φραγμός, οὐκ ἂν ἐσχόμην* 1386. quae nondum mihi persuadeo ab Hermanno quamvis contra librorum scripturam in *ἠνεσχόμην* recte mutari; illi enim plerique *ἀνεσχόμην*. *ἔδρασ᾽ ἂν — εἰ μὴ τοῦ θεοῦ — ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν* 1438. *εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, πόλλ᾽ ἂν παρῄνουν* 1511. *εἰ φρονῶν ἔπρασσον, οὐδ᾽ ἂν ὧδ᾽ ἐγιγνόμην κακός* Oed. Col. 272. *εἴ μοι θέμις γ᾽ ἦν* (sc. ἔστειχον ἄν) 650. *εἰ μὲν δι᾽ ὀργῆς ἧκον — ἄτρωτον οὐ μεθῆκ᾽ ἄν* 910. *οὐδ᾽ εἰ — εἶχον ἐνδικώτατα, οὔθ᾽ εἷλκον, οὔτ᾽ ἂν ἦγον* 929. *ταῦτ᾽ ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μὴ 'μοὶ πικρὰς — ἀρὰς ἠρᾶτο* 955. *εἰ μὲν — μὴ 'τύγχανε — προσπέμψας — οὔτἂν ποτ᾽ ὀμφῆς — ἐπῄσθετο* 1350. *εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ᾽, εἶπον ἄν σ᾽ οὐκ εὖ φρονεῖν* Ant. 751. *εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο — βίᾳ πολιτῶν τόνδ᾽ ἂν ᾐρόμην πόνον* 897. *εἰ — πλησία ἔλευσσες, οἷ᾽ ἔδρασε, κάρτ᾽ ἂν ᾤκτισας* Trach. 893. *εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς — κρίνειν ἔμελλε —, οὐκ ἄν τις αὔτ᾽ ἔμαρψεν* Ai. 437. *ἦν ἄν, εἰ σύ γ᾽ εὖ φρονοῦσ᾽ ἐτύγχανες* El. 386. *ἡ χρῆν σ᾽ ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ᾽ ἐτύγχανες* 519. *εἰ δέ μ᾽ ὧδ᾽ ἀεὶ λόγοις ἐξῆρχες, οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν* 546. *εἰ φρενῶν ἐτύγχαν᾽ αὕτη μὴ κακῶν, ἐσῴζετ᾽ ἂν τὴν εὐλάβειαν* 980. *εἰ — μὴ 'κύρουν — φυλάσσων, ἦν ἂν* 1323. *εἰ μὲν ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά, ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν* Scyr. VI. I. (501 D.). *Plusquamperfectum* semel tantum in protasi est, sed imperfectum significatione aequans.: *εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ βάξιν κατῄδη, — κἂν πάλαι παρῆν* Trach. 86. — *Aoristus*: *κοἰν᾽ ἄν, εἰ κείνῳ γένος*

μὴ 'δυςτύχησεν, ἥν ἂν ἐκπεφυκότα Oed. R. 261. *εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, τὰς ἐμὰς οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθορὰς* 572. *εἰ δ' ἐξέφυσα τάςδε μὴ 'μαυτῷ τροφούς, — ἤτἂν οὐκ ἂν ἦν* Oed. Col. 1367. *εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἰσχόμην —, κείνοις ἂν ἤλγουν* Ant. 462. *πόσις μὲν ἄν μοι — ἄλλος ἦν, — εἰ τοῦδ' ἤμπλακον* 901. *εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο, Ζεύς τἂν ξυνέγνω* Trach. 277. *κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ* Ai. 45. *κεἰ μὴ — φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῇξαν — οὐκ ἄν ποτε δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν* 442. *κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, θανόντες ἂν προὐκείμεθα* 1036. *οὐδ' ἂν ἐμνήσθην — εἰ μὴ κακὸν μέγιστον εἰς αὐτὴν ἰὸν ἤκουσα* El. 366. *εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε, — χοὰς οὐκ ἄν ποτε — ἐπέστεφεν* 431. Falso *εἰ* legebatur inc. XLVII. 2. (705 D.), quod Piersonus emendavit. Non melius Wakefieldus *εἰ μ' ἴδοι τι* tentabat Phil. 292. ubi legitur *εἴτ' ἴδοι τι*.

3. Denique in *oratione obliqua conditionali* *εἰ* cum indicativo iungitur. *εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη* Oed. R. 586. *ἴσθι δὲ παραφρόνιμον — πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι* 694 ch. *δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται, ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν* Trach. 716. *εἰ τάδ' ἡ τεκοῦσα πεύσεται, πικρὰν δοκῶ μοι πεῖραν — τολμήσειν* El. 462. Apodosis in participio inest Trach. 1103: *πένθος οἷον εἰςορῶ ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδε γ' εἰ σφαλήσεται.*

4. Cum *optativo rectae orationis* conditionem *incertam* et a *mente et cogitatione loquentis suspensam* ponit, ut ambigi videatur, sitne res, necne sit. Apodosis plerumque *optativum* et *ἄν* continet, mutata paulisper cogitandi ex incerto in certius ratione *indicativo* redditur. *Optativus praesentis* exstat in his exemplis: *τἀπὶ Τροίᾳ Πέργαμ' ὡς οὐ μήποτε πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε — ἄγοιντο* Phil. 608. *πόλλ' — ἔχοιμι — εἴ μοι παρείκοι* 1037. *οὐκ, εἰ διδοίης — σαυτῷ λόγον* (sc. *κακὸς φανοίμην ἄν*) Oed. R. 583. *τανῦν δ' εὔπομπος, εἰ δύναιο* 697 ch. sc. *γενοῦ* vel *γένοιο*, v. Herm. *οὐκ ἂν ἴδοις — ὅςτις ἄν, εἰ θεὸς ἄγοι, 'κφυγεῖν δύναιτο* Oed. Col. 253 m. *ὥςπερ τις εἴ σοι — μηδὲν διδοίη — ἆρ' ἂν ματαίου τῆςδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις* 780. *οὐ γὰρ ἂν κακῶς — ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα* 803. *εἴ τις σε — κτείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι' ἂν* 996. *οὔτ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν — ἡδέως δρῴης μέτα* Ant. 69. *ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν* 875. *τάχ' ἂν σαφῆ λέξειεν, εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις* Trach. 387. *πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις —;* Ai. 258. *εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα* 450. *οὐκ ἂν — εἴ μοι τὰ σὰ μέλλοι τις οἴσειν δῶρα — τούτοις ὑπεικάθοιμι* El. 351. *εἴ μοι λέγοις τὴν ὄψιν, εἴποιμ' ἂν τότε* 405. Hanc plerorumque codd. scripturam cum in *λέγεις* olim mutasset Hermannus ex Aug. b. c. Lips. a. b. Ien. Laud. Bar. 2. Ven. utroque Mosq., explicans *si mihi vis dicere*, nunc ad veterem ratio-

nem rediit, non facturus, puto, si codd. Laur. a. b. Flor. *Γ. Δ. Θ.* in *λέγεις* conspirare tum cognitum fuisset. Nec tamen ideo probandum duco. *οὐδὲν κακίων πτωχός, εἰ καλῶς φρονοῖ* inc. LVIII. 6. (718 D.). — *Aoristo* adiungitur *εἰ.* *ὃς — κατευνάσειεν — εἴ τις ἐμπέσοι* Phil. 692 ch. v. Herm. *εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι* 1032. *ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν, ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν* Oed. R. 121. *οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο* Oed. Col. 925. *οὐδ' ἂν εἰ κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν* (sc. *ἐνέγκαιτο*) Trach. 462. *εἰ σὺ φανείης, σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι* (*ἂν* praecedit ante) Ai. 170 an. *μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπίδ' εἰ λάβοις* 1101. *εἰ σθένος λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν* El. 325. *ὡς, εἰ λάβοις σθένος, τὸ τούτων μῖσος ἐκδείξειας ἂν* 339. *φαίη δ' ἂν ἡ θανοῦσά γ', εἰ φωνὴν λάβοι* 538. *οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα — μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν* inc. VI. 2. (659 D.). Sic explicandam Hermannus docuit sententiam Oed. Col. 1675 m. *ὡς μάλιστ' ἄν, εἰ πόθῳ λάβοις,* varie tentatam. Subaudiendum *βαίης* ex illo, quod praecedit, *βέβηκεν,* aut *λάβοις, quomodo maxime mortem accipias, si accipias.* *Optata* in apodosi proponitur res: *εἰ δέ τις βίᾳ σ' ἀποσπάσειε — κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονός* Ai. 1154. *Indicativus* in apodosi reperitur: *εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο — οὔτοι — φόνον φανεῖ* Oed. R. 851. *τὸ μανθάνειν ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ καλῶς λέγοι* Ant. 1019.

5. Cum *optativo obliquae orationis* ita plerumque dicitur, ut apodosis infinitivo reddatur. Qui cum *ἂν* additum habet, sententiae oratione recta dictae eadem particula opus est addita; cum non habet, indicativo usuri erant oratione recta loquentes. *εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα* sc. *ἄγειν ὑπέσχετο* Phil. 614. *λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν* Oed. R. 87. *ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος — γένοιτο — παθεῖν* 249. *Φοῖβος ἀντέπεμψεν, ἔκλυσιν μόνην ἂν ἐλθεῖν — εἰ τοὺς κτανόντας Λάϊον — κτείναιμεν* 308. *ηὔγμην, εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους ἴδοιμι σωθέντα — στελεῖν χιτῶνι* Trach. 607. *εἰ δ' ἐκτὸς ἔλθοις, πημόνας εὔχου λαβεῖν* 1179. *ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τί που πάθοι* Ai. 517. *εἶπε — εἶρξαι Αἴαντα — εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι ποτέ* 742. *ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι βλάπτειν τὸν ἐσθλόν* 1323. *ὥστ' εἰ πατὴρ ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν τέρας νομίζειν αὐτό* El. 1308. Sed non includitur apodosis infinitivo, quandoquidem non ipsa verba, sed mens loquentis refertur. Ita etiam optativum futuri *εἰ* sibi addi iubet, quod non fit alias. *λόγος καλὸς προσῆν, εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών* Phil. 353. *siquidem futurum esset, ut caperetur per me Troia.* *οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος, εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με* 376. *δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν ἔχοι* Oed. Col. 353. *ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ — εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου* Ant. 410. Olim *ἀφειδήσαι*

Schaef. et Erf. scribendum indicarant lege obliqui sermonis non perspecta. Optativo futuri usus est, quod in *κινῶν* inest imperfectum *ἐκίνει*: quod si praesens esse posset *κινεῖ*, legeremus etiam huic consentaneum coniunctivum *ἥν τις ἀφειδήσῃ. τὰ δεῖν' ἐπηπείληϑ' ἔπη, εἰ μὴ φανοίην πᾶν τὸ συντυχὸν πάϑος* Ai. 306. Legebatur et in plerisque libris est (*φανοίην* Flor. *Δ.* Brunckii E.) *φανείην*, quod de coniectura correxit Piersonus. Futurum esse docuit Buttm. Gr. Mai. t. I. s. 93. 3., quo non animadverso *φανείη* probat Pors. ad Hec. 848., quae est vitiosa quorundam codd. scriptura. Ab his diversus Antigonae locus est v. 501., ipse quoque coniecturis tentatus: *τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος*. Schaeferus *ἐγκλείοι*, *occluderet*, Erfurdtius *ἐγκλείσαι*. Vera vulgata est. *Nisi occlusurus metus esset os,* inquit, nec *dicentium* sed *dicturorum*, *εἴ τις λέγειν βούλοιτο, τῶν λεξόντων.*

6. Cum *coniunctivo* dictum paucis nec omnibus satis certis exemplis firmatur: non ut intersit aliquid inter hanc et particulae *ἐὰν* cum coniunctivo dicendae rationem, quod argutius quam verius persequitur Herm. ad Oed. Col. 1445. et de part. *ἄν* l. II. c. 7., sed ausi sunt illud tragici morem Homerici sermonis pone secuti. Nec potest omnino particularum esse significationis discrimen, si sententiae conformatio modos verbi regit: ut non alia de causa coalescere *ἐάν, ὅταν, ὁπόταν* Graeci maluisse existimandi sint, nisi ut modorum differentia etiam externo quodam particulae quasi signo addito manifesto constaret. Hinc intelligitur, cur *εἰ, ἐπεί, ἐπειδή* et eiusmodi alia in melicis maxime tragoediae partibus cum coniunctivo dicta reperiantur, quippe a sermonis Attici regula maiore licentia aliquantum diversis; inprimis recentioris tragoediae et Euripidis ille mos est. Quam Schneiderus ad Plat. Civit. VIII. p. 579. d. inter *εἰ* et *ἐὰν* cum coniunctivo dicta distinctionem posuit, eam a me non intelligi ingenue profiteor. Et fere nullius illud apud Platonem esse fidei ipse fatetur ad V. p. 473 a; quodque altero illo loco exemplum advocat Legg. XII. p. 958. d. alienum est, ut in quo non *εἰ* sed *εἴτε* legatur. Nec magis probo Wexii decreta syll. ad Antig. p. 187. — *τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται* Oed. R. 198 ch. Laur. c. Dresd. b. *ἤν τι*, quod cum etiam Elmsl. probasset, mutasse se sententiam significavit ad Eur. Bacch. 204. 858. *ὕβρις φυτεύει τύραννον, ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησϑῇ μάταν* 874 ch. Brunckii solus T. *ἢν* fertur habere, rell. omnes et Aldus *εἰ. δυστάλαινα τἄρ' ἐγώ, εἴ σου στερηϑῶ* Oed. Col. 1445. Fortius *εἰ* esse, quam *ἐάν*, et uti eo Antigonam non dubitantem, quin fratre caritura sit, Hermanno concedam, ita tamen ut *quandoquidem* significet et cum *indicativo* dicatur, *εἰ στερήσομαι*. Relinquitur igitur, ut *εἰ στερηϑῶ* dictum sit pro *ἐὰν στερηϑῶ*. Libri in *εἰ* consentiunt, itaque etiam Gr.

Bekk. An. p. 144, 26. Brunckius *ἦν* dederat. *ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν* Ant. 706. Libri plerique *κἤν τις*, Livineii autem, item codd. Dresd. et Augg. *κεἴ τις ᾖ*, quod etiam Laur. a. Ricc *κεἴ τις εἶ* exhibentes tuentur, nec minus Thomas p. 267., eoque id certius, quod pro imperitia sua ipsum illud metro adversari affirmat. Oenomai fr. VII. (418 D.) perperam olim *εἰ* exhibere credebatur: inest autem pronomen *ἵ*, quod vide. Sed nullis admotis machinis modorum imparilitas defendi potuit Oed. R. 233., ubi olim secundum Reisigium C. Cr. in Oed. Col. p. 348. Hermannus dederat *εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε καί τις ἢ φίλου δείσας ἀπώσῃ τοὔπος.* Recte Brunckius *ἀπώσει* secundum Bar. 1. suum T. Aug. b.; idem nunc restituit Herm. repertum in Laur. a. a secunda manu, et, ut videtur, Flor. *Γ*. sed Dresd. a., ut Triclinianus, nulla fide censendus. Porro minime vera coniectura *οὐδ' ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος* Hermannus olim, nunc *οὐδ' ἂν εἰ 'κ* aphaeresi inaudita dedit Oed. R. 1062., ubi libri *οὐδ' ἂν ἐκ*, quod ferri, cum *ἂν* pro *ἐάν* positum neque tragicum sit, et producatur perpetuo, non potuit. Recte *οὐδ' ἐάν* ex ipsius Hermanni emendatione ad Vig. p. 831. Elmsleius et Neuius. *οὐδ' ἂν* etsi ad suppressum quendam optativum referri vult Hermannus, nemo tamen poterit aliter, quam cum futuro *ἐκφανεῖ* coniunctum cogitare. Pronos autem ad errandum in hac particula cum verbi modo coniungenda fuisse et librarios et grammaticos Byzantinos ostendit Vir Summus ad Phryn. Parerg. p. 724., unde et quae Bastius ep. crit. p. 131. et Schaeferus in Meletematis de *εἰ* cum coniunctivo authypotactorum copulando decreverant, iam refutata a Iacobsio ad Anthol. Pal. t. III. p. 105., plene iudicari poterunt.

7. *Subauditur verbum.* *εἰ δὲ μή (θέμις ἐστί), πάρες* Phil. 657. *πρόχειρον εἴ τί σοι — πάρα ξίφος —, πάταξον* 737. *εἰ δέ σοι μᾶλλον φίλον, οἴσουσί σ' οἵδε* 874. *εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε* 1230. *εἰ — πράξεις τίμιαι, τί δεῖ με χορεύειν* Oed. R. 896 ch. *πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ* 1516. *αἰτοῦ σύ τ' αὐτὸς κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ* Oed. Col. 489. *ἀλλ' εἰ θέλοντας γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν* 596. sc. *ἐστίν*, ὅρα. v. Herm. *εἰ δ' ἐνθάδ' ἡδὺ τῷ ξένῳ μίμνειν, σέ νιν τάξω φυλάσσειν* 644. cf. 645. *ψαύσω, — εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα* 1133. *ἐγὼ δὲ σός, κεἰ μὴ σός, — ἄγω τὸν Ἄργους — στρατόν* 1325. *πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος — δεῦρο Θησέα πόροι* 1457. *τί δὲ — εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ — ἂν — προσθείμην πλέον;* Ant. 39. *εἰ δ' ἐγὼ νέος, — χρή* 724. *κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς* 1308. *εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι* Trach. 52. *δίδαξον, εἰ διδακτά μοι* 64. *οἶδα, μύθοις γ' εἴ τι πιστεύειν χρεών* 67. *δίδαξον, εἰ διδακτόν* 668. *εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι* 806. *ᾗ τομώτατος (ὁ σφαγεύς) γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή* Ai. 803. *ὄλοιτ',*

εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν El. 126 ch. λέγ', εἴ σοι τῷ λόγῳ τις ἡδονή 879. εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι 932. ἥδε (φράσει), εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών 1094. πῶς, τόδ' εἰ καλὸν τοὔργον, σκότου δεῖ; 1485. εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος inc. XXII (677 D.). His locis omnibus εἶναι subauditur: eoque etiam Oed. Col. 489., quod unum refragari exemplum videtur, revocari poterit. Ad ellipticum usum pertinet etiam εἰ cum participio, ut nunc ex verisimili Elmsleii emendatione legitur Ai. 179. ἢ χαλκοθώραξ εἴ τιν' Ἐνυάλιος μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορός. Libri ἤ τινα. Elmsleius quidem pleonasmum vocat: rectius ellipsin Hermannus, Matthiae Gr. Gr. p. 1094. et Schaef. App. Dem. t. II. p. 268.; possit, nec minus recte, ad interrogativum genus referri. Idem est τίς — τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύοι Ai. 870 ch. ξίφος, εἴ ποθεν, ἢ γένυν, ἢ βελέων τι προπέμψατε Phil. 1189 m.

8. Praeterea haec singulatim advertenda. *Duplex* aliquando *protasis* est, interposita apodosi. εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, σύ τοι πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις El. 572. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα, οὐκ ἔστιν ᾧ τῆρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός Ai. 769. Deinde *protasis et apodosis inter duos colloquentes distribuuntur.* Creon: εἰ δὲ ξυνίης μηδέν; Oedipus: ἀρκτέον γ' ὅμως Oed. R. 628. Porro *ex prioribus apodosis assumitur:* Ulixes: πότερα δὲ κερτομῶν λέγεις τάδε; Neoptolemus: εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν Phil. 1220. Nuntius: καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς. Oedipus: πῶς ὦ γεραιέ; Nuntius: εἰ τῶνδε φεύγεις οὕνεκ' εἰς οἴκους μολεῖν Oed. R. 1010. Certe hoc elegantius dicendi genus est, quam particulam interpretari *quandoquidem.* Creon: πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν; Antigone: οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς. Creon: εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ Ant. 511. sc. τιμᾷς δῆτα. Creon: ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ συμμαχεῖν. Haemon: εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι 737. Menelaus: ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δαιμόνων νόμους; Teucer: εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών Ai. 1110.

II. *Εἰ* significat *siquidem* et *quandoquidem*, quod ubi fit, non fit ratiocinatio, sed refertur εἰ ad unum quoddam vocabulum alterius enuntiati, quod circumlocutione amplius exponitur cum dubitandi quadam adsignificatione. V. Herm. ad Vig. p. 833. Matth. ad Med. 88. εἰ σὺ τὰν — Τρῳάδα γῆν μ' ἤλπισας ἄξειν Phil. 1158 m. (sc. λέγω τοῦτο). εἴ ποτε ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν Oed. R. 164 ch. εἰ πόλιν τήνδ' ἐξέσωσ', οὔ μοι μέλει 443. πῶς δ' οὐχὶ (τρέμω) παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν 1015. τά γ' ἔργα μου πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον, ἢ δεδρακότα, εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν Oed. Col. 269. ἴν' οὐρεὸς — νέκυς — αἷμα πίεται, εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς 629. Non concluditur: nam non admittitur contrarium εἰ δὲ Ζεὺς μηκέτι Ζεύς, οὐ πίεται. — θαρσεῖν ἐπαινῶ,

Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε 671. εἴ τι θέσφατον πατρὶ — ἱκνεῖτο, — πῶς ἂν — τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί; 973. ἵνα — μὴ 'ξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιοῦδ' ἔφυτον 1380. χρόνῳ φανέντα χαρτόν, εἴ τι καὶ φέρεις Trach. 227. ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι — κακὸν μέγ' ἐκπράξασα 663. εἰ φιλητέον, φίλει κείνους Ant. 520. εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών 1244 an. οἴκτειρε παῖδα — εἰ — διοίσεται μόνος Ai. 505. εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν, πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν 1046. καὶ γὰρ αἰσχρόν, εἰ πύθοιτό τις Ai. 1138. i. e. τὸ πυθέσθαι τινά. αἰσχύνομαι μέν, — εἰ δοκῶ — δυςφορεῖν ὑμῖν ἄγαν El. 246. ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρί, μητέρ' εἰ χρεὼν ταύτην προςαυδᾶν 265. ὥςτε τῷ τεθνηκότι τιμὰς προςάπτειν, εἴ τις ἔστ' ἐκεῖ χάρις 348. οὔτοι μάτην γε — εἴ μοι θανόντος εἴσ' ἔχων τεκμήρια προςῆλθες 764. ποῦ φαέθων Ἅλιος, εἰ ταῦτα — κρύπτουσιν 814 ch. πῶς γὰρ οὔκ; εἰ ξένος — κἀκεῖνος 854 m. ἔγρασας ὑπερτέραν τᾶς πάροιθ' ἔτι χάριτος, εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν 1259 m. εἴ μοι θέμις — Διὸς τυραννεῖ πνευμόνων inc. XXIII. 14 (678 D.). οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον — θαυμάσας ἔχω, οὔτ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη Oed. Col. 1141. ἀλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἐμοιγ', ἀλλ' εἰ παρὼν Αἴας — ἠνείχετο Phil. 408. πολλά σε ζηλῶ βίου, μάλιστα δ' εἰ μὲν γῆς πεπείρασαι ξένης Ter. VI. 2 (516 D.). σὺ δ' ἄνδρα θνητόν, εἰ κατέφθιτο, στένεις inc. LXI. 1 (725 D.). γᾶ φθίνουσα τρύχει, καὶ τάδ' εἰ κακοῖς κακὰ προςάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν Oed. R. 666 ch. In his, quae postrema memoravimus, dictis animi motum significantibus εἰ commode interpreteris ὅτι, *quod*. — Hinc est, quod εἰ *cum optativo* aliquando significet *quoties s. quandocunque*. εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας, ἔκλαιεν Trach. 904. Cf. Elmsl. ad Eur. Med. 1185.

III. *Optandi formulis additur*. εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν — ἁγνείαν λόγων Oed. R. 863 ch. Cetera exempla εἰ γάρ monstrant, quod infra tractabitur. Inutili ex hoc genere coniectura Phil. 324. tentavit Valck. ad Phoen. 761. Sed finitimum huic significationi est, cum εἰ *dummodo* interpretamur, in qua particula saepe inest, velle nos esse quiddam, quod vereamur, ne sit aliter. τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς, εἰ δὴ καλῶς Trach. 27. εἰ καὶ δυνήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς Ant. 90. Num huc referam ambigo El. 362.: τοῖς λόγοις ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος, εἰ σὺ μὲν μάθοις τοῖς τῆςδε χρῆσθαι, τοῖς δὲ σοῖς αὕτη πάλιν. Nam id ex conditionali etiam dicendi genere explicari potuit.

IV. *Interrogationem indirectam* q. v. introducit εἰ, *num s. si forte* significans. πρὶν ἂν μάθω, — εἰ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος Phil. 333. Infelix Locellae coniectura est ἢ pro εἰ, ad Xenoph. Ephes. p. 135. τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ; 442. πρὶν μάθοιμ' εἰ μὴ πάλιν γνώμην μετοίσεις 949. ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα 1377. εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς

οἶσθα Oed. R. 574. quod etiam pro conditionali sententia accipias. σκέψαι — εἴ τιν' ἂν δοκεῖς ἄρχειν ἑλέσθαι σὺν φόβοισι 584. πεύθου — εἰ σαφῶς ἤγγειλά σοι 604. λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς 702. μάλιστα δ' αὐτὸν εἴπατ', εἰ κάτισθ' ὅπου 926. οἶδε γὰρ κρινοῦσι — εἰ χρή σε μίμνειν Oed. Col. 80. πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ πατήρ σ' ὁ κτείνων 997. ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμὶν ἐγγενὴς ἐστὶ 1169. ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει 1181. εἰ ξυμπονήσεις — σκόπει Ant. 41. A σκόπει etiam v. 43. εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί pendet. ταῦτ' ἄθρησον, εἰ κατηργυρωμένος λέγω 1064. ἀθρήσατ' — εἰ τὸν Αἵμονος φθόγγον συνίημι 1202. αἰῶνα — οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τῳ κακός Trach. 3. πῶς — οὐ πέμπεις τινὰ — εἰ πατρὸς νέμοι τιν' ὥραν 56. v. Herm. ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν 175. δίδαξον, εἰ ζῶνθ' Ἡρακλέα προςδέξομαι 232. πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα 629. ὡς εἰδῶ εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν — εἶδος — κακούμενον 1057. σκέψαι γάρ, εἴ σοι προςφιλῶς — δοκεῖ — δέξασθαι El. 434. εἰ δὲ σὺν δίκῃ ξύνεστι, τοῦδε φροντίδ' οὐκέτ' εἰςορῶ 600. πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, εἰ — δώματ' Αἰγίσθου τάδε 651. ἔκμαθ', εἰ σαφῆ λέγω 1214. εἴ που κατ' οἶκόν μοι Κλυταιμνήστρα, κάλει 1465. ἄλλας στραβήλον τῇςδε τέκνον, εἴ τινα δυναίμεθ' εὑρεῖν Camic. I. 2 (299 D.). sc. ζητοῦμεν s. ἱστοροῦμεν: simile quid certe deest. εἰδὼς τὸ μέλλον οὐδέν, εἰ κέρδος φέρει inc. LXI. 2 (725 D.). Recte Hermannus scripsit βλέπ' εἰ καίρια φθέγγει Phil. 850 ch. v. βλέπω. Paulo aliter horum exemplorum ratio est: ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν, ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ πω Phil. 44. *si novit, num forte inventurus sit.* Cf. 1189. quod supra adscripsimus. Postremo sic intelligendum esse multum vexatum locum Hermannus concessit, Ai. 904. ποῦ Τεῦκρος; ὡς, ἀκμαῖος εἰ βαίη, μόλοι. In distinctione tamen ponenda ab Hermanno, post ἀκμαῖος incidente, non post ὡς, me dissentire significavi in part. ἄν. Sensus est: *utinam veniat, si forte tempestivus venturus est.*

V. Iam εἰ *cum aliis particulis* variè, item cum *pronomine* τις *societatem init.* Horum primum commemoramus εἰ μή *nisi.* ἡ χάρις, εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προςφιλὴς μενεῖ Phil. 554. ὡς οὐ μή ποτε πείσοιεν, εἰ μὴ τόνδε — ἄγοιντο 608. εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα sc. δηλώσειν 614. εἰ μὴ 'γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν, προδούς μ' ἔοικε — τὸν πλοῦν στελεῖν 898. οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ' (εἷλεν) εἰ μὴ δόλῳ 936. οὔποτ' ἂν στόλον ἐπλεύσατ' ἂν — εἰ μή τι κέντρον ἦγε 1028. νεὼς ὁμοῦ στείχων ἂν ἦν σοι — εἰ μὴ πέλας — ἐλεύσσομεν 1203. εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε — οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Oed. R. 572. ἕλοιτο μοῖρα — εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως 889 ch. οὐκέτι — εἶμι — σέβων, εἰ μὴ τάδε — ἁρμόσει 901 ch. καλῶς ἂν ἐξείρητό σοι, εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα 985. ἔδρασ' ἂν — εἰ μὴ τοῦ θεοῦ — ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν 1438. δότε — εἰ μὴ δοκῶ Oed. Col. 104. ὅσῳπερ, εἰ μὴ — ἀνθρώ-

πων ἔφυν κάκιστος, ἀλγῶ 747. δεῦρ' ἄγειν, — εἰ μὴ μέτοικος τῆςδε τῆς χώρας θέλεις εἶναι 938. ἐγὼ δέ, σός, κεἰ μὴ σὸς — σός γέ τοι καλούμενος 1325. Nam κεἰ non est *etsi* sed *et, si*. εἰ μὴ — ἐκφανεῖτε — οὐχ ὑμῖν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει Ant. 306. λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλήσοι φόβος 501. ἡμῖν — εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, λέγειν φρονούντως — δοκεῖς 677. οἰκτραὶ γάρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί με Trach. 242. πρὸς — Δηάνειραν (λέγειν δοκῶ) —, εἰ μὴ κυρῶ λεύσσων μάταια 405. ἐπηπείλησε — εἰ μὴ φανοίην Ai. 306. κεἰ μὴ φρένες — ἀπῇξαν —, οὐκ ἄν ποτε δίκην — ἐψήφισαν 442. κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, θανόντες ἂν προὐκείμεθα 1036. καὶ σοὶ προςέρπον — ὁρῶ τὸ φάρμακον, εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά 1235. καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς, εἰ μὴ ξυνάψων ἀλλὰ συλλύσων πάρει 1296. οὐδ' ἂν ἐμνήσθην — εἰ μὴ — ἤκουσα El. 366. εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ — ἔβλαστε — οὐκ ἄν ποτε — ἐπέστεφεν 431. εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν — εἶσιν ἁ — Δίκα 464 ch. μαντεῖαι — οὐκ εἰσίν — εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχήσει 493 ch. οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ Πολυΐδῳ τῷ Κοιράνου Polyid. I. 2 (462 a. D.). Legitimus is particulae negantis locus est, ut proxime verbum praecedat; ita cum aliquae interponuntur inter εἰ et μή, nonnunquam hyperbaton efficitur. Interponitur autem his locis: εἰ δ' ἐργάσει μὴ ταῦτα Phil. 66. Hyperbaton est, et monuit Herm. εἰ δὲ μὴ ἐργάσει ordinem legitimum vocabulorum esse. εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται 68. εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον Oed. R. 255. cum hyperbato. εἰ κείνῳ γένος μὴ 'δυςτύχησεν 261. εἰ σὺ μὴ 'κάλεις 432. εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι γένεθλα 1424. εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται Oed. Col. 831. εἰ — τῆςδε δημοῦχος χθονὸς μὴ 'τύγχανε 1350. εἰ δ' ἐξέφυσα τάςδε μὴ 'μαυτῷ τροφούς 1367. cum hyperbato. εἰ δὲ ταῦτα μὴ φανεῖτε Ant. 324. εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν Ai. 1046. εἰ δὲ μὴ 'στί σοι φίλον 1379. εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων El. 371. εἰ σταθμοῖσι τοῖςδε μὴ 'κύρουν ἐγὼ πάλαι φυλάσσων 1323. μάλιστα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης Ter. VI. 2 (516 D.).

εἴ τι μή et εἰ μή τι. εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ ἐπράσσετο Oed. R. 124. εἴ τι μὴ τὠμῷ πόθῳ κατέφθιτο 969. εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει Oed. Col. 1451 ch. εἴ τι μὴ δοκῶ πράσσειν μάταιον Trach. 583. εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι 709. — εἰ μή τι λέξεις παιδί Trach. 729. τι enim non pendet a λέξεις, sed sicut Latinum *forte* incertius pronuntiandae rei constitutum est. εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνει El. 31.

εἰ δὲ μή sic nude: Phil. 657. 950. Oed. R. 402. Oed. Col. 1661. Trach. 372. 584. 1190. 1194. El. 244. Aload. IX. 2 (107 D.). Niptr. II (402 D.). In Oed. R. 944. cum in libris plerisque et scriptis et impressis legatur εἰ δὲ μὴ λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν, in quibus neque ultima versiculi pars nuntio assignanda fuisse videtur, nec particulae δέ sua

ratio constet, recte Erfurdtius ex vestigiis Triclinianorum et codicis Aug. b. *εἰ μὴ λέγω τἀληθές*, priorem versum vocabulo *γέρον* addendo explens. — *εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγω* Phil. 1263. v. El. 31.

εἰ γάρ γε utinam enim. *εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη* Oed. R. 80. *εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ γ' ὁμοῦ* El. 1408. Libri *εἰ γὰρ Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ*, quod nisi distinguatur post *εἰ γάρ*, explicari non potest: hoc autem aptum non est. Correxit Hermannus. Extra optandi formulas est *certe siquidem.* *εἰ γὰρ οἶδά γ', οὐκ ἀρνήσομαι* Oed. R. 571.

εἰ γὰρ δή siquidem enim. *εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους* Ant. 665.

εἴ γε certe si. *οὔκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει* Phil. 109. *εἴ σέ γ' ἐν λόγοις πείσειν δυνησόμεσθα μηδέν* 1379. *εἰ τῆσδέ γ' ἀρχῆς οὕνεκα — Κρέων — μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται* Oed. R. 383. *οὔκ, εἰ διδοίης γ', ὡς ἐγώ, σαυτῷ λόγον* 583. *εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη* 586. *ἀλλ' εἰ θέλοντάς γ' οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν* Oed. Col. 596. *εἴ μοι θέμις γ' ἦν* 650. *εἴ σοί γ' ὅπερ φῂς ἐμμενεῖ* 654. *εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἁνὴρ — εἴ γ' ἴσχει μνῆστιν* Ai. 1247. *ἦν ἄν, εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο* El. 386. *εἰ δίκης γε τυγχάνοις* 573. *εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι* 932. *εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών* 1094.

εἰ δέ sin. *εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι* Trach. 806.

εἰ δ' οὖν sin igitur. *εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου* Oed. R. 851. *εἰ δ' οὖν — κεῖνον θέλων ἐπωφελῆσαι ταῦτ' ἔδρα* El. 567. In Ant. 718. subaudito ex prioribus *μὴ τοιοῦτος ἔφυ* perelegans reticentia (*ἀποσιώπησις*) reperitur: *εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.* Modeste loquitur Haemon patrem ne offendat veritus. V. Brunck. et Erfurdt.

εἰ — εἴτε et *εἰ — ἤ* v. *εἴτε* et *ἤ*.

εἰ καί. 1. *etsi.* *εἰ καὶ μὴ βλέπεις* Oed. R. 302. *εἰ καὶ μὴ κλύεις* 305. *etsi forte non audivisti.* *εἰ καὶ τυραννεῖς* 408. *εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω* El. 537. *λύσω γάρ, εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν οἴσομαι* inc. LXXXII. 1 (755 D.). — 2. *si vel, si adeo.* *πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν* Trach. 71. *δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών* Ai. 1106. — 3. *etiamsi.* *εἰ καὶ μακρὰ κάρτ' ἐστίν, ἐργασθήσεται* Trach. 1208. *εἰ καὶ τρίτ' ἐστί, μὴ παρῇς τὸ μὴ οὐ φράσαι* Oed. R. 283. Sic usitatius *καὶ εἰ* dicitur. — 4. *num etiam.* *πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν γνώμην μετοίσεις* Phil. 949.

εἰ μέν sequente *δέ.* *εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς οἶσθ'· ἐγὼ δέ σου μαθεῖν δικαιῶ τοῦτο* Oed. R. 574. *εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, πόλλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δέ* Oed. R. 1511. *εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον — ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἄν —· νῦν δέ* Oed. Col. 909. *εἰ μὲν τῆσδε δημοῦχος χθονὸς μὴ 'τύγχανε — οὔτἄν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπῄσθετο. νῦν δέ* 1350. *εἰ μὲν*

ἣν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά, ὁ χρυσὸς ἴσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν. νῦν δέ Scyr. VI. 1 (501 D.).

εἰ μέν — εἰ δέ. καὶ μὲν φοβεῖται — εἰ δ' αὖ Oed. R. 227. εἰ μὲν — ἴχεις — εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν Oed. Col. 1024. 26. εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς φίλα — εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι Ant. 916—18. εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν ψεύδει — εἰ δ' αὐτός Trach. 449—51. εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλά, δὸς τελεσφόρα, εἰ δ' ἐχθρά, — μεθές El. 636. 37. εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μή, λέγε Niptr. II (402 D.).

εἰ μὲν οὖν *siquidem igitur*. εἰ μὲν οὖν — λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν Oed. R. 843. εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς φίλα Ant. 916. εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν Niptr. II (402 D.).

εἴ ποθεν *sicunde*, cum ellipsi. ξίφος, εἴ ποθεν, — προπέμψατε Phil. 1189 m.

εἴ ποθι *sicubi*, cum ellipsi. τίς ἂν — τὸν ὠμόθυμον, εἴ ποθι πλαζόμενον —, ἀπύοι Ai. 870 ch.

εἴ ποτε *si quando*. ἐξ ὠκυβόλων εἴ ποτε τόξων πτανοῖς ἰοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν Phil. 702 ch. εἴ ποτ' αὐτὸν ἐς δόμους ἴδοιμι σωθέντα Trach. 607. εἴ ποτε ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα — ἔλθετε καὶ νῦν Oed. R. 164 ch. De hoc particularum usu in obtestando v. Blomf. ad Aesch. Agam. 503.

εἴ που *si forte*. El. 1465. Nam in Trach. 905. nunc rectius legitur εἴ του. Interponitur aliquid τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που Ai 1287. v. Hoogev. Doctr. Part. p. 262. Wytt. ad Plut. Cons. ad Apoll. p. 113, a.

εἴ — τε interposito vocabulo non dicitur. Nam quod olim legebatur et Suidas habet Oed. Col. 261. εἰ τάς τ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας manifesti vitii tenetur, cum aliud non sequatur τε. Recte ex schol. Rom. τάς γ' Ἀθήνας Brunckius correxit.

εἴ τι Phil. 49. 467. 737. Oed. R. 198 ch. 294. Oed. Col. 973. 1141. 1451 ch. 1477 ch. Ant. 720. 1308. Trach. 59. 67. 304. 396. 415. 445. 1145. El. 381. Epig. II. 3. Lac. II. 1 (337 D.). Interposito vocabulo Phil. 648. 1028. Oed. R. 644. 1364 m. Oed. Col. 1333. Ai. 322. 1293. εἴ τι καί Trach. 227. εἰ — τι καί interposito vocabulo Phil. 292. Oed. R. 1110. εἴ τι που Ai. 517. et interposito aliquo εἴ τι — που Phil. 44. Haec quae adhuc retulimus, pronomen cum substantive tum adiective dictum et vel obiecti vel subiecti vices explens exhibent; quae sequuntur, adverbiascens habent. πόλει μάχει γάρ, εἴ τι πημαίνεις ἐμέ Oed. Col. 841. εἴ με πημανεῖς τι Ai. 1293. εἴ τι κἀμ' οἰκτείρετε Phil. 1031. εἴ τι σέβει ξένον 1148 ch. εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο Oed. R. 851.

εἴ τις. Phil. 692 ch. Oed. Col. 457. 489. 996. 1010. 1169. 1457. 1660. Ant. 410. 715. Trach. 585. 939. El. 348. 932. 992. 1452. Interponitur vocabulum: El. 351. 879. Oed. R. 232. 883 ch. Oed. Col. 510.

Ai. 258. 450. 1036. 1138. 1154. Niptr. II (402 D.). Quod olim scripsit Hermannus *εἴ τις δὲ καὶ θεοῖς ἐχθρότατον βροτῶν* Oed. R. 1345 m. pro vulgato *ἔτι δὲ καί*, iam reiecit rursum. Memorabiliora propter sermonis usum haec sunt: *νυμφείων ὄκνον ἄλγιστον ἴσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή* Trach. 8. *si qua, gravissimas. οὐδὲ — ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν, θαυμαστός* Oed. Col. 1660. Ad tertium Sophocleum exemplum *πρὸς πόλιν — σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα* Oed. Col. 738., conferri merentur, quae Schaef. et Elmsl. adscripserunt; ante hos iam de illa loquendi formula disputarat Valck. ad Phoen. 1589.

Casuum obliquorum *genitivus* εἴ τινος legitur Phil. 617. *dativus* εἴ τῳ El. 233 m. Trach. 3. Ai. 803. *accusativus* εἴ τινα Ai. 1375. Oed. R. 311. 584. Oed. Col. 9. Camic. I. 1 (299 D.). Ellipsin habet illud, quod modo apposuimus exemplum Oed. Col. 738. *Pluralis nominativus* εἴ τινες legitur El. 638. *accusativus* εἴ τινας Phil. 1115 ch.

εἴ τοι *siquidem. εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναι — οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς* Oed. R. 549. Affert versum Suidas v. *εἴ τοι. εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς* 551. Affert versum corrupte scriptum Stob. Ecl. I. 4. p. 104. Heer. *εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυςσεβεῖ* Ant. 512.

Crasin κεἰ vide in καί.

Εἴβω destillo. Ἰσμήνη φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη Ant. 523 an. Optimi codd., membr. Br. Laur. A. Ricc. ut Ald. *δάκρυα λειβομένα* plane contra versum; Aug. b. *λειβομένη*. Verum Triclinius servavit.

Εἰδέναι v. *οἶδα*.

Εἰδοθέα n. pr. Cadmi sororis huius meminisse fertur Sophocles Tymp. III. 1 (565 D.).

Εἶδος forma. κείνης ὁρῶν λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον Trach. 1058. *ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε;* El. 1168. ea circumlocutione, in qua *δέμας* usitatius. — Leni spiritu notari observarunt Etym. M. p. 420, 36. Gud. p. 242, 40.

Εἰδυῖα v. *Ἰδυῖα*.

Εἴδωλον imago. σκιᾶς εἴδωλον Tyr. XV. 6 (678 D.). — *species*, adsignificata *labe prioris habitus praestantioris: κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν, εἴδωλον ἄλλως* Phil. 935. De se Philoctetes loquitur. *οἴκτειρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον* Oed. Col. 110. Adsignificatur *res vilipendenda: ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν εἴδωλα — ἢ σκιάν* Ai. 126. Genus humanum dicit. Memorant Stob. Serm. CCXLVI. p. 807. et Suidas v. *εἴδωλον*, illustrat Lobeckius.

Εἴθε utinam. Cum indicativo dictum imperfecti vel aoristi optatum significat, cui assequendo impares sumus, cum optativo tale, quod ex-

pleri possit. *εἴθε* et *εἰ γάρ* felicius Hermanno distinxit Nitzsch. ad Hom. Od. I. 265. *εἴθε σ' εἴθε μήποτ' εἰδόμαν* Oed. R. 1217 ch. *εἴθ' ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην — εἶναι* El. 1010. — *εἴθε μήποτε γνοίης, ὃς εἶ* Oed. R. 1068. *εἴθε — αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι* Oed. Col. 1083 ch. *εἴθ' ἀνεμόεσσά τις γένοιτο — αὔρα* Trach. 949 ch. cod. Par. *ἔνθ'*. *εἴθε σοὶ διαμπερὲς στέγνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε* Phil. 780. edd. vett. *εἴθε που*, Laur. a. c. Tricl. *εἴθε σου*. *εἴθ' ὑμιν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν* Ai. 1243. *εἴθ' εὖ φρονήσαντ' εἰςίδοιμί πως* Alcm. I (95 D.). ap. Porphyr. Qu. Hom. I. Sed Eustathius p. 1448, 6. eodem versu usus *πως* omittit nec fabulae nomen addit. — Falso legebatur Phil. 1081 ch. *εἴθ' αἰθέρος ἄνω πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος ἕλωσί με.* Sed nec *εἴθε* cum coniunctivo dici potuit, et producta prima dochmii syllaba elegantius vitatur ut cum versu antistrophico congruat mensura. Recte iudicavit de hoc loco Matth. ad Hecub. 424.; duo Euripidis exempla *εἴθε* sic cum coniunctivo dicti emendavit Hermannus. Idem feliciter emendavit *ἴθ' αἰθέρος ἄνω.*

Εἰκάζω proprie *comparo*; inde *coniicio*, *opinor*. *ἡμῖν μὲν εἰκάζουσι — ἔπη ὀργῇ λελέχθαι — δοκεῖ* Oed. R. 404. *ὡς σάφ' εἰκάσαι* Oed. Col. 16. Plerique codd., schol., edd. Triclinianae et Suidas *ὡς ἀπεικάσαι*. v. *ἀπεικάζω*. Laur. a. *ἀπεικάσαι*. *πάντα — εἰκάσαι πάρα* 1500. *ἔστιν μὲν εἰκάσαι* 1673 m. Libri *οὐκ ἔστιν* contra sententiae rationem: manifestum enim, de quo loquuntur. Reisigius servata vulgata distinxit *οὐκ ἔστιν, εἰκάσαι*: *non est* (Oedipus), *videlicet*. Sed neque aptum illud, quasi adhuc de vivo an mortuo coniectura fieret, et misere friget *εἰκάσαι*. Illud Hermannus reperit. Cum Iunt. 2. non habeat *μέν*, aliam idem suspicionem protulit *ὃ κἄστιν εἰκάσαι*. — *τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας;* Ant. 1229. *cui rei comparaveris* i. e. quid dicas de hac re. *ἀλλ' εἰκάσαι μέν, ἡδύς* Oed. R. 82. *ut licet coniicere*. v. Blomf. ad Aesch. Pers. 251. — Auctarum formarum unum exemplum est *αὐτὸς εἴκασας καλῶς* El. 652. Libri enim in hac scriptura consentiunt: nisi quod Flor. Θ. *εἰκάσας* habet. Brunckius *ᾔκασας* restituit, quod consensu omnes atticum dicunt. Vide schol. Dion. Thr. p. 804. Etym. M. p. 166, 36. 121, 38. 400, 26. coll. 419, 30., quo loco Apollonius satis insolenter ι subscribi fertur vetuisse; Moeris p. 182. Eust. p. 38, 3. 50, 18. Apud Aristophanem aucta forma certissime constat; v. Valck. ad Phoen. 165. et Brunck. ad Ar. Nub. 350.; apud Platonem ne altera quidem librorum caret auctoritate, etsi Ruhnkenius ad Tim. p. 95. a librariis illatam arbitratur. V. Schneider. ad Civit. V. p. 473. c. Sed Thucydidis nomini non nimium dandum est, quod Krehlat editius fecit de dial. tr. p. 122.: verbum enim apud illum semel auctum reperitur II. 54. Tragicorum quidem libros fluctuare videmus, ut tamen non aucta scriptura plurimos fideiussores habeat; v. Aesch. Choeph. 624.

Suppl. 285. Sept. 427. Agam. 1217. Eur. Heracl. 672. Phoen. 421., v. Matth. Editores sibi minime constiterunt. Mihi quidem probabilis videtur Blomfieldi sententia, auctam formam recentioris atticismi et scriptorum, qui inprimis habiti pro sermonis regula sunt, videri.

Εἰκαθεῖν cedere. *ἀλλ' εἰκάθω δῆμα* Phil. 1336. *τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω* Oed. R. 651 m. *κἀδ' εἰκαθεῖν* Oed. Col. 1180. *μῆνιν βαρεῖαν εἰκαθεῖν ὀργωμένῳ τῷδ' ἀνδρί* 1330. *ab ira in eum absistere.* *τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν* Ant. 1083. *τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκαθεῖν* El. 388. *τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν* 1002. quod affert Suid. v. *εἰκάθειν. εἰκαθόντα συμπράσσειν* Trach. 1167. Cum in *ἀμυναθεῖν* significaverimus probari nobis Elmsleii sententiam (ad Med. 186.) hoc et eiusmodi alia verba authypotacta esse et praesente carere, ut *ἀμυναθεῖν*, *εἰκαθεῖν* scribendum sit, non *ἀμυνάθειν*, *εἰκάθειν*, hunc locum, quo aliquanto accuratius ea de re disputaremus, delegimus. Excludimus autem ea omnia, quae *genere intransitiva, significatione talia sunt, quae statum aut indolem rei et naturam indicent;* velut *φλεγέθω*, quod iniuria Hermannus *εἰκάθω* defensurus antestatur ad Antig. 1083., *μινύθω*, *τελέθω*, *θαλέθω*, *φθινύθω*, *πελάθω*, *κνάθω* et *μετακνάθω*, *φαέθω*, *βαρύθω*, *ἠερέθομαι*, *νεμέθομαι*, ut quorum omnium et praesentia omnibus nota exstent, et significatio talis sit, quae rei non momento temporis absolutae nec cito conversae in aliam conditionem, sed manentis et perpetuae sensum moveat. Sunt autem huius quaestionis plura capita, nondum satis omnia in consilium adhibita. Primum est de *significatu verbi.* Qui si talis est, qualis illorum, quorum modo mentionem fecimus, intransitivorum, etiamsi praesentis indicativi nullum manifesto exemplum constaret, tamen in authypotactis numeranda esse negaremus. Longe aliud est in *ἀμυναθεῖν*, *διωκαθεῖν*, *εἰκαθεῖν*, *εἰργαθεῖν* et *ἀπειργαθεῖν*, *σχεθεῖν* et *κατασχεθεῖν:* non quod defensio, cessio, retentio, cohibitio non possit per longius quoddam tempus manens cogitari, sed quod illa intransitiva aut necessario paulatim et pedetentim faciendi notionem una continent, velut *πελάθειν*, *μινύθειν*, *φθινύθειν*, aut indolem natura ingenitam, quae nec tolli ullo modo nec in brevius cogi possit, velut *θαλέθειν*, *φλεγέθειν*; haec autem omnia aut repente orti consilii incipiendaeve actionis cogitationem movent, velut *διωκαθεῖν*, *εἰκαθεῖν* (*converti ad cedendum*, cum modo restiteris), aut eventus et facti momenti, velut *ἀμυναθεῖν*, *εἰργαθεῖν*, *σχεθεῖν.* Deinde ratio habenda *inclinamenti*, quod non magis necessario praesentis esse videtur quam *ασκον*, *εσκον*, *ισκον*, quanquam sunt praesentia in *εθω* et *υθω* exeuntia, sicut etiam sunt in *ασκω.* Quin aliquid solertiae quaesitum a primis Graecae linguae conditoribus in eo videtur, quod cum syllabas *ασκ*, *εσκ* imperfecto significando constituerint, finitima illis *αθ*, *εθ* aori-

sti supplementa esse voluerint. Tertium momentum facit *sententia dicti* et *adiunctae aliorum verborum partes*, manifestas temporum notas prae se ferentes. Quartum a *testimoniis veterum* petitur: qui quanquam qualibuscunque vocabulorum formis nominativos et praesentia tempora affinxerunt, aliquid tamen eatenus fidei faciunt, quando aoristorum aut imperfectorum indicativis, illorum praesentiumve infinitivis utuntur ad sensum illorum verborum explanandum. Quod quintum est, non exstare illorum ullius, quae authypotacta esse putamus, praesens, omnes consentiunt: nec id momentum rei facere ipsi diximus, nisi ubi alia certae fidei documenta adsint. Iam haec singula in singulorum verborum usu perpendemus.

1. *ἀλκαθεῖν.* Gr. Bekk. An. p. 383, 31. *ἀλκάθω καὶ ἀλκάθειν Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος. σημαίνει δὲ τὸ βοηθεῖν.* Vide quae olim in *ἀλκαθεῖν* scripsimus.

2. *ἀμυναθεῖν.* Ratio iubet de *momento* et *eventu defensionis* cogitare uno brevissimo tempore absolutae, quo quis tutus redditus est. Exempla verbi non ante tragicos dicti haec sunt. *ὁ ξεῖνος, ὦναξ, χρηστός, αἱ δὲ συμφοραὶ αὐτοῦ πανώλεις ἄξιαι τ' ἀμυναθεῖν* Soph. Oed. Col. 1019. Libri in penacuendo vocabulo consentiunt. *λέξας — τόνδ' ἀμυναθοῦ ψόγον* Aesch. Eum. 416. *ὄνομα γάρ τὸ σόν μ' ἀπώλεσ', ᾧ σ' ἀμυναθεῖν χρεών* Eur. Iph. Aul. 899. Libri penacute. Non sensui modo optime convenit aoristus, sed etiam quod praecedit *ἀλλ' ἄμυνον* v. 892., et quod sequitur *οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν*, v. 900. *ἄκουσον, εἰ καὶ σοῖς φίλοις ἀμυναθεῖν χρῄζεις, τὸ πραχθέν* Eur. Andr. 1080 (1055 M.). Libri in *ἀμυνάθειν* videntur consentire: Pflugkius *ἀμυναθεῖν* edidit. *ἦ μὴ ξίφος λαβοῦσ' ἀμυνάθοιτό σε ἰδοῦσα;* ib 722 (712 M.). Recte *ἀμύναιτο* melius convenire ad sententiam, quam *ἀμύνοιτο* Elmsleius dicit l. c. *ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῃ πάσῃ τέχνῃ* Arist. Nub. 1323. Videamus testimonia. Hoc Aristophanis loco cod. Porsoni L. et Iunt. a. *ἀμύνασθε* habet, quod interpretis esse sed verae scripturae pariter et sensus testimonium non magis dubitari potest, quam quod in gl. Reg. 4. ap. Brunckium est, *βοηθήσατε.* Imperiti scholion est *τὸ ἀμύνειν καὶ ἀμυνάθειν λέγουσι.* Photius p. 70, 14. *ἠμύναθον, ἤμυνα.* Hesychius quidem, ut solent vulgo, *ἀμυνάθειν, ἀμύνειν, βοηθεῖν*, et Etym. M. p. 8, 19. cum ceteris etiam *ἀμυνάθω* agnoscit.

3. *διωκαθεῖν* aut incipiendi cursus aut currendo assequendi notione praeditum est. Tragici non dixerunt, praeter Eur. Erechth. XX, 15. *μήποτε — αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκαθεῖν.* Dind. in tragicis Gr. inflexit, vulgo penacute scribebatur. Sententia utrumque patitur. Aeschylum et Philemonem a *διωκάθει* et *διωκάθουσα* immunes esse iure

iussit Elmsleius l. c., cum tribuissent Porsonus et Casaubonus. *καί μοι γενοῦ ξύμβουλος, εἴτ' αὐτοὺς γραφὴν διωκάθω γραψάμενος* Ar. Nub. 1482. Coniuncti aoristi praetervidendi non sunt. Platonica exempla Civit. p. 375. a. Euthyphr. 15, d. Gorg. 483, a. aut praesens adiunctum monstrant, aut sensus utriusque temporis usum commode permittit. Timaeus p. 87. praesens agnoscit *διωκάθειν, διώκειν ἐγκαλοῦντα ἢ τρέχοντα*. Codd. nonnulli Civ. p. 475, a. *διώκειν* exhibent, interpretationem redolens. Hesychius, ut solet, *διωκάθειν, διώκειν*.

4. *εἰκαθεῖν*. Notio verbi aoristo bene congruit; quippe ut cedamus, brevissimo illo temporis puncto, quo decrevimus facere, absolvitur. Sophoclea exempla posuimus, suntque omnia eiusmodi, ut aoristum libenter ferant. Ceteri tragici eo verbo abstinuerunt. Epicorum recentiorum Apoll. Rh. I. 505. II. 590. et *ὑπείκαθον* IV. 339. posuit; Oppianus autem Halieut. v. 500. *ὑπεικαθέων* participio usus satis clarus testis est. Compositorum *παρεικαθεῖν* Sophocles dixit Oed. Col. 1336., ubi cum *αὐτῷ πιθέσθαι καὶ παρεικάθειν* vulgo edatur, additum aoristum alterum indicio verae scripturae esse bene iudicavit Elmsl. ad v. 1015.; minime enim frequens ea dicendi ratio Sophocli, quae Euripidi usitatissima, ut aoristi et praesentis optativos, coniunctivos, infinitivos pari ordine componat. Ita Phil. 1334—36. legitur *πῶς ἀπιστήσω λόγοις τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν· ἀλλ' εἰκάθω δῆτα;* Item *παρεικαθεῖν* scribendum Antig. 1089.; vulgo penacute; et *ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἄν ποτε — τούτοις ὑπεικάθοιμι* exstat El. 353., quod *non cesserim* significans rectius videtur, quam si *non cedam* vertas. Veterum Suidas *εἴκαθεν ὑπεχώρει* et *εἰκάθειν εἴκειν κατὰ παραγωγήν* scribit cum Sophoclis auctoritate El. 1002 ; item *ὑπεικάθων, ὑποχωρῶν, καὶ ὑπεικάθοιμι παρὰ Σοφοκλεῖ* (El. 353.); quod cave spernas. Infinitivi enim et facilius affingi potuerunt quam praesentia, et in accentu labi proclive erat: at illud negligendum non est, nusquam dici *εἰκάθω, εἴκω, ὑποχωρῶ*: patet enim lexicorum conditores praesentis nullam reperisse memoriam. Suidae illis verbis haud dissimilia schol. Oed. Col. 1336. habet: *εἰκάθειν, παραγώγως ἀντὶ τοῦ εἴκειν*. Schol. Laur. Ant. 1083. explicat *τὸ ὑποχωρεῖν γὰρ δεινόν*, et Triclinius *τὸ εἰκάθειν καὶ ὑποτάσσεσθαι τῷ μάντει*. Melior auctor haud dubie Photius est p. 394, 5. *παρεικάθῃ παρέλθῃ* scribens; ῑ in altero cod. omittitur, in altero *παρείκαθι, παρέλθε* (sic) exstat.

5. *εἰργαθεῖν* aoristus est apertissime. Nam apud Homerum semper et in sententia primaria et rem uno quasi impetu celeriter peractam significante reperitur, de imperfecto ut ne cogitari quidem possit; et ubique aoristis adhibitis a grammaticis explicatur: v. Il. V. 147. ubi

Eust. p. 533, 5.: ἀπεῖρξεν, διεχώρισεν, XI. 437. ubi Eust. p. 854, 33.: ἀπεῖρξεν, ἀπήγαγεν, ἀπεκώλυσε et schol. Ven. ἐχώρισεν, διέσπασε. XXI. 599., ubi quod apud Eustathium scribitur ἀπῆγε vitiosum est. Od. XXI 221. Eustathio explicatur ἀποέρξας ἤγοι ἀπαγαγών p. 1907, 7. Ne apud Apollonium quidem Rhodium non potest pro aoristo accipi. Nam τῆμος μέν, ἐπεὶ κνέφας ἔργαθε νυκτός, εὔκηλοι ἐμέλοντο περὶ σφίσιν Arg. III. 1171. non τῆμος — ἐπεί proxime coniungenda habet, sed τῆμος ἐμέλοντο, quod pendet ab aoristo ἐπεὶ ἔργαθε, *quia noctis caligine adhuc fuerant impediti, quominus facerent aliter.* Praeter hunc locum, etsi ἐέργω et εἴργω crebro prostant, εἰργαθεῖν apud illum non reperitur. Cum alio aoristo coniunctum legitur Hom. Il. V. 147. Apud Aeschylum autem cum praesente compositum suo iure utitur. Nam cum dixit κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατειργαθοῦ (non pugno, si quis κατειργάθου scribat in illa accentus mediorum incertitudine) Eum. 536., recte consociantur causa facti, quae est aliquoties iterata praeconis vox, et eventus una simul absolutus, ut in concionem coëat et taceat populus congregatus: *fac ut assideat.* Sensus necessario postulat aoristum in τὰ μέν σ' ἄκων χαίρουσαν εἰργαθεῖν El. 1263, nec minus τοῦτο νῦν πεπράξεται, ἤν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ Oed. Col. 866. *nisi ante prohibuerit*; sic recte Elmsleius. Nec pugnat Καπανεὺς τοσόνδ' ἐκόμπασεν, μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργαθεῖν Διὸς τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν Eur. Phoen. 1191. Pors. Scholiastae quidem praesentibus utuntur ad explicandum et unus sapienter εἴργω κοινόν, εἰργάθω ποιητικόν, quod Valckenarius emendari ἀττικόν scribendo vult. Hesychius: ἐέργαθεν, ἐχώρισεν, ἢ φανῆναι ἢ ὁμοιωθῆναι, quod alienum existimantes interpretes graviter labuntur. Sequentia δόξαι, κωλῦσαι, γνῶναι transpositione sananda sunt et sic scribenda κωλῦσαι δόξαι ἢ γνῶναι. In εἴργαθε explicando miscet idem scribens διεῖργεν, ἐκώλυεν, ἔπρασσε, διεῖλε, διέκοψεν, velut in ἀποέργαθεν, ἐχώριζεν, ἠφόριζεν, quod posterius manifesto mendo liberabimus corrigentes ἀφώριζεν.

6. σχεθεῖν et composita apud Homerum cum significatione tum forma σχεθέειν aoristi naturam adeo manifestam produnt, ut nemini iam contrariae sententiae patrocinari in mentem venire possit. Eustathius et scholia Veneta perpetuo aoristis ad explicandum utuntur, velut ἔσχον, ἀνέκοψε, ἐπαύσατο, ἐσκέπασε, ἐκώλυσε: v. ad Il. IV. 113. VII. 188. 277. XI. 702. XV. 653. XVI. 340. XIX. 119. 418. XXIV. 374. schol. min. ad Od. VIII. 542. Eust. ad X. 95. schol. Apoll. Rh. III. 48. Sensu ambiguum est Il. VII. 277., sed quia cum alio aoristo coniungitur, de significatione facilis suspicio; praeterea vide X. 461. XIII. 163. XIV. 490. XV. 653. XIX. 119. XXIV. 374. Od. IX. 294. XIV. 494. hymn. Cer.

126. et aliis locis aliquot, quos Dammii index monstrat. Infinitivi suam naturam aperte prae se ferunt, Il. XXIII. 466. Od. V. 320. Apoll. Rh. I. 876. Apud Pindarum infinitivus exstat Ol. I. 71. Pyth. IV. 75.; alii modi Ol. IX. 88. Pyth. VI. 19. X. 62. Isthm. III. 72. fr. Prosod. II. 6. passim falso accentu. Explicatur praesente φυλάσσεσθαι schol. Pyth. IV. 75., sed aoristo σχοίη Pyth. X. 62.; et aoristum non patitur modo sed vel postulat sententiae tenor Ol. IX. 88, ubi tres codd. Bodlei. ἴσχε, fragm. Prosod. II. 6. Tragicorum Aeschylus σχεθεῖν et κατασχεθεῖν dixit Prom. 16. Sept. 75. 411. 435. Suppl. 1052. Choeph. 819. Eum. 819., Sophocles σχεθεῖν uno loco Tham. V. 1. (230 D.), κατασχεθεῖν Ant. 1185. κατασχεθόντες El. 754., Euripides Phoen. 408. Med. 1016. Alcm. XVIII., scriptor Rhesi 598., Aristophanes Eq. 320. Haec omnia aoristum admittunt, deposcunt autem necessario Soph. Tham. V. 1., ubi de parienda prole dictum ἔσχεθε κοῦρον, El. 754., ubi μόλις κατασχεθόντες ἱππικὸν δρόμον est *postquam cohibuimus*; Aesch. Eum. 819. de accipiendo honore dictum, Choeph. 819. de animo adsciscendo, Prom. 16. de impetrando a sese, Sept. 75. de potiendo, Choeph. 819. de patrocinio et liberatione a malis, in quibus verbis eandem atque Soph. El. 754. participii rationem constare video: ὅςπερ Ἰὼ πημονᾶς ἔλυσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθὼν εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας, *manu imposita*; quod adiuncto κτίσας magis etiam perspicuum redditur; porro Eur. Med. 1016. πρὶν σφῷν ὄνασθαι κἀπιδεῖν εὐδαίμονας, πρὶν λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι λαμπάδας τ' ἀνασχεθεῖν, quae et pluribus aoristis enuntiantur et vim futuri exacti habent; clarissimum autem omnium est Alcm. XVIII.: γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμίαν σχέθῃ τις ὑμῶν. Inepte igitur Etym. M. p. 739, 51. imperfectum vocat et a σχῶ factum σχέθω, cum ipsum illud σχῶ in usu nunquam fuerit et thematicum praesens esse vel a Pseudo-Herodiano π. ἀνθυποτάκτων p. 1086. haud obscure significetur. Apud Hesychium cum σχέθον recte explicetur κατέσχον, statim insequens σχέθων, κατέχων vix dubito, quin corrigendum sit σχεθών, κατασχών. Et hoc verbum ἀνθυπότακτον esse nunc cum Elmsleio consentiunt Matth. ad Eur. Med. 1016. Schaef. ad Med. 1023. Dindorf. ad Ar. Eq. 320. Nec sine gravi offensa hominum communem Graecitatis fontem Homerum perpetuo respicientium fieri potuit, ut attici poetae ab illius usu in verbo fere quotidiano et tralaticio desciscerent.

Εἰκαῖος *supinus.* τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή Iph. I. 1 (288 D.).

Εἰκαστός *comparandus.* μορφῇ μάλιστ' εἰκαστὸν ἄςτε πρίονος ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας Trach. 696.

Εἰκῇ temere. *εἰκῇ κράτιστον ζῆν* Oed. R. 979. gl. *ὡς ἔτυχε* (rectius *ὡς ἂν τύχῃ*), *ἁπλῶς καὶ ἀφροντίστως καὶ μὴ πρὸς μαντείας ὁρῶντα.*

Εἰκός v. *ἔοικα.*

Εἰκότως aequiter. *τοῦτ' ἐμοὶ πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν* Oed. Col. 433. *πῶς γ' ἂν τό γ' ἆκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;* 981.

Εἴκω concedo. *εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου* Ant. 714. v. *θυμός* et *μετάστασις.* *εἶκε τῷ θανόντι* 1016. *ἀλλ' ἡμῖν εἶκε* Oed. Col. 1203. — *στυγνὸς μὲν εἴκων δῆλος εἶ* Oed. R. 673. *εἴκοντας ἃ δεῖ* Oed. Col. 169 an. — *εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς* Ant. 468. *εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν* Ai. 652. *κοὐκ ἀρκέσει ποθ' ἡμῖν — εἴκειν ἃ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκεν κριταῖς;* 1222. In his si accusativus additur, is adverbiascit. Sed aliquando etiam *factitivum* verbum est: *ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν ἡμῖν εἴκῃ* Phil. 463. schol. *διδῷ, συγχωρήσῃ.* Cod. Harl. *ἥκοι.* Flor. *Γ.* *ἥκει.* Laur. a. *ἥκῃ* supra scripto ad primam syllabam *ι.*

c. ἦν inprimis cum ἄρα coniunctum aliquando pro ἐστὶ dici videtur: nec tamen ut legitima sua vi careat, quanquam visum Schaefero ad Oed. Col. 1697. (1694 H.), ubi quod legitur πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις id aliquantum distat ab ὅρα τίς ἄρ' ἦν Oed. Col. 118 ch. Alia eiusmodi, sed minime probabilia enotarunt Valck. ad Hipp. 359. Diatr. p. 186. Dorvill. ad Char. p. 592. Schaef. ad Dion. de C. V. p. 126. Theocr. XIX. 8. schol. Apoll. Rh. p. 162. App. Cr. ad Demosth. t. V. p. 393. Heindorf. ad Plat. Phaed. §. 35. Meinek. ad Men. p. 149. De his recte iudicavit Apitz. ad Soph. Trachin. 402. p. 186. v. ἄρα.

d. Cum *adverbio* dici εἶναι nonnullis visum. ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου Ant. 633. Recte refutat hoc Hermannus.

e. ἐστὶ *copulam* non initio senarii poni sibi persuaserat Elmsl. ad Heracl. 387. Sed certe copula est ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; Oed. R. 89.; nam interrogativa dictio naturam verbi non mutat.

Εἶν v. ἐν.

Εἰνάλιος v. ἐνάλιος.

Εἰνόδιος v. ἐνόδιος.

Εἰπεῖν v. ἐρεῖν.

Εἴπερ siquidem. 1. Cum *indicativo* rei factae indice. εἴπερ ἐστὶ σοῦν Phil. 21. εἴπερ ὧδ' ἔχει 116. εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ 162 an. εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε 229. εἴπερ ἄρξεις Oed. R. 54. εἴπερ τί γ' ἐστὶ τῆς ἀληθείας σθένος 369. εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις 904 ch. εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδει 1060. εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ 1086 ch. εἴπερ ἐγγενῶς ἔτι τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων 1225. εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος Oed. Col. 27. εἴπερ μή θ' οἱ ψεύσουσί με 631. εἴπερ ζῆν φιλεῖς 999. εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται 1208. εἴπερ οὐδὲ κινοῦνται λόχοι πρὸς ἄστυ Θήβης 1373. εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνός 1383. εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας Ant. 304. εἴπερ ἤδ' ὁμορροθεῖ 532. εἴπερ δεῖ 675. εἴπερ γυνὴ σύ 737. εἴπερ εὐτυχεῖ Trach. 191. εἴπερ ἐντεθέρμανται πόθῳ 367. εἴπερ Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην βέβαιον 617. εἴπερ εἰ τοῦδ' ἀνδρός 1190. εἴπερ εὐσεβεῖν βούλει 1212. εἴπερ εἴργασται τάδε Ai. 22. εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ 84. εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν 543. εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται 733. εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ 765. θυμαῖος εἴπερ ἐστὶ 780. εἴπερ ὧδε ταῦτ' ἔχει El. 307. εἴπερ τι κλάεις 1106. εἴπερ τόδε κεῖθεν αὐτὸν τεῦχος 1108. εἴπερ γ' Ὀρέ-

στου σῶμα βαστάζω τόδε 1207. εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ 1212. εἴπερ εἶ γενναῖος Alet. IV. 1 (91 D.). εἴπερ πέφυκα Aload. IX. 2 (107 D.). — 2. Cum *indicativo* rei contra ac fingitur sese habentis significante. μή δόκει μ' ἄν, εἴπερ ἦν πέλας, θυραῖον οἰχνεῖν El. 304. καὶ τόδ', εἴπερ ἔσθενον, ἔδρων ἄν 594. — 3. Separatim ponendae formulae εἴπερ τις exempla. Λαΐου γὰρ ἦν, εἴπερ τις ἄλλος, πιστός Oed. R. 1118. ἐξέφυν πατρός, εἴπερ τινός, σθένοντος ἐν πλούτῳ Ai. 483. V. Wyttenb. ad Plut. Consol. ad Apoll. p. 113. A. et Schaef. ad Oed. Col. 734. — εἴ περ — γε composita sed medio alio vocabulo, velut Oed. R. 369. Ai. 84. exemplis firmarunt Pors. ad Med. 814 ch. Elmsl. ad v. 805.

Εἰργαθεῖν cohibere. ὀκνῶ χαίρουσαν εἰργαθεῖν El. 1263. v. εἰκαθεῖν.

Εἴργω prohibeo et *cohibeo* significat. *Proprie* dictum est οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα Ant. 48. ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται σκηνῆς ὕπαυλον Ai. 782. δεξιὸν δ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον El. 712. εἴρξω πελάζειν σῆς πάτρας Phil. 1393. — εἶρξαι — Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι Ai. 740. *Cum figura:* οὐδὲν εἴργει σοι τελειοῦσθαι τάδε Trach. 1247. ἢ φόβος τις εἶργέ νιν; Phil. 565. κακὸν δὲ ποῖον εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι; Oed. R. 129. *Passivum tralate* dictum: σοὶ ταῖςδε δ' οὐδὲν εἴργεται Trach. 343. *nihil praepeditur*, i. e. nihil obstat, quominus audias. *Passivum* significatu *neutrali*, quod *medium* vulgo dicunt: εἴργου Oed. Col. 840. *manus abstine.* Ad haec a Creonte dicta chorus respondet σοῦ μὲν οὔ, τάδε γε μωμένου. Hoc respici a Suida credibile, cum scribit εἴργου, φυλάττου, χωρίζου. καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται Oed. R. 890 ch. Elmsleius epicae vulgarem formam εἴρξεται substituit. εἴρξεται Pal. et Tricl., Flor. Γ. ἔρξηται. Praeterea si Suidam excipias qui ex Ai. 740. ἦρξε refert in v. ἐμφανές, retenta tamen vera scriptura in v. εἱμαρμένη, nulla est diversitas lectionis. Aspero spiritu εἵργω notari quidem retulere, velut schol. Il. φ. 282. Etym. M. p. 377, 47. Suid. v. εἷρξας. Prudentius illi egerunt, qui de solis vinculis et carcere asperabant dictum, velut Gr. Herm. p. 337. Eust. p. 233, 39. 1387, 3. 1765, 27. et de εἱρκτή, qui carcer est, Gr. Bekk. Anecd. p. 678, 28. Nec tamen consensus est: cf. lex. π. πνευμ. p. 229. Tricl. ad Soph. Ai. 1230. Quanquam auctor lexici de communi Graeciae more locutus videtur, quemadmodum etiam Arcadius eius fons attice aspirari εἱρκτή et εἱρχθῆναι dicit p. 197, 8. Ex eo quod ἀπείργειν et κατείργειν in usu esse constat, non tantum efficitur, quantum sibi persuaserat Poppo ad Thuc. vol. III. p. 152. cf. not. cr. ad VIII. 74., quanquam idem ostendit non esse Thucydidis codices, qui omnia exempla verbi aspero spiritu notata exhibeant, ut Bekkerus existimarat ad Thuc. I. 35. In universum probo Buttmanni disputationem Gr. Mai. vol. II. p. 124. Sed in *vinculis habendi* signifi-

catione nullo tragicorum exemplo firmatur, et omnibus cum optime conveniat *prohibendi* aut *cohibendi* vis, aspero abstinendum erit. Praeterea illa significatione apud nullum Atticorum praesens εἴργω legitur, solumque aoristum in usu fuisse disertus testis est gr. Hermanni p. 337. eoque etiam Arcadii observata spectant.

Εἰρεσία remigatio. θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον — καὶ μεθεῖναι Ai. 244 ch. i. e. ἐρέσσειν. v. μεθίημι.

**Εἰρή* vox nihili ex Erig. II. 1. (226 D.) vulgo afferri solita.

Εἰρκτέος cohibendus. εἰρκτέον τάδ' ἐστὶν Ai. 1229. Apud Stob. Serm. III. legebatur εἰκτέον, sed ibi etiam tres Schowii libri veram scripturam habent.

Εἰρύω distringo, forma epicorum more ex ἐρύω producta. ἀνεπίφθονον εἴρυσον ἔγχος Trach. 1026 m.

Εἷς unus. De tono regulis adversante v. Herod. π. μον. λέξ. p. 18, 28. Etym. Gud. p. 171, 49. De spiritu Arcad. p. 200, 10. — 1 *Adiective* dictum. *nom.* εἷς. οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ Oed. R. 281. v. Intpp. Greg. Cor. p. 56. κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς — τραφεὶς 1380. ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς Tr. 460. v. Apitz. p. 198., quanquam perverse explicat. εἷς τῶν ἐν Ἅιδου μάνθαν' — ὢν ἀνὴρ El. 1334. — μία. ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία Oed. R. 753. μία δ' ἀνδρῶν ἕλη Ai. 1385 an. μία νὺξ Naupl. III. 1 (377 D.). εὐφρόνη μία Ter. VII. 11 (517 D.). μία ἁμέρα VIII. 2 (518 D.). — ἓν nominativus non legitur. — *gen.* ἑνός masc. ἐξ ἑνὸς ποδός Phil. 91. ἑνὸς κρατῶ λόγου 1037. ἑνὸς φωτός Oed. Col. 1037. πατρὸς ἑνός Antig. 144 an. ἀνδρὸς ἑνός 733. — μιᾶς. ἡμέρας — οὐχ ὅλης μιᾶς Phil. 478. Affert Eust. p. 756, 20. μιᾶς — πρὸς νυκτός Oed. R. 374. κἀπὶ προςπόλου μιᾶς Oed. Col. 750. μητρός τε μιᾶς Ant. 145 m. δύ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ χλαίνης ὑπαγκάλισμα Trach. 536., de qua locutione v. Bergler. ad Alciphr. I, 38. Misc. Obss. vol. V. p. 59. οὐ γὰρ ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον affertur ex Scyth. I. 1 (491 D.). a schol. Apoll. Rh. IV. 223., quos tetrametros si recte descripsit Valck. Diatr. p. 224, c., legendum οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἔβλαστον. Sed cum κοίτης, minime vulgare vocabulum a scholiasta additum esse verisimile non sit, corrigendum fortasse οὐ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον. — ἑνός neutr. ἐξ ἑνὸς κακοῦ El. 718. *communi clade.* — *dat.* ἑνί masc.; δύο φέρειν ἑνὶ λόγῳ El. 1077 ch. Tricl. ἑνί γε, Brunck. ἐν ἑνὶ ex schol., ut videtur, ut metra congruerent; sed rectius corrigitur antistrophicus versus. Est *duplicem uno consilio laudem ferre.*— μιᾷ. οὐ μιᾷ ῥώμῃ Oed. R. 122. κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ Oed. Col. 1588. μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί Ant. 14. ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ El. 1138. 1355. Oed. R. 615. μιᾷ — τῇδ' ὁδῷ El. 1306. ἐν μορφῇ μιᾷ inc. LVI. 4 (713 D.). — ἑνί neutr. ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνὶ — ἐπιστά-

τουν Oed. R. 1135. — *accus.* ἕνα. ἄνδρ᾽ ἕν᾽ οἰόζωνον Oed. R. 846. Affert Suid. v. μονόζωνοι, et respicit Eust. p. 777. 16. ἕνα νέκυν Ant. 1053. ἕν᾽ ἄνδρ᾽ ἄριστον Ἀργείων Ai. 1319., quod sic componendum ἄνδρα, ἕνα ἄριστον sc. ὄντα. — μίαν. μίαν ψυχὴν τάδ᾽ ἐκτίνουσαν Oed. Col. 499. μίαν καθ᾽ ἡμέραν Ant. 55. 170. τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν εὔσοιαν Amphitr. I (124 D.). De Cris. IV. 5. v. μέλος. — ἕν. ἕν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε Phil. 1188 m. μὴ νῦν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει Ant. 701. ἓν γὰρ — ἔπος Oed. Col. 1611. De εἷς μόνος coniunctis cf. Schaefer. Mel. Cr. p. 19. His in exemplis omnibus εἷς numerale est, praeter tria, Ai. 1319. Oed. R. 1380. Ant. 1053., ubi significat τις. — 2. Idem est, cum *substantivi* personam gerit. Sic enim numerale est in his exemplis. εἷς ἦν Ἀχαιός, εἷς ἀπὸ Σπάρτης El. 691. οὐδ᾽ ἂν εἷς ποτέ Trach. 1061. εἷς ἀπὸ πολλῶν ταχθείς Phil. 1128 ch. πλὴν εἷς τις Oed. R. 118. εἴτε τις εἷς ὢν λέληθεν 247. οὐ γάρ γένοιτ᾽ ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος 845. οὐδ᾽ ἂν εἷς θνητῶν φράσειε Oed. Col. 1652. εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὑξειργασμένος Ant. 262. In schol. Rom. praefixum est εἰ γάρ τις. οὐδ᾽ ἂν εἷς παύσαιτ᾽ ἂν 875. οὐδ᾽ ἂν εἷς βροτῶν Phaedr. VIII. 1 (611 D.). εἷς σοφὸς διόλλυται inc. VIII (660 D.). — πλὴν ἕν, οὐδὲν εἶχ᾽ εἰδὼς φράσαι Oed. R. 119. ἓν γὰρ πόλλ᾽ ἂν ἐξεύροι μαθεῖν 120. ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι 748. ἓν γὰρ οὖν ἐξοιδα Oed. Col. 989. ἓν γάρ μ᾽ ἄμειψαι μοῦνον 995. οὐκ οἶδα πλὴν ἓν 1163. ἓν δ᾽ ἴσθι El. 680. ἓν δ᾽ αὐτίκ᾽ ἐξερῶ Trach. 154. ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ᾽ ἓν εἱλόμην 731. ἓν σοι φράσω Ai. 1119. ἓν δ᾽ ἐπίσταμαι Dan. I. 1 (176 D.). εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν οἴσομαι inc. LXXXII. 1 (755 D.). — τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν᾽ ἔρχεται μόνον καθ᾽ αὑτόν Oed. R. 62. Libri nonnulli et Suidas v. γνωτός, item Teles ap. Stob. 95, 21, εἷς ἓν habent, quod comparans v. 519. εἰς ἁπλοῦν φέρει Elmsleius recepit. Refellitur hoc additis verbis μόνον καθ᾽ αὑτόν. οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος Oed. Col. 741. ἥκομεν δύ᾽ ἐξ ἑνὸς βλέποντε Ant. 976. ἔτευξε — ἐξ ἑνὸς δέκα Naupl. V. 4 (379 D.). Sed non tam aperte numeralis natura ostenditur, cum εἷς velut Latinum *unus* ad significandum unum aliis praestantem accommodatur. Ἑλλήνων ἕνα κριθέντ᾽ ἄριστον Phil. 1328. cf. adiective dicta Ai. 1319. Oed. R. 1380. cf. Lobeck. ad Ai. l. c. Valck. ad Her. VI. p. 497. et Anim. ad N. T. Opusc. vol. II. p. 255. Bentl. ad Hor. A. Poet 32. Blomf. gloss. Aesch. Pers. 333. Ne illud quidem λέγει τις εἷς Ant. 269. numeralis significatione praeditum putaverim; clarum enim per se erat, admonitionem ab uno factam. Igitur τις εἷς *aliquis unus* est *quidam, nescio quis.* Plane ita dictum οὐκ ἔστιν — ὅντιν᾽ εὑρήσεις ἕνα Phaedr. VII. 2 (611 D.). *non reperies quenquam.* — Cum synesi dicitur ὅμαιμος ἐκ μιᾶς Ant. 509. — 3. *Adverbiascens* μίαν μίαν dictum pro κατὰ μίαν ex Eride Sophoclis II. 2. (201 D.) enotavit Gr. Bekk. p. 108, 9. de qua et similibus

formulis attulere quaedam Brunckius in Lex. et quem laudat, Columna ad Enn. fr. p. 99.

Εἰς et *ἐς praepositio*. I. *De scriptura*. Fuerunt, qui ἐς non probarent modo, sed aliquando invitis libris inferrent; id quod Brunckius saepe fecit, quem vide quae scripserit ad Aesch. Prom. 478. Contra Elmsleius praef. ad Oed. R. p. XII. et ad Med. 88. non dici ἐς ἴσω et composita atticis poetis nisi cogente metro. Idem Elmsleius (ad Heracl. 271.) tamen nescio quod Porsoni praeceptum, quibus alias carpendis potius operam dare solet, secutus ἐς quinto iambici senarii pede praeferendum existimat, quando eo adscito spondeus vitetur, cuius rei ratio non est. Igitur εἰς versui necessarium apud Sophoclem, si recte inii computum, ante vocalem in arsi senarii legitur *ter* et *quinquagies*: Phil. 83. 98. 488. 518. 619. 738. 815. 1065. 1293. Oed. R. 62 222. 430. 519. 706. 719. 744. 847. 1010. 1137. 1138. 1254. 1489. Oed. Col. 583. 972. 1197. 1299. 1596. Ant. 226. 1097. Trach. 20. 489. Ai. 37. 60. 79. 509. 863. 997. 1117. 1233. El. 24. 366. 428. 446. 588. 596. 1385. qui senarius choricus est. Acris. XI. 4. (68 D.) Alet. V. 2. (92 D.) Ter. VII. 10. (517 D.) Triptol. IX. 7. (543 D.). inc. XXXVI. (694 D.). LX. 2, 1. (724 D.) XCV. 1 (774. D.). *Bis* in trochaicis versibus, Phil. 1389. Oed. R. 1527. *Bis* in thesi, *semel* in arsi anapaestorum, Ai. 149. Inach. XI. 2. (265 D.). El. 208. *Quinquies* in canticis: στατὸν εἰς ὕδωρ Phil. 708. ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν Oed. R. 878 ch. ἔτος εἰς ἔτος Ant. 340. τίν' εἰς ὄνασιν ἀνθρώπων Ai. 393. οἰχομένων εἰς Ἀΐδαν El. 823. De inc. LXXVIII. 2. (751 D.) incerta res est. Contra sane pauca exempla sunt, quae ἐς necessario sibi deposcant; *novem* sedium iambici versus parium: Phil. 311. Oed. R. 50. 320. Oed. Col. 1426. Ant. 307. Trach. 696. Ai. 1147. El. 14. Ter. VII. 6. (517 D.). quorum Oed. Col. 1424. Ant. 307. quartae, reliqua secundae sedis sunt. In anapaesti arsi soluta *semel* ἐς desideratur Inach. XI. 5. (265 D.) legendum enim ἔνθεν ἐς Ἄργος pro olim vulgato ἐνθένδ' εἰς Ἄργος. In cantico item *semel* dictum inc. XXVII. 4, 3. τὸ δ' ἐς αὔριον αἰεὶ τυφλὸν ἕρπει. Sed ἐςαμβιβάσωσιν Oed. R. 870. non numero, quippe ex Hermanni coniectura, quamvis verisimili profectum. Sed longe pluribus in exemplis ad versum non interest quidquam, εἰς an ἐς legatur, et his editorum et, ut videtur, codicum insignem licet inconstantiam videre. Legendum autem εἰς ministrantibus libris his locis: εἰς κατασκοπὴν Phil. 45. Sic vulgo, item Laur. a. Flor. Γ. Brunckius ἐς. εἰς κέρδος 111. Sic Laur. a. Flor. Γ. Ven. εἰς τὸ κέρδος. Alii πρὸς κέρδος ab interprete; vulgatur ἐς. εἰς Τροίαν 112. sic Flor. Γ. εἰς ἄντλίαν, εἰς πρῷραν, εἰς πρύμνην 480. schol. et Laur. a. b. c. Ricc. Flor. Γ. Vulgatur ἐς et ter quidem. εἰς σέ 498. Consensus est. εἰς φῶς 577. Sic Flor. Γ.

Brunckius ἐς. εἰς σέ 1041. Consentiunt. εἰς χεῖρας 1330. item. εἰς φῶς 1337. item. εἰς μέλαθρα 1414. item. εἰς καλόν Oed. R. 78. item. εἰς βλάβην 517. item. ἀλλ' εἰς μέγιστον 521. Sic Flor. Γ. Vulgo ἐς. εἰς μέγα 638. consensu editur. εἰς ταὐτό 734. Sic Flor. Γ. Vulgo ἐς. εἰς δόμους 861. item. εἰς θυμόν 975. item. εἰς τὰ μητρός 980. cum consensu. εἰς τὰ Λαΐου 1139. Sic. Flor. Γ, ut videtur: vulgo ἐς. εἰς τόδ' ἥξεις 1158. cum consensu omnium. εἰς τριβάς 1160. Sic Flor. Γ. Θ. Vulgo ἐς. εἰς μέγιστα 1180. Consentiunt. εἰς τὸ φῶς 1229. Sic Flor. tres. Ex Laur. a. nihil enotatum. Brunck. Erf. ἐς. εἰς δέον 1416. Sic Flor. Δ. Reliqui, si certa fides est, ἐς. εἰς τόδ' ἄλσος Oed. Col. 98. cum consensu. εἰς Θήβης πέδον 416. item. εἰς τόδε 508. εἰς πλεῖστον 743. Vulgatur ἤ, quod delevit Brunck.; Reisigius ᾗ, Laur. a. εἰ σπλεῖστον, Ricc. B. Par. F. εἰ πλεῖστον, Laur. b. εἰς πλεῖστον quod iure recepit Elmsleius. εἰς σέ 758. εἰς τὰ σά 804. εἰς γένος 969. εἰς οὓς 980. εἰς τόδε 985. 1032. (Laur. a. τάδε) εἰς τόδ' ἡμέρας 1140. εἰς τὸ συμπονεῖν 1370. εἰς τέλος 1527. εἰς τὸ μαίνεσθαι 1534. εἰς δέον Ant. 382. εἰς πέδον 437. Sic codd. Pariss. et August., itaque suadet Elmsleius ad Bacch. 911. Editores ἐς retinuerunt. εἰς τοὺς κακούς 727. Consentiunt omnes. εἰς θανόντων κατασκαφάς 911. item. εἰς θεούς 913. sic Aldus, et vulgatur ita. Brunckius nil monito lectore ἐς, quod nunc in Laur. a. repertum est. εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον 986. Consensus est. εἰς δόμους τε κἀκ δόμων Trach. 34. εἰς τὸν ὕστερον 80 εἰς τί 402. εἰς γῆν 701. εἰς χεῖρα 1056. Brunckius ἐς. εἰς λόγου στάσιν 1169. εἰς δόμους Ai. 63. 80. Sic Flor. Γ. Θ. In Laur. a. ἐς videtur legi. εἰς θεούς 128. εἰς τόπον 432. Sic Flor. Γ. Θ. Rell., ut videtur, ἐς. εἰς τοσοῦτον 716. sic Laur. a. Flor. Γ. Δ. εἰς χεῖρα 738. Sic Flor. Γ. Δ. Sed Laur. a. ἐς videtur habere. εἰς ποίους βροτούς 985. Consentiunt. εἰς βυθόν 1062. Sic Flor. Δ. Θ. Rell. ἐς. εἰς ταφάς 1069. 1088. Sic utrobique Flor. tres; de Laur. a. tacetur. εἰς τὸ πρόσθεν 1228. Consentitur. εἰς δὲ ναυτικά 1257. Sic Flor. tres; de Laur. a. tacent. εἰς φῶς 411. sic enim Flor. Δ. εἰς Ἴλιον 574. εἰς πᾶν ἔργον 605. εἰς τὸ κλεινόν 671. εἰς μέσον 738. Sic Flor. Δ. εἰς τί 875. sic Lips. Flor. Δ. Θ. εἰς τίν' ἐλπίδων 946. Sic Flor. tres et vulgabatur ante Brunckium. De Laur. a. tacent. εἰς χεῖρας 1109. Sic edd. vett. Lips. Flor. tres, et, ut videtur, Laur. a. Miror, quod non receperit Hermannus. εἰς τὸ μηδέν 1157. εἰς χεῖρας 1348. Sic Laur. a. Flor. tres; Brunckius ἐς. εἰς γῆρας Acris. II (59 D.). Brunckius ἐς. εἰς Δωδῶνος Niptr. I. 1 (401 D.). κεἰς θεούς Oenom. I. 3 (419 D.). εἰς φῶς Scyr. VI. 7 (501 D.). εἰς τὰ δεξιά Tript. I. 1 (527 D.). εἰς τὸ φῶς inc. V. (657 D.). εἰς βίαν inc. XXIII. 6 (678 D.). εἰς τὸ μόρσιμον XXXII. 2 (690 D.). εἰς τὸν αὐχένα XXXIV. 2 (695 D.). Brunckius ἐς. εἰς τὰ διδασκαλεῖα inc. C. 2 (779 D.). — *Anapaestorum* unum exemplum est

formae plenioris, Ant. 1328. — Melicorum haec sunt: εἰς χέρα Oed. R. 1352. cum omnium consensu: εἰς τόδ' ἦλθον Oed. Col. 554. εἰς τόδ' εἶπας αἴχημα 716. εἰς βάσανον 834. — Sed non minor exemplorum vis est, secundum omnium librorum fidem ἐς habentium. ἐς οἶκον Phil. 240. ἐς τὴν Σκῦρον 381. ἐς τέλος 407. ἐς τὴν εὔβοτρυν Πεπάρηθον 544. ἐς μέσον 605. ἐς ναῦν 869. ἐς Τροίαν 903. 929. ἐς τά 1281. ἐς τὰ Ηυθικὰ Oed. R. 70. ἐς πάντας 93. ἐς τόδε 125. ἐς τὰ κείνου 263. ἐς πλέον 700. 918. ἐς τοσοῦτον 771. ἐς φόβον 991. ἐς δεινόν 1312. ἐς δέον 1416. ἐς οἶκον 1429. ἐς αὔριον Oed. Col. 753. ἐς τοσοῦτον αἰκίας 752. ἐς τί 864. ἐς χεῖρας 979. Herm. εἰς. ἐς τοσήνδ' ὕβριν 1033. ἐς τάσδε 1123. ἐς λόγους ἐλθεῖν 1166. ἐς τὸ Δωριχόν 1303. ἐς Θήβας 1307. 1327. ἐς δόμους 1410. ἐς Ἄργος 1418. ἐς πρόσθεν τὸν Ἅιδην 1442. ἐς δὲ γούνατα 1603. ἐς κακόν Ant. 240. 433. ἐς πέδον 269. ἐς κακόν 1013. ἐς Διός 1028. ἐς πόλιν 1070. 1081. 1232. ἐς ἕσπερον 1179. ἐς δ' ὑγρόν 1221. ἐς τοῦτο Trach. 147. ἐς δόμους 184. 261. 416. 607. Ai. 298. El. 1485. ἐς τήνδε Trach. 410. 687. ἐς χεῖρας 442. ἐς τήνδε 487. ἐς δὲ πρεσβευόμενος 564. ἐς μέσην 693. ἐς τὸ λοιπόν 907. ἐς πυράν 1244. ἐς τοσόνδε Ai. 664. ἐς τε τὸν φίλον 665. ἐς μέσον 1264. ἐς λόγους El. 306. ἐς πᾶσαν πόλιν 632. ἐς τοσόνδε 949. ἐς ξένην 1121. ἐς τὸ σὸν 1156. ἐς θυμόν 1339. ἐς κέρον 1392. ἐς τε τἄβατα Aload. XI. 6 (109 D.). ἐς βρῶσιν Hel. V. 2 (190 D.). ἐς λόγον Polyx. III. 5 (470 D.) ἐς κύκλους inc. LXVI. 1, 2 (731 D.). ἐς μέσον LXXIV. 2, 2 (746 D.). ἐς τρίς XXIII. 13 (618 D.) Haec senariorum. At anapaestorum illa: ἐς τούσδε τόπους Oed. Col. 1758. ἐς γᾶν Ant. 112. ἐς δαιμόνιον 372. ἐς τόδε 812. Melicorum ea ratio est, ut regnet ἐς, non εἰς. ἐς τάνδε Phil. 395. ἐς Ἅιδου 1196. ἐς δόμους 513. Oed. Col. 1739. ἐς φίλους Phil. 1130. ἐς μέγαν Oed. R. 194 ch. ἐς τόν 196. ἐς τόν 899 ch. ἐς τοσόνδε 1212. ἐς τάνδε Oed. Col. 127. ἐς χέρα 200. ἐς τίς 528. ἐς πλέον 1221. ἐς τελευτάν 1226. ἐς δ' ἄκραν 1463. ἐς τίνα 1746. ἐς Δίκας βάθρον Ant. 847. ἐς πότε Ai. 1164. ἐς μέσον Trach. 512. Certum est igitur, quibus propter metrum opus sit forma productiore, triplo plura esse exempla, quam quibus brevioris formae usus sit; certum etiam, aliquanto pluribus senariorum locis illam, contra in melicis hanc potissimum reperiri. Nec usquam Aldinam editionem fere, nisi ubi metro expediat, breviorem monstrare Elmsleius observavit ad Med. 55. et in praef. ad Oed. R. l. c. Deinde apud comicos ἐς non aliter usquam, ac diximus, certe in bonis codicibus legitur, et sicubi nondum ita scriptum fuerat, recte et ordine productiores formas Dindorfius restituit, nec nisi unum Hermippi exemplum est ἔσω exhibens, de quo dicemus v. εἴσω: alias ne metrum quidem, ut ita scribatur cogit. Excipi ἐς κόρακας et fortasse ἐς μακαρίαν notum est. Apud Thucydidem quidem ἐς regnare Popponis decretum est vol. I. p.

212; sed quam id non verum sit, ex farragine discrepantis scripturae p. 407 sqq. intelligitur. De Platone certe plane contrarium constat post Schneideri curas praef. ad Civit. t. I. p. LII. sqq. Iam *composita* apud Comicos nulla ab ἐς incipere Porsoni verissima observatio est App. Praef. ad Hemb. p. LXI.; quin ne apud tragicos quidem ulla reperiuntur, nisi cum metro expediat; ab ἐπεσ incipientia plane ignorare Graecitas videtur omnis: v. Poppo Prol. ad Thuc. vol. I. p. 212. Quae Osannus contra Porsonum attulit Inscr. vol. I. p. 13. nihil valere Schaeferus in Ind. Hecubae v. ἐς recte observavit: sed quae de Comicis asseveravit Porsonus, eadem, quanquam minus confidenter, re quippe non satis explorata, de tragicis existimasse, ea quidem quam saepe retulimus lege, eo certius est, quod ubique fere in quatuor fabulis Euripidis edendis εἰς poetae reddidit. Ultimum addimus, id etiam regnantis et potioris formae documentum videri, quod sicubi crasis admittitur, κεἰς dicitur, non κἀς, quod si ἐς inesset, devitari non poterat. Ex his efficitur, ἐς apud tragicos valde elevari, plane eiicere in tanta librorum discrepantia non audeo. — Anastrophen quamvis postpositum nomini non magis ceteris monosyllabis praepositionibus εἰς patitur: quippe per se tono carens. Quanquam sic tamen olim suadebat ut fieret Hermannus de Em. R. Gr. Gr. p. 101. Postponitur εἰς Oed. Col. 126 ch.

II. *Usus.* 1. Antiquissima et praecipua ea vis est, ut significet *motum talem, quo locus aliquis* vel *spatium intretur*, vel *aliquid aliquo contineatur.* Hic una recenseo, quando εἰς πόλιν, εἰς γῆν, hoc quidem nomine *terram*, non *solum* significante ponitur pro πρὸς πόλιν, πρὸς γῆν: cogitantur enim introire advenientes: nec minus locutiones usus tralati, quibus spatii intrandi subest notio, ut si εἰς οἶκον s. εἰς οἴκους *domum* significat. *εἰς Τροίαν μολεῖν* Phil. 112. 1347. *πλεῖν* 903. *εἰς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ κατέσχετε* 220. *πλέω δ' ἐς οἶκον* 240. *σῶσαί μ' ἐς οἴκους* 311. *ἐς τὴν Σκῦρον* 381. *ἐμβαλοῦ μ' εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῷραν, εἰς πρύμνην* 480. *πλέων — ἐς τὴν εὐβότρυν Πεπάρηθον* 544. *ὁρμώμεθ' ἐς ναῦν* 869. *ἐς Τροίαν μ' ἄγει* 929. *σ' ἐς τὰ Τροίας πέδι' ἀποστελῶ βίᾳ* 1281. *σκῦλα δ' εἰς μέλαθρα σὰ πέμψεις* 1414. *ἐς τὰ Πυθικὰ ἔπεμψα Φοίβου δώματα* Oed. R. 70. *ἐς μέγαν θάλαμον Ἀμφιτρίτας, εἴτ' ἐς τὸν ἀπόξενον ὅρμον* 194—196 ch. *ἄφες μ' ἐς οἴκους* 320. *ἔῤῥιψεν εἰς ἄβατον ὄρος* 719. Olim a compluribus *ἄβατον εἰς ὄρος* correctum. *ἴωμεν εἰς δόμους* 861. *οὐκέτ' εἶμι — ἐς τὸν Ἀβαῖσι ναὸν* 899 ch. *εἰς οἴκους μολεῖν* 1010. *εἰς ἔπαυλ' ἐγὼ ἤλαυνον* 1139. *ἐς οἶκον εἰσκομίζετε* 1429. *ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος* Oed. Col. 98. *προσέβα γὰρ οὐκ ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς τᾶνδε — κορᾶν* 126 ch. *οἱ μολόντες εἰς Θήβης πέδον* 416. *τὸν — ἐς Θήβας στόλον — ἀγείρας* 1307., quod huc advoco, quod in *ἀγείρω adducendi* vis

inest, non hostius impetus. ἄγω — ἐς Θήβας στρατὸν 1327. ἐὰν — ἐς δόμους νόστος γένηται 1410. στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος 1418. ἐς δόμους 1739 m. Trach. 34. (εἰς) 184. 261. 416. 607. Ai. 63. 298. El. 1485. Phil. 513 ch. ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων Ant. 812. εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς 911. φέρων — ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν 1070. ἴσαν ἐς μέσον Trach. 512 ch. ἐς δὲ πνεύμονας — διεῤῥοίζησεν 564. ὡς — ἐς πυράν με θῇς 1244. ἄνδρα — εἰςέβαλλον εἰς ἕρκη κακά Ai. 60. τὸν αὐτὸν εἰς τόπον — ἐπελθὼν 432. εἰς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν θείς 738. δὸς — εἰς χεῖρας λαβεῖν El. 1109. εἰς βυθὸν πεσεῖν Ai. 1062. μὴ — εἰς ταφὰς πέσῃς 1069. εἰς ταφὰς ἐγὼ θήσω 1088. εἰς τὰ ναυτικὰ σκάφη πηδῶντος ἄρδην Ἕκτορος 1257. μὴ — σπείρῃ ματαίαν βάξιν εἰς πᾶσαν πόλιν El. 632. λύσις γὰρ οὐκ ἦν — εἰς Ἴλιον 564. ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος 671. *conventus* enim dicitur, πανήγυρις. πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον 738. οἰχομένων εἰς Ἀΐδαν 823 m. πρὶν ἐς ξένην σε γαῖαν ἐκπέμψαι 1121. δέξαι μ' ἐς τὸ σὸν τόδε στέγος, τὴν μηδὲν εἰς τὸ μηδέν (in urnam) 1156. 1157. παράγεται — ἀρχαιόπλουτα πατρὸς εἰς ἑδώλια 1385 ch. ὑποβὰς ἔνθεν ἐς Ἄργος Inach. XI. 5. εἰς Δώδωνος Niptr. I. 1. διεμπολώμεθα — εἰς ἀηθῆ δώματα Ter. VII. 10. ὅρκους — εἰς ὕδωρ γράφω inc. XXXVI. 1. ἐῤῥηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων inc. LXVI. 1. 2. εἰς ἄλβαντα καταπεσεῖν LXXVIII. εἰς Αἴαν πλέων XCV. 1.

2. Deinde ponitur in nominanda *actione*, *quae aliquo versus* dirigitur, cum proprie, tum tralate. *Propriae* dictionis haec sunt. ῥίψασα — ἐς μέσην φλόγα, ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν Trach. 693. 694. ποτοῦ χυθέντος εἰς γῆν 701. φύλαξ ἔβην — εἰς ὁδὸν Ai. 37. βᾶτ' εἰς ὁδὸν inc. LX. 2, 1., quanquam haec etiam primae significationi accenseas: sed non licet in hoc fieri: βοῦς — εἰς ὁδὸν πορεύεται 1233. *compellitur in viam.* οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος Phil. 488. Prope Oetam enim, non in ipso monte Philoctetes habitabat. εἰς ἐπόψιον πάγον μολοῦσα Oed. Col. 1596. ὁρμᾶσθ' εἰς ἐπόψιον τόπον Ant. 1097. — αἰετὸς ἐς γᾶν ὡς ὑπερέπτα Ant. 112. de considente, non de occupante terram aquila dictum. ἐς πέδον κάρα νεῦσαι 269. cf. νεύουσαν ἐς πέδον κάρα 437. εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον — ἵζων 986. *cum me contulissem.* φέρειν νιν ἐς Διὸς θρόνους 1028. πατρὸς ἐλθόντος εἰς φῶς El. 411. ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς Scyr. VI. 7. ἔνθα μή ποτ' εἰς εὐνὴν πατρὸς — πρόςεισι μηδὲν 428. εὐνή sepulcrum Agamemnonis est, et de inferiis dicitur. ποίας γὰρ ἀστῶν ἥξετ' εἰς ὁμιλίας Oed. R. 1489. πελάζειν ἐς τούςδε τόπους Oed. Col. 1758 an. εἰς σὲ — ἥκω Phil. 498. εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν — στελεῖν 619. ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν, εἰς ποίους βροτούς; Ai. 985. ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν Ant. 226. *rediturus me convertebam.* V. Schoemann. ad Isaeum p. 363. Hinc locutiones sunt de *morte* et *pernicie.* ὁρμώμενον ἐς προὔπτον Ἅιδην Oed.

Col. 1442. οὐκ εἰς ὄλεθρον; Oed. R. 430. 1146. εἰς τόδ' ἥξεις 1158. εἰς τριβὰς ἐλᾷ 1160. Rursus alia de corpore et membris dicuntur. ἐς δ' ὑγρὸν ἀγκῶνα — παρθένῳ προςπτύσσεται Ant. 1222. v. Herm. ἐς δὲ γούνατα πατρὸς πεσοῦσαι Oed. Col. 1603. πάταξον εἰς ἄκρον πόδα Phil. 738. — παιωνίας εἰς χεῖρας ἐλθεῖν 1330., quod de *potestate sanandi* dictum, velut de potestate quanquam alio sensu ὅτῳ μ' ἔδωκας εἰς χεῖρας El. 1340. commissus enim Orestes paedagogo, ut servaretur. Rursum aliter δός μοι — εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν Trach. 1056. Quae quid ab El. 1109. Ai. 738., quae supra attulimus, differant, incurrit in oculos. εἰς τὸν αὐχέν' εἰςαλοίμην inc. XXXVII. 2.

3. At *tralatio* admodum varia. a. De *statu* et *conditione*, in quam quis adducitur. ἐς τί τρέψει Oed. Col. 864. *quid facies?* ὅταν — τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ 1534. ἐλπίδων γάρ ἐς τίν' ἔτι με δαίμων — ἐλαύνει 1746 m., quod tamen etiam de fine et termino consequendo dici potuit. ἐς Δίκας βάθρον προςέπεσες Ant. 847 ch. οἰκείας εἰς ἄτας ἐμπίπτεις El. 209 an. ὡς ἂν εἰς ὕπνον πέσῃ Phil. 815. ἐς κακὸν πέσοιμι Ant. 240. ἐς κακὸν πεσών 1013. εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς ξυμφορᾶς ἐλήλυθεν Oed. R. 1527. αὖθις εἰς τόδ' ἦλθον Oed. Col. 554 m. ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν 752. ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος 1221 ch. ἥξεις εἰς τὸ μόρσιμον inc. XXXII. 2. Transitive dictum. ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς — προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι Oed. R. 744. ὕβρις ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν 877 ch. ἐς φόβον φέρον *terrens* 991. ἐς βίαν ἄγον inc. XXIII. 6. ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν ἀλγεινόν Ant. 434. et plane alio sensu σὺ γάρ νιν εἰς τόδ' εἷσας αὔχημα Oed. Col. 716 ch. εἰ τοὺς ὄπισθεν εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν Ai. 1228. *praeferemus.* — b. Contrarium est, cum de *ingruente malo* dicitur. τοὔπ' εἰς ἄνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι Ai. 1117. ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται μόνον Oed. R. 62. *tangit.* εἰς βλάβην φέρον 517. εἰ μὴ κακὸν μέγιστον εἰς αὐτὴν ἰὸν ἤκουσα El. 366. νῦν δ' εἰς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη Oed. R. 263. Simile est τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον 847. *me tangit*, i. e. a me commissum est, quod aliter dictum quam v. 62. ἔρχεσθαι. — c. De *pugna congredientibus* et omnino *re aliqua* comparatione *spectanda*: εἰς ἀγῶνα τούτῳ συμπεσὼν μάχης Trach. 20. τάχ' εἰς βάσανον εἶ χεροῖν Oed. Col. 838. εἰς χεῖρας ἦλθον πατρί 979. οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὔτ' ἔργου μολών 1299. — εἰς λόγου στάσιν τοιάνδ' ἐπελθών Trach. 1169. γένος — εἰς ἔλεγχον ἐξιόν Alet. V. 2. i. q. ἐξητασμένον. Item de *colloquio congredientibus*: σοί φασιν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν — αἰτεῖν Oed. Col. 1166. θαρσοῦσα μᾶλλον ἐς λόγους τοὺς σοὺς ἱκοίμην El. 306. ἐλθὼν ἐς λόγον Polyx. III. 5. — d. De *oculorum coniectu* aliquo versum. εἰς ἐκεῖνον — ἐλεύσσομεν Oed. R. 1254. τί χρή με — εἰς θεοὺς ἔτι βλέπειν Ant. 913. λεύσσων δ' ὅπου γνοίη εἰς ὕδωρ Phil. 708 ch. Saepius

adsignificatur *consideratio et consilii via ineunda.* εἰς ἐκεῖνα — ἀποσκόπει Oed. Col. 1197. εἰς τί μοι βλέψασα El. 875. μηδὲν εἰς κεῖνόν γ' ὅρα 913. εἰς σὲ δὴ βλέπω 942. εἰς τίν' ἐλπίδων βλέψασ' ἔτ' ὀρθὴν 946. οὐδ' ἀμερίων ἔτ' ἄξιος βλέπειν τιν' εἰς ὄνασιν ἀνθρώπων Ai. 393 m. ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν εἰς ὅτι βλέπω 509. — e. De *rebus auditu* et *intellectu perceptis.* τοιούσδε λόγους — εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς Ai. 149 an. V. Dawes. Misc. Cr. p. 86. μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν εἰς θυμὸν βάλῃς Oed. R. 975. i. e. μὴ ἔστω ἐνθύμιον, qua locutione usus poeta est v. 739., i. e. μὴ φρόντιζε. Verbis simile est, sensu aliud οὐδέ γ' ἐς θυμὸν φέρω El. 1339. i. e. οὐδὲ συμβαλεῖν ἔχω, non memini, ne coniectura quidem tenus. — f. De rebus *publice agendis* vel *in lucem edendis.* ἐς πάντας αὔδα Oed. R. 93. Confer κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας El. 596. — τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ Oed. R. 1229. δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν εἰς φῶς ὃ λέξει Phil. 577. *palam dicere.* δέσμιον δ' ἄγων ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον 605 *cuivis.* οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον ἐς μέσον καθείς Ai. 1264. εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα — φανεῖτ' ἐς ὀφθαλμοὺς ἐμούς Ant. 307. *palam constituetis.* Quanquam hoc etiam ad *accessionis* vim trahi poterit. μήπωποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν 1081. *palam omnibus dixisse mendacium.* Nam si de republica dictum velis esse, inepta erit publici et privati mendacii distinctio. ἐς πόλιν γόους οὐκ ἀξιώσειν 1232. v. Erf. *non palam in questum et fletus erupturam.*

4. A secunda dirigendi aliquo versus motus significatione ea tralatio repetenda, *qua actione aliquem affici* εἰς indicat, cum bono tum infenso animo (*in, adversus, erga*). ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει Phil. 395 ch. i. e. ὅτε Ἀτρεῖδαι εἰς τόνδ' ὕβρισαν. οὐκ οἶσθ' ὅπως ποτ' εἰς ἐμὲ τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι 518. cf. ὠνείδισ' εἰς σὲ κἀμέ Oed. Col. 758. κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν Phil. 1130 ch. cf. ἀρωγὰν εἰς ἐχθροὺς μολεῖν El. 446. κοὐκ οἶσθ' ὅτου ὀργὴν ἔχοις ἂν — εἰς ἐμέ Phil. 1293. θεοῖς — τάχ' ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι Oed. Col. 969. τάδ' εἰς ἐμαυτὸν — ἡμάρτανον 972. κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν Oenom. I. 3. εἰς οὓς τ' ἔδρων 980. εὐσεβεῖν εἰς τοὺς κακούς Ant. 727. cf. τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν 1328 an. ἢν εὑρεθῇς ἐς τήνδε μὴ δίκαιος ὤν Trach. 410. λόγους οὓς εἶπας ἐς τήνδε 487. non enim *collocuta* quidem cum Iole fuerat, neque *dicta de illa* significantur, sed *animus, in eam qualis esset, dictis ostensus.* ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος Ai. 128. εἴς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργεῖν — βουλήσομαι 665. ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς El. 24. καί σ' ἔγωγε δεσπότιν ἢ μητέρ' οὐκ ἔλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω 588. i. q. δεσπόζουσαν ἡμῶν. Addo formulam γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν Ai. 79. De hoc usu praepositionis v. H. Steph. App. ad Dial. Att. p. 123. Valck. ad Eur. Phoen. 79.; is tamen Sophoclea non protulit.

5. A secunda item significatione illa quoque deflexa est, quod *finem* et *terminum pergendi* vel *perveniendi* indicat. Quae plane adverbiascentia sunt in hoc genere, mox tangentur. Et primum genus est a *locis* desumptum ad *tempora* tralatum, quo *ad id usque* dicitur εἰς. Viam facit ὁρᾷς — ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρει — μαντεύματα Oed. Col. 1426., de vaticinio eventum habente. — χὥταν εἰς τέλος τοῦ ζῆν ἀφικνῇ Oed. Col. 1527. ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθα Ter. VII. 6. οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου Acris. II. i. q. ὥστε γηρᾶναι μένει. Deinde de *animo* et *factis*. σοῦ γ' εἰς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα Oed. Col. 985. *ad id impudentiae dictorum*. Etsi εἰς τόδε στόμα coniungi debent, quemadmodum Hermannus vult, nihilo tamen minus significatur εἰς τόδε ἀναιδοῦς λόγου. ἐς τοσήνδ' ὕβριν ἥκοντα 1033. ὥστ' εἰς τοσοῦτον ἦλθον, ὥστε καὶ χεροῖν — διεπεραιώθη ξίφη Ai. 716. πῶς οὖν ὁ λῃστής — ἐς τόδ' ἂν τόλμης ἔβη; Oed. R. 125. ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων ἐμοῦ βεβῶτος 771. cf. Erfurdt. χωρεῖν — εἰς πᾶν ἔργον αἰσχύνης ἄτερ El. 605. *omnia audere*. δεινὸς ἕρπειν πλοῦτος εἴς τε τἄβατα Aload. XI. 6. Paulo aliter dictum ἐς δεινόν, οὐδ' ἀκουστόν, οὐδ' ἐπόψιμον sc. ὁ δαίμων ἐξήλλετο Oed. R. 1312.

6. *Adverbiascentes locutiones* efficiuntur variae. A *secunda propria* significatione deflexum εἰς τὰ δεξιά Triptol. I. 1. *dextrorsus*. Ab eadem haec sunt: στάντες ἐς ὀρθόν Oed. R. 50. quasi *erecti* i. e. servati. cf. γᾶν κατ' ὀρθὸν οὐρίσας 696. — οὐδὲν φωνεῖ δίκης ἐς ὀρθόν Trach. 346. εἰς ὀρθὸν φρονεῖν Triptol. IX. 7., quae duo postrema etsi ὀρθῶς explicare licet, tamen a regendo itinere ducta sunt: velut ἐς μέσον inc. LXXIV. 2, 2. Ab ea *tralata* significatione, qua *affici* aliquem aliquo facto indicatur, eae formulae oriuntur, quibus εἰς est *quod attinet* s. *tenus*. νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν, πλὴν εἰς σέ Phil. 1042. τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα Oed. R. 706. Brunckius κατὰ πάντα ἐλευθεροστομεῖ, Musgravius *omnium ora in me laxat* interpretati ἑαυτόν pro ἐμαυτόν dici putaverunt; non rectius schol. πᾶσαν κακουργίαν λόγων κινεῖ. Recte Erfurdtius *de se quidem linguam penitus liberat*, i. e. excusat, omnem culpam in Tiresiam conferendo. σὺ δ' εἰς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα Oed. R. 980. ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ Ant. 372. *de incredibili tanquam portento ambigo*. πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' εἰς τὰ σά, ἢ σ' εἰς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον Oed. Col. 804. Recte schol. ἐν τῷ μὴ πείθεσθαί σε μᾶλλον σὺ δυστυχεῖς ἢ ἐγώ: cf. Reisig. Enarr. p. CXIV. αἴδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες εἰς τὸ συμπονεῖν 1370., quo loco virgulam ab Hermanno post γυναῖκες positam, post συμπονεῖν omissam non perspicio. Huic persimile illud est τήνδε τὴν ἐς τάσδε τέρψιν Oed. Col. 1123. *gaudium de illis reducibus susceptum*. Paulo diversa haec sunt: τοῦ τῆσδ' ἔρωτος εἰς ἅπανθ' ἥσσων ἔφυ Trach. 489. i. q. παντάπασι. ἐς πολλὰ τἀπο-

ρεῖν ἔχω 1233. Cf. Valck. ad Phoen. 622. σῶμα — οὐ σπουδαῖον εἰς ὄψιν Oed. Col. 583. κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον (ἔχω) Ai. 863. *non magis quidquam reperio.* μηδὲν δίκαιον εἰς τέλος μέλλει ποιεῖν Phil. 407. *postremo*, proprie *fine tenus:* in quam vim firmandam Hermannus attulit Eur. Ion. 1615. ἐς τί; Oed. Col. 528. sc. δυστυχὴς ἦσθα: *quamnam in partem.* Deinde *finis* et *termini tempore tenus indicandi* significatione haec praedita sunt: κἀξεθρεψάμην τοσόνδ' ἐς ἥβης El. 14. ἐς τοσόνδε τοῦ χρόνου ἄλεκτρα γηράσκουσαν 949. ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῇ Trach. 148. ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον Oed. R. 1137. πῶς — φέρειν — ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε; 1212 ch. ἐς τάδ' ἡμέρας Oed. Col. 1140. ἔτος εἰς ἔτος Ant. 340 ch. — εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ δός μοι σεαυτόν Phil. 83. χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς στείλωσι 1065. ἐς τὸ λοιπόν Trach. 907. εἰς τὸν ὕστερον Trach. 80. sc. χρόνον, quod Reiskius correcturus erat εἰς τό γ' ὕστερον. ὧν ἐς ὕστερον ψεῦσται φανούμεθα Ant. 1179. τῆς ἐς αὔριον ἡμέρας Oed. Col. 573. τὸ δ' ἐς αὔριον αἰεὶ τυφλὸν ἕρπει inc. XXVII. 4, 3. εἰς ἅπαξ εἰπεῖν Phil. 441. v. ἅπαξ. — ἐς πότε *quando*, Ai. 1164 ch. de quo genere loquendi v. Lobeck. ad Phryn. p. 46. — Deinde de *consilio facti* et *eventu* inde consecuto dicitur. πέμψον εἰς κατασκοπήν Phil. 45. εἰς ἔλεγχον ἐξιών 98. *scrutaturus.* ὅταν τι δρᾷς εἰς κέρδος 111. i. e. πρὸς κέρδος, quod in codd. nonnullis est ex interpretatione. ὁ δὲ κάκ' εἰς μέγιστ' ἔσωσεν Oed. R. 1180. χωροῖμ' ἂν εἰς τόδε Oed. Col. 508. ἐς τάφον λέβητα κοσμεῖ El. 1392. Ἔρωτι — ὅστις ἀντανίσταται πυκτὴς ὅπως ἐς χεῖρας Trach. 442. i. e. ἀγωνιούμενος. θάνατος ἐς τελευτάν Oed. Col. 1225 ch. certe ab Hermanno sic explicatur, nobis ἐς τελευτάν *postremo* significare videtur, *rerum ultima* dicta: v. ἰσοτέλεστος. — ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν ἐς βρῶσιν Hel. V. 2. εἰς χάριν πράσσων Oed. R. 1353 m. εἰς ἔριν θυμούμενος Ai. 997. — ἐς καλὸν σύ τ' εἶπας Oed. R. 78. i. q. καλῶς. ἐς δέον 1416. Ant. 382. ἐς αὐτὸν καιρὸν οἶδε — πάρεισι Ai. 1147. εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσας ἔχεις; Trach. 402. *quo consilio?* v. Valck. ad Phoen. 624. Piers. Verisim. p. 20. Num ad eventum an ad finem tempore tenus indicandum referam ἐς τρὶς ἐκβάλλει inc. XXIII. 13., quod *penitus vincere* significat, a luctatoribus desumptum, ambigo; nam et *ad tertias usque vices*, et *ut ter fiat* interpretari licet. A termino temporali ad *res animi* et *mentis* traduci videtur. εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω Phil. 1389. ἐχθρὸς ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος Ai. 664. Ab his differt, sed ut in his tamen recensendum sit, οὐ γὰρ εἰς ἁπλοῦν ἡ ζημία μοι τοῦ λόγου τούτου φέρει, ἀλλ' εἰς μέγιστον Oed. R. 519. *graviter nocet.* Et rursus haec: μὴ τὸ μηδὲν ἄλγος εἰς μέγ' οἴσετε Oed. R. 638. σὲ γὰρ τῶνδ' — ἐς πλέον σέβω 700. οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ 918. *nihil proficio.* Diversa contulit Musgravius. πειθεῖν εἰς πλεῖστον Oed. Col. 743. *maxime.*

7. Ellipsis in *εἰς Ἅιδου* v. *Ἅιδης*.

8. *Εἰς* pro *ἐν* minime dicitur, etsi veteribus pariter ac recentioris aetatis hominibus visum, v. Hemsterh. ad Ar. Plut. 456. Dorvill. ad Char. p. 437. et alii multi, quos adducit Apitz. ad Trach. 192. Primum clarum est eiusmodi exempla, qualia sunt *ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον* Phil. 605. et *σύγκολλα τἀμφοῖν ἐς μέσον τεκταίνεται* inc. LXXIV. 2, 2. non significare *ἐν μέσοις* sive *ἐν μέσῳ*, sed in altero motus inesse indicium, in concione enim ille constitutus est, in altero eventus, *ὥςτε μέσα* i. q. *κοινὰ γενέσθαι*. Non magis antestari licet *εἰς παλαιὸν θᾶκον ἵζων* Ant. 986., quod non *sedendi* sed *considendi* vim habet. Relinquuntur duo potissimum exempla. Cum Philoctetes dixisset *πατέρα ματεύων* (sc. *κρᾶτα ἀποτεμῶ*) Phil. 1194. rogassetque chorus *ποῖ γᾶς;* ille respondet *ἐς Ἅιδου· οὐ γὰρ ἐν φάει γ' ἔτι*. Est autem hoc *κατὰ τὸ σημαινόμενον* dictum; cum enim in *ματεύων eundi quaesitum* insit significatio, ut quaerat chorus *ποῖ γᾶς* cum *motus* et *itineris* indicio, recte et ordine Philoctetes pergit *ἐς Ἅιδου*. Eadem, sed difficilior paulo ratio est Ai. 80.: *ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμους μένειν*. Sic optimi codd. Laur. a. b., ille supra scripto *ἐν δόμοις*, quod vulgatur, Flor. *Γ*., item cod. Ien. schol. Rom. et Triclinius. Scholiasta poeticum genus dicendi vocat, nec sane ab interpretis manu esse potest. Aptissimum Lobeckius, qui quidem *ἐν δόμοις* edidit, exemplum contendit Eur. Iph. Taur. 620. (606 M), in quo ut in *κείμεθα* inest *πεπτώκαμεν*, ita in *μένειν* cogitandum *βεβηκέναι introisse*. Non est igitur attractio ex duabus sententiis in unam confusis, de quo genere praeter huius aetatis grammaticos exposuere Kruegerus de Attract. L. Lat. p. 310. coll. Matthiae. ad Eur. Suppl. 224. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 848.

Εἰςάγω introduco. *ὅταν σε καιρὸς εἰςάγῃ* El. 39. *quando opportunum introeundi tempus erit*. *καὶ σέ γ' εἰςάξω* Phil. 670. — *adduco*, tralate *νὺξ γὰρ εἰςάγει, καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη φόβον* Trach. 29., quae verba ex Schol. Ai. 866. Suidas affert v. *πόνος*, sed vitiose scripta.

Εἰςαεί in perpetuum. Rectius fortasse disiunctim scribitur. *χοἰ πάντες εὖ ξυνεῖεν εἰςαεὶ θεοί* Oed. R. 275. *τοῦτό μ' εἰςαεὶ φοβεῖ* 1013. *μενῶ δ' — εἰςαεὶ βαρύς* Trach. 1192. Suid. v. *ἀραῖος*. — *ἢ τὸν εἰςαεὶ λεηλατήσει χρόνον;* Ai. 335. *ὥς — γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεί* 567. Suid. v. *γηροτροφῶ*. — *ἐςαεί* non dicitur.

Εἶσαι collocare. *σὺ γάρ νιν εἰς τόδ' εἶσας αὔχημα* Oed. Col. 717 ch. *locasti in gloria* i. e. *eam tribuisti*.

* *Εἰςαιέν* falsa scriptura Oed. Col. 709. v. *ἀεί*.

Εἰςακούω audio. *τοῦδ' εἰςάκουε τἀνδρός* Ai. 776. *τότ' εἰςακούων πάντ' ἐπιστήσει* Oed. Col. 291. *ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ θάλλοντά τ' εἰς-*

ἤκουον El. 940. v. εἰμί et θάλλω. — ὅς οὔποτ' αὐτοῦ πρόσθεν εἰςήκουσα Ai 311. ὧν τ' οὐδὲν εἰςήκουσας Trach. 336. τούτου λέγοντος τἀνδρὸς εἰςήκουσ' ἐγώ, ὡς — 350. πολύς σου ταῦτά γ' εἰςήκουσ' ὄχλος 423. ἔχεις τε κεἰςήκουσας Ant. 9. τοσαῦτα φωνήσαντος εἰςηκούσαμεν Oed. Col. 1641. ὅτ' οὖν — χρησμὸν εἰςηκούσαμεν El. 38. ὀρθά τ' εἰςηκούσαμεν 1087. — τίνος βροτῶν λόγον τόνδ' εἰςακούσασα El. 872. Horum proprie dicta pleraque: Ai. 311. 776. Oed. Col. 291. 1641. Trach. 350. 423. El. 38. 872. 1087. Ant. 5. *fando accipiendi* vi unum certe dictum El. 940. et fortasse Trach. 336. — ἐςακούω non dicitur.

Εἰςάλλομαι insilio. μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰςαλοίμην inc. XXXVII. 2 (695 D.). — Tralate *irruo.* τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο Ant. 1326 m. Nam quae Erfurdtius comparavit *irruendo advehere* interpretatus, dissimillima sunt: τὰ δέ adverbiascere potius videtur. — ἐςάλλομαι non reperitur.

* *Εἰςαναβαίνω escendo.* εἰςαναβᾶσα lectum vulgo Oed. R. 876. v. ἐςαμβιβάζω.

Εἰςάπαξ semel. ἐπείπερ εἰςάπαξ συνήνεσα Phil. 122. ὅς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰςάπαξ εἰπεῖν, ὅπου μηδεὶς ἐῴη Phil. 441., *qui quamvis nolentibus omnibus sua saepius ingerebat.* εἰςάπαξ τρέσας Oed. Col. 1421., quod mire argutatus Hermannus *uno nisu, sic repente* explicat. — ἐςάπαξ non exstat.

Εἰςαφικνέομαι advenio. Plutarchus Symp. IX. probl. 14.: ὁ Σοφοκλέους Ὀδυσσεὺς φησὶ Σειρῆνας εἰςαφικέσθαι Φόρκου κόρας κ. τ. λ. Quae ad Ulixem ἀκανθοπλῆγα s. Niptra recte referens Brunckius tamen in incertis posuit (LXX. 4, I. 407 D.), bene autem scripsit Σειρῆνας εἰςαφικόμην. — ἐςαφικνοῦμαι non reperitur.

Εἰςβαίνω. Proprie *introeo.* πρὸς — κόρης νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον εἰςεβαίνομεν Ant. 1190. Tralate *subeo.* τοιαῦτα καὐτὸς εἰςέβην κακά Oed. Col. 1001. Et de re in nos *ingruente:* ἐμοὶ μὲν οἶκτος δεινὸς εἰςέβη Trach. 297. cf. Elmsl. ad Eur. Med. 56. ἐςβαίνω non dictum.

Εἰςβάλλω. Proprie et transitive *coniicio.* ἄνδρα — εἰςέβαλλον εἰς ἕρκη κακά Ai. 60. Intransitive dicitur ἀμφὶ νῶτα καὶ τροχῶν βάσεις ἤφριζον, εἰςέβαλλον ἱππικαὶ πνοαί El. 709. i. e. ἐπέπνεον, *adhalabant.* — ἐςβάλλω non legitur.

Εἰςγράφω perscribo. μαντεῖα — ἃ — εἰςεγραψάμην Trach. 1157. Significantius hoc, quam quod quis exspectet dici, ἐξεγραψάμην. *Perscripsit* enim tabellis ore vatum accepta: si scripta quaedam monumenta extitissent, ἐκγράφεσθαι dicendum erat. — ἐςγράφω non reperitur.

Εἰςδέχομαι recipio. τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ — γῆς — μήτ' εἰςδέχεσθαι μήτε προςφωνεῖν τινά Oed. R. 238. γῆς εἰςδέχεσθαι coniungenda, cf. Eur.

Phoen. 461. et Reisig. C. Cr. in Oed. Col. p. 247. — *τίν' εἰςδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον* Trach. 375. *ὑπόστεγον* cum verbo coniungendum. — *ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων οὐχ ὥνπερ ἐξέπεμπον εἰςεδεξάμην* El. 1117. reddebatur enim pro vivo urna cum cineribus. — *ἐςδέχομαι* dictum non est.

** *Εἰςδύω* (ῡ aor. 2. producitur, ut si sequitur σ). Propria *induendi* vi dici videtur Captiv. VIII. 3. (43 D.) si recte emendatum *χρύσε' ἀμφίλιν' εἰςδὺς κρούπαλα*. Sed codex Hesychii v. *ἀμφίλινα κρούπαλα* habet *χρυςδύς*. v. Tralate de *dolore pungente εἰςέδυ με — οὔστρημα* Oed. R. 1317.

Εἴςειμι introeo. Proprie dictum: *αὖθις εἴςειμι πρός σε ψιλός* Phil. 941. Suidas v. *αὖθις* et *ψιλός*, et libri omnes plenius scribunt. *εἴςιθ' εἴσω* El. 792. *εἴςιθι* 1041. *αὖθις εἴςιτον* Phil. 547. *εἴςιτ' ὦ ξένοι* El. 1315. *εἰςιόντι μοι* 1332. Aliquid habet figuratae significationis, quod Hermannus de coniectura posuit *οὔ τι — ξύνοικος εἴςειμι* El. 808. pro *ἔσομ'*, quod in libris est. Ab introeundo enim ad *manendi* et *perdurandi* vim traductum verbum. — Transfertur ita, ut de *motu animi* et oborientibus lacrimis dicatur. *γόον δὲ μηδὲν εἰςίτω δάκρυ* Trach. 1189. v. Valck. ad Phoen. 1379. — *ἔςειμι* non comparet.

Εἰςέπειτᾰ quod rectius *εἰς ἔπειτα* scribitur, *posthac*. *τά τ' οὖν πάρος, τά τ' εἰςέπειτα* Ai. 35.

Εἰςέρχομαι. Proprie *introeo* et *incedo*. *ὡς ἄθυμος εἰςελήλυθας* Oed. R. 319. *ὅπως εἰςῆλθε* 1244. *εἰςῆλθε λαμπρός* El. 675. *εἰςῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα* 690. *δήλωσον εἰςελθοῦσα* 1095. *ἀρήξατ' εἰςελθόντες* Ai. 322. *δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰςελθὼν πόλιν* Oed. Col. 917. Sic etiam intelligo v. 911.: *ὥςπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰςῆλθ' ἔχων*, ut addendum putem *εἰς ἡμᾶς*, i. e. *εἰς πόλιν ἡμῶν*, ut non necessario explicandum sit *προςῆλθε*. Tralate est *intrare* et *oriri* de sensibus et animi affectionibus. *εἰςῆλθε τοῖν τρισαθλίοιν ἔρις κακή* Oed. Col. 373. *ἔρως — εἰςέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει* inc. XXIII. 9 (678 D.). Vide Valck. ad Phoen. 1379. et ad Herod. VII. 46. Bast. ad Greg. Cor. p. 375. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 388. Cum accusativo Euripides ita plus semel; cum dativo, ut Sophocles, Andocides de Reditu suo p. 129, 10. — *ἐςέρχεσθαι* metro cogente bis dictum idque proprie: *Σελλῶν ἐςελθὼν ἄλσος* Trach. 1157. *ἔσω δ' ἐςῆλθε* Ai. 289. Priore loco cod. Paris. *προςελθών*, qua praepositione etiam ipsum *εἰς* a librariis et interpretibus explicari scimus. Sed in illis exemplis, quae plenius an contractius scribantur nihil interest, Oed. R. 1244. El. 675. 690. Oed. Col. 373. 911. ne vestigium quidem tenuioris formae exstat.

Εἰςιδεῖν v. *εἰςοράω*.

Εἰςκηρύσσω proclamo, denuntio. *ὅσων — εἰςεκήρυξαν βραβῆς δρόμων* El. 680.

Εἰςκομίζω proprie *infero*, de homine *abduco*. ὡς τάχιστ' ἐς οἶκον εἰς-κομίζετε Oed. R. 1429. Sic scribendum secundum Flor. Γ.; male vulgo ἐςκομίζετε.

Εἰςλεύσσω adspicio. τὸ γὰρ εἰςλεύσσειν οἰκεῖα πάθη Ai. 253 an. Sic pro vulgato ἐςλεύσσειν scribendum ex Flor. Γ. et Eust. p. 1422, 60. apud quorum utrumque εἰςλεύσειν scriptum. Affert etiam Stob. Serm. XCIX. 21. Tzetz. Chil. X. 582.

Εἰςοίκησις domicilium. τὴν ἴσω ἄοικον εἰςοίκησιν Phil. 530.

Εἰςοπίσω in posterum. μετ' οὐδενὸς ὕστερον ἀνδρῶν εἰςοπίσω τάλας ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι Phil. 1092. Dicta ἐκ παραλλήλου sunt εἰςοπίσω et ὕστερον.

Εἰςοράω. I. *Formae*. *Passivi* nullā pars exstat. *Praesens act*. εἰς-ορῶ Oed. Col. 1099. El. 601. Trach. 1102. εἰςορᾷς Phil. 249. 965. Oed. R. 22. 1120. Oed. Col. 776. Ant. 288. El. 866. 985. Trach. 282. 393. εἰςορᾷ Oed. Col. 1372. εἰςορᾶτε El. 1424. εἰςορῶσι Oed. Col. 1533. Ant. 577. Ai. 827. inc. X. 1, 2 (663 D.). — εἰςόρα El. 574. — εἰςορᾶν Phil. 27. 659. El. 654. 1353. Phin. III (636 D.). — εἰςορῶν Phil. 453. 499. Oed. Col. 287. 1360. Ai. 127. Synd. VII. 1 (152 D.). εἰςορῶσι dat. partic. Ant. 30. Brunckius contra libros omnes et Eust. p. 719, 9. ex Burtoni quondam coniectura εἰςορμῶσι. — *Futurum*. εἰςόψει Oed. R. 1295. εἰςόψεσθε 1224. 1412. et versu postulante ἐςόψεσθε Oed. Col. 1449. Trach. 803. — *Aoristus*. εἰςεῖδον Oed. R. 105. ἐςεῖδον El. 1255 m. 1304. 1307. Tr. 752. εἰςείδομεν Oed. R. 1263. ἐςίδον Phil. 676 m. ἐς-ιδεῖν Oed. R. 1303 an. ἐςιδών Ant. 128 an. — εἰςίδω Ant. 1314 m. El. 260. — εἰςίδοιμι Phil. 1198 m. Trach. 302. Alcm. I. 1 (95 D.). εἰς-ίδοις Ant. 472. εἰςίδοι Trach. 899. — εἰςιδεῖν Oed. R. 768, 1052. El. 409. Ai. 70. 458. 743· — εἰςιδών Oed. R. 1049. Trach. 573. Ai. 29. 67. 1131. Phil. 870. εἰςιδοῦσα Trach. 954 ch. — *Medium* deponens est et activi praeditum vi. ἐςορώμενοι El. 1048 ch. εἰςίδοιτο Trach. 151. Haec si quis intuetur, primum reperiet, tenuiorem formam metro expressam esse, ut in iambicorum versuum sede pari El. 1304. 1307., in melicis El. 1048. 1263. Phil. 676., in thesi anapaestica Oed. R. 1303. Ant. 128. Productior forma ubique in arsin incidit, cum melicorum, tum senarii versus, dubitatio ut esse nulla possit. Duo sola exempla sunt tenuioris scripturae in incerto versus iambici sede repertae, Trach. 752. Oed. R. 1263., hic autem Elmsleius εἰςείδομεν dedit, et nos supra ita retulimus, quippe non in Triclinianis solis, sed etiam in Flor. Γ. repertum. Peccatur tamen a librariis etiam in contrariam partem: velut Oed. R. 1303. in Flor. Γ. Θ. contra anapaestici versus regulam εἰςιδεῖν

scriptum est. Quod unum relinquitur Trach. 752. correctione tollendum censeo.

II. *Usus.* 1. *adspicio*, oculis aliquo coniectis. *οὐδ' ἐςιδεῖν δύναμαί σε* Oed. R. 1303. *μηδέ μου κάρα — εἰςορῶν ἀτιμάσῃς* Oed. Col. 287. *ὅς νῦν δακρύεις εἰςορῶν* 1360. *ἐᾶν — οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰςορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς* Ant. 30., quod quomodo ad recte intelligendum componi debeat, v. Herm. *σφᾶς ἐςιδὼν — προςνισσομένους* Ant. 128 ch. *ὥςτε μήτιν' εἰςιδὼν στέρξαι γυναῖκα* Trach. 573. *Adspiciendo* enim potius, quam *conspiciendo* amor gignitur. *ἔκλαιεν ἡ δυστηνὸς εἰςορωμένη* 905. Quod paulo ante dictum est *εἰ βλέψειε δέμας του* de *conspiciendo* cogitari vetat. *πῶς με τλήσεταί ποτ' εἰςιδεῖν* Ai. 458. *ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ αὐτοσφαγῆ πίπτοντα* 827. Elegantius enim *tranquilli adspiciunt* i. e. *patiuntur* interpretaberis, quam *vident*. *κἆτ' αὐτὸν εἰςιδών τις ἐμφερῆς ἐμοί* 1131. non *videns* sed *conversus ad eum*; male schol. Pal. *ἰδών*. *ὅταν — εἰςίδω δ' ἐσθήματα φοροῦντ' ἐκείνῳ ταὐτά* El. 260. *πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰςορᾶν* 654. *regali adspectu*, cf. *νεκρὸς τάριχος εἰςορᾶν* Phin. III. — *πατέρα γὰρ εἰςορᾶν δοκῶ* El. 1353. *τὰ Τροίας εἰςορῶν ἰδώλια* Synd. VII. 1. — 2. Saepius etiam nihil est, nisi *video* et *conspicio*, de rebus forte oblatis dictum. *δοκῶ γὰρ — ἄντρον εἰςορᾶν* Phil. 27. *οὐ γάρ ὁ'σθά μ' ὄντιν' εἰςορᾷς* 249. *τηλόθεν τό τ' Ἴλιον καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰςορῶν φυλάξομαι* 453. *ὅς γ' ἡλίου τόδ' εἰςορᾶν ἐμοὶ φάος μόνος δέδωκας* 659., adsignificata *vitae incolumitate reddita*. *οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα — οὐδ' ἐςίδον* 676. *ἥδομαι μέν σ' εἰςιδὼν — βλέποντα* 870. *ἐμοῦ γ' ὃν εἰςορᾷς* 965. *πῶς ἂν εἰςίδοιμί σε* 1189 m. *ὥςπερ καὐτὸς εἰςορᾷς* Oed. R. 22. *ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰςεῖδόν γέ πω* 105. *δι' ἅ νιν εἰςιδεῖν θέλω* 768· gl. *ἰδεῖν*. *εἴτε κἀνθάδ' εἰςιδὼν* 1049. *ὃν κἀμάτευες πρόσθεν εἰςιδεῖν* 1052. *τοῦτον, ὅνπερ εἰςορᾷς* 1120. *οἷ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰςόψεσθε* 1224. *οὐ δὴ — τὴν γυναῖκ' εἰςείδομεν* 1263. *θέαμα δ' εἰςόψει τάχα* 1295. *ἐκρίψατ' ἔνθα μήποτ' εἰςόψεσθ' ἔτι* 1412. *τὰς κόρας γὰρ εἰςορῶ — προςπολουμένας* Oed. Col. 1099. *οὐ γάρ μ' ἔτι βλέποντ' ἐςόψεσθ' αὖθις* 1440. *σίδηρον — φανέντ' ἂν εἰςίδοις* Ant. 472. *τάςδε δ' ὥςπερ εἰςορᾷς* Trach. 282. *ὡς ἕρποντος εἰςορᾷς ἐμοῦ* 393. *οὔ νιν τὰ πρῶτ' ἐςεῖδον* 752. *ἢ ζῶντ' ἐςόψεσθε* 803. *κρύψασ' ἑαυτὴν ἔνθα μή τις εἰςίδοι* 899. *μὴ ταρβαλέα θάνοιμι μοῦνον εἰςιδοῦσα* 954 ch. *ὀπτὴρ αὐτὸν εἰςιδὼν — φράζει* Ai. 29. *ὡς — εἰςιδὼν θροῇς* 67. *ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰςιδεῖν* 70. *εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰςιδεῖν θέλοι* 742. *εἰςιδεῖν πατρὸς δευτέραν ὁμιλίαν* El. 409. *ἐναργής, ὥςπερ εἰςορᾷς ἐμέ* 866. *τί τοὺς — οἰωνοὺς ἐςορώμενοι* 1048 ch. *ἐπεί σε — ἀέλπτως ἐςεῖδον* 1255. *κἄπεί σ' ἐςεῖδον* 1304. *θανόντα τε καὶ ζῶντ' ἐςεῖδον* 1307. *εἰςορᾶτέ που τὸν ἄνδρα* 1424. Cf. Brunck. Ind. in Aristoph. v. *Praepositiones*. — 3. *cerno animo*, inde *considero*, *attendo*, *ani-*

madverto. εἰςόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τιθῇς El. 574. φροντίδ' οὐκέτ' εἰςορῶ 601. οὐκ εἰςορᾷς; γυνὴ μέν, οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς 985. τοιαῦτα τοίνυν εἰςορῶν Ai. 127. τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰςορᾷς θεούς Ant. 288. ὅταν πέλας — τὸν Ἅιδην εἰςορῶσι τοῦ βίου 578. ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰςίδω 1314., quod cum significat *ne ultra mihi vitam produci videam*, huc trahendum est, quia non fit oculis. τότ' ἂν τις εἰςίδοιτο — κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι Trach. 151. μή ποτ' εἰςίδοιμί σε πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντα 302. ὦ τλῆμον Ἑλλάς, πένθος οἷον εἰςορῶ ἕξουσαν 1102. *praevideo* s. *praesagio animo*. εἰςορῶν ὡς πάντα δεινὰ — βροτοῖς κεῖται Phil. 499. Recte sic Tricl., ut εἰςορῶν ὡς κεῖται coniungantur; veteres libri post εἰςορῶν virgulam habent. Schol. γιγνώσκων τὰ ἀνθρώπινα πράγματα μεταβαλλόμενα. νῦν ἡνίκ' εἰςορᾷς πόλιν — ξυνοῦσαν εὔνουν Oed. Col. 776. θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰςορῶσι 1533. adsignificata vindicta; eidem significationi testis locus est Oed. Col. 1372.: δαίμων εἰςορᾷ μὲν οὔ τί πω ὡς αὐτίκα, v. Schaef. ad v. 1370. Reisig. Enarr. p. CLXVI.: unde dictus Iupiter ἐπόψιος, de quo egit Spanhem. ad Callim. hymn. Iov. 82. — εἴθ' εὖ φρονήσαντ' εἰςίδοιμι Alcm. I. 1. ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰςορῶσι τἀμφανῆ inc. X. 1, 2., quod copiose illustrat Wyttenb. ad Plut. de Aut. Poet. p. 21, B. — 4. De *struendo* verbo unum adnotatione dignum quod cum participii genitivo dici videatur: ὡς ἕρποντος εἰςορᾷς ἐμοῦ Trach. 393. Schaefero placet εἰςορᾷς duabus circumpositis virgulis, ut solet ὁρᾷς, mediae sententiae inseri, de qua dicendi formula observata quaedam Dawesio sunt Misc. Cr. p. 318. Brunckio ad Soph. Phil. 862. Sed hoc aliis exemplorum documentis caret. Seidlero, cuius sententia apud Hermannum memoratur, εἰςορᾶν ut ὁρᾶν aliquando cum genitivo poni videtur; Matthiae ad Eur. Or. 383. et Gr. Gr. t. II. p. 1304. ex confusis duabus explicat locutionibus, ὡς ἕρποντος ἐμοῦ et ἕρποντά με εἰςορᾷς. Sed procul dubio recte Hermannus explicat ὡς, ἕρποντος ἐμοῦ, εἰςορᾷς sc. ἐμὲ ἕρποντα. Pleonasmi genus εἴ που φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας, ἔκλαεν ἡ δύστηνος εἰςορωμένη Trach. 905., in quibus tamen non abundat quidquam, nisi specie tenus, exemplis aliquot firmavit Lobeck. ad Ai. 882. p. 370.

Εἰςορμάω. Activum εἰςορμῶσιν inutili coniectura impertiverunt Sophocli quidam: v. εἰςοράω. Medium est *irruere*. σφ' ὁρῶ τὸν Ἡράκλειον θάλαμον εἰςορμωμένην Trach. 909.

Εἰςπαίω *irrumpo*. βοῶν γὰρ εἰςέπαισεν Οἰδίπους Oed. R. 1252. Affert Suidas v. ἐπειςπέπαικεν. Cf. Hemsterhus. ad Ar. Plut. p. 271. Intpp. Greg. Cor. p. 403. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. 909. Meinek. ad Menandr. p. 388. Pflugk. ad Eur. Hec. 118.

Εἰςπέμπω immitto, cum *subornandi* adsignificatione. μάντιν — κακοῦργον εἰςπέμψας Oed. R. 705.

Εἰςπίπτω incido i. e. *irruo*. εἰςπεσὼν ἔκειρε πολύκερων φόνον Ai. 55.

Εἰςπλέω portum intro. ὃν (ὑμέναιον) ἄνορμον εἰςέπλευσας εὐπλοίας τυχών Oed. R. 423. infaustum Oedipi connubium cum navigatione specie felici comparatur.

Εἰςχειρίζω committo. ἣν (ἀρχὴν) ἐμοὶ πόλις δωρητόν, οὐκ αἰτητὸν εἰςεχείρισεν Oed. R. 384. Affert Suidas v. δωρητόν et χειρίζω.

Εἴσω et ἔσω. I. *Scriptura*. εἴσω metro iubente scribitur in arsi iambica Phil. 670. Ant. 574. Ai. 11. Trach. 864. El. 792. 1483., et in arsi secunda versus dochmiaci El. 1384 ch. ἔσω legitur in thesi iambici senarii parium sedium Phil. 529. 1309. Oed. R. 57. 92. 1171. 1241. 1244. 1515. Ant. 1211. 1233. Trach. 335. Ai. 105. El. 40. 1092. 1366. 1395.; in thesi bisyllaba anapaestica Ai. 231. (ὣν τὴν μὲν ἔσω σφάζ' ἐπὶ γαίας, quod ex Tricl. contra libros et Aldinae fidem τὰ μὲν εἴσω Brunckius correxit; in Ricc. est τὰ μὲν ἔσω, in Flor. Γ. ἔξω, in Δ. Θ. omittitur adverbium); in melica thesi cretici versus τῶνδ' ἔσω Oed. R. 679. Ubi ad metri legem nihil interest, ἔσω certa fide destitutum est, sed εἴσω sic dictum in impari sede senarii Oed Col. 18., quod non libris modo sed et Aldina, Suida, Zonara invitis in ἔσω Brunckius mutavit, idem ausus Trach. 201., quo loco contra ceterorum testium fidem nihil potest, qui Ammonii librum, ut nunc est, corruptissime scriptum in compendium redegit p. 50.; non minus temere rem Brunckius gessit Trach. 492. 690., ubi etiam Laur. a. εἴσω exhibere verisimile cum ceteris libris, quanquam non notatur quidquam; 896.; Oed. R. 461.; sed El. 1329. non attigit. In Ai. 670., ubi scribitur vulgo ἔσω, corrigendum εἴσω ex Barocc. Flor. Θ. Relinquuntur duo exempla Ai. 289. Ant. 487. quae ipsa in ordinem cogendum censeo. Horum perpauca memorat Kuehlstaedt. de dial. trag. p. 128. Si memineris Aristophanem et Platonem nunquam dixisse ἔσω (de hoc v. Schneider. praef. ad Civ. t. I. p. LIII.), vera videbitur Elmsleii sententia (ad Med. 88.), etiam Hermanno probata ad Trach. 201., ἔσω tragicis nonnisi versu cogente admissum, a comicis, ut ἐς, abesse longissime. Nec probo tamen eundem Elmsleium Hermippi versum corrigentem, ut ἐγώ scribatur pro ἔσω; est enim sententia haud dubie παρῳδικῶς ex aliquo tragicorum desumpta, quo non solum ἰοὺ ἰοὺ ἔσω ducit, inprimis dilecta illis, ἔσω in fine versus posito, formula, sed et universa oratio — θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου —, et remotius a vulgari consuetudine ἀγγέλω. Quod ἀναλογώτερον dicitur ἔσω Apollonio de adv. p. 577, 24. et schol. Dion Thr. p. 942, 33., ipsum indicio est, literarum monumentis minus illud

testatum fuisse. — Ineptissimum librorum mendum ἐξανηγόμην ἔσω Phil. 567. dudum a Cantero sublatum est, qui cum ἐγώ coniecerit, ea emendatio a Brunckii cod. B. firmari fertur.

II. *Usus*. 1. Quanquam εἴσω *intro*, ἔνδον *intus* significare constat, confusum tamen discrimen illud post Homerum est; de quo v. Phryn. p. 127. et Lobeck. l. c. Ammon. p. 50. et scriptor π. σολοικίας p. 202.; ex Ammonio sua sumpsit Etym. Gud. p. 186, 46. severius iudicantes plerique, quam pro usu dudum recepto. Sed de Homero secus esse scitur: v. Lehrs. de Arist. Stud. Hom. p. 138. Suam significatiouem his locis εἴσω habet. χωροῖς ἂν εἴσω Phil. 670. στείχειν ἔσω Oed. R. 92. ἰὼν εἴσω λογίζου 461. τί μέλλεις κομίζειν δόμων τῶνδ' ἔσω 679. ὅπως παρῆλθ' ἔσω θυρῶνος 1241. πύλας ἐπιῤῥήξασ' ἔσω 1244. v. ἐπιῤῥήγνυμι. ἴθι στέγης ἔσω 1515. ἀλλά νιν κομίζετ' εἴσω Ant. 574. ἔσω χωρεῖ πρὸς αὐτόν 1211. οὕςτινάς τ' ἄγεις ἔσω Trach. 335. εἴσω στέγης χωρῶμεν 492. εἴσω δ' ἀποστείχουσα 690. ἐπεὶ παρῆλθε δωμάτων εἴσω 896. μολὼν δόμων ἔσω τῶνδε El. 40. εἴςιθ' εἴσω 792. εἴσω παρέλθετε 1329. χωρεῖν ἔσω 1366. παράγεται — εἴσω στέγας 1384 ch.. μὴ λάθῃ μολὼν ἔσω 1395. χωροῖς ἂν εἴσω 1483. εἴσω τῆςδε παπταίνειν πύλης Ai. 11. *introspicere* enim significatur. εἴσω δ' ἐςῆλθε 289. εἴσω — ἐλθοῦσα 670. *Tralate dicti* ex legitima significatione defluentis unum exemplum est γράφου φρενῶν ἔσω Phil. 1309., ab Eustathio memoratum p. 806, 56. et Suida v. ἐπίστω. — 2. Per *abusionem* dicti decem exempla collegit Valck. ad Phoen. 727.; nos undecim afferimus. Horum fere nullum ex attractione explicatur, id quod cupivisse videtur Kruegerus de Attract. Lingu. Lat. p. 309., nec probandum puto Apitzium ad Trach. 192. εἴσω στέγης explicantem κατά, ἀνά, διά, *per*, quae omnia inter se aliquantum differunt. ἴωμεν — προςκύσαντε τὴν ἔσω ἄοικον εἰςοίκησιν Phil. 529. ναῦς ἐρῆμος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω Oed. R. 57. πυκνόπτεροι δ' εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες Oed. Col. 18. γυναῖκες, αἵ τ' εἴσω στέγης, αἵ τ' ἐκτὸς αὐλῆς Trach. 201. ἠχεῖ τις — κωκυτὸν εἴσω 864. ἥδιστος — δεσμώτης ἔσω θακεῖ Ai. 105., cui persimile exemplum est ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνή Oed. R. 1171. ὧν τὴν μὲν ἔσω σφάζ' ἐπὶ γαίας Ai. 231. τίς — τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν El. 1092., cui sententia simile exemplum est ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι — ὑπὸ στέγης δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν Ant. 1233. Ne illud quidem ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως λυσσῶσαν αὐτήν Ant. 487. recte attractionis aliquo genere explicari videtur, sed ἔσω dictum quod cum εἶδον proxime iungitur, *introspiciens vidi*; nec dissimile, quanquam non idem, est Ai. 11. quod in propriae significationis exemplis attulimus. Reliqua omnia σχῆμα potius κατὰ τὸ σημαινόμενον habere dicam, facilius illud, cum verbum motus significandi adest, velut

Phil. 529. Ant. 1233., nam in *προθήσειν*, cum modo foris versata esset Eurydica, *introeundi* vis conspicitur; deinde idem ad verba motus significandi expertia traductum, velut Oed. Col. 18. Tr. 864. Ai. 105. 231.; denique est, ubi verbum plane absit, velut Trach. 201. Oed. R. 1171. El. 1092.; in quibus tamen omnibus inest indicium, abiisse, qui compellentur.

Εἶτα. 1. Proprie rem posteriore gestam tempore significat: *deinde.* *κᾆτα τὸν λοιπὸν χρόνον κέκλησο — εὐσεβέστατος* Phil. 84. *εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν* 295. *εἶτα δ' ἐγγενὴς φανήσεται Θηβαῖος* Oed. R. 452. *εἶτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς* Oed. Col. 1593. *οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει;* Ant. 244. *εἶτ' ὁ δύσμορος ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος* 1219. *εἶτα φοινίας — ἐχίδνης ἰὸς ὣς ἐδαίνυτο* Trach. 767. *ἀμφέστησαν, εἶτ' ὀνείδεσιν ἤρασσον* Ai. 711. *εἶτα δεύτερον — ἀντιφωνεῖ* 757. *κᾆτ' — ἐμφερής τις εἰσιδὼν ἐμοὶ — εἶπε* 1131. *εἶτα τόνδ' ἐφέστιον πῆξαι λαβόντα σκῆπτρον* El. 411. *εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον* Thyest. VI. 5 (239 D.). — 2. Particula est sermonis continuativa, *deinde, porro* significans. *ἣ πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς — ἔχθιστα συμβέβηκεν· εἶτα δώμασιν — τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς ξύνειμι* El. 254. *κᾆτα τοῖσδε δουλεύω βίᾳ* 1183. *τὰ χρήματ' — εὑρίσκει φίλους, αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα — τυραννίδος θακοῖσιν ἡδίστην ἕδραν* Aload. XI. 2 (109 D.). — 3. Hinc est, quod res secundum mentem argumentantis ex altera consequentes vel contrarias infert; ut vel *εἰ* vel *εἰ καί* particulis cum aliqua sententia subaudiendis ad explicandum utaris. *ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύσμορος εἰς φῶς — εἶμι* Phil. 1337. *ἴσ' ἀντάκουσον, κᾆτα κρῖν' αὐτὸς μαθών* Oed. R. 544. Non ponitur enim aliquid tempore posterius, sed altera res alterius faciendae necessaria conditio. *κᾆθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα;* 1023. (*nihilominus, et tamen*). *κᾆτα τίς γαμεῖ* 1500. *κᾆθ' οἱ κάκιστοι — πάρος τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;* Oed. Col. 419. *εἶτ' ἀφεὶς τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρια — ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις* 918. *κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν — ἐ λανθάνει* 1009. *κᾆτ' οὐ δέχονται — λιτὰς ἔτι θεοί* Ant. 1006 sc. propter fana cadaveris insepulti tabe foedata. *ἤδη γὰρ εἶδον — τοὺς σοφοὺς λόγῳ μάτην θνήσκοντας· εἶτα — ἐκτετίμηνται πλέον* El. 63. non *postquam* sed *quia fecerunt.* Horum exemplorum duo Oed. Col. 420. 918. indignabundi exhibent interrogationem, de qua re v. Valck. ad Phoen. 549. — 4. Cum *participio* dictum paene abundare videtur. *οἷ' ἔργα δράσας — εἶτα δεῦρ' ἰὼν ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις* Oed. R. 1402. *ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε* Oed. Col. 265. *μὴ θεοὺς τιμῶντες εἶτα τοὺς θεοὺς μοῖραν ποιεῖσθε μηδαμῶς* 278. *δρῶν τι χρηστὸν εἶτα λοίσθιον θάνω;* Ai. 463. *μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφὰς — ὑβριστὴς γένῃ* 1071. *ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν εἶτ' ἁμαρτάνει* 1073. *λοιβαῖσι — στέψαντες εἶτ' ἄψορρον ἐνθάδ' ἥξομεν* El. 52. *ὡς ἄρξασά τι*

λυπηρὸν εἶτά σου τάδ' ἐξήκουσ' ὕπο 542. *ὅταν θανεῖν χρῄζων τις εἶτα μηδὲ τοῦτ' ἔχῃ λαβεῖν* 996. *τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν τ' ἄπο βλαστόντας εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς* Alet. VII. 2 (94 D.). Qui in eiusmodi exemplis distinctione utuntur, graviter ineptiunt. Firmat apodosin; de re post alteram gesta sunt Oed. R. 1402. Ai. 463. El. 52.; reliqua argumentationis. Observarunt Hoogev. de Part. p. 384. Herm. ad Vig. p. 772. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 115. Intpp. Greg. Cor. p. 145. Blomf. gl. Aesch. Prom. 802. — De *crasi κᾆτα* v. *καί*. Cum *κᾆτα* et continuandis secundum tempora actionibus et ex mente loquentis deinceps enumeratis rebus constitutum aliquoties cum *καί* possit permutari, fuerunt, qui *εἶτα* inesse negantes ne ι quidem subscriberent, v. Apoll. de coni. p. 496, 30. — Perperam scriptum *κᾆτ' αὖ* pro *κατ' αὖ* Ant. 597 ch.; *κἆτ'* Laur. a., *κατ'* schol. Rom. et Tricl., qui cum *ἀμᾷ* coniungendum esse monet. Deinde *εἶθ' ἅλλεται* Oenom. III. 3. (421 D.); v. *ἐκθάλπω*. C. Matthiae coniectura *εἶτ' αἰθέρος* pro *εἶθ' αἰθέρος*, quod libri habent, seu *ἴθ' αἰθέρος*, quae Hermanni emendatio est Phil. 1081., ferri nequit; non est ea indignabundi sententia sed plane ridicula.

Εἴτε. *Bis terve* positum (*sive* — *sive*) distributivum est, liberam audienti quidquid voluerit eligendi potestatem faciens. *εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που* Oed. R. 42. *δράμημα νωτίσαι — εἴτ' ἐς μέγαν θάλαμον Ἀμφιτρίτας, εἴτ' ἐς — Θρῄκιον κλύδωνα* 195 ch. *εἴτε τις εἷς ὢν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα* 246. *εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμονεστέρας — κυρεῖ* Ant. 486. *εἴτε χρὴ θανεῖν, εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύσει στέγῃ* 878. *εἴτε μὴ σὺ φῄς, εἶθ' ἅτερος στρατηγός* Ai. 1087. In secundo membro posito *εἴτε* additur *οὖν*: *λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην* Phil. 345. et in primo, alterum *εἴτε* ut solum inferatur: *εἴτ' οὖν ἐπ' ἀγρῶν, εἴτε κἀνθάδ' εἰσιδών* Oed. R. 1049. *εἴτ' οὖν θεός, εἴτε βροτῶν ἦν ὁ ταῦτα πράσσων* El. 192 ch. Et cum negatione, *εἴτ' οὖν — εἴτε μή*. *εἴτ' οὖν δικαίως, εἴτε μή* (sc. *δικαίως ἔκτεινας*) El. 550. *Ter* positum exstat: *εἴτε χρὴ κακήν, εἴτε στόμαργον, εἴτ' ἀναιδείας πλέαν* El. 596. — 2. In *interrogatione* dicitur; et *recta* quidem: *τίς σ' ἔτικτε —; Πανὸς — προσπελασθεῖσα, ἢ — Λοξίου; — εἴθ' ὁ Κυλλάνας ἀνάσσων, εἴθ' ὁ Βακχεῖος θεὸς εὕρημα δέξατο* Oed. R. 1104 ch. Haec anacoluthon habent; debuit enim ἢ inferri. *Oblique* interrogatur in his exemplis: *σήμαιν', εἴτ' ἔχει χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ* Phil. 22. *δείξεις, — εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή* Ant. 38. *ὅπως ἴδῃς εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον* Ai. 7. Hi *πότερον — ἢ* subrogari licet exiguo sic paulo certius prolatae sententiae discrimine. — 3. Aliis particulis opponitur. *εἰ — εἴτε*. *εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν, ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω* Oed. R. 92. In *interrogandi* formulis dicun-

tur ἤ — ἤ εἴτε pro πότερον — ἤ — ἤ. ἤ που τινὸς νίκας — χάριν, ἤ ῥα — ψευσθεῖσα δώροις, εἴτ' ἐλαφηβολίαις Ai. 176 ch. Turnebus ἤτ', quod nihili. ἤ — εἴτε, quod apud Aeschylum et Euripidem non infrequens, semel dictum Sophocli est, exemplis firmarunt Lobeck. l. c. p. 245. et Schaef. Mel. Cr. p. 5. Contra εἴτε — ἤ secundum certam Reisigii emendationem restituenda Oed. Col. 1489.: βᾶθ', εἴτ' ἄκραν ἤ 'πὶ γύαλον — τυγχάνεις ἁγίζων. v. C. Matthiae Qu. Soph. p. 158 sqq. — 4. Aliquando in antitheto semel ponitur, ubi apte iteraretur. πεπονθέναι λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν Oed. R. 516. v. Herm. ad Vig. not. 311. p. 834. Idem in interrogatione, ut non sit i. q. πότερον — ἤ. ποῦ γῆς; πατρῴας, εἴτε βαρβάρου; λέγε Trach. 234. Sic vulgo distinguunt; mihi virgula post βαρβάρου opus videtur, verbisque sic compositis λέγε, (εἴτε) πατρῴας εἴτε βαρβάρου sc. ἔλειπες. — In Oed. Col. 645. nonnulli codd. εἴτ' ἐμοῦ στείχειν μέτα oppositum εἰ δέ exhibent, quod probat Pflugk. ad Eur. Hel. 877. Sed vulgatum εἰ δέ bis positum recte habet.

Εἴωθα consuevi. ἀνακλάομαι παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν Phil. 927.

Εἰωθότως sueto more. ἤ πολλὰ χαίρειν μ' εἶπας, οὐκ εἰωθότως El. 1448.

Ἐκ. ἐξ. I. *Adverbium* est in tmesi. ἐκ δ' ἀρᾶς κακὰς ἠρᾶτο Ant. 423. ἐξηρᾶτο proxime praecedens ἐξῴμωξε apte sequitur; ἐκ pro *propterea* Sophocli non dicitur, *exinde* aptum non est. ἐκ δ' ὁρμωμένου πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακε 1218. ἐκ δ' ἤνσ' ἐγώ Trach. 562. ἐκ δ' ἐλώπισεν πλευρὸν 921., quod Hesychius v. ἐξελώπισεν explicans spectat. ἐκ μὲν ἰσχάτας βέβρωκε σάρκας 1042. ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν ἤδη 1044. Usum attigit Valck. ad Hippol. 934. Acui praepositionem sive adverbiascentem sive nomini postpositam quanquam olim decrevit Hermannus de Em. R. Gr. Gr. p. 101., ratio non est: v. εἰς. Sed certa emendatione ἐκ adverbiascens restituisse videtur Hermannus El. 703.: ἐκ δὲ πᾶς ἐμεστώθη δρόμος κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων. Libri multi inque eis Laurr. tres, ut videtur, ἐν, quod *simul* explicantem Monkium Hermannus refellit, sua consuli iubens ad Ai. 660.; quippe *simul* sic tantum aptum est, cum *statim*, non cum *in his* s. *in hoc rerum statu* significat, quae sola significatio in ἐν praepositionem cadit. ἐκ codd. Aug. c. Harl. Mosq. uterque, Lips. ambo, Livin. v., et nunc accedunt Flor. Δ. Θ.; praeterea in Lips. a. et Mosq. 1. adscriptum περισσὴ ἡ ἐκ, in Lips. b. περισσή, in Mosq. 2. ἐκ τούτου ἐπληρώθη. Nec refert, quod rari aut nullius fortasse usus fuisse verbum ἐκμεστοῦν videtur.

II. Tanquam *praepositio* proprie dicitur 1. de *excessu, profectione, separatione prodeuntium ex loco* vel *re tali*, in quam *spatii* notio cadit. ἐξ οἴκων μολεῖν Phil. 60. τώνδ' ἐκ μελάθρων 147. ἐξ Ἰλίου — ναυστολῶ

245. ἐκ τῆς — Χρύσης κατέσχον δεῦρο 269. ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου 447. cf. ἐξ Ἅιδου ἀνστάσεις El. 137 ch. ἀνελθεῖν Phil. 620. ἐκ τῆσδε γῆς σώζοιεν Phil. 524. ἐξ Ἰλίου 544. ἀπ' Ἰλίου cod. B. Brunckii, Vat. Brunck. Erf. Buttm. ἔκπλει ἐκ τῆσδε γῆς 573. φορβάδος ἐκ γᾶς ἑλεῖν 693 ch. στάζει ἐκ βυθοῦ κηκῖον αἷμα 772. sc. ex ulcere profundo. εἰ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται (sc. ex Lemno) 976. εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς στείλωσι ναῦται 1065. Schol. τὰ ἐπὶ νεώς: sed *apparatum navis* ἐκ significari non potuisse clarum est. Recte Matthaeius et Herm. *quae ex nave in terram asportata rursum imponenda sunt.* ἀνὴρ ἐκ Τροίας ἁλούς 1321. ἄλλον ἐξ ἄλλης χθονός Oed. R. 230. σὲ — ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους ἀρά 418. ἐκ δόμων στείχουσαν Ἰοκάστην 632. φυγὴν ἐκ τῆσδε γῆς 659. cf. Oed. R. 1436. Oed. Col. 442. 1294. Trach. 798. κἀξ ὁδοῦ μ' — ἠλαυνέτην 804. ἐκ τῆς Κορίνθου (ἀφῖγμαι) 936. 955. τὸν ἐξ ἀγρῶν 1051. κἀκ ποίας στέγης (ἐδέξω) 1164. ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα 1261. ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτόν 1290. ἐκ τῆσδ' ἕδρας ἐξελθε Oed. Col. 36. σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον κατ' ἄλσος 113. οὗτοι δ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων — ἄκοντά τις ἄξει 173 ch. βαθρῶν ἐκ τῶνδε ἐλαύνετε 265. cf. ἐκ βαθρῶν ἐλῶ inc. CV. 153, 1 (938 D.). ἐξ ἀειρύτου χοὰς κρήνης ἐνέγκου Oed. Col. 470. Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ 1064 ch. κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων 1567 ch. χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε 1637. ἐκ δόμων πέμψ Ant. 382. ἐκ — πρόχου — τὸν νέκυν στέφει 426. ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν 993. κόρην — ἐκ κατώρυχος στέγης ἄνες 1087. ἐκ δὲ δωμάτων — πάρα 1166. cf. Trach. 391. El. 303. ἐκ γενειάδος κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο Trach. 13. ἐκ δὲ γῆς — ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί 698. quod de superficie dictum, velut Phil. 693. ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτραν 777. *prominentem.* ἐκ προσέδρου λιγνύος διάστροφον ὀφθαλμὸν ἄρας 792. *emergens* quasi ex vapore circumfuso oculus cogitatur. ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων 951 ch. δός — ἐξ οἴκου λαβὼν εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν 1055. δείξω γάρ — ἐκ καλυμμάτων 1067. veste nudatum corpus. ἄνα ἐξ ἑδράνων Ai. 192 ch. cf. τί με — ἐξ ἕδρας ἀνίστατε; 775. ἐκ γὰρ συνέδρου Κάλχας μεταστάς Ai. 736. ἐκ — φοινίας πληγῆς αἷμα 901. cf. ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε σφαγῶν διελθὼν ἰός Trach. 713. ex vulnere. μία δ' ἐκ κλισίας — ὕλη — κόσμον φερέτω 1385 an. ἐκ τοῦδ' οἴκου El. 504 ch. κἀξ ἀντύγων ὤλισθε 736. ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους πηγὰς 882. ex tumulo defluentes. ἐκ προαστίου χωρεῖ 1425. ἐξ Ἠλέιου κομίζομαι Hippon. II (285 D.). πηλὸς ἐκ πίθων τυμβάζεται inc. CV. 141 (928 D.).

2. His proxima ea exempla quae ἐκ cum *nominibus partium corporis*, manuum maxime et oris coniunctum exhibent, quae *accipiendi* vel *proficiscendi* alicunde vi dicuntur. Addenda his ea, quae audiendi vel nanciscendi aliquid significatione praedita ad oris notionem quamvis non expressam

revocantur. *δύρομαι γὰρ ὡς — ἐκ στομάτων* Oed. R. 1218 ch. *δέχου δὲ χειρὸς ἐξ ἐμῆς βέλη τάδε* Phil. 1271. In hac formula et addi pariter et omitti praepositionem Lobeckius docet ad Ai. 370. *οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός;* Oed. Col. 910. *ἐκ χερῶν κλέψασ' Ὀρέστην* El. 288. — *εἰ γάρ τι πιστόν ἐστιν ἐκ χρηστηρίων* Oed. Col. 1331. de vaticiniis dictum ex ore interpretum acceptis. Similiter dicuntur *ποῖον πάθος δείσαντες ἐκ χρηστηρίων;* Oed. Col. 610. *τά τ' ἐκ θεῶν τρέμοντες* Oed. Col. 257. Paulo aliter *κἀξ ἀγεννήτων ἄρα μῦθοι καλῶς πίπτουσιν* Trach. 61. *φηγὸν αὐδῆσαί ποτε δισσῶν ἐκ πελειάδων* 171. *τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ἠθροῦμεν* Ant. 1204. Non sunt locutiones duae confusae. — His omnibus diversum est *δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν* Trach. 680. quasi *ex tabulis depromendam.*

3. Iam fit paulo audacior ad remotiora tralatio; in qua iustum ordinem rerum ex eodem fonte repetendarum reperire difficillimum. *Partitioni* et *eximendo* aliquid ex aliquo ordine constitutum *ἐξ*. Via patescit ex illo *ἐκ βροτῶν βαίην ἄφαντος* Oed. R. 831. Etiam *ἐκ συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου Κάλχας μεταστάς* Ai. 736. in eius rei gratiam advocari potest. — *ὅν ποτ' ἐκ πολλῶν ἐγὼ μόνον προσεῦρον πιστόν* El. 1343. *ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;* Oed. Col. 70. *ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ* 746. *πόμποισιν ἐκ πάντων δίχα ἔστειλ' ἱκέσθαι* (*ὑμᾶς*) Ant. 164. *εἶλον — πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην* 652. *τὰν ἐκ πασᾶν τιμᾷς ὑπερτάταν πόλεων* 1124. *ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην* Trach. 731. Num corrupte scriptus locus Erig. II, 1. (226 D.), ubi *ἐξ αὐτῶν* dicitur, huc referendus sit, incerta res est.

4. Deinde de *rei statu* dicitur, unde aliquid vel proficiscitur vel mutatur. *ἐκ κακῶν πεφευγέναι* Ant. 433. *μηδέ σ' ἐκ γόων ποτε — ἀπαλλάξειαν οἱ κάτω θεοί* El. 283. *παῦσον ἐκ κακῶν ἐμέ* 975. *ἔσωσας ἐκ πολλῶν* 1348. Intransitive dictum *οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι* El. 224 m. *κἀκ μάχης ἄγοντ' ἀπαρχάς* Trach. 181. *victoria parta.* *ὁ Νέσσου — ἐκ φόνων ἀνειλόμην* 555. *ex caede*, i. e. cum interficeretur. *πατρὸς ἐκ φόνων ἤνεγκα* El. 11. *μετά* explicuerim *ἐκ πολλοῦ σάλου εὕδοντα* Phil. 271. *ἐξ ὕπνου στῆναι* 277. *ἐκ τῶν πόνων — εὐκλεᾶ θέσθαι βίον* 1408. *μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναῤῥήξει κακά* Oed. R. 1075. *ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω* Trach. 28., ubi tamen *causa* metus alterius ex altero orientis adsignificatur. — Rursus alia sunt *εὐθὺς ἐξ ἕδρας* Ai. 767. *ἔρχομαι ἔκ τε λύρας ἔκ τε νόμων* inc. LXXV (747 D.).

5. Inde *rem mutatam et conversam* significat. *τυφλὸς γὰρ ἐκ δεδορκότος* Oed. R. 454. *ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα* Ant. 1080. *ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον* Trach. 283. *νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι* 1064. *σελήνη — ἐξ ἀδήλου — ἔρχεται νέα* inc.

LVI. 5 (713 D.). Eodem haec revocanda: *τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἐκ κακῶν ἔτι* Ant. 1266, de re mala in peius mutata; et paulo aliter dicta *ὅπως ἂν ἡ χάρις — ἐξ ἁπλῆς διπλῆ φανῇ* Trach. 616. *ἆρ' ἐστὶ ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά;* Ai. 270. Affert Suidas hoc v. *ἐξ ἁπλῶν*. Et de ampliando numero: *ἔτευξεν ἐξ ἑνὸς δέκα* Naupl. V. 3 (379 D.).

6. A statu mutato ad *tempus procedens ab aliquo initio* significando praepositio traducta fuit. Explicatissima ratio est, cum *ἐκ* et *εἰς* compositis illud *initium* hoc *finem* significat. *ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον* Oed. R. 1137. Aliter dictum *λέγεις ἀληθῆ, καίπερ ἐκ μακροῦ χρόνου* 1141. *diutum praeterita repetis. ἐκ μὲν δὴ πολέμων τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν* Ant. 150 ch. *post bellum.* V. Herm. *πόνον ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν* Niob. VI. 3 (400 D.). V. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 463. Hinc sunt *ἐξ οὗ, ἐξ ὅτου ex quo. ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ* Oed. R. 1201 ch. *ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν* Trach. 38. *ἐξ οὗ — ἐδεξάμην* Ai. 646. *ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων* 1316. *παλαί' ἂν ἐξ ὅτου δέδοικ' ἐγώ, μή μοι βεβήκῃ* Phil. 491. Hermannus *ἐξότου*, qui cur non *ἐξοῦ* scribat, ignoro. *ἐξ ὅτου πάτραν διήνεμον λέλοιπεν* Trach. 325. *ἐξ ὅτου νέας τροφῆς ἔληξε* Oed. Col. 346. *ἐξ ὅτου δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν* Ant. 12. *ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ — ἀμφιβάλλομαι τρίχα* 1079. *ἐκ τοῦδε* s. *ἐκ τῶνδε* vel *deinde* significat, vel *posthac*. Illud: *ἅ'κ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ* Oed. R. 235. *τὰ δεύτερ' ἐκ τῶνδ' ἂν λέγοιμι* 283. *ἐκ τῶνδε — ἀπόλλυται* 1251. *ἐκ δὲ τῶνδέ μοι — ἄρκεσον* Ai. 810. *κἀκ τῶνδε — εὗρε πεντηκοντάδας εἰς χίλια* Naupl. V. 4 (379 D.). Hoc vero: *ἐκ δὲ τοῦδε χρὴ γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας* Ant. 574. Sed *τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἐκ τούτων ἐγώ* Phil. 883, audax aeque atque inutilis Brunckii coniectura est; libri non minus apte *τί δῆτα δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε.*

7. Deinde varie dicitur ad *originem*, *causas*, *rationem rei gerendae* relatum. Horum proxime absunt a prima praepositionis vi, quae, cum *fontem* et *originem rei* significent, cum alia praepositione non magis confundi possunt, quam cum dativo instrumentali, quem dicunt. *ἐκ λόγων καλῶν κακῶς ἔπραξα* Phil. 1252. pulchris sermonibus deceptus. *ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδα — ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει* Oed. Col. 811, in quam sententiam conferre licet v. 1000. et Reisig. Enarr. p. CIX., item *ἐκ σμικροῦ λόγου* v. 626. Est *qualicunque usus dicendi materia. Πολυνείκης ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων* Ant. 111 an. *ὅτι οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν* 312. *κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη* 453. *ἐμᾶς — ἐξ αἰτίας* 1302. *ἐξ οἵων — οἰκείας εἰς ἄτας ἐμπίπτεις* El. 207 ch. *ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων οὐκ ἄν ποτε κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου* Ai. 1225. *χειρώσομαι κἀκ τῶνδε* Trach 1099. *vel sic*, *καίπερ οὕτω διατεθείς.* cf. *ἐξ οἵων ἔχω* El. 1371. *pro meis angustiis. τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;*

Ai. 533. Heathius quomodo intelligendum hoc esset, docuit. Paulo aliud est *ἄλλος ἄλλον ἐξ ἑνὸς κακοῦ ἔθραυε* El. 718. — Alia praepositionem *διά* aut dativum subrogari patiuntur. *πέπλευκας — οὔτ' ἐξ ἀνάγκης* Phil. 73. i. q. *δι' ἀνάγκην* s. *ἀναγκασθείς*. *ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς* 88. *arte mala usus*, quod cave confundas cum exemplis eiusmodi, qualia sunt Phil. 1252. Oed. Col. 811. *ἐκ βίας* i. q. *βίᾳ* 559. 933. 973. *ἐξ ἀκυβόλων — τόξων ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν* 702 ch. *ποσεῖς — ἐκ θείας τύχης* 1310. cf. *ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης ὃς εἶ* Oed. R. 1036. *τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης* El. 48. *πρὸς τοῦ διδαχθείς; οὐ γὰρ ἔκ γε τῆς τέχνης* Oed. R. 357. *ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου;* 528. *ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην* Oed. Col. 487. *σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρός* Ant. 471. *ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς* Trach. 280. *ἐδεστὸν ἐξ αὑτοῦ φθίνει* 674. *βέβηκε τὴν παντελεστάτην ὁδῶν — ἐξ ἀκινήτου ποδός* 872. Conferas, si scholiastae explicatio *ἤγουν χωλὸς ὤν*, vera est, quod secus videtur, cum *μόνος* potius circumscribatur, Phil. 91.: *οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς ἡμᾶς — χειρώσεται.* Conferas etiam *ἐξ ὑπερτέρας χερός* El. 447. i. e. *ὑπερτέρᾳ χερί*, *victor*. *πρίν σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός;* Tr. 1123. *λείας (ἐφθαρμένας) ἐκ χερός* Ai. 27. *vi armata*, quae Musgravii longe verior est interpretatio quam Hermanni *cominus*, quod in tali facinore ineptum. Idem apud Erf. l. c. argutius quam verius distinguit *ἐκ χειρός*, *ἐκ βίας* et *χειρί*, *βίᾳ*. Cf. etiam Hemsterhus. ad schol. Ar. Plut. p. 386. Bat. et Schaef. ad Dion. de C. V. p. 296. *πατέρα — ἐκ δόλου κατέκτανεν* El. 271. *καλὸν — μὴ 'ξ ἀβουλίας πεσεῖν* 390. *ἐκ δείματός του νυκτέρου* 402. *ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ* Inach. I. 2 (255 D.). — Hinc *ἐκ* haud raro *propter* interpretari licet; in quam significationem iam eorum, quae protulimus, aliquot exempla propendent. *ἐκ φόβου του γλῶσσαν ἐγκλῄσας ἔχει* Ant. 180. *ἀνὴρ — βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς* 762. *βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει* Oed. Col. 1144. *ἐξ ὅτου φοβεῖ* Trach. 668., cui contendas *ἐκ τίνος φόβου — βουθυτοῦντά μ' — ἔσχετε* Oed. Col. 891. *κἀκ τῶνδε μηνίσασα Λητῴα κόρη* El. 560., quod non *inde*, sed *hinc* i. e. *propterea* significat. *κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου* Past. VI. 1 (448 D.). Sed his etiam subest *fontis*, unde aliquid exoriatur, notio.

8. De *rei gerendae auctore* dicitur ita, ut vel **ὑπό** et **πρός**, vel **παρά** substituere recte possis. ὑπό, πρός. *ὡς κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ᾖ* Phil. 25. i. e. *ὑπ' ἀμφοῖν κοινῶς πράττηται.* *τοξευτὸς ἐκ Φοίβου δαμείς* 335. *ταῦτ' ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα κἀξ Ὀδυσσέως* 404. i. q. *ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένα.* *τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας* 1300. *ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο* Oed. R. 225. *οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν* (*ἔχων* i. q. *γνοὺς θεοῦ σημαίνοντος* s. *πρός*) 396. *σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆσδε χειρός* 811. i. e. *ὑπ' ἐμοῦ.* *παιδὸς ἐξ ἐμοῦ θανεῖν*

854. οὕτω δ' ἂν θανὼν εἴη 'ξ ἐμοῦ 970. ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ μακρὰν ἀπῴκειτο 998. ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν 1221 ch. τὸν ἐκ θεῶν φανέντ' ἄναγνον 1382. ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω 1454. κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ Oed. Col. 51. ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται 67. ἐκ θεῶν του — εἰςῆλθε τοῖν τρισαθλίοιν ἔρις κακή 372. ἐκ ταῖνδε — τροφὰς ἔχω βίου 446. τά τ' ἐξ ἐμοῦ παλαίφαθ' ἅ μοὶ Φοῖβος ἤνυσεν 454. *quae per me effectum dedit*, τὰ ἐν ἐμοί s. ὑπ' ἐμοῦ καίπερ ἄκοντος πληρωθέντα. οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο πάντων κελευσθεὶς 741. οὔκουν — ἐκ τούτοιν γε τοῖν σκήπτροιν ἔτι ὁδοιπορήσεις 852, i. e. ὁδηγηθήσῃ. τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ (πάθῃ) 1268. ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος 1365. ὅς σφιν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ 1427. ἐκ θεοῦ καλούμενος 1625. ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων Ant. 63. ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ 93. κοὔ ποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ τιμὴν προςέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων 207. ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται 210. ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι παρηγμένους μισθοῖσιν 293. ἔκ του κλεινὸν ἔπος πέφανται 616 ch. ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ (ζεύχθη) 947 ch. ἕλκος τυφλωθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος 961. τοῖς τυφλοῖσι γὰρ αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει 977. ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις 1002. ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ' ἔχεις σώσας πόλιν 1045. Hic si ἔχεις explicueris *tenes*, σώσας *incolumem servans*, ἐξ erit παρά: sin ἔχεις σώσας est *servasti*, quod malo, ἐξ idem significat, quod διά vel ὑπό. ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε 1060. εἰ πανταχοῦ φανούμεθ' ἐκ Τεύκρου κακοί Ai. 1220. ἐκ δολερᾶς ματρὸς ἁλόντ' Ἀγαμέμνονα El. 123 ch. ἐκ τοῦ φίλων πεισθεῖσα 401. ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν 516. θανεῖν χρῆν αὐτὸν ἐκ σέθεν; 569. ἔκ τε σοῦ κακοῖς πολλοῖς ξυνοῦσα 589. οὔ ποτ' ἐξ ἐμοῦ γε μὴ πάθῃς τάδε 1018. οὐκ ἐκ σέθεν ᾠκτείρεθ' οὗτος 1403. ὀθούνεκ' ἐκ δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα — ὠρφανισμένος Trach. 937. ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρός 1149. ὅςτις μὴ 'ξ ἀλαστόρων νοσοῖ 1225. ἐξ ἀνθρώπων τι πέπονθεν; inc. CV. 110. 5 (om, D.). — παρά aequiparat ἐκ in *accipiendi*, *adsciscendi*, *discendi* formulis. ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν Phil. 1356. ἐκ σοῦ πάντα — φέρω Oed. R. 590. εὕρημα δέξατ' ἔκ του Νυμφᾶν 1107 ch. πόθεν λαβών; οἰκεῖον, ἢ 'ξ ἄλλου τινός; 1162. πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερόν Oed. Col. 97. *omen certum a vobis acceptum*. ἐξ ὑμῶν — φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας 728., quod ambigo an πρό; potius quam παρά interpreter. ἅ γ' εἴσει καὐτὸς ἐκ ταὐταιν 1151. ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν 1537. τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὅτου πλέον τοῦδ' ἀνδρὸς ἔσχετε 1613. ἤ τις ἐκ θεῶν πομπός 1657. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ 1691 m. v. Herm. εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας Ant. 304. quod etiam ὑπ' ἐμοῦ σέβεται explicare licet. οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν 665. εἰ μὲν ἐκ κείνου μαθὼν ψεύδει Trach. 449. κοὔπω τις ἔκ γ' ἐμοῦ λόγον κακὸν ἠνέγκατο 462., quod tamen non minus potest explicari aliter quam σὲ δ' ὅταν λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ Ai. 138 an. δέδοικα

μὴ 'κ θεοῦ πληγή τις ἥκῃ 271. μάθ' ἐξ ἐμοῦ El. 344. ἐγὼ μὲν ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου (sc. πυθομένη πιστεύω) 873. εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω οἴσει 956. His adde formulam ἐκ σαυτῆς. κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις El. 336. *a te inventum*. εἰπ' — ἀλλ' ἡμῖν ἐκ σαυτῆς Trach. 319. cf. Reisig. enarr. Oed. Col. p. CXVIII. Et quod τὸ ἐξ ἐμοῦ dicatur pro τὸ ἐμόν. τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν Ant. 91. τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ Tr. 628. cf. Abresch. ad Aesch. Sept. 756.

9. Hinc inde *genus* et *ortum* significat. ἔκτος ἐξ Αἰτωλίας El. 694. i. q. Αἰτωλός. οὐξ Ἀθηνῶν δεινὸς ἡνιοστρόφος 721. Haec quidem de *gente* et *populari ortu*. Cum de *ortis ex parente* dicitur, tum additur tum omittitur verbum generationis significans. Viam facit ἔνθα ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρας καὶ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι Oed. R. 1250. κἀκ τῶν ἴσων ἐκτήσαθ' ὑμᾶς ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ 1498. τῶν σῶν ἐκ σπλάγχνων ἕνα Ant. 1053. — ὦ παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως Phil. 260. πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν Ὀδυσσέως 384. εὐγενὴς γὰρ ἡ φύσις κἀξ εὐγενῶν 862. ὁ παῖς — οὐξ Ἀχιλλέως 928. τὴν φύσιν δ' ἔδειξας — ἐξ ἧς ἔβλαστες· οὐχὶ Σισύφου πατρός, ἀλλ' ἐξ Ἀχιλλέως 1295. 96. κἀξ ἧς ἔφυ γυναικὸς υἱὸς καὶ πόσις Oed. R. 458. κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι 1397. πρός σ' ὅτι σοὶ φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι Oed. Col. 250. φίλον ἐκ σέθεν ipsum est, quod sequitur, τέκνον, Codd. Par. B. Ven. Vat. ἔκαθεν, unde Elmsleio coniectura subnata οἴκοθεν. Scholiasta ineptit. δύ' ἐξ ἐμοῦ μὲν παῖδε 534 m. τὸν ἐξ ἐμῆς μητρός Ant. 462. δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ἐμοῦ πατρὸς τῆς παιδός (sc. ὄν) 467. τὸ δ' ἐκ τυράννων (γένος) αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ 1043. αἵ — ησαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως ἀνδρῶν Trach. 300. ἐκ κείνου γεγώς Ai. 467. οἷος ἐξ οἵου 'τράφης 554. τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον 992. οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς 1268. ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ (ὅμαιμον) El. 317. cf. ὅμαιμος ἐκ μιᾶς Ant. 509. τῶν ἐξ ἐμοῦ παίδων 534. εὐσεβεῖς κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας El. 580. τοὺς ἐκ Διός 649. τοὺς — ἔκ τε γενναίων — γεγῶτας Alet. VII. 3 (94 D.). ἐκ μὲν Ἐριχθονίου — ἴσχεθε κοῦρον Tham. V. 1 (230 D.). θνητὸς ἐκ θνητῆς τε φύς Polyx. III. 6 (470 D.). Sed in hunc numerum non refertur οὐδ' ἂν ἐκ τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος Oed. R. 1062., quod cum sensu careat, Hermannus εἰ 'κ, quod inauditum; olim rectius οὐδ' ἐάν. Recte autem fortasse in codd. longe plurimis legitur σέ τοι, τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος λέγω Ai. 1207.; certe in Laur. a. et, ut videtur, Florr. tribus. Mosq. b. Aug. c. ἐκ omittunt, Aug. b. σέ τοι, σὲ τὸν ἐκ τῆς, Dorvill. b. σέ τοι, σὲ τὸν τῆς, quod sane elegantius praetulit Hermannus.

III. Sequuntur locutiones adverbiales. 1. Horum partim in *usu* praepositionis *proprio* radices egerunt; ea sunt, quibus *loci* significatio inest, in qua re nobis acceptius est *a* et *in* dicere. ὀρθοῦθ' ὁ τλήμων ὀρθὸς ἐξ ὀρθῶν δίφρων El. 732. Orestes cogitatur summo currui quasi supra

positus et eminens. *ζωστῆρι πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων* Ai. 1009. *ἐξαφθεὶς, δεθεὶς* schol. recte, qua re virgulam post *πρισθεὶς* primus Lobeckius sustulit. *καθήμεθ᾽ ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι* Ant. 407. Dici *ἐκ* in speculandi et circumspiciendi sensu ostendit Matth. cum in gr., tum in Misc. Philol. vol. II. p. 2. p. 87. cf. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 182. — Alia loci significantia haec sunt: *ἐξ ἀριστερᾶς* Phil. 20. El. 7. *ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν τιθεὶς ἐλάας* Oed. Col. 484. *ab utraque parte. πνεῦμα τοὐκ πρῴρας* Phil. 635. Sed *ἐξ ὑπερτέρας χερός* El. 447. *victoriam* significat. — 2. Alia *tralationem* referunt, ut vel *fontis* vel *partis* vel *rationis* cum aliqua re intercedentis insit significatio: *τὰ μὲν ἐκ δόμων* El. 1095 ch. i. q. *τὰ οἰκεῖα. ἐξ ἡμέρας* El. 770. *interdiu. ἐκ προδήλου* El. 1421. i. q. *δήλως. ἐξ ὑποστροφῆς* El. 715. i. q. *πάλιν. ἐξ ἀπόπτου* i. q. *τηλόθεν* Phil. 465. v. *ἄποπτος. ἐξ ὑπαρχῆς* Oed. R. 132. *ab initio. οὐξ ἀρχῆς φίλος* 385. *antiquus. ἐξ ἴσου pariter* Oed. R. 61. 563. 627. 1019. Oed. Col. 255. 1376. Ant. 512. 640. Trach. 321. 485. *ἐκ γενεᾶς ἄριστος nobilissimus* Ai. 623 ch. *ἐξ ἀέλπτων* 703. *insperato. πόλιν ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν* 1062. *felici usam cursu. ἐκ ταχείας ᾄσσεις* Trach. 394. i. q. *ταχέως. τοῖς σφαλεῖσι μὴ ᾽ξ ἑκουσίας* 724. i. q. *ἀκουσίως*.

Ἕκας procul. κἄστ᾽ οὐχ ἕκας που Phil. 41. *αὖθ᾽ οὐχ ἕκας* Oed. Col. 1664. Scribunt *ἑκάς*, sed penacuendum secundum Apollonium de Adv. p. 570, 25., is enim Atticis eam consuetudinem gravandi *ἄνεκας ἕκας ἔντυπας* eis verbis tribuit, quae nec dubitationem admittant et ostendant simul *τόνωσιν* illam abnormem grammatico minime probari. Nec pugnat cum eo Herod. ap. Etym. M. p. 63. 21.; is enim communem spectat Graecorum usum ne Apollonio quidem ignoratum.

Ἕκαστος quisque. εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος Ant. 262. *ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων* Trach. 195. *παθὼν δ᾽ ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει* Phaedr. V. 3 (608 D).

Ἑκάταιος quod est Hecates. τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων Cris. s. Chrys. III (651 D.). *Crisin* fabulam satyricam hanc sibi vindicare particulam longe verisimillimum. Ceterum haec sic scripta apud Pollucem IV. 83.; sed Brunckius: *τᾶς Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον*, quod non intelligo. Non simillimum vero videtur Sophocli *μαγίδα* pro *τράπεζα* dictum esse, quae Helladii sententia est p. 17. hunc, ut videtur, locum respicientis, Aegyptiumque esse vocabulum pronuntiantis, quanquam etiam Epicharmus et Cercidas auctores narrantur. Et ne *offae* quidem mentio a sententia aliena est. Sed *Ἑκαταίας* non adiectivum potius quam nomen ipsum deae videtur, productum illud velut *ἀναγκαίη, σεληναίη, γαληναίη, Ἀθηναίη*. Ceterum de *Ἑκάτης δείπνοις* v. Hemsterhus. ad Luc. t. I. p. 350. Bat.

Ἑκάτη dea. τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης Rhizot. II (480 D.).

Ἕκατι causa, ergo. ἀρετῆς ἕκατι Phil. 665. ἔργου δ' ἕκατι τοῦδε Trach. 273. τῆς κόρης ταύτης ἕκατι 352. ἕκητι recte a tragicis abiudicavit Valck. ad Phoen. 11. Alterius formae exempla collegit Blomf. gl Pers. 343. De duplici eius sive adverbii sive coniunctionis significatione exposuit Apoll. de coni. p. 497, 25. de adv. p. 543, 17.; de accentu p. 544. 24.

Ἑκατόμπους centum pedes habens. Sed τῶν ἑκατομπόδων Νηρῄδων Oed. Col. 722 ch. sic intelligi non licet; nec magis de quinquaginta Nereidum numero, quanquam haec Valckenarii sententia est An. ad Ammon. p. 164., scholiasten secuti et Suidam v. Νηρηΐδες: putida enim esset pedum computandorum diligentia. At Reisigius Comm. Cr. p. 295. et Elmsleius secundum Musgravium ipsas centum Nereides circumlocutione significari existimant; Platonem enim aliosque de tot deabus, non de quinquaginta, ut plurimum fertur, prodidisse memoriae. Platonem eximendum esse Hermannus docuit. Huic *multipedes* i. e. *multae numero* dici videntur. Bernhardyi sententiam diversissima miscentis Synt. p. 57. et verbis oraculorum superantibus ambiguitatem usi non assequor.

Ἑκατόν centum. ἑκατὸν — βοσκήματα Trach. 759.

Ἐκβαβάζω. (ἄ?) ἐκβαβάξαι τὸ ἐκααλεῦσαι explicat Hesychius ex Antenoridis III. 2 (143 D.).

Ἐκβαίνω egredior. μ' εὐθὺς — στρατὸς ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετο Phil. 357. Proxime a propria significatione abest πῶς δῆτ' ὀδουρὸν ἐξέβης λαθών Aeg. V (23 D.). *clam vitasti.* Tralate dicitur τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους Ai. 876. *exiit*, i. e. audita est ab illa parte. *Eventus* rei alicuius significatur: τοιοῦτον ἐκβέβηκεν Trach. 669. *Tendere aliquo:* ποῖ ποτ' ἐξέβης λόγῳ Phil. 884. Cod. Harl. λόγων, quod coniecit olim Brunckius; id ferri non posse probabiliter demonstravit Hermannus. Explicandum autem ποῖ διανοίας λόγῳ ἐξέβης, velut ad meditationem etiam Eur. Iph. Taur. 781. retulit.

Ἐκβάλλω. I. *Formae. Act. praes.* ἐκβάλλει Ant. 1223. inc. XXIII. 13 (678 D.). — *impf.* ἐξέβαλλες Oed. Col. 774. — *perf.* ἐκβεβληκότες Phil. 596. — *ων* Oed. Col. 652. — *aor.* ἐκβάλῃς Ant. 645. ἐκβάλῃ Ai. 944. ἐκβάλοιμι Oed. Col. 1309. ἐκβάλοι Oed. Col. 637. ἐκβαλεῖν Phil. 1023. Oed. R. 386. 399. 611. 849. Ai. 1367. 1371. El. 639. ἐκβαλών Oed. Col. 1345. ἐκβαλοῦσα El. 580. ἐκβαλόντες Phil. 257. 1377. ἐκβαλόντας Phil. 1376. — *Pass. perf.* ἐκβεβλημένος Ai. 1043. ἐκβεβλημένη Ai. 795. ἐκβεβλημένον Oed. Col. 1259. — II. *Usus.* 1. Proprie est *eiicere* de loco et spatiis; frequentius *proiicere*, adsignificata facti contumelia. Illud unum exemplum habet: ἐκβάλλει πνοὴν — φοινίου σταλάγματος Ant. 1223. de sanguine

evomendo. Alterum de luctatoribus proprie dicitur et legitimum est; velut de amore adversario dicitur τίν' οὐ παλαίουσ' εἰς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν; inc. XXIII. 13. Deinde adsignificata contumelia: ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμέ Phil. 257. inepte enim hoc et aliis locis de exsilio fabularetur Philoctetes: crudeliter sese in ora deserta et inhospitali proiectum et relictum queritur. αὕτη γάρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ 1023. Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἶδά με 1376. ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὅρα 1377. Item de mortui Aiacis corpore: ἠθελησάτην λωβητὸν αὐτὸν ἐκβαλεῖν ταφῆς ἄτερ Ai. 1367. ἤθελον τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν 1371. Passivum: ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος Ai. 1043. — 2. Figurate dictum de *eiiciendo in exsilium*: ὃν δὴ σὺ πειρᾷς ἐκβαλεῖν Oed. R. 399. τῶν ἔμ' ἐκβεβληκότων Oed. Col. 652. ἐξεώθεις κἀξέβαλλες 774. ὅπως — τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς 1309. κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ 1345. *domo pellere*. τοὺς δὲ — ἐκβαλὼν ἔχεις El. 580. Oresten dicit a Clytaemnestra extorrem factum. Passive ita dicitur ὃν — ἐφεύρηκ' ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον Oed. Col. 1259. Deinde *pellere possessione* significat, de quo usu observavit Valck. ad Phoen. 1733. Κρέων — μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται Oed. R. 386. (sc. ἀρχῆς). καὶ μή με πλούτου — εἴ τινες δόλοισι βουλεύουσιν ἐκβαλεῖν, ἐφῇς El. 639. Hinc *amissionem* significat. Eius rei reperiendae viam monstrat τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη Ai. 795. Nostra culpa contractae iacturae vim haec habent: φίλον γὰρ ἐσθλὸν ἐκβαλεῖν Oed. R. 611. μή — τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς Ant. 645. οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ Ai. 944. Nam οἱ ἔχοντες et τις eosdem spectant, nec de alio quasi pellente cogitandum. Schol. Pal.: πρὶν ἄν τις αὐτοῦ στερηθῇ. Inde deflexa significatio *aspernandi* et *repudiandi*: τίς δῆτ' ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι τοιοῦδε Oed. Col. 637. οὔποτ' ἐκβαλῶ χάριν τὴν τοῦδε 642., quibus verbis additum contrarium χώρᾳ δ' ἔμπαλιν κατοικιῶ, *contra urbi in perpetuum servabo* indicat locutionem ab exsilio significando repeti. Diversissima comparat Reisigius Enarr. p. XCIV. A *possessione pellendo* repetenda *retractandi* et *irritum reddendi* significatio. κοὐκ ἔστιν — τοῦτό γ' ἐκβαλεῖν πάλιν Oed. R. 849. Gl. μεταβαλεῖν. Schol.: ἀποκρύπτεσθαι ἢ ἀποστρέψαι. τουτέστιν οὐ δύναται ἀρνεῖσθαι ὁ βουκόλος. Non inest igitur imprudenter dictorum significatio, de qua Boeckhius agens Expl. Pind. p. 253. diversa affert; nam ne in Ione quidem Euripidis aliud quidquam est οἰκτρὰ ἔπη ἐκβάλλειν quam *proferre*.

Ἐκβιάζομαι *vi extorqueo*. ὦ τόξον — χειρῶν ἐκβεβιασμένον Phil. 1145.

Ἐκβολή *eiectio*. οὐ γενῇδος ἦν πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή Ant. 250. vestigia humi ligone effossae non apparuisse dicuntur.

Ἔκβρωμα quidquid exesum est. ὥστε πρίονος ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας ἐν τομῇ ξύλου Trach. 697. Schol.: ἐοικὸς πρίσματι ξύλου.

Ἔκγονος. Semel de *fetu*, quasi *prole terrae* dicitur. ἔκγονα κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται Oed. R. 171 ch. Sed de *prole hominis:* τὰ φίλτατ' ἐκγόνοιν ἐμαῖν Oed. R. 1474. Sic ex Brunckii cod. B. editum pro ἐγγόνοιν ante vulgato, ducitque eo, quod in Flor. *Γ.* adscribitur, γρ. ἐκγόνῳ. V. Intpp. Hesychii v. ἔγγονος, Dorvill. ad Char. p. 327., Valck. ad Phoen. 1113. Brunck. ad Ar. Eq. 786., inprimis autem Schneiderum ad Plat. Civit. t. I. p. 131., qui ἔγγονον non *prolem*, sed *cognatum* significare putat, quanquam aliquantum differt a συγγενής. πότερα δὲ τῶν σῶν ἐκγόνων ἢ 'μοῦ λέγεις; Oed. Col. 594. Aliquam dubitationem habet πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο Ai. 829., quod Musgravius ἐκγόνων τε scribendo correxit, Agamemnonem a Clytaemnestra, Ulixen a Telegono caesum significari volens. Ita scriptum in cod. Ien. et, ut videtur, in Mosq. b. Alteram scripturam libri ceteri tuentur, Suidas v. τώς et αὐτοσφαγεῖς et Eustathius p. 1867, 40., praeferturque merito, cum illa prior distinctionem inferat ab Aiace irato et de se desperante alienissimam.

Ἐκδακρύω in lacrimas effundor. ποῖ' ἐκδακρῦσαι (δοκεῖς ἐμέ) Phil. 278.

Ἐκδείκνυμι monstro. ὡ' αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί Oed. Col. 1025. De *factis monstrando:* ὡς — τὸ τούτων μῖσος ἐκδείξειας ἂν El. 310. Flor. *Δ.* ἐκδείξεις., Lips. b. ἐνδείξειας.

Ἐκδέχομαι opperior. κεῖνον ἐνθάδ' ἐκδέχου Phil. 123.

Ἐκδημέω peregre absum. θεωρὸς ἐκδημῶν Oed. R. 114. Affert Suidas v. θεωρός.

Ἐκδιδάσκω doceo. ὡς — τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα, μή μ' ἐκδίδασκε Oed. R. 1370. μή μ' ἐκδίδασκε τοῖς φίλοις εἶναι κακήν El. 387. τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι Ant. 298. τὰ μὲν τοιαῦτ' οὐκ εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν Oed. Col. 1536. σὲ — τοῦτ' ἐκδιδάξω Phil. 434. ἐγώ σε — πᾶν ἐκδιδάξω 600. — *Passivum.* αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται El. 611. ὅφ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον Trach. 930. ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν 1100. ἐκδιδαχθῶ δῆτα δυσσεβεῖν 1235.

Ἐκδίδωμι trado. ποιμὴν — ἐξέδωκέ μοι Oed. R. 1040. *in potestatem:* ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ' ἐκδοῦναι θέλεις Phil. 1372

Ἔκδικος iniustus. οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν Oed. Col. 924. Suidas v. ἐκδίκους.

Ἐκδίκως iniuste. κακὰ — δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ Ant. 919.

Ἐκδύω prosilio. βλαστὸς — χαλκηλάτοις ὅπλοισι μητρὸς ἐξέδυ Colch. IV. 3 (314 D.). Dudum emendatum μὴ προσεξέδυ lectum olim apud schol. Apoll. Rhod. III. 1371. Mater illa tellus est, unde sparsis ab la-

sone dentibus terrigenae armati exstiterunt: v. Hemsterhus. ap. Valck. ad Phoen. 670.

Ἐκεῖ *illic*, locum ab eo quem tenemus remotum vel divisum significans. ὡς ηὔδατ' ἐκεῖ Oed. R. 940. ἐκεῖ γὰρ (in Aegypto) οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας θακοῦσιν ἱστουργοῦντες Oed. Col. 340. ἐκεῖ — ἀλάστωρ ἐνναίων ἀεί 791. τἄργ', ὅσ' ἦν ἐκεῖ 1578. ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι Ant. 76. ἐκεῖ γὰρ οὔτε — γενῇδος ἦν πληγμα 249. κἀκεῖ τὸν Ἅιδην — αἰτουμένη 773. σὲ μὲν κἀκεῖ προςαυδήσω Ai. 842. εἴ τις ἔστ' ἐκεῖ χάρις El. 348. *apud inferos*, velut Ant. 76.: v. Monk. ad Eur. Alc. 754. Blomf. gl. Choeph. 353. τοῖςδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ ζῆν ἐστί inc. LVIII. 8, 3 (719 D.). Opponitur, quo ipsi versamur, locus: κἀκεῖ κἀνθάδ' ὤν Ai. 1351. Cum articulo tanquam adiectivum nomini additur: πᾶσι τοῖς ἐκεῖ El. 675. ἠγόμην δ' ἀνὴρ ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ Oed. R. 776. Suidas v. ἠγόμην. — τοῖς ἐκεῖ ἀνθρώποις Oed. Col. 390. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ 1023., quod etsi pro ἐκεῖσε dictum esse videatur, non est tamen aliud quidquam nisi *illius viae*. τὰς ἐκεῖ — πάθας Ai. 288. — Semel tralate dicitur de *olim gesta re*: ἐπηυδώμαν σὲ κἀκεῖ Phil. 394.

Ἐκεῖθεν *illinc*. κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος Phil. 488. Transfertur ad *hominem* alium ac nos: τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα Trach. 629. Pro ἐκεῖ dici videatur τοὐκεῖθεν ἄλσους τοῦδε Oed. Col. 506. Nam quod *ab illa parte* Latini dicunt, non est aliud atque *illa parte*. Elmsleius τοὐκεῖθεν ἄλσος τόδε coniecit, quod confutavit Herm. Est autem *ab illa parte luci ad nos versus*. Eodem modo transfertur γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις Trach. 314. Sed οἱ ἐκεῖθεν captivi sunt ex Oechalia capta missi. cf. ἄνωθεν.

Ἐκεῖνος. I. *Formae. nom.* ἐκεῖνος Oed. R. 259. 1020. Oed. Col. 137 an. Ai. 264. 785. 914. 1178 ch. El. 509. 693. Ter. IV. 1 (514 D.). ἐκείνη Ant. 380. Trach. 197. 243. 380. 488. 774. El. 419. sic certe iure editum a Brunckio secundum suos quatuor codd., item sic Livin. Lips. a. et, ut videtur, Florr. tres. Sed reliqui, in quibus Laur. a. et Aldus κείνη. ἐκεῖνο Phil. 310. Ai. 94. El. 1169. — *gen.* ἐκείνου Phil. 621. Oed. R. 714. 930. 1440. Ai. 1011. El. 774. 912. 1107. 1209. ἐκείνης Oed. R. 991. Trach. 938. Aeg. VI. 2 (24 D.). Atr. I. 1 (144 D.). Eriph. VI (207 D.). inc. XXIII. 11 (678 D.). — *dat.* ἐκείνῳ Phil. 106. 629. 1185 m. Ant. 510. 566. Trach. 603. Ai. 28. El. 261. 451. 529. ἐκείνῃ Oed. R. 581. inc. XXIII. 5 (678 D.). ἐκείνᾳ Ant. 973 ch. — *accus.* ἐκεῖνον Phil. 373. Ai. 742. 785. Oed. R. 133. 720. 959. 1054. 1254. El. 262. 313. 381. 870. Ter. IV. 1 (514 D.). ἐκείνην Oed. R. 1528. Ant. 1026. Trach. 286. Ai. 742. 782. 1014. El. 270. inc. L. 9 (708 D.). ἐκεῖνο El. 1104. — *Dual.* ἐκείνω Oed. Col. 338. — *Plur. nom.* ἐκεῖνοι

Phil. 268. 759. Ant. 170. Trach. 1081. *ἐκεῖναι* non exstat. *ἐκεῖνα* Phil. 115. El. 2. — *gen.* *ἐκείνων* Oed. R. 1454. Oed. Col. 345. 612. Ant. 287. 1296. — *dat.* *ἐκείνοις* Trach. 1262 an. Oed. Col. 337. *τἀκείνοις* Brunckius et Hermannus ex quatuor non optimis codd. ediderunt. Illius membr. *δ' κείνοις*, Laur. a. Ricc. a. edd. ante Brunckium *δ' ἐν κείνοις*, quod probarunt Reisig. Elmsl.; Par. F. Ricc. b. Laur. a. hic *ν* a correctore addito *δ' ἐκείνοις*. v. Herm. Mihi Schaeferi placet coniectura *τὰν κείνοις*. *ἐκείνοισι* Phil. 638. *ἐκείνοισιν* Oed. R. 1233. — *accus.* *ἐκείνους* Trach. 341. Ai. 1087. *ἐκεῖνα* Oed. Col. 87. 1197. Ant. 404. Naupl. V. 4 (379 D.). Hanc esse legitimam formam, bisyllabam non admissam nisi propter versum commodius pangendum, elisionem, caesuram in *κεῖνος* docebimus.

II. *Usus.* 1. *Remotius* aliquod vel *loco a nobis diviso et opposito collocatum* significat; item *minoris aliquid momenti* comparatum cum praesente, propiore, graviore, quod ipsum hic illic additur. Repetendum enim ab *ἐκεῖ*, v. Apoll. de Pron. p. 75., rectius quidem quam ab *ἑκάς*, ut facit Etym. Gud. p. 175, 8.; quanquam utrumque eadem stirpe prosatum est. *ἀπήλλαγμαι φόβου πρὸς τῆσδ' ἐκείνου τε* El. 774. *ἥδε* Electra, *ἐκεῖνος* absens mortuus Orestes. *παιδὸς — ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα* Oed. R. 714. *οὔ σ' ἐγείνατ' οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἐγώ* 1020. *ἐκείνῳ τῇδέ τε* Ant. 566. *οἰκτρὰ μὲν ὑμῖν, αἰσχρὰ δ' ἐκείνοις* Trach. 1262 an. — *οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρίς, οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ* Phil. 115. *σφὼ δ' ἀντ' ἐκείνων* Oed. Col. 345. *πῶς γένοιτ' ἂν τἀμὰ κἀκείνων πικρά* 612. *αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων* Ant. 1296. Aliquando sic *mortuum* significat, de quo apud oratores solenni loquendi genere v. Schoemann. ad Isaeum p. 177. *ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών* Oed. R. 139. *ἔχων μὲν ἀρχὰς ἃς ἐκεῖνος εἶχε* 259. Quanquam haec etiam secundae significationis exempla dixeris esse. — 2. Saepe, ut *ille* Latinis, id significat, quo respicimus in sermone, vel etiam rem in vulgus notam et inprimis ei, quocum colloquimur. *ἐκεῖνο δ' οὐδείς — θέλει, σῶσαί μ' ἐς οἴκους* Phil. 310. *ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά* 629. *ἐῤῥέτω Ἴλιον οἵ θ' ὑπ' ἐκείνῳ πάντες* 1185 m. *νοεῖς ἐκεῖνον, ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθα* Oed. R. 1054. *ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν ἡμέραν* 1528. Est *quae omnes manet.* *δεινὰ τἀκείνοις τὰ νῦν* Oed. Col. 337. *ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη* Ant. 380. *ἐκεῖνό μοι φράσον* Ai. 94. *ἐκεῖνος — ἥδετο* 264. *εἶρξαι Αἴαντα — εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι* 742. *ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται* 782. *πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι* 785. Teucer est, de quo loquuntur. *μέγας ἄῤ ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος πημάτων, ἰήιος* — 914 ch. Huc adde paulo familiarius dictum *τοῦτ' ἐκεῖνο*, quod semel apud Sophoclem legitur, multo saepius apud Euripidem. *τοῦτ' ἐκεῖν' ἤδη σαφὲς — ἄχθος φέρομαι* El. 1104. —

II. *Causam* indicat, *qualis pro re nata et indole videtur* (cum Latini cum coniunctivo dicunt). 1. cum *indicativo* in re semel facta. *ἐπεὶ πάρεστι μὲν Τεῦκρος* Phil. 1045. *ἐπεὶ κυρῶ — ἔχων μὲν ἀρχάς* Oed. R. 258. *ἐπεὶ πάντες σε προσκυνοῦμεν* 326. *σοὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἔστ᾽, ἐπεὶ τυφλὸς τά τ᾽ ὦτα — εἶ* 370. *ἐπεὶ χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν* 613. *ἐπεὶ τό γ᾽ εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα* 705. *οὐ δῆτ᾽, ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει* 942. *νῦν δ᾽, ἐπεὶ ζῇ, πᾶσ᾽ ἀνάγκη* 985. *μὴ κόλαζε τόνδ᾽, ἐπεὶ τὰ σὰ δεῖται κολαστοῦ μᾶλλον — ἔπη* 1147. *ἐπεὶ τά γ᾽ ἔργα μου πεπονθότ᾽ ἐστὶ μᾶλλον* Oed. Col. 267. *ἐπεὶ δὲ τῆσδε γῆς σωτῆρα σαυτὸν — ἐπεμβάλλεις* 463. *ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ᾽ Ἑλλήνων θροεῖ (οὐκ ἐγώ)* 603. *ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς, ἐπεὶ γέρων — εἰμί* 736. *ἐπεὶ νικᾶν θέλεις — νίκα* 853. *μόλετ᾽· ἐπεὶ πέραν περῶσ᾽ οἵδε δή* 889 ch. *πράξεις — ἐπεὶ ἐρημία με — σμικρὸν τίθησι* 960. *εἴπατε — ἐπεὶ ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος* 1117. *ἐπεὶ — κλύετε — μή μ᾽ ἀτιμάσητε* 1407. *εὐφημίαν νῦν ἴσχ᾽· ἐπεὶ στείχονθ᾽ ὁρῶ τιν᾽ ἄνδρα* Trach. 177. *ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητά — πᾶν σοι φράσω* 472. *ἐπεί γε — πάντ᾽ ἐπίστασαι λόγον — στέργε τὴν γυναῖκα* 484. *εἰ μή τι λέξεις παιδὶ τῷ σαυτῆς, ἐπεὶ πάρεστι* 729. *ἐπεὶ — χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν* (sc. *μὴ ταρβαλέα θάνοιμι*) 955 ch. *οὐδὲν εἴργει σοι τελεῖσθαι τάδε, ἐπεὶ κελεύεις* 1248. *λέγ᾽, ἐπεί σε — στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας* Ai. 210 an. *εἰπέ, — ἐπεὶ φίλον σ᾽ ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω* 1309. Horum *praesentis* exemplorum plura ancipitis iudicii materiam dant, ut particulam aliquando *quoniam* interpreteris non minus recte. In *praeterita*, praeter perfectum, hoc non facile cadit: *οὐ δῆτ᾽, ἐπεὶ — οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ᾽ ἐφαίνετ᾽ ὠφελῶν* Oed. Col. 434. *οὐ γάρ ποτ᾽ ἔξει τῆσδε χώρας — ἐπεὶ δέδρακας οὔτ᾽ ἐμοῦ καταξίως, οὔτε —* 915. *ἐπεί σ᾽ ἐφεύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν* El. 1082 ch. Sed *οἶδα* perfectum forma, genere significandi praesens est. *ταῦτ᾽ οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχώρει* Phil. 1327. *ἐπεὶ ἔξοιδ᾽ ἀνὴρ ὤν* Oed. Col. 572. — *ἔμελλ᾽, ἐπεὶ οὐδέπω κακόν γ᾽ ἀπώλετο* Phil. 444. *φράζ᾽, ἐπεὶ πρέπων ἔφυς* Oed. R. 9. *ἐπεὶ — οὐκ ἀνέτλατ᾽ — ἀλλ᾽ ἐμὲ — οἰκτείρατε* Oed. Col. 237 m. *ἐπεὶ τό γ᾽ εὐσεβὲς μόνοις παρ᾽ ὑμῶν εὗρον* 1127. *ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ ἁμέραι κατέθεντο δὴ λύπας ἐγγυτέρω* 1217 ch. *τάδ᾽ εἰ τελεῖτέ μοι — ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ᾽ αὖθις ἕξετον* 1438. *οὐκ ἐάσει τοῦτό γ᾽ ἡ δίκη σ᾽, ἐπεὶ οὔτ᾽ ἠθέλησας, οὔτ᾽ ἐγὼ ᾽κοινωσάμην* Ant. 534. *ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον — ψευδῆ γ᾽ ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω* 651. *ἐν ἐλπίσιν τρέφω φίλη μὲν ἥξειν — ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ ἔλουσα* 891. *τίν᾽ αὐδᾶν ξύμμαχον; ἐπεί γε δὴ τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ᾽ ἐκτησάμην* 914. *ἔξειπ᾽· ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾤκτισα* Trach. 311. *ἥδε (οὐκ οἶσει ὄνειδος) — ἐπεὶ σφ᾽ ἐγὼ ᾤκτειρα δὴ μάλιστα* 463. *θέμις δ᾽, ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες* 807. *ἐπεὶ παρέσχες ἀν-*

τιφωνῆσαι —, *σιγὴν παρασχὼν κλῦθι* 1104. *ἐπεὶ τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον, εὖ φρονῶ τὰ σά* Ai. 485. *ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν — ἐπεὶ πατὴρ — τὴν σὴν ὅμαιμον — ἔτλη θῦσαι θεοῖσιν* El. 520. *τίς οὖν μεταβάλοιτ᾽ ἂν — σιγάν; ἐπεί σε — ἐσεῖδον* 1254 m. *καὶ τοὐμὸν ἔσται τῇδ᾽· ἐπεὶ τὰς ἡδονὰς πρὸς σοῦ λαβοῦσα — ἐκτησάμην* 1294. Additur *ἄν* indicativo, cum conditione posita indicatur aliquid: quo facto latine non tam cum quam *ἀπολελυμένως* loquentibus *nam* dicere mos est. *ἐπεὶ οὔ ποτ᾽ ἂν στόλον ἐπλεύσατ᾽ ἄν — εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ᾽ ὑμᾶς ἐμοῦ* Phil. 1026. *οὐ γάρ τι σ᾽ ᾔδη μῶρα φωνήσοντ᾽, ἐπεὶ σχολῇ γ᾽ ἄν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην* Oed. R. 433. Subaudiendum *εἰ ᾔδη*. *ἐπεὶ σχολῇ γ᾽ ἂν ἧξειν δεῦρ᾽ ἂν ἐξηύχουν ἐγώ* Ant. 385. Subaudi ex prioribus *εἰ μὴ ἡ ἐπίνοια τὴν γνώμην ἐψεύδετο*. *πέποιθ᾽, ἐπεὶ τἂν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγώ* El. 315. sc. *εἰ μὴ ἐσθλὸς ἔφυ*. — 2. Cum *optativo vero* coniungitur in optandi formulis causae vinculo cum altera sententia coniunctis. *οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεος — ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ᾽ ἔχω* Oed. R. 662 ch. Nullo iure talia exempla ad tertiam particulae vim referuntur. Cum *potentiali optativo* addito *ἄν* suae significationis retinens est. *φέρει καλύψω — ἐπεὶ οὐδεὶς ἂν τλαίη βλέπειν* Ai. 899. *οὐ καλῶς ταρβεῖς, ἐπεὶ τὸ μὴ πυθέσθαι, τοῦτό μ᾽ ἀλγύνειεν ἄν* Trach. 457. *θεοῖς — τάχ᾽ ἄν τι μηνίουσιν εἰς γένος πάλαι· ἐπεὶ καθ᾽ αὑτόν γ᾽ οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδέν* Oed. Col. 970. *ἐπεὶ — Ζεὺς — βροτοῖς ἂν ἐλθὼν ἐς λόγον δίκην ὄφλοι* Polyx. III. 3 (470 D.). — 3. Subauditur verbum *indicativo* maxime modo dicendum. *οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε εἷλέν μ᾽· ἐπεὶ οὐδ᾽ ἂν ὧδ᾽ ἔχοντ᾽, εἰ μὴ δόλῳ* Phil. 936. *ἐπεὶ ἱκανὸς Ἀπόλλων* Oed. R. 376. *ἐπεὶ σμικρὸς μὲν εἰπεῖν* Oed. Col. 1154. *ἐπεὶ πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς* 1336. *ἐπεὶ στρατηλάτου τὰ κρείσσω — λέγειν* 1431. *ἐπεὶ πλείων χρόνος* Ant. 74. *ἐπεὶ καὶ ξυμφορά τοι μὴ εἰδέναι σέ γ᾽ ἥτις εἶ* Trach. 319. *ἐπεὶ καλόν μοι — θανεῖν* Ai. 1289. *ἐπεὶ πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά* El. 1043. De loco Oed. Col. 1741. v. *πειράομαι*.

III. Aliquando *adnectendae sententiae* constitutum est, adsignificata causa, quod Latini *nam* et *siquidem* reddunt; quod fit subaudiendo ad quod legitimo quasi vinculo pertinet particula enuntiato. Praeter nostrae aetatis grammaticos vide Hoogeveen. de Part. L. Gr. p. 395. et Wyttenb. ad Plut. de Recta Aud. Ratione p. 37. E. Praeter aliquot, quae attulimus, exempla quomodo eo significationis perventum sit, ostendit locus Trach. 138 ch. *ἃ καὶ σὲ — ἐλπίσιν λέγω τάδ᾽ αἰὲν ἴσχειν· ἐπεὶ τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν᾽ ἄβουλον εἶδεν;* Bene Passovius in lex. interrogationem eiusmodi praefixo *ἐπεὶ* exspectari facere responsum negans observat; affirmandi forma haec sic proferrentur: *ἐπεὶ οὐδεὶς Ζῆνα εἶδεν*. Sine interrogatione haec dicuntur: *ὧν ἐπαινεῖς εἰς δέον πάρεσθ᾽ ὅδε Κρέων τὸ*

πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν· ἐπεὶ χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ Oed. R. 1417. Non est *cum* simpliciter; non adest enim, quia civitati praeest; sed sic supplenda sententia: πράξει δὲ καὶ βουλεύσει, ἐπεὶ μόνος φύλαξ λέλειπται. Sic dicitur cum imperativo. ἐπεὶ φέρ' εἰπέ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; Oed. R. 390. Pessime Brunckius secundum glossam εἰ δὲ μή, ἄγε εἰπέ interpretatur *alioqui, si secus est.* ἐπεὶ δίδαξον Oed. Col. 973. El. 344.

IV. Cum aliis particulis ἐπεί sociatur *primo loco* positum. ἐπεὶ γάρ *quoniam s. postquam enim* narrationi ordiendae aptissimum; exempla habet Phil. 331. Oed. Col. 1303. Ant. 651. El. 881. quae ante adscripsimus.

ἐπεί γε interpositis vocabulis uno aut pluribus. ἐπεὶ τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα Oed. R. 705. ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα Oed. Col. 267. ἐπεὶ πᾶς τοῦτό γ' Ἑλλήνων θροεῖ 603. ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις 970. ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς εὗρον 1127. ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσεν τὸ τέλος — βίου 1718 an. quae omnia iam apposuimus.

ἐπεί γε δή iuxta ponuntur cum acerba irrisione. ἐπεί γε δὴ τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην Ant. 914.

ἐπεί γε μὲν δή item iuxta ponuntur. ἐπεί γε μὲν δὴ πάντ' ἐπίστασαι λόγον Trach. 484.

ἐπεὶ δέ Oed. R. 1266. Oed. Col. 464. 1586. 1600. Trach. 786. 909. Ant. 15. Amphitr. I. 1. apposuimus ante.

ἐπεί τοι *quoniam sane s. certe.* ἐπεὶ καὶ ξυμφορά τοι Trach. 319. ἐπεί τοι — οὐδεὶς ἐφαίνετ' ὠφελῶν Oed. Col. 434. ἐπεὶ τἂν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγώ El. 315.

ἐπεὶ μέν Oed. Col. 1454 ch.

ἐπεὶ οὐ — γε Oed. Col. 1437.

ἐπεὶ οὐδέ Phil. 936. Polyx. III. 3.

ἐπεὶ οὐδέπω γε Phil. 444.

ἐπεὶ οὔποτ' ἄν Phil. 1026. quae omnia iterum exscribendi nulla necessitas.

Subiungitur particulis ἀλλά Oed. R. 1503. Oed. Col. 237 m. 853. 1718. et interposito vocabulo Oed. Col. 1407. οὖν ἐπεί Phil. 1327. καί cum crasi κἀπεί Oed. Col. 1627. Ant. 168. El. 1304.

V. ἐπεί cum οὐ diphthongo pronuntiatum coalescit. ἐπεὶ οὔ ποτε Phil. 1026. ἐπεὶ οὐδέ Phil. 936. Polyx. III. 3. ἐπεὶ οὐδέπω Phil. 444. ἐπεὶ οὔτε Ant. 535. Ultima syllaba sequente vocali in canticis corripitur Oed. Col. 1718.

De posito in fine versus *ἐπεί*, velut Oed. R. 1417. v. Boeckh. Expl. ad Pind. p. 158.; tamen vero is nescio quam vim in hac re et elegantiam dicendi odoratur.

Ἐπείγω. Transitive *urgeo, insto.* *ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρόν* Oed. Col. 1537. *τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον* Phil. 497. Sic subaudito casu quarto *ἡμᾶς* intelligo *καιρὸς καὶ πλοῦς ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην* Phil. 1437 an. De activi usu v. Pierson. Veris. p. 27. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 801. — Intransitive dicitur, cum non instatur alteri. *ἡ νοῦς, ἔπειγε νῦν* El. 1429. Hinc fortasse Hesychius: *ἔπειγε, πορεύου, σπεῦδε.* Eadem *properandi* vi praeditum *medium*. *ἐπείγου μηδέν* inc. XXXII. 2 (690 D.). — Non esse compositum docuit Buttm. Lexil. vol. I. p. 275.

Ἐπειδάν quando. *ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρῴρας ἀνῇ* Phil. 635. *ἐπειδὰν εὔφρονη ζεύξῃ μία* Ter. VII. 11 (517 D.). *ἐπειδάν* pro *ἐπειδή* falso scriptum in ed. Turn. Antig. 1098. Non licet *ἐπειδή* subrogari pro *ἐπειδάν*, cum illud nunquam de re cum loquimur adhuc futura dicatur, non, ut *ἐπεί*, in incerti temporis notione.

Ἐπειδή quoniam. Rem cum loquimur aut manentem adhuc, aut ita peractam significat, ut quae inde evenerint et secuta sint nunc adhuc durent. Cum optativo non exstat apud Sophoclem. *ἐπειδὴ καὶ λέγεις* Phil. 380. *ἐπειδὴ — δοκεῖ λῄθη τις εἶναι* 865. *ἐπειδὴ καὶ τυφλόν μ' ὠνείδισας* Oed. R. 411. *ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη* Ant. 1098. Turn. *ἐπειδάν* vitiose. *ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ λαμπρὰ συμβαίνει* Trach. 1164. *ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου* Ai. 61. *ἐπειδὴ σοί γ' ἐφῆκα πᾶν λέγειν* El. 621.

Ἐπεικάζω suspicor. *ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ;* El. 653. *num recte conieci?* Schaeferus coniecit *τήνδε γ' εἰκάζων.* Librorum scripturam tuetur etiam Suidas v. *ἐπεικάζω*, explicans *στοχάζομαι*, et Zonar. p. 833. *ὥς γ' ἐπεικάσαι* Oed. Col. 150 ch. subaudito *ὥστε*, quod in libris scriptum est, sed versum perdit. *ὡς ἐπεικάσαι* Trach. 140. Herm. pro *ἀπεικάσαι* de coniectura dedit, *comparandi* enim significatione sola Graecum esse *ἀπεικάζω*. Mihi *ἐπεικάζω conficiendi* vim habere, *ἀπεικάζω* illud dici videtur, cum ex conspecta vel considerata re coniecturam ducimus. Inde *ἀπεικάσαι* locum suum tuebitur. Deianira hoc dicit, insperatum illum mulierum adventum sibi persuadere, comperisse illas de sollicitudine sua: *ὡς ἀπὸ τῆς παρουσίας εἰκάσαι.* *ὥς γ' ἐπεικάζειν ἐμέ* 1210.

Ἔπειμι insum i. e. *impositus sum.* *γενοίμαν ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου πρόβλημα* Ai. 1197 ch. de eminente supra mare promontorio. *λεπτὴ δ' — ἐπῆν κόνις* Ant. 256. pulvis coniectus in cadaver. Haec proprie. Sed figurate *εἰ δ' ἔπεστι νέμεσις, οὐ λέγω* El. 1459. *si adest invidia numinum, indictum esse volo*, v. Herm. *τίς μοι — τέρψις ἐπέσται;* Ai. 1195 ch. *adstabit*, i. e. *continget.*

Ἔπειμι. Proprie dictum κύματ' ἐν εὐρέϊ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τε Trach. 115 ch. *insequentes sese, alternis insurgentes fluctus.* Tralatum ad *tempus:* ὁ δ' αἰεὶ τῷπιόντι δεικνύτω Oed. Col. 1529. At participium selectiore usu τὸν τυχόντα significat. τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν ἀνδρὸς διειπεῖν Oed. R. 393. Affert versum cum quinque sequentibus Suidas v. τοὐπιόντος. Simile est οὐ γάμων ἔμπειρος, ἀλλὰ τοὐπιόντος ἁρπάσαι Oed. Col. 756. *praeda eius, qui capere voluerit.*

Ἐπείπερ s. ἐπεί περ *quoniam quidem.* (μνημονεύω) — ἐπείπερ εἰςάπαξ συνήνεσα Phil. 122. ἐπείπερ ἀντέκυρσα 541. ἐπείπερ οὕτω σοί τ' ἔδοξ' ἐμοί τε δρᾶν 876. ἐπείπερ εὔνους ἦλθον Oed. R. 1003. ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας 1432. ἐπείπερ εἶ γενναῖος Oed. Col. 75. λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις 217 m. ἐπείπερ οὔτ' ἐμοῦ καταξίως πράξειας El. 790.

* Ἐπείςαγμα v. ἐπίσαγμα.

Ἐπειςκύπτω *ineo.* κἀφροδισία λάταξ ἅπασι νῦν ἐπειςκύπτει δόμοις Inach. III. 2. (257 D.) ex emendatione Toupii Em. in Suid. vol. II. p. 471. Legebatur παισὶν ἐπειςκύπτει.

Ἐπείςοδος *adventus.* τῆς ἐμῆς ἐπειςόδου Oed. Col. 734. Versum affert Suidas v. νεωρής. Πλούτωνος ἐπείςοδος Inach. VI. 1 (259 D.).

Ἐπειςπίπτω *irrumpo.* ὡδ' ἐπειςπεσὼν Oed. Col. 919.

Ἔπειτα. 1. Rem alteram alteri posteriorem indicat; *deinde,* vel si futura illa, *dehinc* interpreteris. Non semper praecedit πρῶτον s. πρῶτος. ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος Oed. Col. 491. ἔπειτα μήτηρ — πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον Ant. 53. φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον — ἔπειθ' ὅπως ἂν ἡ χάρις — διπλῆ φανῇ Trach. 615. ᾖστο — ἄφθογγος — ἔπειτά μοι τὰ δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη Ai. 305. ὠρθοῦτο — ἔπειτα λύων ἡνίαν — λανθάνει στήλην ἄκραν παίσας El. 733. Ita bis deinceps ponitur. πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν, ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλον μόρον, ἔπειτα γῆρας λαμβάνει Αἰγύπτιον inc. XL. 2, 3 (698 D.). — 2. Nec mutat significationem cum aliis particulis coniunctum. ἔπειτα δέ. σῶσαι κακοῦ μὲν πρῶτα τοῦδ', ἔπειτα δὲ — τὰ Τροίας πεδία πορθῆσαι Phil. 907. βλέποντα νῦν μὲν ὀρθ', ἔπειτα δὲ σκότον Oed. R. 419. πρὶν μὲν ὀρθοὶ — ἕστασαν δίφροι. ἔπειτα δὲ — πῶλοι βίᾳ φέρουσιν El. 714. — ἔπειτα καί. ὧν — τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω· ἔπειτα κἀπὸ μαντέων ταύτῃ κλύων Oed. Col. 1302. quanquam hoc etiam in dialectica s. cogitatione expressa rerum consecutione dictum esse potest. — ἔπειτα μέντοι. βαιὸν — ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν — προςκυνοῦντα Oed. Col. 1649. — κἄπειτα. εἶτ' ἔλυσε δυςπινεῖς στολάς· κἄπειτ' ἀΰσας παῖδας Oed. Col. 1594. κἄπειτα — τοὺς ζῶντας — εἰς δόμους κομίζεται Ai. 61. κἄπειτ' ἐπάξας αὖθις εἰς δόμους πάλιν ἔμφρων — καθίσταται 298. — 3. Eiusdem tenax est cum articulo coniunctum et substantivi, quod intelligi potest,

munus gerens. τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει νόμος ὅδε Ant. 607 ch. Schol. Rom.: τὸ ἐσόμενον καὶ τὸ μετ' ἐκεῖνο. τινὲς δὲ τὸ *ἔπειτα* ἰδίως ἐπὶ ἐνεστῶτος λελέχθαι φασίν, ἀντὶ τοῦ *νῦν*. Hanc significationem nec inesse videri, nec exemplo Euripidis Iph. Taur. 1263. firmari posse intellexit Erfurdt. „*τὸ ἔπειτα*, *dehinc*, aliquam continet temporis praesentis notationem, a quo proximum est cum eoque cohaeret.“ *Hermann.* recte. — 4. Saepe ut εἶτα vim mere dialecticam *enumerandi* habet. Huius prima ratio est, cum potiora maioreque quasi dignitate praedita praeponuntur, sequuntur alia. μάλιστα — τῷ θανόντος ἱμέρῳ· — ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προσῆν Phil. 352. ὄλοισθ', Ἀτρεῖδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ ὁ Λαρτίου παῖς καὶ σύ 1269. ὅτῳ πρῶτον μὲν ἡ δορύξενος — παρ' ἡμῖν αἰὲν ἔστιν ἑστία· ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος χάριν — τίνει Oed. Col. 640. γυναῖχ' ὅτι ἔφυμεν — ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων Ant. 63. μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν, ἔπειτα κἀμέ Oed. R. 648. Sed res etiam pari dignitate sic deinceps ponuntur. ἡ πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς — ἔχθιστα συμβέβηκεν· εἶτα — τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς ξύνειμι — ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν El. 258. πρῶτον μὲν εὐσέβειαν — οἴσει — ἔπειτα δ' ὥσπερ ἐξέφυς, ἐλευθέρα καλεῖ 958. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους, αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα — τυραννίδος — ἕδραν. ἔπειτα δ' οὐδεὶς ἐχθρὸς οὔτε φύεται πρὸς χρήματα Aload. XI. 4 (109 D.). — 5. Tertia particulae ea potestas est, cum ἔπειτα rem alteram ex altera causarum et eventuum lege nexam, aut etiam aliter atque exspectaveris exeuntem indicat. *Proinde* interpretaberis ἔπειθ' ἑλοῦ γε θάτερα El. 337. *tamen vero* s. *nihilo minus*, inprimis cum participium praecessit: μισῶ γε μέντοι, χὤταν ἐν κακοῖσί τις ἁλοὺς ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ Ant. 492. ὅστις ἀνθρώπου φύσιν βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ Ai. 748.

Ἐπεμβαίνω *insisto.* σῆς ἐπεμβαίνων χθονός Oed. Col. 928. *intrata terra.* Libri ἐπιβαίνων. Illa Triclinii scriptura est, metro necessaria. Elmsl. coniicit ἂν ἐπιβαίνων. — Tralate *proculcare* significat de miseris contumeliose habendis: cf. Wyttenb. ad Plut. de disc. amic. et adul. p. 57. a. κατ' ἐμοῦ τακομένας μᾶλλον ἐπεμβάσει El. 825 m. Huius figurae ratio apparet ex El. 448.: Ὀρέστην ἐξ ὑπερτέρας χερὸς ἐχθροῖσιν αὐτοῦ ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδί. cf. etiam Lobeck. ad Ai. 977.

Ἐπεμβάλλω *ingero.* ἐπεὶ δὲ τῆσδε γῆς σωτῆρα σαυτὸν τῷδ' ἐπεμβάλλεις λόγῳ Oed. Col. 464.

* **Ἐπεμβρυόω** v. ὑπεμβρυόω.

Ἐπεμπίπτω *irruo, adorior.* τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν; Ai. 42. Minime simile est ab Erfurdtio comparatum ἔρχεσθαι ὁδόν.

Figuram illustrat Lobeck. monogr. fig. gr. p. 14. (a. 1832), quam in novis ad Aiacem commentariis absolutissime politam legemus.

** Ἐπεναρίζω. In Oed. Col. 1730 m. cum legatur ἄγε με καὶ τότ' ἐνάριξον, quo loco Ricc. primae vocabuli ἐνάριξον supra scriptum ν habet, Laur. b. ἐξενάριξον, Elmsl. et Herm. ἐπενάριξον i. q. ἐπίσφαττε correxerunt; hic praeterea τῷδ' ex vestigiis scripturae codd. Vat. et Ven., in quibus τόδ', quod languidum sit et plane ineptum τότε. In quo vix assentior: vix enim minus languet τῷδε. ἐπισφάξαι eo sensu aliquoties apud Euripidem legitur, ἐπιθύειν Eur. Or. 561. Aesch. Ag. 1513.

Ἐπενδύτης *indusium s. subucula*. νεοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας Nausic. II. 2 (391 D.). ἀνδρεῖον χιτωνίσκον interpretatur Eust. p. 1166, 51. τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον (χιτώνιον dicendum erat), ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται Suidas. De tono v. Etym. M. p. 436, 10.

Ἐπενθρῴσκω. Proprie *insilio*. ἐπενθορούσ' ἄνω Trach. 913. Cum figura *irruo*, *ingruo* de impetu gravi et exitioso. ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρῴσκει — ὁ Διὸς γενέτας Oed. R. 469 ch.

Ἐπεντείνω *desuper extendo*. ὥςπερ εἴχ' ἐπενταθεὶς Ant. 1220. *in ensem protentus*. v. Erf. De Ai. 446. v. ἐπεντύνω.

Ἐπεντέλλω *mando*, fortius quam ἐντέλλω. τί δῆτ' ἂν ἄλλῳ τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι; Ant. 218.

Ἐπεντύνω *instruo*, *armo*. ἤδη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπεντύνοντ' ἐμὴν ἔσφηλεν (Ἀθηνᾶ) Ai. 446. Longe elegantior haec plerumque codd. scriptura (etiam Ven. Lipss. Laur. a. Flor. Θ. Γ. supra scripto ει in hoc) et Aldi, quam schol. explicat εὐτρεπίζοντα, ut Hesychius ἐπέντυνεν, εὐτρέπιζεν ex Il. Θ. 374. Semel dictum cum Valckenario visum esset, minime probabiliter ille emendavit ἐπευθύνοντα ad Hippol. 289., Musgr. ἐπαντείνοντα. Probabilior certe Brunckii et Lobeckii scriptura ex nonnullis codd. deprompta, ἐπεντείνοντα, a scholiastis ἐπεμβάλλοντα et ἐμβάλλοντα explicatum. Tertia scriptura in quibusdam libris appingitur ἐπεκτείνοντα.

Ἐπεξεργάζομαι *conficio*. ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω Ant. 1274 m. Inepte schol. ἐπέσφαξας. Hoc dicit, hominem perditum sese nova insuper plaga accepta confici penitus; de qua sententia v. Hemsterhus. ad Poll. IX. 153. et Abresch. ad Aesch. Pers. 260.

Ἐπεξέρχομαι *persequor*, et *faciendo* quidem: κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς; Ant. 748., ubi cod. Aug. b. ἐξέρχῃ, schol. explicat περαιτέρω χωρήσεις, *pergis ita*, *ut prae protervitate adeo miniteris*. Alio spectat Hesychii illud: ἐπεξέρχεται, ἐκδικεῖ. Sed *cogitando et scrutando persequi*: οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν inc. VI. 2 (659 D.).

** Ἐπέρεσθαι interrogare. καὶ σ' οἰκτίσας θέλω 'πέρεσθαι Oed. Col. 563. Tricl. θέλω σ' ἐρέσθαι, libri θέλω τι ἐρέσθαι, unde veram scripturam Reisigius eruit. Αὐθυπότακτον eatenus id verbum dicas, quod praesens vulgo non legitur, sed de accentu secus ac vulgo fit statuendum, v. ἔρεσθαι.

Ἐπέρχομαι. 1. Proprie accedere, ingredi, vel cum quarto casu, vel nude. θεῶν δὲ ναοὺς — ἐπέλθωμεν Ant. 153 ch. νῷν ἐπελθόντοιν δόμους El. 1289. Flor. Γ. Laur. a. hic a prima manu ἐπελθόντων. τὸν αὐτὸν εἰς τόπον Τροίας ἐπελθὼν Ai. 433. — 2. Traducitur primum ad initas controversias significandas. εἰς λόγου στάσιν τοιάνδ' ἐπελθὼν Trach. 1170. dein ad rumores sparsos. τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις Ant. 696. Subaudiendum autem πάντας vel πολίτας. Porro ad contingendi notionem. τῷ δ' ἐπέρχεται χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι Trach. 135 ch. Postremo ad animi motus et affectiones, in pectus sese quasi insinuantes; ductum illud ab ingruentium adversariorum impetu. ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται Phaedr. IV. 1. (607 D.), quae sententia a Clem. Alex. Strom. VI. 734. Euripidi tribuitur. Exhauserunt hoc Hemsterh. ad Lucian. t. I. p. 206. Bip. et Valck. ad Phoen. 1379., ad Herod. IV. 46. hoc quidem loco etiam de perinde additis casibus tertio et quarto monens.

Ἐπεύχομαι precor. Nude: εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι Trach. 806. et cum detestandi adsignificatione μὴ 'πεύξῃ μέγα Phil. 1270. Cum dativo numinis, quod precamur: Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι Phil. 1456 an. οὓς οὐ μή ποτε χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύχωνται θεοῖς Oed. Col. 1028. De scriptura v. οὐ (οὐ μή). De participio addito cf. Heindorf. ad Plat. Soph. t. IV. p. 341. ἐπεύχομαι δὲ νυκτὶ τῇ κατουλάδι Naupl. VII. 4. (383 D.) v. κατουλάς. Cum infinitivo dictum αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην Trach. 16. ἐπεύχομαι — παθεῖν Oed. R. 251. Semel casum quartum precum propositarum habet. τάσδ' ἐπεύχεσθαι λιτὰς Oed. Col. 485.

Ἐπέχω. Transitive. 1. cohibeo, coerceo. ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν Ai. 834. et tralate πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου Ai. 50. quem versum affert Eust. p. 921, 18. μηδ' ἐπίσχωμεν τὸ πλεῖν Phil. 869. καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γε Oed. Col. 1434. Codd. Vat. Ven. ἀπίσχῃς. Horum ἐπίσχῃς ἐπίσχωμεν et ἐπισχὼν etiam ab ἐπίσχω repeti poterunt. Non potest autem ὅς σ' ἐπεῖχ' ἀεὶ μή τοι θυραίαν γ' οὖσαν αἰσχύνειν φίλους El. 507. — 2. praebeo. Certe ἡ μαστὸν ἐπισχοῦσα in incertis affertur CV. 122. (912 D.), sed id a Sophocle dictum esse ex Polluce III. 10. non efficitur. Sic enim ille: μήτηρ, ἡ τεκοῦσα — ἡ μαστὸν ἐπισχοῦσα, ὡς Σοφοκλῆς. Clarum est, inserendum καί, ut nutricem μητέρα dixerit Sophocles, ἡ μαστὸν ἐπισχοῦσα Pollucis interpretis sint. — 3. morari. ἐπίσχετον, μάθωμεν Phil. 535. εἰ δ' ἐφέξετον El. 1361. si cunctabimini ἐπίανες αὐ-

του, ξεῖνε Oed. Col. 860. adsignificata dehortatione et castigatione. Fons significationis a prima facile deflexae magis patet, cum etiam active dici recorderis. οὐ πολὺν χρόνον μ' ἐπέσχον μή με ναυστολεῖν ταχύ Phil. 349. Membr. Br. Ald. ἔπασχον. Laur. A. Flor. tres Harl. ἐπέσχον, quod de coniectura, ut videtur, Brunckius rescripsit.

Ἐπήβολος *compos*, *potens*. οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν Ant. 488. φρενῶν ἐπήβολον καλῶν σε Alcm. I. 2. (95 D.). Hoc et Porphyrius affert Qu. Hom. I. explicans τὸ ἐπήβολος σημαίνει τὸν ἐπιτυχῆ καὶ ἐγκρατῆ, et ex Porphyrio Eust. p. 1448, 6., idemque nomine fabulae non addito p. 625, 37. Interpretum v. Ruhnk. ad Tim. p. 116. Valck. ad Herod. III. 25. Wesseling. ad Diod. I. p. 22. Schaef. Mel. Cr. p. 48. Blom. gl. Aesch. Prom. 453.

Ἐπηλίς. ἡ ἐπὶ τοῦ προσώπου μελανία, καὶ τὸ πῶμα τῆς λάρνακος, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ κατὰ τὸν Σοφοκλέα (fr. inc. CV. 88. 877 D.) ἡ δ' αὐτὴ καὶ ἐφηλὶς κοινῶς, ὡς ἀπὸ τοῦ ἥλου, Eust. p. 1562, 38. De cistae operculo etiam Hesychius, fonte tamen non addito, interpretatur. Alteram significationem deprehendisse videor in glossa Suidae: ἔπηλυς (sic) εὕρηται παρὰ Ποσειδίππῳ. καὶ ἀντήλιος καὶ ἀπηλιώτης, ἐν τῷ ἢ καὶ ψιλῶς. Scribendum ἐπηλίς. De spiritu enim leni in ἔπηλυς, *advena*, memoriam iniicere nimis ineptum esset, illud alterum autem ab ἥλιος ductum, quippe sole urente effectam μελανίαν significans.

Ἔπηλυς *advena*. ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις Phil. 1175 m. Schol. αὐτόματοι, male. Iam enim abibant, et ut revertantur Philoctetes orat.

Ἐπί. I. *Adverbiascit* in tmesi positum; sed exempla aliam explicandi rationem patiuntur. ἀλλ' ἀποπαύετε μηδ' ἐπὶ πλείω θρῆνον ἐγείρετε Oed. Col. 1774. τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται Oed. R. 199 ch. Semel praeterea adverbialiter dicitur cum *insuper* s. *praeterea* significat: ἐν δ' ἄλοχοι πολιαί τ' ἐπὶ ματέρες — ἐπιστενάχουσιν Oed. R. 182 ch., de qua vi praepositionis v. Fratrem ad Arrian. V. 5, 1.

II. *Anastrophe* afficitur, cum pro ἔπεστι dicitur; quod unum eius usus apud Sophoclem exemplum exstabat, Hermannus sustulit, Oed. Col. 1222 ch.: οὐδ' ἔπι κόρος corrigendo ὁ δ' ἐπίκουρος. Explicuisse sententiam servata plerorumque librorum et scholiastae lectione videmur in v. ἰσοτέλεστος. Porro retrahitur accentus cum casus nominis pendens a praepositione praecedit. σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἔπ' ὄμμα θήσεται Trach. 612., quod non intelligens Brunckius temere corrupit. ταύτης ἔπι πλέοντες ὀρθῆς Ant. 189. Olim Hermannus Oed. Col. 85. scribi iussit, ἕδρας πρώτων ἔφ' ὑμῶν, post sententiam mutavit quidem, sed reliquit tamen ξένην ἔπι γαῖαν Oed. R. 455. Tantum abest autem, ut in his et talibus Aristarchi praecepta secutus sit, ut nobilissimi grammatici in eo consen-

serint, interpositum illud *πρώτων* inter *ἕδρας* et praepositionem una cum huius ultima syllaba elisa anastrophen respuere: v. Herodian. ap. Io. Alex. *τον. παραγγ.* p. 27, 11. p. 28, 8. schol. Ven. *ε.* 283. *ι.* 456. *κ.* 95. 73. *ψ.* 377., quocum conspirasse scimus Aristarchum et Apollonium ex schol. *σ.* 191. cf. 400. *Tmesin passam* praepositionem suo notari accentu non minus certum quam adverbiascentem vidimus in *ἀπό*. Iniuria igitur *Ἔπ' ἦμαρ ἔρχεται* Herm. Oed. R. 199. *πολιαί τ' ἔπι ματέρες* ib. 182. De tmesi illud solum excipitur, cum in versus fine vel sequente distinctione ponitur: schol. Il. *ε.* 283.

III. *Crasin* cum articulo et *καί* factam suis locis persequemur.

IV. *Usus praepositionis*, A. *cum genitivo* dictae. 1. Sua illi est et legitima provincia *loci* significandi, et multiplex interpretandi ratio, *in*, *iuxta*, *ad*, *per*, *supra*. *εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς* Phil. 272. *ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεώς* 512 ch. *νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τὰ νῦν* 609. *κἀπὶ γῆς ἄνω* Oed. R. 416. de *locis superis*; sed de *terrarum spatiis* plura exempla sunt: *ἐπὶ ξένης* Oed. Col. 184 m. de qua ellipsi cf. Iacobs. ad Epigr. Del. p. 211. Idem legitur 569. *ξένης ἐπὶ χθονός* 1258. *γᾶς ἐπὶ ξένας* 1703 m. 1711 m. *ἐπὶ ξένης χώρας* 298. — *κἀπὶ πωλικῆς ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβώς* Oed. R. 802. cf. *Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν* Oed. Col. 313. *ἐπ' ἀγρῶν* Oed. R. 1049. *ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων* 1106 ch. *κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου* Oed. Col. 19. *λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου λᾶος βραχὺς ὀκλάσας* 196 ch. *σφάζ' ἐπὶ γαίας* Ai. 231. *κἀπὶ γῆς ἄλλης φυγὰς ἀπώλου* El. 1125. *βαλβίδων ἐπ' ἄκρων* Ant. 132 an. *ταύτης ἔπι πλέοντες ὀρθῆς* 189. v. *πλέω*. *Αἰνείας — ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων* Laoc. III. 2 (342 D.). — 2. Hinc transfertur varie *Fultus* comite dicitur *κἀπὶ προσπόλου μιᾶς χωρῶν* Oed. Col. 750. quo versu utitur Suidas v. *βιοστερής*. Cf. Schaefer. ad Plut. Vit. vol. IV. p. 200. In *gravi fortunarum discrimine collocatus* memoratur: *φρόνει βεβὼς — ἐπὶ ξυροῦ τύχης* Ant. 983. v. Intpp. et Eust. p. 796, 55. et cf. *ξυρόν*. *Superbiens* dicitur: *κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις* Ai. 1219., illustratum illud a Lobeckio. A *retinendo* dictum *βιαίας ἔχεται πανδήμος πόλις ἐπὶ νόσου* Ant. 1128 ch. Musgr. scripturus erat *ὑπό*. Pro *ἐν* dictum, ut tamen *ambitus* et *ditionis* quaedam insit adsignificatio: *καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων* Ant. 784 ch. Non abundat *ἐπί*, ut Iacobsio visum ad Del. Epigr. p. 288., sed significatur *quantum hominum genus propagatum extenditur*. — Adverbiascunt *ἐπ' ἴσας pariter* El. 1051 ch. *οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων — ἔτ' ἴσχει μνῆστιν* Ai. 1247. *ne minimum quidem*. Locutionem explicant Lobeck. et Herm. l. c. et hic ad Eur. Iph. Aul. 908. Sed perperam in libris scribitur *ἐφ' οὗ μέσος στάς* (sc. *τοῦ κρατῆρος*) *τοῦ τε*

Θορικίου πέτρου Oed. Col. 1591. schol. *μεταξὺ τοῦ κρατῆρος*, qua de re iure Brunckius *ἀφ᾽ οὗ* correxit.

B. Cum *dativo*. 1. Omnis usus a *locali* significatione *motus aliquo versum* instituti proficiscitur. *πτύξας ἐπ᾽ αὐτοῖς χεῖρας* Oed. Col. 1607. *eas amplexatus*. *ἐπ᾽ ἀλλήλαισιν ἀμφικείμεναι* 1616. *νὺξ ἐπ᾽ ὄμμασιν βέβηκε* 1681 m. *ἐφ᾽ ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκης — ὑπερέπτα* Ant. 110 ch. De lacuna quam non iniuria inesse statuunt, explenda varie coniicere licet. *ἀντίτυπα δ᾽ ἐπὶ γᾷ πέσε* Ant. 134 ch *τὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλοις ἐπενώμα — Ἄρης* 139 ch. *ἐφ᾽ ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες* 141 ch. *κἀπὶ χρωτὶ διψίαν κόνιν παλύνας* 246. *τὰ δ᾽ ἐπὶ κρατί μοι πότμος — εἰσήλατο* 1325 m., quod quamvis de irruente calamitate tralate dictum, propter *κρατί* non minus huc referri videtur, quam *καὶ χρυσέα κλῂς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε* Oed. Col. 1055 ch. *καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πῦρ οὐκ ἔγχος τις — οὐκ ἀποτρέψει* Trach. 1009 m. *in me avertet*. *δυσφόρους ἐπ᾽ ὄμμασιν γνώμας βαλοῦσα* Ai 51. *κἀπ᾽ ἐμοὶ βλέψας* 338. *ἤδη μ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς χεῖρ᾽ ἐπεντύνοντα* 446. *ἐπ᾽ ἐχθροῖς χεῖρα φοινίαν τρέπειν* 769. *φέρει νίκην ἐφ᾽ ἡμῖν* El 85. *ἐφ᾽ ἡμῖν οὗτος χωρεῖ γεγηθώς* 1425. V. Valck. ad Phoen. 79. Abresch. Animadv. ad Aesch. Sept. init. Iacobs. ad Anthol. t. III. p. 468. Multa eiusmodi exempla iniuria tmesi explicantur, velut Ai. 51. El. 85., sed plurima tmesin non patiuntur, velut El. 85. 1425. Ai. 446. 769. Oed. Col. 1616. 1681. Ant. 110. 134. 139, alia. — 2. Hinc *localis* porro significatio ea inest, ut significet *apud*, *in*, *iuxta*, *prope*, non semper illa ita intelligenda, ut motu facto in illum locum perveneris. *τἀπὶ Λυδοῖς — λατρεύματα* Trach. 355. *ἄριστον ἄνδρα τῶν ἐπὶ χθονί* 808. *per terram quasi habitantium*; si *locos superos colentes* dicerentur, *ἐπὶ χθονός* verius erat. *δράκοντα μήλων φύλαχ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτοις τόποις* 1090. *ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ — κυνηγετοῦντα* Ai. 3. *καὶ δὴ ᾽πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις* 49. *μητρὸς ἐξέφυς — ἐφ᾽ ᾗ λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ᾽ ὁ — πατήρ* 1274. inest consilii significatio, quo adulter venerat; aliter non differret *ἐπί* et *παρά*. *ἐπὶ Τροίᾳ τείναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη* Phil. 196 an. *οὑπὶ νηὶ γὰρ ἅλις πόνος* 879. *inter navigandum* explico; *οὑπὶ νεώς* tamen non minus diceretur apte. *φῦλον — θακεῖ — ἐπ᾽ Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ* Oed. R. 21. *ἐπὶ σποδῷ μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο* Ant. 994. *ἐνναίων — ἀγρίου τ᾽ ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος* 1112 ch. *apud Thebanos*, hi enim sunt *δράκοντος σπορά*. *Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοαῖσιν ἐνάσθη* inc. 795 D. apud Brunckium in Iphiclis vel Oiclis, qualis Sophoclis fabula non fuit, reliquiis fertur. *ἐφ᾽ ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι* Laoc. II. 3 (341 D.). Hinc dicuntur *τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμα* Phil. 353. 607. arx *supereminens*. Paulo aliter, quippe de animo dictum *ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ ᾽πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει*; Ant. 317. — 3. Deinde *actionem* significat *aliquo ver-*

sum directam, aliquando ut *κατά*, *adversus*, *contra*, sed etiam *in* interpreteris. στυγερὰν ἔχε δύςποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις Phil. 1106 ch. i. e. ἄλλων καταρῶ. ὅσ' ἐφ' ἡμῖν κἀκ' ἐμήσατο 1123 m. φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ — ἦλθε κόρα Oed. R. 509 ch. οὔτις ἄλλος ἦν ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάςδ' ἀρὰς ὁ προςτιθείς 820. ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονος τις ἂν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον; 829. ἀπὸ δαίμονος ἐπ' ἀνδρὶ coniungenda, *mala ab invido numine missa*. ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος βίου τελευτή Oed. Col. 1470. ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον Ant. 973. v. Musgr. ad Eur. Bacch. 1131., quanquam is male coniungit ἐπέσχον tmesi scilicet divulsa. δρᾶ νῦν τάδ' ἔρδων, μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε Ant. 1094. Prosa oratio ἐπίτρεπε praetulit; minime opus in poeta. θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ Trach. 582: ἐπί μοι μελέῳ βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν 977 m. οἵαν οἵων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω 990 an. v. Herm. Praepositionis ratio constat, quod illud effecit, ut gravissima affligeretur calamitate. ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυςμενεῖ βάσιν κυκλοῦντα Ai. 18. ἡ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν 44. συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις ἀνῆκε — θεά Meleag. I. 1 (357 D.). Sic aliquot exempla aliquantum hinc distantia interpretor. ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ; Oed. Col. 415. non περὶ ἡμῶν, sed *ad nos pertinentia*. τἀπὶ σοὶ κακά Phil. 795. i. q. τὰ σά, *tibi imposita*. ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν Trach. 129 ch. non pro ἐπικυκλοῦσι, sed ἐπὶ πᾶσιν, quod recte sensit Hermannus, quanquam non tam de circumvolutis supra capita nostra, quam de imminentibus interpretor. Sic etiam fortasse intelligas ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ Oed. R. 569. non est enim ἐν, sed mentis vis potius *aliquo valens* significatur. Sed vitiosa scriptura videtur Ant. 57. v. ἐπάλληλος. — 4. Hinc *consilium* significatur aliquid faciendi. δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας γενναῖον εἶναι Phil. 50. οὐ γὰρ ἄν ποτε θνήσκων ἐσώθην μὴ 'πί τῳ δεινῷ κακῷ Oed. R. 1457. οὐ γὰρ ἂν — κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν Oed. Col. 146 an. v. Herm. τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ' ἐφ' ᾧ καλεῖς; 1459. ἡ κἀπὶ ταύτῃ τῇ πόλει τὸν ἄσκοπον χρόνον βεβὼς ἦν Trach. 246. urbis evertendae consilio. θροεῖ ταῖς — παισὶν ὡς ἐπ' ἐξόδῳ 529. cf. ὡς ἐπ' ἐξόδῳ κλύω τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος El. 1314. κἀπὶ τῷ λέγει τάδε; Ai. 784. ἐπὶ κωκυτῷ ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν El. 108 an. non θρηνητικήν, sed *fletum alios ad lugendum provocantem*. Sic cum Schneidero ad Plat. Civ. V. p. 532, b. intelligo οὔτι — χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ Ant. 755. *mei reprehendendi causa*; aliter vulgo Intpp. — 5. Cognata est *rei alicunde consequentis* significatio. σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ Ant. 787 ch. aut ὥςτε λωβητοὺς γίγνεσθαι aut ὥςτε λωβᾶσθαι ἄλλους. μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς ἐπὶ δυςκλείᾳ Ai. 143 an. i. e. δυςκλεεῖς ἡμῖν. — 6. Exiguo dis-

crimine, quod aliquando non internoscas, dirimitur *causae* significatio, cur quid suscipiamus facere. Cf. Abresch. ad Aesch. Pers. 525. *ἀλύει δ' ἐπὶ παντὶ τῳ χρείας ἱσταμένῳ* Phil. 174 ch. i. q. *ἐπὶ πάσῃ χρείᾳ*, v. Herm. *οὐδ' ἐπ' Ὀμφάλῃ πόνων λατρεύματα* Trach. 355. Omphale iubente suscepti labores, nisi hoc, ut prius *τἀπὶ Λυδοῖς*, *apud* explicari velis. *ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς* Ant. 322. *μόνον δὴ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων* 1048. *σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ — ἀμφικεῖσθαι μόρον* 1277 m. *caedem ob filii interitum in se patratam.* *τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις;* Ai. 370. *ἀλγῶ 'πὶ τοῖς παροῦσιν* El. 325. *δῶρ', ἐφ' οἷσι νῦν χλιδᾷς* 352. *κἀπὶ τοῖς αὑτῆς κακοῖσι — γελᾷς;* 867. *κἀπὶ συμφοραῖσί μοι γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο* 1221. *συμφοραί* enim *laetam fortunam* dicunt, Orestis necopinatum reditum. *ὡς ἐπ' ἄτῃ — στέναζε* 1290. *χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς* inc. XI. 2 (665 D.). Sic interpretandum *πῶς ἐπὶ τοῖς φθιμένοις ἀμελεῖν καλόν;* El. 230 m. item *κἀπὶ Κορυβάντεσσι χορεύσατε* inc. LXXI. 1 (740 D.). Est enim *ἐκ Κορυβάντων κάτοχοι*, *propter* furorem Corybanticum. Ita explicandum *ᾐσθόμην βοὴν Ἀτρειδῶν τῷδ' ἐπ' ἀλκίμῳ νεκρῷ* Ai. 1298., quod proprie de assistentibus dictum simul causam litigandi indicat. — 7. Sed ab altera significatione locali, *quietis in loco indice* deflexum est tralate, quod *ἐπί*, ut *ἐν*, *rei statum et conditionem* ponit, quo quis certis factis utitur. *φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ* Phil. 151 ch. i. q. *σοὶ καιρίως*: sed potest hoc primae significationi figuratae actionis aliquo spectantis accenseri. *ποιμὴν γὰρ ἦσθα κἀπὶ θητείᾳ πλάνης;* Oed. R. 1029 i. q. *θητεύων ἐπλανῶ*. *τάδε δὲ μελόμεν' ἐπ' ἐλπίσιν (ἔχομεν)* Trach. 947 ch. i. q. *ἐλπίζομεν ὁρᾶν*. Tamen hoc dissimile ceteris. *Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι — παρασταθήτω* Oed. Col. 1270. *comes esto, quidquid feceris.* *κἀπ' εὐπραξίᾳ μέμνησθ' ἐμοῦ* 1551. i. q. *εὐπραγοῦντες*. *μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ ξένον ἐκκατανύσαι μόρῳ — νεκρῶν πλάκα* 1557 ch. i. d. *βαρεῖ μόρῳ χρώμενον*. *θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις* Ant. 88. Cf. Aesch. Prom. 692. ab Hermanno collatum. Utitur Sophoclis sententia Eust. p. 1140, 28. 1407, 48. *νεαραῖσι — ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ* Ant. 158 an. *φιλεῖ γὰρ ἡ δύσκλεια — νικᾶν ἐπ' αἰσχροῖς ἢ 'πὶ τοῖς καλοῖς πλέον* Epig. I (194 D.). *in turpi causa*, sed malis fortasse ut *turpitudo inde consequatur.* *οἱ ποντοναῦται — λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς παραῤῥίπτοντες* Scyr. IV. 4 (499 D.). *spe incerta eventus.* Sic etiam intelligo *οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι;* Oed. R. 1517. *qua lege*, v. Brunck. — 8. Deinde *ἐπί* de *rebus* dicitur *cum nostris aliquo modo coniunctis et sociatis.* *Penes* interpretamur: *μὴ 'πὶ τῷδ' ἔστω τάδε* Phil. 991. *ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;* Oed. Col. 66. *Secundum*: *ἐπὶ προφάσει θηρός* Trach. 659 ch. *ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις* Ant. 552. *non ita, ut te non ante mo-*

nuerim, v. Herm. *λέγεις Ἀτρείδαις ὄφελος ἢ 'π' ἐμοὶ τάδε;* Phil. 1370. *secundum Atridarum commodum*, v. Herm. — 9. Denique ab *imponendi* potestate deflexa significatio *rei aliis insuper additae*. *κἀπὶ τοῖσδε τὴν χάριν ταχεῖαν — προσθεὶς* Tr. 1242. Non abundat praepositio, non magis quam si Latine dixeris *adde insuper* s. *praeterea*. *δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον* Oed. Col. 550 m. *πήματα — ἐπὶ πήμασι πίπτοντα* Ant. 590 ch. Cf. Valck. ad Phoen. 374. Aliquo modo ab his differt *αἰὲν ἐπ' ἤματι* Oed. Col. 694 ch. Schol. non recte *ἀεὶ καθ' ἡμέραν*, significatur enim, si accuratius inspexeris *die post diem*, altero alterum insequente.

C. *Cum accusativo.* 1. Propria et primitiva vis illa est, ut *finis eundi* vel *quem itinere faciendo assequimur* ita efferatur. *σεῦται — ἐπ' οἴκους* Trach. 643 ch. *ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ ναῦν* Phil. 622. *ξένην ἐπὶ — γαῖαν ἐμπορεύσεται* Oed. R. 455. *ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομάς* 761. *εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλόν* 898 ch. *δαιμόνων, ἐφ' ἃς τὸ πρῶτον ἵκου* Oed. Col. 467. *ἑσπόμην — πεδίον ἐπ' ἄκρον* Ant. 1182. *ἦ — κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο;* Ai. 48. *ὡς ἂν ποταθείην — ἐπ' οἶδμα λίμνας* Oenom. IV. 3 (423 D.). *κἀπὶ πόντον ἔρχεται* Phaedr. IV. 3 (607 D.). *ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονός* inc. XCIII. 1 (655 D. inter Orithyiae reliquias posuit). Referendum huc quanquam cum figura dictum *φρενόθεν γ' ἐπὶ ἀριστερὰ ἔβας τόσον* Ai. 182 ch. — 2. Saepe non minus bene *genitivus* convenit, assecutos esse nos, quo tetenderimus, significans. *κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην βάθρον τόδε* Oed. Col. 100. *εἴτ' ἄκραν ἢ 'πὶ γύαλον — ἑστίαν ἁγίζων* 1489 ch. — 3. Ut *consilium suscipiendi* aliquid dativo, ita *quod assequi studemus* accusativo profertur. Indistincte egit Valck. ad Herod. VII. 93. *ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν* Phil. 43. *αὐτός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ' ὁ Τυδέως τε παῖς ἔστελλον* 566. *ἐπὶ τοῦτον ἄνδρε — διώμοτοι πλέουσιν* 587. *ἐπὶ τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα πέμψασθαί τινα* Oed. R. 555. *ad arcessendum eum*. *ἐπὶ τάνδ' ἄρ' ἄκοιτιν τίνες — κατέβαν* Trach. 502 ch. *ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον* Ant. 357 ch. *ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει* 364 ch. Finitimum illi usui est, cum quis *faciendo aliquo procedere* dicitur. *κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι* Oed. R. 265. *προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους* Ant. 847 ch. *ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι* El. 138 ch. Dicturus *ἔρχει* substituit *στενάχουσα διόλλυσαι*. *λέγ' ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις* Oed. Col. 217 m. Adsignificatur *hostilis impetus*, de quo genere dixit Valck. ad Phoen. 79. *πελασθῆναι — ἐπὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν* Oed. R. 215 ch. *ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρῴσκει — ὁ Διὸς γενέτας* 469 ch. *ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα* 494 ch. *ad convellendam*. *νύκτωρ ἐφ' ὑμᾶς δόλιος ὁρμᾶται μόνος* Ai. 47. *ἦ ῥά σε — Ἄρτεμις ὥρμασε — ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας* 175 ch. *ἄτας οὐδὲν*

ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον Ant. 582 ch. His diversum est ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα πεφάνθαι μ' ἂν Oed. R. 692 ch. ἀτυχῆ ἐπὶ τὰ συνετά gl. Affert Suid. v. παραφρόνιμον, ubi ἐπιφρόνημα legitur, in cod. autem Leid. ἐπὶ φρόνημα. — 4. Hinc adverbiascentes locutiones sunt. ἡ δ' ἐμὴ νόσος ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται Phil. 259. δαίμων — ἡμῖν δὲ ἀποῤῥεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται El. 988. inc. LVI. 1 (713 D.). ἐπὶ πλείω θρῆνον ἐγείρετε Oed. Col. 1774 an. nisi tmesin dicas esse. v. πολύς. — οὐ κάτοιδα πλὴν ἐπὶ σμικρὸν φράσαι El. 406. cod. Aug. b. et marg. Turn. ἐπὶ σμικρῷ, in Lips. a. ante correctionem fuit σμικρῶν, sed locutio a *progrediendi* notione ducta. Temporis notione praedictum est οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν Trach. 1118. *hodie factis.* Adverbiascunt etiam illa quae *rationem alicui cum aliqua re intercedentem* indicant. ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην Ant. 880. Fortasse etiam illud ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα Oed. R. 692 ch. sic explicueris, quae formula *nescium rebus sapienter utendi* indicat. — 5. Cum *vertendi* vel *attribuendi* vi coniunctum est τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας Ant. 1301 m. *nunquam a me in alium illa culpa transferetur.* Schol. cetera bene explicans τίς subaudiri iubet, quo nec opus est, nec fieri id potuit. — De usu praepositionis illud notandum quod compositorum in unam sententiam membrorum alteri inseritur communiter simul ad prius referenda. ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομάς Oed. R. 761. v. Erf. ad v. 721. ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει Ant. 363 ch. cf. Herm. l. c. de ell. et pleon. p. 204. Opusc. t. I. et ad Vig. p. 853. Brunck. Ind. Aristoph. v. *Praepositiones.* Schaef. ad Phoen. Pors. 372. Reisig. Coni. in Arist. p. 241. C. Matthiae Qu. Soph. p. 161. et omnium fontem Bentleium ad Hor. Carm. III. 25, 2.

*Ἐπιβαίνω 1. Proprie *ingredior* et *accedo.* σὲ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντα Ai. 144 an. ἅλιον ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν 351 m. de nautis. ἐπίβαινε πόρσω Oed. Col. 175. — 2. Hinc tralata sunt τῆς εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες Oed. Col. 189 an., quod Eust. p. 713, 31. interpretatur εὐσεβοῦντες satisque firmavit ipse poeta versu δόξης ποτὲ τῆσδ' ἐπιβάντες Phil. 1449 an. Sed velut hoc proprie significat *id spei attingentes*, ita non dixerim, ut Hermannus, nugas agere scholiasten Oed. Col. l. c. scribentem ὅπου ἂν εὐσεβῶς πατοῦντες. Nam ab *ingrediendo loco religioso* haud dubie orta locutio. Diversissima comparat Musgr. ad Oed. R. 762. ed. Erf., quae illam a locis sacris tralationem cum non habeant, proferri non debuerunt, quanquam nec Hermannum offenderunt, nec C. Matthiaeum Qu. Soph. p. 148. — 3. Alia tralatio est de *invadente malo.* τὰ δὲ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη Phil. 194 an., quod tangit Eust. p. 330, 1. cf. Stanl. ad Aesch. Pers. 914. Herm. ad Eur.

Iph. Taur. 826. *σὺ δ' ὅταν πληγῇ Διὸς ἢ ζαμενὴς λόγος ἐκ Δαναῶν κακοθρόους ἐπιβῇ* Ai. 138 an., quos versus affert Suidas v. *ζαμενής* et *κακοθρόους*. Paulo aliter dictum est *ἄλεκτρ' ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήματα* El. 483 ch. *Accidisse, factas esse* nuptias dicit. Schol. unus ad *Ἐρινὺν* refert, quasi *ἐπιβαίνειν* sit *ἀγαγεῖν*, alius dicit *ὅτι ἐπέβη γάμοις ἡ Κλυταιμνήστρα, οἷς οὐκ ἔπρεπε*, tertius denique rectius *τὰ συναλλάγματα τῶν γάμων — ἐπέβη οἷς οὐ θέμις, ἤγουν ἐτελέσθη ὑφ' οἷς* (scr. *ὧν*, aut *οἷς* sine praepositione) *οὐκ ἔννομον*. Ceterum *ἐπέβη* Suidas dorismi obliterator perpetuus v. *ἄλεκτρα* et Zonaras p. 130.

Ἐπιβάλλω. Proprie *impono. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' — ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας* Trach. 128 ch. Ald. et libri quidam, in quibus Laur. a. *ἐπέβαλλε* contra versus numerum. Tralate *inicio mentionem. ἐπέβαλες οὔποτε καταλύσιμον — ἁμέτερον οἷον ἔφυ κακόν* El. 1238 m. Affert v. 1238 —41. Suidas v. *ἀνέφελον*.

Ἐπιβλέπω invideo. τύχαις ἐπιβλέπων Oed. R. 1526. v. Herm.

Ἐπιβουλευτής insidiator. τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ ξύναιμον ἀποκαλοῦντες Ai. 713.

Ἐπιβουλεύω insidior. ὅταν ταχύς τις οὑπιβουλεύων λάθρᾳ χωρῇ Oed. R. 618.

Ἐπιβρόντητος vesanus. ὁ στρατηγὸς οὑπιβρόντητος Ai. 1365. Affert Suidas v. *ἐπιβρόντητος, ἐμβρόντητον* explicans.

Ἐπιγιγνώσκω cognosco, animadverto. ὅπως μήτηρ σε μὴ 'πιγνώσεται φαιδρῷ προσώπῳ El. 1288. *νῦν ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλοῦντα* Ai. 18. *ἐπέγνω μανίαις ψαύων τὸν θεόν* Ant. 950. Eust. p. 219, 36. 725, 56. *ψαύων* pro infinitivo dictum insolentius putat; sed melius iunguntur *ἐπέγνω τὸν θεόν* cum Hermanno, *numen dei agnovit*.

Ἐπιδείκνυμι commonstro. ἀλλὰ κἀπέδειξαν οὐ λόγῳ μόνον El. 1445. Fortior sententia erit, si non ab *ἀποδείκνυμι* sed ab *ἐπιδείκνυμι*, *praesens praesenti commonstro* repetitur. Sed de Oed. R. 1405. v. *ἀποδείκνυμι*.

Ἐπιδεῖν v. *ἐφοράω*.

Ἐπίδημος divulgatus. ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα Oed. R. 494 ch. sunt, quae de Oedipo iratus fuderat Tiresias.

Ἐπιδραμεῖν v. *ἐπιτρέχω*.

Ἐπιεικές aequus. τό γ' εὐσεβὲς μόνοις παρ' ὑμῖν εὗρον — καὶ τοὐπιεικές Oed. Col. 1129. *ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν ᾔδει* inc. LII. 2, (709 D.) de Orco deo.

Ἐπιζέω uro. ἄμμιγά νιν αἰκίζει — δολόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα Trach. 837 ch. de veneno exedente.

*Ἐπιζώστρα *zona*. Pollux. VII. 68. ὅ τε τῆς Ἀμαζόνος ζωστήρ, καὶ ἡ ἐν τοῖς Σοφ. Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. λέγει γοῦν· ἔχοντας εὐζώνους ἔστασαν ἱματίων ἐπιζώστρας. Scribendum ἔχοντες. Sed fabulae nomen dubium nec aliunde notum (216 D.).

Ἐπίηρα. Pluralis solus in usu ἅπαξ εἰρημένος, *grata* significans. ἐπίηρα φέροντα Oed. R. 1094 ch. Homeri imitator Sophocles ita locutus. τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν μεγάλην, ἢ ἐκ τῆς περιουσίας Hesychius explicat ex Antimacho poeta, et Suidas priorem dictorum partem retinens addit οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τοῦ ἕνεκα. Cf. Heyn. ad Hom. Il. α. 578. nondum mihi persuasit Buttmannus ἐπὶ ἦρα scribendum esse Lexil. vol. I. p. 152.

Ἐπιθυμέω *cupio*. τὸ μὴ 'πιθυμεῖν — περισσὰ δρᾶν Trach. 614.

Ἐπιθυμίᾱμα *suffimentum*. τάδ' ἐν χεροῖν στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα Oed. R. 913. Affert Suidas v. δοξάσαι.

Ἐπῑθύνω *rego*. οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν τούτων (τῶν τόξων) κρατύνειν μηδ' ἐπιθύνειν χερί Phil. 1048.

* Ἐπικάω s. ἐπικαίω v. ἐπίκειμαι.

Ἐπίκαιρος *opportunus*. ἃ μὴ 'πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα Oed. R. 875 ch. *idoneus*. τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων θέσθ' ἐπίκαιρον Ai. 1385 an. Triclinius iungit τρίποδα λουτρῶν. Melius Musgr. λουτρῶν ἐπίκαιρον, i. e. καιρὸν ἔχοντα λουτρῶν, *idoneum lavacro*. Schol. Pal. adverbiascere ait pro ἐπικαίρως dictum.

† ** Ἐπίκειμαι. Hoc verbum redonandum Sophocli puto fr. inc. XXXVII. 1. (695 D.), ubi ex Taenario Hercule haud dubie desumpta particula legitur ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην. Nec ἐπικαίεσθαί τινι aliunde constat, nec commodo sensu praeditum est, nec si significet καίεσθαι, *amore ardere*, in Herculem quadrat amorem Satyri excitasse, cuius illa verba esse ex diserto Athenaei testimonio discitur p. 23, d. At de *accubantibus* sermo: v. ἀνάκειμαι, scribendumque ἐπικείμενος: sed de verbis in versum redigendis cogitari non debet.

Ἐπικινδύνως *periculose*. ὡς πάντα δεινά, κἀπικινδύνως βροτοῖς κεῖται Phil. 500. *plena sunt discriminum*. De recta distinctione v. Herm. Affert hunc versum cum aliis quinque Suidas v. ἀκροσφαλεῖς et v. θἄτερα.

Ἐπίκλημα *crimen*. κεἰ μὲν φοβεῖται τοὐπίκλημα Oed. R. 227. gl. κατέγκλημα, κατηγορία. Hinc ἐπίκλημα commemorat Eust. p. 1053, 27. ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου Oed. R. 529.

Ἐπίκοτος. ἐπίκοτα, ἐπίμομφα, ἃ πᾶς τις ἂν μέμψαιτο. Hesychius ex Nauplio καταπλέοντι VII. 3 (386 D.).

Ἐπίκουρος opitulator. εἶμι — Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων Oed. R. 496 ch. De Musgravii emendatione ab Hermanno recepta ἐπίκουρος pro ἔπι κόρος s. ἐπίκορος, v. ἰσοτέλεστος.

Ἐπικουφίζω allevo. σὺ δὲ πατρὸς — πλευρᾶς σὺν ἐμοὶ — ἐπικούφιζε Ai. 1390 an.

Ἐπικραίνω perficio. δαίμων, ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν Phil. 1454 an. ἐπικρανεῖς, ἐπιτελεῖς, ἐπιμελήσῃ. Hesychius.

Ἐπίκρουμα. ἐπίπληγμα ἢ ἐπιχάραγμα, διὰ τὸ παρωνομάσθαι τῷ ἔργῳ. Hesychius addito ἐπίκρουμα χθονὸς Ἀργείας ex Inacho X. 9 (270 D.). τῷ ἔργῳ Toupius τῷ Ἄργῳ corrigebat Ep. Cr. p. 177., sed nec hoc quid sibi velit accurate demonstrari potest, nec quod Brunckius senarii finem hunc esse dicit: ἐπικρούματ' Ἀργείας χθονός. Vel de terra *baculo ferienda* intelligendum cum Abreschio ad Aesch. Agam. 210., vel de *saltando pulsanda*, et in Hesychii verbis subaudio τὸ ὄνομα, διὰ τὸ ἔργῳ παρωνομάσθαι τὸ ὄνομα sc. τοῦ ἐπικρούματος, τῷ ἔργῳ sc. τῷ ἐπικρούειν. De saltante autem ut accipias fortasse momentum facit schol. Aesch. Prom. 576. Argum canentem in Inacho a Sophocle produci testatus.

Ἐπικρύπτω occulto. κἀπικρύψασθαι κακά Aload. XI. 12 (109 D.). F. rectius ἀποκρύψασθαι, quod Brunckio placuit.

Ἐπικτάομαι adquiro. Tralate ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι Ant. 839 m. gl. λαμβάνω. Est ἐπιμαρτύρομαι. Scriptura scholiastae memorata ἐπιβοῶμαι metro adversatur.

Ἐπικτείνω iterum occido. τίς ἀλκὴ τὸν κτανόντ' ἐπικτανεῖν; Ant. 1017. De sententia v. Dorvill. ad Char. p. 252. Brunck. ad Philoct. 946.

Ἐπίκτησις lucri accessio. καλὴ γὰρ ἡ 'πίκτησις Phil. 1328. Praeter sanationem enim laudem erat consecuturus. κτῆσιν interpretatus scholiastes errat.

Ἐπικυρόω iubeo (perficio). ἤκουσεν ὧν δεῖ (ἡ Νέμεσις) κἀπεκύρωσεν καλῶς El. 783.

Ἐπικωκύω illacrimor. ἐπικωκύω πατρὸς — δαῖτα El. 275. Affert schol. Eur. Phoen. 1612. M. ἆρ' ὑμῖν — δακρῦσαι κἀπικωκῦσαι δοκεῖ τὸν υἱόν —; El. 795.

Ἐπικωλύω impedio. τίς ἔσται μ' οὑπικωλύσων τάδε Phil. 1226. Verbum rarum: v. Herm.

Ἐπιλαγχάνω insuper nanciscor. τό τε κατάμεμπτον ἐπιλέλογχε πύματον ἀκρατὲς — γῆρας Oed. Col. 1237 ch. *accedit*, proprie *sorte nacta senectus est, ut accedat.* Exposuit sententiam Eust. p. 790, 62.

Ἐπιλαμβάνω capio. οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ Ant. 728., quasi *facinoris faciendi insania correpta.*

Ἐπιλήθομαι obliviscor. γονέων ἐπιλάθεται El. 143 m. μήθ' — ὑπεράχθεο μήτ' ἐπιλάθου (χόλου) 172 ch.

Ἐπίληπτος deprehensus. καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ἡρέθη Ant. 402. συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε αὐτήν schol. ἐ π ί λ η π τ ο ς, καταφανής Hesychius, cuius v. intpp. Sceleris manifestam deprehensam dicit.

Ἐπίλοιπος reliquus. τἀπίλοιπα τῶν λόγων Phil. 24.

Ἐπιμάσσασθαι. ἐ π ι μ ά σ σ ε τ α ι, ἐπαύξεται ἐπὶ πλέον. ἀπὸ τοῦ μ ά σ σ ο ν ο ς, ὅ ἐστι μακροτέρου. οἱ δέ, ἐφάψεται, ψηλαφήσει. ἢ οἷον οὐ λιμώσσει ἀλλὰ καὶ προςεπιμάσσεται πλείω. Hesychius ex Capt. VIII. 13 (53 D.). Postrema recte emendavit Reiskius λ ι μ ώ ξ ε ι et π ρ ο ς ε π ι μ α σ ή σ ε τ α ι scribendo. In tanta veterum de voce ambigua incertitudine non definiam ἐπιμάσσομαι verbum unquamne fuerit, quod a μάσσων utique duci non potuit, an ad ἐπιμαίομαι referendum sit.

Ἐπιμαστίδιος lactens. ἐπιμαστίδιον γόνον inc. CV. 180, 2 (962 D.).

Ἐπιμελής diligens. ἐπιμελεστέρα ψυχὴ κατέστη Oenom. I. 1 (419 D.).

Ἐπιμέμονα cupio. ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν Phil. 511. sc. πορεύεσθαι. Corrupte libri ἐπεὶ μέμονεν, Flor. Γ. ἐπεὶ μέμηνεν. Illud est a Tricl.

Ἐπιμέμφομαι reprehendo. ὧν ἐπιμεμφομένα σε Trach. 122 ch. Codd. Flor. Harl. et Aldus ἐπιμεμφομένας.

Ἐπιμένω maneo, exspecto. τίς ἄρα με πότμος — ἐπιμένει; Oed. Col. 1716 m. Librorum hanc scripturam quamvis difficilem in ea totius sententiae ambiguitate non oportebat mutare Hermannum ἐπαμμένει scribendo. μὴ 'πιμεῖναι τοὐμὸν ὀξῦναι στόμα Trach. 1166.

Ἐπιμιμνήσκω admoneo: pass. memini. μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι Τροίας Phil. 1386.

** Ἐπιμολεῖν incessere. In Trach. 852 ch. libri Brunckiani κέχυται νόσος οἷον ἀναρσίων οὔπω ἀγακλειτὸν Ἡρακλέα ἀπέμολε πάθος οἰκτίσαι. Sed edd. vett. codd. Harl. Flor. Ἡρακλέους ἀπέμολε. Edd. Turn. Steph. Ἡρακλέ' ἐπέμολε, partim ad vitandum intolerabilem hiatum, et ἐπέμολε etiam Triclinius. Ἀπέμολε non magis Graecum est quam aveuire Latinum, etsi explicat schol. ἀντὶ τοῦ ἀ π ο μ ό λ ο ι, οἷον οὐδέπω ἀπὸ τῶν πολεμίων γένοιτο. Sensum postulare quale ne ab hostibus quidem insigne malum Herculi miserandum accidit perspicuum est. Qua de re transposito ἀγακλειτόν et recepto librorum Ἡρακλέους Hermannus scripsit οὔπω Ἡρακλέους ἀγακλειτὸν ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.

Ἐπινίκιος quod victoriae est. ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια El. 682. praemia. ἐπινικίῳ σθένει Oed. Col. 1090 ch. vulgatur. Sed cod. Laur. a. ἐπινικείοις Par. F. ἐπινικείῳ, unde Herm. ἐπὶ νικείῳ. Illud mensurae epitritorum non minus quam sermonis usui adversatur, qui ἐπινίκιος de eo, quod victoribus tribuitur, dici postulat.

'Επινίσσομαι accedo (superfundor). *Κηφισὸς — ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται στερνούχου χθονός* Oed. Col. 695 ch. de aqua irrigando agros laetificante. Quod olim dubitatum aut perinde habitum est *νίσσομαι* an *νείσσομαι* scribatur, expediit Herod. *π. μον. λέξ.* p. 40, 25. Verba enim illa in margine codicis scripta etsi non ab ipso Herodiano illo loco posita videri possunt, certe cum aliorum doctorum praeceptis conspirant et antiquam et probam doctrinam continent; cf. *κρείσσων*.

'Επίνοια cogitatio posterior. ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην Ant. 385. De sententia, quae non est alia quam tritum illud *αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι*, v. praeter Erf. l. c. Dorvillium ad Char. p. 220.

** *'Επινύμφειος* v. *ἐπινυμφίδιος*.

'Επινυμφίδιος nuptialis. ἐπινυμφίδιος ὕμνος Ant. 808 m. *οὔτε νυμφίδιος* corrigebat Herm. El. D. M. p. 564. prope verisimilius *οὔτ' ἐπινύμφειος* Dind. praef. poet. Scen. p. XVII. suadente utrumque versu Glyconio.

'Επινωμάω adduco, intransitive dictum *accedo. τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα μέγας Ἄρης* Ant. 139 ch. *alia aliis intulit varia pugnae fortuna.* Ambiguum est *οὐδέ τιν' αὐτῷ παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν* Phil. 168 an. Schol. *ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ*, interpretatus *ἐπινωμᾶν* verbo *ἐξευρίσκειν*, quod Hermannus sequitur, de *circumspiciente, in animo versante* intelligi volens. Scribendum videtur *αὑτῷ* cum Brunckio et Schaefero, quibuscum conspirare videtur Flor. *Γ.; ἐπινωμᾶν* autem quin intransitiva *accedendi* significatione praeditum sit *νωμᾶν* fr. XXIII. 11. (678 D.) et *προσνωμᾶν* Phil. 709. dubitare non sinit. Cf. Lobeck. ad Ai. 604. C. Matthiae Qu. Soph. p. 109.

* *'Επινωτίζω* iniuria tribuitur Sophocli. v. Intpp. Hesychii v. *ἐπενώτισεν*.

'Επιξενόω. ἐπιξενοῦσθαι πορεύεσθαι explicat Hesychius ex Synd. IX. 4. (158 D.) et Cressis Aeschyli. Sed videtur potius *peregre abesse* explicandum.

'Επιπείθω. Medium quod vocant *obsequi* significat. *εὖ παραινεῖς κἀπιπείσομαι* El. 1464.

'Επιπέλομαι insto. νέφος ἐμὸν ἀπότροπον ἐπιπλόμενον ἄφατον Oed. R. 1314 m. de sua calamitate Oedipus.

'Επιπλα supellex. τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἔπιπλα λέγουσι, τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Harpocr. v. *ἔπιπλον* ex Atham. II. 3 (7 D.).

'Επιπλήσσω castigo. κἀγὼ 'πιπλήσσω καὶ λέγω Ai. 281. *τί τόδ' ἐπέπληξας;* Oed. Col. 1727 m. Castigarat Ismene Antigonen sepulcrum patris invisere cupientem.

'Επιπνέω anhelo. ὃς (Capaneus ignifer) τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων Ant. 136 ch. Similia contenderunt Musgr. et Erf.; copiosius illustrarunt Abresch. Anim. ad Aesch. Eum. 909. Valck. ad Eur. Hipp. 563. inprimis Iacobs. ad Callistr. Stat. p. 684.

'Επιπόδιος quod pedi inditur. πέδας — ἐπιποδίας Oed. R. 1350 m.

'Επίπολος minister. σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος Oed. R. 1323 m. Affert de vocabulo disserens Eust. p. 642, 41. De accentu v. ἀμφίπολος.

'Επίπονος aerumnosus. Ἄρης — ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν Trach. 651 ch. ambiguum de Herculisne laboribus an de Deianirae sollicitudine dicatur: hoc scholiastae placet et propter sententiarum nexum probabile est. ἐπίπονον λατρείαν Trach. 826 ch. ἐπιπόνῳ — μόρῳ Oed. Col. 1557 ch. Laur. b. Par. B. Vat. edd. vett. ἐπίπονα, quod adverbialiter dictum foret. Laur. a. Par. F. ἐπιπόνω. Par. T. Farn. ed. Turn. Triclinium sequentes ἐπὶ πόνῳ.

'Επιῤῥάσσω irrumpo, ingruo. ἤ τις ὀμβρία χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα Oed. Col. 1499. Suid. v. ὀμβρία perperam transpositis verbis haec affert.

'Επιῤῥήσσω irrumpo. πύλας ἐπιῤῥήξασ' ἔσω Oed. R. 1244. gl. κλείσασα. Sensus est: *vi et impetu ab interiore parte occludens.* Hesychius ἐπιῤῥήσσει, ἐπικλείει explicat.

'Επιῤῥοθέω fremo, laete et cum plausu: χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπιῤῥόθει inc. XLII. 1 (700 D.). Probabili coniectura Brunckius ad Achillis Amatores refert, quibus Peleus narraverit, qua arte sit Thetide potitus. — Sed *conviciis lacessendi* vis inest: πολλὰ μὲν λόγοις ἐπεῤῥόθησε Trach. 263. σφοδρῶς ὕβρισε schol. cf. Blomf. gl. Aesch. Sept. 7.

'Επίῤῥοθος strepens convicio. κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιῤῥόθοις κακοῖσι Ant. 409. Sed *convicio s. vituperatione dignum* et *probrosum* significat αἱ δ' εἰς ἀήθη δώμαθ', αἱ δ' ἐπίῤῥοθα (διεμπολώμεθα) Ter. VII. 10. (517 D.) de enubentibus mulieribus dictum. Huc facit glossa Hesychii ἐπιῤῥόθητα, ἐπίψογα. Nam ἐπίῤῥοθον et illi et Suidae explicatur ἰσχυρόν, ἐπίκουρον, βοηθόν, quasi ab ἐπιῤῥώννυμι ducatur.

'Επιῤῥώννυμι firmo. κείνοις δεῖν' ἐπεῤῥώσθη λέγειν Oed. Col. 667. impersonali ratione dictum est: *illis adeo crevit fiducia ut minarentur.* Attractionem hanc quomodo Doederlinus dicat ad v. 657., non dispicio.

'Επίσαγμα onus, molestia gravis. δεινόν γε τοὐπίσαγμα τοῦ νοσήματος Phil. 745. Libri τοὐπείςαγμα, praeter Ricc. Illud invenit Stephanus. Schol. ἡ ἐπείςοδος, ἡ προςθήκη, quae utriusque scriptura explicatio videri potest, quanquam ἐπείςαγμα *rem introductam*, non *introductionem rei* significare potuit.

Ἐπισείω. ἐπισειούσης, ἐπικελευομένης, ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἐπιχαλώντων Hesych. ex Synd. IX. 5 (159 D.). cf. ἐνσείω.

Ἐπίσημος insignis. βασιλεὺς — μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων Ant. 1243. μνῆμα, τὸν νεκρόν schol.

** *Ἐπίσιγμα.* ἐπισίγματα, ἐπικελεύσματα ex Atham. II. 4. (8 D.) Hesychius, cuius falsam scripturam ἐπισήγματα et alio loco ἐπιστήγματα ante Ruhnkenium correxere Palmerius et Salmasius. Ab ἐπισίζω verbo et canibus irritandis ductum: cf. Valck. ad X. Idyll. Theocr. p. 93. — ἐπισκαλάματα Hesychii explicationis causa adiectum ἐπισκαλώματα alii, Kusterus ἐπισταλάγματα emendarunt, ἐπιστάγματα sic explicatum esse censens. Scribo ἐπισκαλεύματα, a σκαλεύω πῦρ, quod ad ardorem incitandum videtur transferri potuisse et simul aptissimum est Palmerii invento ἐπισίγματα explicando.

Ἐπισκέπτομαι respicio. ὦ Θάνατε — νῦν μ' ἐπισκέψαι μολών Ai. 841.

Ἐπίσκηνος quod ante tentorium fit, inde *publicus.* μηδ' ἐπισκήνους γόους δάκρυε Ai. 576. Schol. et Suidas mire a theatro desumptum putant, μεγάλους ἢ ἀπρεπεῖς, οἵους ἐπὶ τῇ σκηνῇ interpretantes. Rectius Eust. p. 1129, 43. 1185, 36. Cf. Antig. 1232.

Ἐπισκήπτω. *Activum* proprie non dicitur. Tralate est *imponere, iniungere,* de iusso et mandato. ὑμῖν ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν Oed. R. 252. καί σοί γ' ἐπισκήπτω γε 1446. ὑμῖν κοινὴν τήνδ' ἐπισκήπτω χάριν Ai. 563. Afferunt Suid. v. ἀσπιδηφόροι et ἐπισκήψω, item Zonaras p. 842., ille σημειώσομαι, ἐπιστήσω τὸν νοῦν interpretatus. Cur χάριν, non ἐντολήν poeta dixerit, bene exponit schol. Pal. τοσαῦτ' ἐπισκήψαντος Trach. 800. κἀπέσκηψε — εἴρξαι Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι Ai. 739. Cum igitur cum infinitivo aut casu quarto rei, tertio personae dici soleat, quem agnoscit Gr. Bekk. An. p. 139, 29., solitarium est cum quarto casu personae dictum: τοσοῦτον δή σ' ἐπισκήπτω Trach. 1211. Firmavit hoc Brunckius ad Phil. 772. exemplo Euripidis Iph. Taur. 701. Est enim κατὰ τὸ σημαινόμενον ita dictum, pro ἐπαρῶμαι, ἐπιμαρτύρομαι, quorum altero ad explicandum verbum Hesychius utitur. — *Passivum.* αἰτίαν — πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων Ant. 1297. *affirmabaris culpam habere.* Propter eiusmodi exempla factum, ut lexicorum conditores ἐπισκήπτειν explicarent μέμφεσθαι, ἐπιτιμᾶν. Aldus ἐπισκήπτου. Minime considerate Ammonius p. 55. ἐπισκήπτειν verbis, ἐπιστεῖλαι scripto fieri ait.

Ἐπισκιάζω tralate occulto. λαθραῖον ὄμμ' ἐπεσκιασμένη 'φρούρουν Trach. 910. Ex occulto speculabatur, inde ὄμμα: male περικεκαλυμμένη schol. explicat.

Ἐπίσκιος obumbrans. ὀμμάτων ἐπίσκιον χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός Oed. Col. 1646. Affert Suidas v. ἐπίσκιος.

Ἐπισκοπέω inspicio: inde explorate cognosco. τὴν τελευταίαν ἰδεῖν ἡμέραν ἐπισκοποῦντα Oed. R. 1529. cf. Hermann. — *considero.* τί — ὧδ' ἐπισκοπῶν στένεις; El. 1175. Suid. v. ἐπισκοπῶν, καθορῶν explicans. — De Baccho deo Thebanorum populari et tutelari est Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς Ant. 1123 ch., quod affert Eust. p. 601, 36.

Ἐπίσκοπος. Substantive *custos, curator, speculator.* νυχίων φθεγμάτων ἐπίσκοπε Ant. 1134. Bacchus dicitur, quod ex Eur. Bacch. 159. illustravit Musgravius. σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι Oed. Col. 112. *speculatores.* εἴσ' ἑτοῖμοι τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι Ant. 217. — Adiective dictum: Τεύκρου βοῶντος ἄτης τῆσδ' ἐπίσκοπον μέλος Ai. 955. Non quadrat huc Hesychii glossa ἐπίσκοπα, τὰ τυγχάνοντα τοῦ σκοποῦ. Schol. σημαντικόν, ἔφορον, οὐχ ἡμαρτηκὸς τῆς συμφορᾶς, ἀλλ' ἐστοχασμένον. Hermannus ἐπιμελητικόν explicat et hic et Aesch. Eum. 906. ἔφορον scholiastae magis probo, τὸ ἀφορῶν πρός, *respiciens*, id est conveniens, ἐπιτήδειος, συνῳδός, ut Lobeckius. Versum negligenter retulit Suidas v. ἐπίσκοπον. — Iniuria quidam acutiores quam usus observantes scribebant ἐπισκοπός, quasi vocabulum compositum non esset: v. Aristarchum ap. schol. Il. κ. 38. coll. Lehrs. de Arist. Stud. Hom. p. 310.

Ἐπισπάω traho, comparo. πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος Ai. 756. Eodem sensu ἐπισπάσει, ἐπιτεύξεται Σοφ. Ἀτρεῖ ἢ Μυκηναίαις (vulg. Μυκήναις, fr. II. a. 145 D.), ap. Hesych. explicantem ἐπὶ τῶν τοῖς λίνοις λαμβανόντων, quae sic emendavit Casaubonus. Legebatur λήνοις, unde inani acumine Ληναίοις Heinsius, quasi de hirco Lenaeorum festo olim praemio poetis dato.

Ἐπισπεύδω propero. ἐπισπεύδειν τὸ δρᾶν El. 459. Erf. ἐπισπεύδει, ex Stob. Serm. XI. 9. anacoluthi specie deceptus: v. Herm. ad v. 72.

Ἐπίσταμαι. I. *Formae. praesens:* ἐπίσταμαι Oed. R. 284. Oed. Col. 737. 1123. Trach. 43. 540. 623. Ai. 663. El. 898. Dan. I. 1 (176 D.). ἐπίστασαι El. 619. Trach. 484. ἐπίσταται Phil. 668. Oed. R. 589. Oed. Col. 1010. Ant. 468. Ai. 856. inc. C. 6 (779 D.). ἐπιστάμεσθα Ant. 1079. Communis enim forma versui non convenit. ἐπισταίμην Ant. 682. Trach. 579. ἐπίστασθαι Oed. Col. 1205. Ai. 274. *Imperativ* duplex forma: utra uterentur, versus diiudicabat, quanquam Thomas M. ἐπίστω, inquit, κάλλιον ἢ ἐπίστασο: cf. Pierson. ad Moer. p. 19. Lob. ad Ai. 1123. ἐπίστασο Oed. R. 848. Ant. 305. Ai. 958. 1059. 1349. 1378. ἐπίστω Phil. 417. 563. 1224. 1309. Oed. R. 658. Trach. 182. El. 606. 1024. Vitiose ante Erf. ex libris scribebatur ἐπίστασο Ant. 398. Hermanni emendatio certissima ἐπίστασαι nunc cod. Laur. a. firma-

tur. — *imperf.* ἠπιστάμην Oed. Col. 931. ἠπίστασο El. 386. Ai. 1113. — *futurum.* ἐπιστήσει Oed. Col. 53. 291. Compositum verbum non esse docuit Buttm. Lexil. vol. I. p. 278. — II. *Usus.* 1. *Scire significat cuius rei cognitionem aut peritiam experiendo aut perspiciendo perceperis.* ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται Oed. R. 589. πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι — ἥκων Oed. Col. 737. ἠπιστάμην ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών 931. εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται σεβίζειν 1010. ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε — τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην 1123. οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν 1205. ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται Phil. 668. εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς Ant. 468. οὔτ' ἂν δυναίμην, μήτ' ἐπισταίμην λέγειν 682. ἐπιστάμεσθα μηπώποτ' αὐτὸν ψεῦδος εἰς πόλιν λακεῖν 1079. ἐπίσταμαι τε καὶ φράσω γ' ἡρμοσμένα Trach. 623. καὶ σὺ τοῦτ' ἠπίστασο A. 1113. εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο El. 386. οὐδ' ἐπίστασαι κλύειν 619. κακῶς — δρᾶν ἐπίσταται inc. C. 6 (779 D.). — 2. *Scire quomodo facias, a se impetrare.* ἐγὼ δὲ θυμοῦσθαι μὲν οὐκ ἐπίσταμαι νοσοῦντι κείνῳ Trach. 540. — 3. *Scire quae aliunde acceperis.* Huc maxime *imperativi* usus spectat. ἐπίστω τοῦτό γε Phil. 417. ὡς ταῦτ' ἐπίστω δρώμενα 563. ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο Oed. R. 848. καὶ ζῶντ' ἐπίστω Trach. 181. ὄλωλεν ἁνήρ — τοῦτ' ἐπίστασο Ai. 958. σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο 1059. *doceri te patere,* quanquam non minus bene *persuasum habe* interpreteris. Versum cum priore affert Eust. p. 111, 33. 399, 35. 667, 47. 1036, 13. respicit eosdem p. 493, 21. εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασο 1349. ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλὸς ὢν ἐπίστασο 1378. εὖ νῦν ἐπίστω τῶνδέ μ' αἰσχύνην ἔχειν El. 606. — ἐπεί γε μὲν δὴ πάντ' ἐπίστασαι λόγον Trach. 484. *audivisti.* κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγώ, μήτ' ἐκμάθοιμι 582., quod differt ab Ant. 682. est enim *nec doceri me patiar, nec addiscam.* ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως Ai. 663. *didici.* ὅσ' οἶδα κἀγώ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων Oed. Col. 53. πάντ' ἐπιστήσει 291. πάντ' ἐπίστασαι Ant. 398. ubi illud tritum nuntiorum πάντ' ἀκήκοας sensu aequat ἐπίστασαι. 4. Sed *persuasionis* et *firmiter existimandi* vim in his vide. εὖ νῦν ἐπίστω. πάντ' ἀκήκοας λόγον Phil. 1224. καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω 1309. ἄνακτ' ἄνακτι ταὔθ' ὁρῶντ' ἐπίσταμαι — Φοίβῳ Τειρεσίαν Oed. R. 284. non prohibeo tamen, si quis interpretetur *expertus scio.* ἐπίστω — ἐμοὶ ζητῶν ὄλεθρον 658. Affert hoc Suidas v. ἐπίστω. — εὖ τοῦτ' ἐπίστασο Ant. 305. ἐπίσταμαι — πῆμ' ἔχοντα Trach. 43. ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή Ai. 274. οὐκ ἔδρασα, τοῦτ' ἐπίσταμαι El. 898. — 5. Plane solitarium est κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος Ai. 856. Elmsl. Herm. ὥστε subaudiunt, ἐπίσταται ὥστε με συμμαθεῖν, quod ferri nequit, siquidem ἐπίσταται non potest dici pro ἐπιστάμενος ποιεῖ, id quod cumulate evicit vir summus in diss. de verbis gr.

serm. factitivis, quam mox in nova Aiacis editione legemus. Idem veteri explicationi διδάξαι et suffragium et argumenta addidit. Conabor tamen aliter explicare. Quid? si verbum de verbo interpretamur *nec ullus locus me sibi conscium esse scit*, i. e. *cum ipse solus sciat, me conscium arcani expertus non est?* Scilicet ἐπίσταται referendum non est ad locum quo Aiax versatur, sed ad scientiam de chori quaerentis aut notitia aut ignorantia.

Ἐπίστασις *mora*. ἴσχον φροντίδων ἐπιστάσεις Ant. 225. Schol. ἐνστάσεις. Probat hoc Wyttenb. ad Plut. de Recta Aud. Rat. p. 48. A. Significantior tamen Triclinii ratio est *accessionem* interpretantis: ἤγουν πολλαὶ φροντίδες ἐπέστησαν καὶ ἐπῆλθον ἐμοὶ ἀναχωρήσεως.

Ἐπιστατέω c. acc. *accedere*, *instare*. τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει Ach. Am. I. 2 (163 D.). — c. dat. *praeesse*. ποιμνίοις ἐπεστάτουν Oed. R. 1028. Memoriter affert Eust. p. 1398, 41. Praeterea Pollux III. 145.: τοὺς βραβευτὰς καὶ ἐπιστάτας ὠνόμαζον· ὅθεν καὶ τὸ βραβεύειν ἐπιστατεῖν Σοφ. (inc. CV. 89. 878 D.).

Ἐπιστάτης proprie *qui insistit*. Λίβυες ἁρμάτων ἐπιστάται El. 692. Hinc *qui praeest*. De *pastore*: αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις Ai. 27. De *numine tutelari*: τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ Oed. Col. 893. *Auctorem* et *suasorem* ab eo ductum, qui instat et urget opus, significare videtur καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνδράσιν μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης El. 76. Affert Suidas v. ἐπιστάτης et καιρός, priore loco scholiastae verbosam explicationem exscribens. Alter schol. ἐργάτην explicat, male quidem. ἐπιστάτην rerum gerendarum, sermonis esse διδάσκαλον, confidentius, ut solet, Ammonius affirmat p. 44.

Ἐπιστείβω *pedibus tero s. insisto*. ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον Oed. Col. 56.

Ἐπιστέλλω *iubeo*. νῦν ἐπιστέλλει — τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν Oed. R. 106. Suid. v. ἐπιστέλλω.

Ἐπιστενάχω *ingemo*. λυγρῶν πόνων ἱκτῆρες ἐπιστενάχουσιν Oed. R. R. 185 ch. Sic Aug. a. b. Flor. Γ. Δ. Laur. b. c. Perperam ceteri plerique ἐπιστονάχουσι. Brunckius ex Par. A. (membr.) ἐπιστοναχοῦσι, quod Bothio nuper elegantius sonare visum. Sed ea praesentis forma dubia fide est: v. Buttm. Lexil. vol. I. p. 214.

Ἐπιστένω *gemo*. πότερ' ἄρα — ἐπιστένω Trach. 943.

Ἐπιστέφω *libationem fundo*. χοὰς οὐκ ἄν ποθ', ὅν γ' ἔκτεινε, τῷδ' ἐπέστεφεν El. 433. Non satis scite Hesychius: ἐπιστέφει, κεραννύει. Satis certum, ut in ἐπιστεφής, ita in verbo *coronandi* vim nunquam inesse.

'Ἐπιστήμη *scientia*. τήνδ' ἐπιστήμην ἔχων Phil. 1046. τῇ δ' ἐπιστήμῃ σύ μου προὔχοις ἄν Oed. R. 1115. φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων Ant. 717. πάντα adverbiascit, *consummatam* scientiam indicans, ut τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ Trach. 337., quod Schaef. tuitus est contra Wakef. Erf. corrigentes χάρτ' ἐπιστήμην. — De tono generis v. Arcad. p. 110. 13.

'Ἐπιστήμων *peritus*. ἰατρὸς — οὐκ ἐπιστήμων κακῶν Ter. IV. 5 (514 D.).

'Ἐπιστολή. Solus pluralis *mandata* significans legitur. τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ τάχει 'πόρευσαν σὺν χρόνῳ Oed. Col. 1597. aquam lustralem poposcerat. λέγων ἐπιστολάς Trach. 493. σοὶ φέροντι τάσδ' ἐπιστολὰς φυλάσσειν Ai. 768. προςφάτους ἐπιστολάς Androm. III (130 D.). De *literis* non exstat. Bene Hesychius: ἐπιστολάς, ἐντολάς, ἐπιταγάς. Suidas ἐπιστολή, ἐντολή, ἐπίσκηψις. Cf. Stanl. ad Aesch. Prom. 3.

* 'Ἐπιστοναχέω v. ἐπιστενάχω.

'Ἐπιστρᾰτεύω *aggredior*, maxime *cum exercitu*, sed etiam *manu*. Sic dictum στρατῷ — βουλεύσας φόνον νύκτωρ ἐπεστράτευσεν Ai. 1035. sine casu pendente, nisi quis στρατῷ communiter ad βουλεύσας et ἐπεστράτευσεν referri vult. Usitatiore significatione altera accusativum adsciscit. Εὔβοïδα χώραν — ἐπιστρατεύειν Trach. 75. ἐπιστρατεύειν πατρίδα τὴν ταύτης 361. cf. Abresch. ad Aesch. Sept. init. et Valck. ad Eur. Phoen. 285 (= 292.).

'Ἐπιστρέφω. Transitive ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις; Trach. 1172. Musgravius φροντίζεις explicaturus frustra miratur, quidni media forma ea significatione usitata dicta sit. At vero explicandum *ingeris*, *inculcas*, dictum ab intorquentibus manu. — Intransitive *sese convertendi cum retrospectione* vim habet. χὠ Ζηνὸς εὐθὺς παῖς ἐπιστρέψας Trach. 563. — Passivum *converti* est et *mutari*. ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη Ant. 1098. Ex scholio Brunckius suspicatus est lectum fuisse δόξῃ et ἐπεστράφην, idque in Laur. a. b. Aug. repertum, item in marg. Bodl. — Medium *advertendi* et *rationem habendi vim* habet. τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' — ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν; Phil. 595. τοῦδε, i. e. Philoctetae. Μύνου τι ἐπιστρέφου γε Capt. VIII. 17. (57 D. Brunckius non habet) scribendum Μύνου γ' ἐπιστρέφου τι, *fac cordi tibi sit*. φροντίδα ποιεῖσθαι Hesychius, φρ. ποιεῖν Suidas explicat, hic quidem male. ἐπιστρέφομαι, ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι καὶ φροντίζω, μετὰ γενικῆς. Gr. Bekk. Anecd. p. 145. 21.

'Ἐπιστροφή 1. *conversio*. ὅθι δαΐων ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ τὸν χαλκοβόαν Ἄρη μίξουσιν Oed. Col. 1049 ch. Thebani enim abituri in Athenienses terga invadentes sese converterent necesse erat. — Tralatum

hinc μυρίων γ' ἐπιστροφαὶ κακῶν Oed. Col. 542 m. Suidas, ut scholiasta explicans συνελεύσεις, πλῆθος, συναθροίσεις, errat Aristophani tribuens. Ab abeundo et per vices redeundo sumptum esse apparet. — 2. *cura.* πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν Oed. R. 134. Cf. Matth. ad Eur. Iph. Taur. 654.

Ἐπισχολάζομαι *moror.* κοὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη Ichneut. II (296 D.). *non facit se exspectari*, provenit statim.

Ἐπιτάσσω *impero.* μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς Oed. Col. 843. ὅστις — τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ Ant. 660.

Ἐπιτηδεύω *colo* (accommodo me). ἐν τοῖς κακοῖς πολλή γ' ἀνάγκη κἀπιτηδεύειν κακά El. 301. i. q. θεραπεύειν.

Ἐπιτιμητής *reprehensor.* κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν Procr. I (478 D.). Hoc, quod inde Pollux retulit IX. 140. aliquoties ab Aeschylo et Euripide positum est: v. Abresch. An. ad Prom. 77. coll. Eust. p. 1629, 10. 1827, 45.

Ἐπιτίμιος. Pluralis nominis substantive dicti *honorem* significat. ἴστ' Ὀρέστου ταῦτα τἀπιτίμια El. 903. ornatum sepulcri Agamemnonis dicit. τἀγλαΐσματα scribi schol. observat, sed cum libris convenit Suidas v. ἐπιτίμια, interpretatus τὰ ἐπὶ τιμῇ τινος γενόμενα. — Item *mercedem.* δεῖξον ἀνθρώποισι τἀπιτίμια τῆς δυσσεβείας οἷα δωροῦνται θεοί 1374. Affert Suidas v. ἐπιτίμια et τἀπιτίμια, de sola poena dici affirmat Ammon. p. 56.

Ἐπιτρέχω *superfundor.* De tenebris ex undis hiscentibus et imo quasi mari per aequor fusis: ὅταν Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς Ant. 585 ch. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἐκ βάθους κινήσῃ τὴν θάλασσαν. τὰ γὰρ βαθέα μέλανα ἐκάλουν.

Ἐπίτριπτος *perditus.* ὁ ἐπιτριβῆναι ἄξιος Suidas ex Phryn. App. Soph. p. 40, 13. — ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου; Ai. 103. de Ulixe dictum, Aiaci viso detestabili. Memorant Suidas et Phavor. v. κίναδος, Thomas p. 535. Schol. Ar. Nub. 447. Eust. p. 481, 2.

Ἐπιτύμβιος *sepulcralis.* κἀπιτυμβίους χοὰς ἔδωκα Ant. 892. *iusta feci.*

Ἐπίφαντος *qui comparet*, inde *vivus.* τί με — οὐκ ὀλομέναν ὑβρίζεις, ἀλλ' ἐπίφαντον; Ant. 834 m. Cf. Valcken. ad Phoen. 1349., cuius minime absimilis vero suspicio apud Hermannum refertur, ἐπίφατον lectum esse Eustathio p. 1816, 12., sed id πρόσφατον explicari debuit.

* Ἐπίφᾶτος v. ἐπίφαντος.

Ἐπιφωνέω *nuncupo.* μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν θήκην — ἣν κεῖνος ἔχει Oed. Col. 1759 an. i. e. ἐπιφωνοῦντα προειπεῖν.

Ἐπιχαίρω *gaudeo.* σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω Ai. 136 an. Versum cum aliis retulit Suidas v. ζαμενής et κακόθρους. — οἱ δ' οὖν γελώντ-

των κἀπιχαιρόντων κακοῖς Ai. 940. Rectius de hoc verbo indicat Abresch. ad Aesch. Agam. 730., quam Valck. Anim. ad Ammon. lib. II. c. 1., qui sola *maligni gaudii* significatione dici sibi persuasisset secundum Ammon. p. 57. cf. Reisig. En. Oed. Col. p. CLXIX.

Ἐπίχαρτος laetabilis. ὡς ἐπίχαρτον τελέουσ᾽ ἀεκούσιον ἔργον Trach. 1252 an. Bene schol. Homericum illud ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ comparat. Quomodo Hemsterhusius senserit, qui scholiastae rationem damnat ad Theocr. Id. II. 20., non liquet.

Ἐπίχειρος merces. οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσα Ant. 814 an. ἐπίχειρα, ἀνταπόδοσις Hesychius. Potest hunc locum respexisse videri Etym. M. p. 367, 27., ἐπίχειρα, οἱ μισθοί scribens. Cf. Schaef. ad Bos. Ell. p. 304. Blomf. gl. Aesch. Prom. 327.

* *Ἐπιχερσεύω v. χερσεύω.*

Ἐπιχωρέω cedo i. e. veniam do. τὸ μὴ ᾽πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε Ant. 219. Laur. a. ab emendatore ἐπιχειρεῖν, quod deinde requireret ἀπιστοῦντας.

Ἐπιχώριος indigena. οὑπιχώριοι χθονός Oed. R. 939. ὑμεῖς — εἰδεῖτ᾽ ἂν οὑπιχώριοι 1046. De re: ἡ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὑπιχώριος Colch. IV. 1 (314 D.).

Ἐπιψάλλω fidibus accino. ἐπιψαλεῖν βίδην τε καὶ ξυναυλίαν Acris. XIV. 9 (79 D.).

Ἐπιψαύω attingo. τῶνδ᾽ ἐπιψαῦσαι Phil. 665. χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς κόπης ἐπιψαύουσαν; 1239. σε — τάφου μὲν ὀκνῶ τοῦδ᾽ ἐπιψαύειν ἐᾶν Ai. 1373. γῆς ἐπιψαύσαντα Tymp. I. 2. (563 D.) de navigantibus in terram eiectis.

Ἔποικος accola. ἔστ᾽ ἔποικος, ὃς φράσει Oed. Col. 507. Sed *μέτοικον* s. *μετανάστην*, ut Homerus loquitur, cum contemtu quodam adsignificato indicat ἅπερεί τις ἔποικος El. 182. Affert Suidas v. ἀναξία et οἰκονομῶ.

Ἐποικτείρω commiseror. ἔοικα — ἐποικτείρειν σε Phil. 318. οὔτ᾽ ἐποικτείρειν τινά sc. τούτους 1304. οὐ τὸ τοῦδ᾽ ἐποικτείρω στόμα Oed. R. 671. ἐποικτείρω δέ νιν Ai. 121. ὥς σ᾽ ἐποικτείρω πάλαι El. 908. ὡς ὁρῶν σ᾽ ἐποικτείρω πάλαι 1190. — μ᾽ ἐποικτείρας Oed. R. 1473. ἴσθ᾽ ἐποικτείρας El. 1191. — κοὐκ ἐποικτερεῖτέ με Phil. 1060.

Ἐποικτίζω commiseror. θέαμα — οἷον καὶ στυγοῦντ᾽ ἐποικτίσαι Oed. R. 1296. Illustrat ex Ai. 924. Tyr. XV. Brunckius.

Ἕπομαι. I. *Formae.* ἕπει El. 28. ἕπονται Oed. R. 471 ch. ἕπεο Oed. Col. 178 m. bis. ἕπεσθε 1539. ἕπεσθαι Oed. Col. 740. 1430. inc. XIX. 2 (674 D.). — ἕψεται Ai. 801. ἑψόμεσθα El. 245. — ἑσπόμην Ant. 1181. Trach. 560. 1063. — II. *Usus.* 1. De significatione *sequendi*

satis constat, sive incedentem sequimur, aut consilium praemonstrantem. Illud exstat Trach. 560. Oed. R. 471. Oed. Col. 178. 740. 1430. 1539. Ant. 1181. Hoc El. 28. 245. Traducta inde *obsequendi* vis. *νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν* inc. XIX. 2. et de *malis ferendis* dictum *ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς* Trach. 1063. — 2. Aut cum casu tertio dicitur, aut subaudito illo, aut etiam nude. *ἕπονται Κῆρες* Oed. R. 471 ch. *ἕπεο — ᾧ σ' ἄγω* Oed. Col. 178 m. *ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον* 740. *τίς δὲ τολμήσει — ἕπεσθαι* 1430. *ὧδ' ἕπεσθε* 1539. *καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει* El. 28. *τάχος γὰρ ἔργου — ἕψεται* Ai. 801. *ἑσπόμην κακοῖς* Trach. 1063. *σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει* Ant. 1181. *νόμοις ἕπεσθαι* inc. XIX. 2. — 3. Notandum de addito *ἅ μ α*. *δεινοὶ δ' ἅμ' ἕπονται Κῆρες* Oed. R. 471. sc. quasi comitati Apollinem *τὸν ἐπενθρώσκοντα τῷ ἐναγεῖ*. *τάχος γὰρ — ποδῶν ἅμ' ἕψεται* Ai. 801. *una aderit*. Sed est ubi *ἕ π ε σ θ α ι ἅ μ α τ ι ν ι* dictum videatur. *σὺ νίκα. σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα* El. 245. *tibi comites nos addentes sequamur*. *ἴμεν ἅμα σοὶ καὶ ἑψόμεθα*. Sic adiicitur *σ ύ ν*. *πατρῷον ἡνίκα στόλον ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην* Trach. 560.

Ἐπονομάζω nomen addo. *τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην* El. 276. „Idem atque *ἐπίῤῥητος*, ad cuius commemorationem in sermone factam necesse est invocare conceptis verbis deos malorum averruncos, velint nos a simili tutos praestare.“ *Reiskius*. Auctoritatem desidero. Mihi *famosa illa propter miserum facinus coena* dici videtur.

* *Ἐπόρνυμι* v. *πορίζω*.

Ἔπος verbum, dictum. *ποῖον ἐρεῖς τόδ' ἔπος* Phil. 1189 ch. *ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος* 1388. *ἀπώσει τοὔπος* Oed. R. 234. *ᾧ μή 'στι δρῶντι τάρβος, οὐδ' ἔπος φοβεῖ* 296. Affert Suidas v. *ᾧ μή ἐστι* et v. *τάρβη*. *ὀρθὸν ἔπος* 505 ch. *verum dictum*, v. Matth. ad Eur. Or. 1. *ὡς φανέν γε τοὔπος ὧδ' ἐπίστασο* 848. *τὸ δ' ἔπος — ἥδοιο μέν* 936. *τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;* 1419. *κοὐχ ἥλίωσε τοὔπος* Trach. 257. *ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς — εἰς θεοὺς ἔπος* Ai. 128. *ἔπος ἐξερέω μέγα* 418 ch. *superbe dictum*. Respicit hoc Eustathius p. 126, 39. *ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος* 760. *τοὖθ' ὑμῖν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ* 851. *τοὖτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεταί τινι* 1117. *τίνι γάρ ποτ' ἂν πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος* El. 220 m. Suid. v. *καίρια* scriptum habet *πρόσφρων*. Ceterum *τίνι* est *ἐκ τίνος*. *ἔπος τι τυγχάνει βαλών* 559. v. *βάλλω*. *ξυνῆκα τοὔπος* 1471. *τίς δ' ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν;* Oed. Col. 303. *nuntiaturus haec*. *μηδ' ἀφῇτ' ἔπος κακόν* 735. *ῥητὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος* 1005. *μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος* 1281. *ἓν — ἔπος* 1612. Hoc unum fere exemplum est, quo *verbum* proprie dictum significatur. *Mortem* enim dicit. *δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος* Ant. 20. *κλεινὸν ἔπος* 617 ch. *θανάτου τοὖτ'*

ἐγγυτάτω τοὔπος ἀφῖκται 925 an. τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας 1163. κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος 1178. ἔπος ἐρεῖ δυσθρήνητον 1195. μή μοι χρυσεῖον οὐδὲν ἐξείπῃς ἔπος inc. XVIII. 1 (673 D.). — ἔπους σμικροῦ χάριν Oed. Col. 444. *paucorum verborum causa*, quae eos dicere pigebat. Hoc unum exemplum alius praeter nominativum et accusativum casus reperitur. — *Plur.* ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβήτ' ἔπη Phil 603. i. q. ὁ ἐπονείδιστος. πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη 1036. ἄσκοπα κρυπτά τ' ἔπη 1099 m. δίς — ἀναπολεῖν ἔπη 1222. τἀμὰ ἐὰν θέλῃς ἔπη κλύων δέχεσθαι Oed. R. 216. τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη κλύων 339. τὰ τοῦδ' ἔπη 404. δείν' ἔπη — κατηγορεῖν 513. τὰ σὰ — ἢ τὰ τοῦδ' ἔπη 1148. αὐδᾶν τἀκίνητ' ἔπη Oed. Col. 630. πολλὰ δὴ μάτην ἔπη κατηπείλησαν (ἀπειλαί) 664. τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη 725. *laudes facto comprobare.* τὰ τῶνδ' ἔπη 1143. χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη Trach. 230. τὰ δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη Ai. 305. ταῦτ' ἐστὶ τἄπη μωρίας πολλῆς πλέα 732. ὁποῖ' ἔπη θροεῖ 772. τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη 1075. *tam graviter in dicendo peccant.* τὰ σέμν' ἔπη κόλαζ' ἐκείνους 1086. φλαῦρ' ἔπη μυθουμένου 1141. ὦ πολλὰ λέξας — κἀνόνητ' ἔπη 1251. συμβαλεῖν ἔπη κακά 1302. *maledicta iacere.* ταῦτ' ἔστι τἄπη πρὸς κακῶν ἐπαινέσαι El. 393. τἀμ' ἔπη καὶ τἄργα τἀμά 612. οὔτε — σὺ τἀμ' ἔπη τολμᾷς ἐπαινεῖν, οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους 1039. Affert Stobaeus p. 31, 24.; ad Euripidis Phaedram olim per errorem retulit Barnesius. τἀμ' ἐπαινέσεις ἔπη 1046. τὰ παῦρ' ἔπη Acris. IV. 2 (61 D.). τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπήρ' ἔπη Aload. V. 2 (103 D.). οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά inc. XI. 1 (664 D.). — λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν Phil. 897. ἄγγελον κακῶν ἐπῶν Ant. 277. ἀμβρότων ἐπέων εὐαζόντων 1121 ch. v. ἄμβροτος. Haec tria sola sunt genitivi pluralis exempla; dativus omnino non legitur. — *Rumores* significantur: κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη Oed. R. 290. πολλὰ δ' ἐμπόρων ἔπη φιλεῖ πλανᾶσθαι Oed. Col. 304. *oracula:* τοὔπος τὸ θεοπρόπον — τᾶς παλαιφάτου προνοίας Trach. 819 ch. ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; Oed. R. 89. ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔπη — τελῶν Oed. Col. 635. Sunt enim Oedipi praedictiones. — 2. Ut λόγος, sed rarius, *res ipsa*, quae sermone tractatur, ἔπος dicitur. πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς Oed. R. 1144. cf. Brunck. l. c. et Matth. ad Eur. Or. 1. — 3. Semel item non *dictum*, sed *dictionem* significat. οὐκ οἶδ' ὅποι χρὴ τἄπορον τρέπειν ἔπος Phil. 885. — Longe elegantior scriptura est Ant. 53. μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔ π ο ς pro π ά θ ο ς olim lecto, a Brunckio ex scholiasta solo restituta, prout iam Valck. ad Phoen. p. 153. et Lennep. ad Phalar. p. 100. scribendum iudicaverant; id nunc in Laur. a. b. repertum supra scripto altero.

'Εποτρύνω *incito.* σὺν δ' ἐποτρύνει — ὁ κλεινὸς αὐτῇ ταῦτα νυμφίος

παρών El. 291. ὅτε θεοί μ' ἐπώτρυναν μολεῖν 1256. ex certa Brunckii emendatione. Libri ὤτρυναν. γε inculcavit Triclinius.

Ἔπουρος conterminus. εἶθ' ἀνεμόεσσά τις γένοιτ' ἔπουρος ἑστιῶτις αὔρα Trach. 950 ch. *Conterminam* dici, qua in ipso illo loco orta auferatur inde. Falso οὔριος interpretatur schol., est autem ab ὅρος, ut ἄπουρος ὅμουρος πρόσουρος. Erf. ἄπουρος dedit ex Oed. R. 194.

Ἐπόψιμος visendus. ἐς δεινόν, οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἐπόψιμον Oed. R. 1312. sc. ὁ δαίμων ἐξήλλετο.

Ἐπόψιος conspicuus. εἰς ἐπόψιον πάγον μολοῦσα Oed. Col. 1596. Apud Suid. v. πρὸς ὄψιν scriptum εἰς προσόψιον. ὁρμᾶσθ' — εἰς ἐπόψιον τόπον Ant. 1097. Schol. φανερὸν διὰ τὸ ὕψος: sed quod addit, φησὶ δὲ τὸν τάφον, ineptum est. Significatur enim πεδίον ἄκρον, in quo insepultum Polynicis corpus iacebat, v. 407. — Cum metaphora *active* dictum θεοί τ' ἐπόψιοι Phil. 1029. *Di enim vindicandi causa mala facinora obtuentes sunt.* οἱ ἐφορῶντες ἐμὲ δυστυχοῦντα schol. Alio sensu apud Hesychium Iupiter et Apollo θεοὶ ἐπόψιοι dicuntur: v. Spanhem. ad Callim. h. Iov. 82.

Ἑπτά septem. ἑπτὰ ναυσὶ Phil. 1016. ξὺν ἑπτὰ τάξεσι ξὺν ἑπτά τε λόγχαις Oed. Col. 1313. ἑπτὰ λοχαγοὶ — ἐφ' ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες Ant. 141.

Ἑπτάβοιος septem coriis bovillis contectus. ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος Ai. 573.

Ἑπτάλογχος septem lanceis instructus. ἑπτάλογχον — στόλον Oed. Col. 1307. cur ita dicatur, videre licet ex ἑπτὰ τάξεσιν ἑπτά τε λόγχαις v. 1313., ut illo vocabulo exercitus, hoc duces appellantur. Bellum est igitur τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Ἑπτάπυλος septem portas habens. ἑπταπύλῳ Θήβᾳ Ant. 101 ch. ἑπτάπυλον στόμα 119 an., quod ἑπτάστομον πύργωμα dicitur Eur. Phoen. 629.

Ἑπτάστομος septem ora habens Θήβας λέγεις μοι τὰς πύλας ἑπταστόμους inc. XCIX. 2 (778 D.). Θήβας ἑπταστόμους iungenda, τὰς πύλας additum adverbialiter. Brunckius corrigebat ταῖς πύλαις.

Ἐπῳδή. Tralate sermo mala deliniens. νουθετούμενοι φίλων ἐπῳδαῖς Oed. Col. 1196. Distinctiones, de quibus varie senserunt Schaef. Elmsl. Herm., plane tollendae erant. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι Ai. 579. Vulgarem opinionem abhorret Aiax, qua vel gravissimos morbos incantationibus solvi putabant. Affert Suidas v. ἐπῳδός, Eust. p. 648, 19. 1147, 11.; respicit idem p. 796, 59.

Ἐπώμοτος iuratus. ἐπώμοτος λέγων Trach. 427. — Aliter dicitur Ζῆν' ἔχων ἐπώμοτον Trach. 1178. i. q. ἐπομόσας. Cod. Par. ἀπώμοτον.

Memorat Suidas v. ἐπώμοτον, explicans τοῦ ὅρκου ἐγγυητήν, schol. ὅρκιον. — De Ai. 1092. v. ἐνώμοτος.

Ἐπώνυμος. 1. *Nomen gerens* inprimis memorabilis cuiusdam rei causa inditum vel ominis instar futura indicans. ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης — μητρός Oed. Col. 1323. Parthenopaeus diu virginis Atalantae filius. ὧδ' ἐπώνυμον τοὐμὸν — ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς Ai. 425. Aiax de se loquitur. V. Lobeck. l. c. Elmsl. ad Eur. Bacch. 508. Blomf. gl. Aesch. Agam. 667. Iacobs. ad Epigr. Delect. p. 273. Memorat sententiam Etym. M. p. 27, 20., respicit Eust. p. 640, 33. 776, 50. 1567, 58. ὀρθῶς Ὀδυσσεὺς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς Niptr. IV. 1 (408 D.). — 2. *cognominis*. τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι Oed. Col. 65. Colonenses. ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος πέρδικος Camic. II. 1 (309 D.). Iniuria in tragicis Graecis maiuscula litera Dindorfius. Perdix Daedali filius avis cognominis erat. — 3. *nominatus* universe. ἔστι πάντων ὀνομάτων ἐπώνυμος inc. XXIII. 2 (678 D.). Venus multis nominibus dicenda. — 4. De *causa cognominis indendi* dictum videtur Ai. 571.: ἀλλ' αὐτό μοι σὺ — λαβὼν ἐπώνυμον, Εὐρύσακες, ἴσχε. Schol. Pal. ἐπώνυμον, σοῦ δηλονότι. Nihil obstat, quominus ad Aiacem referatur σακεσφόρον. Sic Ἀνακτόρειον τῆσδ' ἐπώνυμον χθονός inc. XCVI. (775 D.), dictum διότι ἀνάσσει τῶν Ἀκαρνάνων. — 5. *Numinum terrae praesidum* cognomen est. τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς οἰνῶπα Βάκχον Oed. R. 210 ch.

Ἐπωφελέω *iuvo, prosum*. ἐσθλὸν ἄνδρ' ἐπωφελῶν Phil. 893. κακοὺς ἐπωφελῶν 1357. κεῖνον θέλων ἐπωφελῆσαι El. 568. λέει γὰρ ἡμᾶς οὐδέν, οὐδ' ἐπωφελεῖ 994. v. λύω. οἱ δ' ἐπωφελεῖν — τῷ πατρὶ δυνάμενοι Oed. Col. 442. — Male pro ὠφελον dictum arbitratur scholiastes Oed. Col. 546.: ἐδεξάμην δῶρον ὃ μή ποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι. Herm. ad Vig. p. 758., sequente Reisigio explicat ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μή ποτ' αὐτῆς ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον. Melius Doederlinus ἐπωφέλησα τὴν πόλιν οὐκ ἐπὶ τούτῳ τῷ δώρῳ, non ea mente, ut talem mercedem acciperem.

Ἐπωφέλημα *adiumentum*. βορᾶς ἐπωφέλημα σμικρὸν Phil. 275.

Ἔρᾰμαι et ἐράω. Communis enim utriusque verbi usus. 1. *cupio*. τί γὰρ ἔτ' ἄλλ' ἐρᾷς λαβεῖν Phil. 647. καὶ μὴν ἐρῶ γε 656. ἀμηχάνων ἐρᾷς Ant. 90. ὃς θανεῖν ἐρᾷ 220. ὧν ἐρῶμεν 1317. Schol. ὧν βούλομαι τυχεῖν. τῆς σῆς οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν El. 356. τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ Ai. 671. τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ Acris. VII (67 D.). ὧν ἐρᾷ τυχεῖν Aload. XI. 8 (109 D.). πάρεστι λῆψις ὧν ἐρᾷ Creus. V. 3 (326 D.). τοῖς ἐρῶσι τῆσδ' ἀπαιτίας Laoc. III. 5 (342 D.). — ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι Oed. Col. 513 ch. — A deponentis forma ἐρῶμαι est ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν Ai. 946. — 2. De *amatoria cupiditate* τοὺς ἐρῶντας ἵμε-

ρος δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται Ach. Am. I. 8 (162 D.). ἔραμαι sic non posuit Sophocles, fecit autem Euripides Hippol. 336. et Aeschylus Eum. 854.

Ἐραστής amator (sectator). οὔτ' ἐραστὴς τῆςδε τῆς γνώμης ἔφυν Oed. R. 601. Recte hoc contra importunas quorundam coniecturas defendit Brunckius non recordantium ἐρᾶν ἔρασθαι et ἔρως pervulgata esse de consectatione ea, quam cupiditas repererit.

Ἐράω v. ἔραμαι.

Ἐργάζομαι. Activum significat *perficere* et *efficere*, aut nude aut cum accusativo rei dictum. εἰ δ' ἐργάσει μὴ ταῦτα Phil. 66. ὅστις εἴργασται Oed. R. 279. ξυμφυτεῦσαι τοὔργον, εἰργάσθαι δέ 347. ἃ πρόσθεν εἴργασαι Oed. Col. 829. οὔτε νῦν καλὰ δρᾷς, οὔτε πρόσθεν εἴργασαι 858. μήτε τῷ ξυνειδέναι τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ Ant. 267. τούτοις — εἰργάσθαι τάδε 294. οἷον ἔργον εἴργασαι 1213. ἔργον εἰργάσθαι με Trach. 742. quod Suidas affert v. ἄζηλον. τἄλλα γ' ἔργασαι 1201. εἴπερ εἴργασται τάδε Ai. 22. Speciatim de opera manuaria; οὐ πρὶν ἂν φάγῃ — ἐργάζεται Synd. IV. 3 (149 D.). De re dictum *efficere* et *gignere* interpretere. τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται Ant. 326. — 2. Cum accusativo personae et rei est *afficere aliquem aliquo*, inprimis *malo*. Quam verbi dicendi rationem atticam vocat Atticista Villoisoni Anecd. t. II. p. 83., idem tamen Ai. 109. subaudiri male iubens εἰς. οἷά μ' ἐργάσει κακά Phil. 775. οἷά μ' εἰργάσω 916. τί μ' εἴργασαι; 1157 m. οἷά μ' εἴργασαι Trach. 1193. τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν; Ai. 109. μὴ δῆτα τοῦτό μ' ἐργάσῃ El. 1197. εἴργασαι δέ μ' ἄσκοπα 1307. — *Passivum*, earundem significationum particeps, rarum futurum habet. εἰ καὶ μακρὰ κάρτ' ἐστίν, ἐργασθήσεται Trach. 1208. — ὡς — οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα Oed. R. 1369. ἐμοὶ ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχονῆς εἰργασμένα 1374. Iniuria igitur passivum perfecti usum adimere vult Sophocli Lobeckius ad Ai. 21.; nam quominus de solo indicativo εἴργασται, quem nominat, intelligas, Ant. 426. ab ipso memoratum prohibet; ibi enim ἐξειργασμένοις legitur.

Ἐργάνη Minervae cognomen. Photius p. 12, 8. et Suidas: *Ἐργάνη* ἡ Ἀθηνᾶ, παρὰ τὸ τῶν ἔργων ἐπιστατεῖν, ταύτης εὑραμένης τὰς τέχνας. Hesychius v. ἐργάτις corrupte scriptus advocato Suida ab Hemsterhusio emendatur. De accentu idem Hesychius v. ἐργάνη praecipit: ἐργάνη, ὡς δαπάνη. cf. Arcad. p. 110, 27. — οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην — προςτρέπεσθε inc. LX. 2, 2 (724 D.). Ex Plutarchi verbis An Seni sit ger. resp. p. 802., quibus Sophocleum illud varie corruptum probabiliter accommodavit Gatakerus Opp. t. I. p. 493., aliam sententiam concinnavit Brunckius: τὴν γὰρ Ἐργάνην οὗτοι μόνον θεραπεύουσιν, ὥς φησι Σο-

φοκλῆς (inc. LXXII. 2.); falso quidem. *Ἐργάνην* pro *ἐργάτιν* dixisse poetam, quod affirmat Blomf. ad Aesch. Prom. 470., incompertum est.

Ἐργᾰσείω facturus sum. Non est enim desiderativum Sophocli. *τί δ' ἐργασείεις;* Phil. 989. *ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω θροεῖς* Trach. 1222.

Ἐργαστέος faciendus. *ὅτ' ἦν ἐργαστέον* Trach. 685.

Ἐργᾰτης. Proprium de *opera corporis*, inprimis *rustica*. *βοῦς ἐργάτης* Synd. IV. 3 (149 D.). *τὸν ἐργάτην πέμψον τινὰ στελοῦντα* Oed. R. 859., qui tamen pastor potius, quam bubulcus. Hinc vocabulum memorat Eust. p. 660, 17. *γεωργόν* explicans; peius schol. *θεράποντα*. — Universe *eum qui quid perficit* significat: *ἄσημος οὑργάτης τις ἦν* Ant. 252. — De tono v. Apoll. de Adv. p. 545, 27. Etym. M. p. 436, 1. Schol. Il. v. 382.

Ἐργάτις effectrix. Adiective dictum: *γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν* Phil. 97. versus ab Eust. allatus p. 486, 26. 779, 17. Suid. v. *ἀργόν*. Est *δραστήριος*. — De tono v. Etym. M. p. 597, 37. Arcad. p. 35, 27.

Ἔργω v. *εἴργω*.

* *Ἔργμα* et *ἕργμα* v. *ἕρμα*.

Ἔργον. I. *quidquid rei quis fecerit susceperitve faciendum.* *ἔπραξας ἔργον* Phil. 1211. *ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον* Oed. R. 347. *δέδρακε ποῖον ἔργον;* 559. *ποίῳ σὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;* Oed. Col. 821. *τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα* 945. *σοί τε τοὔργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ* 1120. Quo quidem loco ut Oed. R. 349.: *καὶ τοὔργον ἂν σοῦ τοῦτ' ἔφην εἶναι μόνου* et Ai. 116.: *χωρῶ πρὸς ἔργον operis perpetrationem* intelligas. — *παντὸς ἔργον δυσσέβειαν εἰδέναι* Ant. 301., i. q. *πᾶν ἔργον δυσσεβές*. *οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας* 321. *τοὔργον ἐξειργασμένη* 380. *τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις* 424. *δέδρακα τοὔργον* 532. *ὧν τοὔργον — χοἰ κάτω ξυνίστορες* 538. *οἷον ἔργον εἴργασαι* 1213. *μεμηχάνηται τοὔργον* Trach. 583. *προθυμίαν ἄδηλον ἔργον* 667. *ὁρῶ δέ μ' ἔργον δεινὸν ἐξειργασμένην* 703. *ἄζηλον — ἔργον εἰργάσθαι με* 742. *τοὔργον κατ' ὀργὴν ὡς ἐφάψειεν τόδε* 929. *τὸ λεχθὲν ἔργον ἐκτελεῖν* 1177. *τὸ σὸν θεοῖσι δεικνὺς ἔργον* 1240. *facinus a te mihi mandatum.* *τελέουσ' ἀεκούσιον ἔργον* 1253. *ἐπήνεσ' ἔργον* Ai. 532. *τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται* 801. per hendyadyn; properaturos enim ad exsequendum sese profitentur. *σὸν ἄρα τοὔργον — κεκλήσεται* 1347. *καιρὸς — ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης* El. 76. Affert Suid. v. *ἐπιστάτης*. *σὺ γὰρ ποιεῖς τοὔργον* 615. *τόδ' εἰ καλὸν τοὔργον* 1486. *ἔργου παντὸς ἢν τις ἄρχηται καλῶς* inc. LVIII. 1, 1 (715 D.). — *οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά* Phil. 598. *ἔργα κρείσσον' ἀγχόνης* Oed. R. 1374. *χὠπόσα αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται* 1408. *ἔργων ἀκόντων* Oed. Col. 239 m. *τἄργα τὰ μά* 267. *τά γ' ἔργα μου ibid.* *ἔργοις ἀνοσίοις* 284. *Ζηνὶ σύνθακος θρό-*

νων Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι 1270. ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων Ant. 691. πατρὸς ἔργα 1210. ἔργα δεινά Trach. 720. ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτα Ai. 39. πειρωμένῃ δὲ τῶνδε τῶν ἔργων El. 460. αἴσχιστα — ἔργα δρῶσα 576. τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις 598. Eust. p. 1969, 18. κακῶν, Suidas v. ἴδριας λόγων habet. τὰ σὰ ἔργα 610. ἔργ' ἀχρεῖα Scyr. V. 3 (500 D.). Huc adde locutionem ἔργων ἀκμή El. 22., de qua v. Valck. ad Phoen. 591. Brunck. ad Ai. 811. Iacobs. ad Anthol. Gr. vol. I. 1. p. 287. — Hinc *facinus* adsignificatur *magnum et grave*, cum *honestum*, tum *audax et impudens*. Non sunt eiusmodi exempla iam apposita, adiectivis δεινός, μέγας, αἰσχρός, κακός additis eum sensum referentia. De *laudabilibus* igitur haec dicuntur. οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη El. 679. De victoriis Orestis hoc ut οἷ' ἔργα δράσας 741. dicitur. οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς Ai. 434. Affert Suidas v. οὐδ' ἔργα. τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν μεγίστας ἀρετᾶς 609 ch. Suid. v. τὰ δὲ πρίν. ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν; Ant. 726. *honeste factum putas*; acerbam irrisionem, ut Erfurdtius, non reperio. δραστέον τοὔργον El. 1008. De *re nefaria*, *caede* maxime et *insidiis*: τοὔργον — δόλῳ προσέρπον Oed. R. 538. οἷ' ἔργα δράσας 1402. *patris caedes* est. ὅτι ταῦτ' ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα Phil. 404. οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν οὐξ Ἀχιλλέως 928. ἔργον δ' ἕκατι τοῦδε μηνίσας ἄναξ Ζεύς 273. ἔργον Ἀτρειδᾶν Ai. 928 ch. τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα El. 205 m. *Caedem*, quanquam non malo sensu, significat etiam αὐτίκα τελοῦσι τοὔργον El. 1391. — Simile prioribus est, cum de *manibus consertis* et *pugna* dicitur. οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὐδ' ἔργου μολών Oed. Col. 1299. audacter Reisigius coniecit χειρὸς αὐτουργοῦ. — 2. Inde *rem qualemcunque*, inprimis quae *gesta gerendave* narratur, significat. κατ' ἔργου κτῆσιν Trach. 229. ἄκουε τοὔργον 1147. θεοῖς ἀγνωμοσύνην εἰδότες ἔργων τῶν πρασσομένων 1257 an. ἅπαν μαθήσει τοὔργον Ai. 277. δηλοῖ δὲ τοὔργον 348. cf. τάχα δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον Lemn. V. 3 (352 D.). οὐκ ἔστι τοὔργον τλητόν Ai. 461. τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον Oed. R. 847. *res me tangit*. οἷ' — ἔργ' ἀκούσεσθε 1224. τότ' ἔργων τῶνδε μεμνῆσθαι χρεών El. 1243. v. Herm. τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις Phil. 26. *rem narras quae hinc non procul abest*. v. Herm. τοὔργον παρέσται φανερόν 1275. προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ τοὔργον Ant. 85. ὡς ἀνοιστέον σοὶ τοὔργον εἴη 273. μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδε 279. Inde de *morbo* Herculis *ingravescente* dicitur τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν Trach. 1014 m. — Adde interrogationem τί τοὔργον; *quid hoc rei?* Oed. Col. 891. Horum quaedam mire permixta tractavit Stanl. ad Aesch. Agam. 1659. — 3. *Munus* et *officium* alicui impositum significat. σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον Trach. 318. ἔργον μεριμνῶν ποῖον, ἢ βίον τίνα; Oed. R. 1124. Cum hac vocabuli vi con-

iunctum est, cum ἔργον τινός εἶναι dicitur *alicuius esse negotium, cadere in aliquem*. ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ᾽ ὑπηρετεῖν Phil. 15. οὐκ ἂν μακρῶν λόγων — τόδ᾽ εἴη τοὔργον El. 1365. πολλῶν χαλινῶν ἔργον inc. LV (712 D.). Cf. Valck. ad Phoen. 447. Monk. ad Alc. 39. — 4. Sed longe aliter dicta σ᾽ οὐδὲν εἴσω τῆσδε παπταίνειν πύλης ἔτ᾽ ἔργον ἐστίν Ai. 12. οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην 839. Illo loco schol. vet.: ἀντὶ τοῦ, ἀναγκαῖόν ἐστιν. Schol. Pal.: χρεία ἐστίν. Rectius οὐδὲν ὠφελεῖ. Cf. praeter Valck. l. c. etiam Wyttenb. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 11. — 5. Usitatissimum est, *facta dictis* opponi. Eiusmodi sententia iam inest in Phil. 528.: πῶς ἂν ὑμιν ἐμφανὴς ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ᾽ ἔθεσθε προςφιλῆ. Dein haec exempla sunt explicatiora. λόγοισιν εἴτ᾽ ἔργοισιν εἰς βλάβην φέρον Oed. R. 517. ἀγγελίαν λόγων ἔργου τε παντός 865. Libri ἔργων τε πάντων: illud paritate syllabarum videbatur requiri, et sane numeri in his locutionibus liberrime variant. ταῦτ᾽ οὐκ ἀριθμός ἐστιν — λόγων, ἀλλ᾽ ἔργα δεινά Oed. Col. 384. ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται 1190. τὰ δ᾽ ἔργα τοὺς λόγους εὑρίσκεται El. 615. ἀλλά με λόγοις ἀπώλλυς ἔργ᾽ ἔχων ἥδιστ᾽ ἐμοί 1352. ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον Eriph. VIII. 2 (209 D.). Articuli in his liberrimus est usus: v. ὁ ἡ τό. — Sic opponitur μῦθος. οὐθ᾽ ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ φράσαι πάρεστιν, οὔτε τἄργα Oed. Col. 1578. — ῥήματα. ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ᾽ ἀμύνομαι Oed. Col. 877. — ἔπη. τἄμ᾽ ἔπη καὶ τἄργα τἀμά El. 613. οὐκ ἔστ᾽ ἀπ᾽ ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά inc. XI. 1 (664 D.). — γλῶσσα. ὁρῶ βροτοῖς τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα πάνθ᾽ ἡγουμένην Phil. 99. Eadem res in locutionibus *adverbiasecutibus*. ὅταν λόγῳ θανὼν ἔργοισι σωθῶ El. 60. Afferunt Eust. p. 1701, 63. 1961, 11. Suidas v. λύπῃ. Apud Eumath. de Ism. Am. IX. p. 363. scriptum ἔργοις δέ. μισεῖς μὲν λόγῳ, ἔργῳ δὲ τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς ξύνει 350. λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ᾽ ἔργοισιν κακά Oed. Col. 786. — 6. Sed aliis etiam opponitur. οὐκέτ᾽ ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ᾽ ἔργων ἀκμή El. 22. κοὐ μόνον βουλεύματα, ἀλλ᾽ ἔργα δεινά Phil. 552. οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν Ant. 726.

Ἔρδω. *Sacrificandi* significatione, quae propria fertur, non exstat. Maxime est *facere*, i. e. *ad effectum perducere*, oppositum consilio et cogitationi. ταχθεὶς τόδ᾽ ἔρδειν Phil. 6. ὑφ᾽ ὧν ἐγὼ ταχθεὶς τάδ᾽ ἔρδω Oed. Col. 855. μηδὲν πρόσθεν ἢ τὰ Λοξίου πειρώμεθ᾽ ἔρδειν El. 83. ὅτι νῦν καιρὸς ἔρδειν 1360. ὃς τάδ᾽ ἔρδει Ant. 371. *foedi facinoris* adsignificatione praeditum est. — τοῦτό γ᾽ ἔρξας Phil. 117. οὔτ᾽ ἔρξας τινα 678 ch. ut Ant. 371. Libri praeter Aldinam editionem codici aequiparandam, Ricc. et, ut videtur, Flor. Γ., ῥέξας. Ex Eustathio p. 763, 20. fortasse scribendum οὔτε ῥέξας τινά. τάδ᾽ ἔρξας Phil. 1337. οὕνεκα

ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔῤῥεξεν τάδε Trach. 931. ἀδάκρυτος ἔῤῥεξον 1191. — τίνα προςωφέλησιν ἔρξεις Phil. 1392. Opponitur μέλλειν: ἔρδουσιν, ἢ μέλλουσι; Oed. Col. 1076 ch. τίνος πότ' ἆρ' ἔρξει χειρὶ δύςμορος; Hermanni correctio est Ai. 889. Libri ἔπραξε. — Futuri et aoristi formas hic poni aptius visum, quam praesenti cuidam thematico ΕΡΓΩ assignare, quod num fuerit, quanquam ἔργον exstat, propter metathesin ῥέζω et mutarum literarum confusionem dubitare licet. Sed ῥέξω et ἔρεξα v. ῥέζω. — Ceterum aspero spiritu notari iubet generatim ἑρδ lex. π. πνευμ. p. 218., accurate Eust. p. 1572, 42., quanquam idem secundum alios ψιλοῦσθαι agnoscit. Lexicis veteribus, quorum Hesychio asperatur, Suidae tenui effertur, nihil tribuendum.

Ἔρεβος proprie *inferorum tenebrae*. τὸ Ταρτάρου στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος Oed. Col. 1392. quae caligo Laium apud inferos habebat. ἰὼ σκότος — ἔρεβος ὦ φαεννότατον, ὡς ἐμοί, ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα Ai. 389 m. Affert Suid. v. ὡς ἐμοὶ κριτῇ. — Cum metaphora dictum οἶδμα — ὅταν Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς Ant. 585 ch. *Caligo* est *submarina* ventorum flabris concitata et quasi in superficiem maris emergere visa. Sed nescio quomodo οἶδμα nominativum, ἔρεβος accusativum Hermannus esse voluerit. Video enim caliginem maris fluctibus superfundi, non fluctus submarinam caliginem percurrere.

Ἐρεθίζω *lacesso*. φιλαύλους δ' ἠρέθιζε Μούσας (ὁ Λυκοῦργος) Ant. 954 ch. sc. procacibus dictis factisque. Musgravii ingeniosa, sed, ut pleraeque eius viri, inutilissima coniectura prostat ἠθέριζε.

Ἐρείδω *admoveo*. ὅταν — δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν πλάστιγγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον Ai. Locr. IV. 5 (14 D.). — *apprimo* et *infigo*. ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος Ant. 1221. — *applico amplexando*. ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον ἐμφύντε τῷ φύσαντι Oed. Col. 1114.

Ἐρείκω *scindo*, inde *crucio*. ὀδύναι μιν ἤρικον Ἀχιλλήτου δόρατος Ach. Am. III. 2. (164 D.) dubium an Sophoclis.

Ἐρεῖν et εἰπεῖν *loqui*, *dicere*. Formarum et scripturae praeter aoristum vix ulla discrepantia; de diaeresi ἐρέω in praefatione t. II. dicendi locus erit. 1. Activum et nude et cum quarto casu ponitur, adnectitur etiam infinitivus obiecti vel sententia explicativa. Adsignificatur aliquando *monitum*, *iussum*, *responsum*. *Futurum*. ἐξερῶ, μόλις δ' ἐρῶ Phil. 329. ὥςπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες, ὧδ', ἄναξ, ἐρῶ Oed. R. 276. τοῦτ' αὐτὸ — ἄκουσον, ὡς ἐρῶ 547. ἐρῶ 760. χρησμὸς γὰρ ἦλθε — οὐκ ἐρῶ Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ 711. ἂν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ 749. *respondebo*. ἀλλ' ἐρῶ Oed. Col. 218 m. ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε 815. γάμους — οἵους ἐρῶ τάχα 984. ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως — ἱκάνω Ant. 223. παρὼν ἐρῶ 1177. ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ σὸν El. 567. ἐγὼ δ' ἐρῶ σε δεινὸν οὐδὲν Synd. VIII. 1

(153 D.). Sic censeo scribendum: legitur *σοί*, sed aperte de convicio sermo. — *ποίου — πλὴν Ὀδυσσέως ἐρεῖς;* Phil. 439. *οὐκ ἐρεῖς;* 730. *ποῖον ἐρεῖς τόδ' ἔπος* 1189 ch. *οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς* Oed. R. 363. *εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς* 702. *σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλάων δ' ἐρεῖς* 1152. *ἦ τὴν παλαιὰν ξυμφορὰν γένους ἐρεῖς;* Oed. Col. 602. *κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι* 632. *οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἔνθαδ' ὢν ἐρεῖς ἐμοί* 1040. *τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς ὡς ψευδόμαντις* 1098. *οὔκουν ἐρεῖς ποτέ — ;* Ant. 244. *οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ* Trach. 438. *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς* 1118. *πότερον Ἀργείων ἐρεῖς;* El. 525. *ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γε* 542. *ἦ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς, ὡς —* 581. *ὥστε πρὸς πιστὰς ἐρεῖς* 1195. Lips. b. *ἐρεῖν.* — *οὐ γάρ ἐσθ' ὅπως πόλιν κείνην ἐρεῖ τις* Oed. Col. 1375. Triclin. *ἐρείψεις.* Librorum scriptura vera videtur, sed non *iactandi*, ut Hermanno videtur, sensum inesse puto, sed nihil est nisi *appellare*, eoque spectat quod Oedipus praenoscebat brevi Thebas expugnatum et devastatum iri. Nam ut aliquot post annos acciderit Epigonorum bellum, ineptum foret in poeta talia arguere. *πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ* Ant. 730. *οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ' ὡς — ἔλεξας* Ai. 476. *καί τις πικρὸν πρόςφθεγμα — ἐρεῖ* 495. *τοιαῦτ' ἐρεῖ τις* 499. *ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακόν;* 991. *τοιαῦτ' ἐρεῖ* 997. — *τίνας λόγους ἐροῦσιν* Oed. Col. 115. — *perfectum.* *ὡς εἴρηκ' ἐγώ* Ant. 877. *iussi.* *εἴρηκα μὲν νῦν ταῦτα* El. 73. *ἀπροσδόκητον οὐδὲν εἴρηκας* 1005. *εἴρηκας ὀρθῶς* 1029. *οἷς εἴρηκας* Trach. 456. *τίν' εἴρηκας λόγον;* Phil. 1221. *ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;* Ant. 731. *ποῖον εἴρηκας λόγον;* Epig. IV. dubium an Aeschyli Epigonorum; v. Dind. ad Aesch. fr. 51. — *εἴρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον* Trach. 63. — *βούλου λόγους — ἐμπέδως εἰρηκέναι* Trach. 487. — *ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος* Phil. 1388. *ταῦτα — Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;* Oed. Col. 415. *οὐ γὰρ — εἰρηκὼς κυρεῖς* 578.

Paulo accuratius de *aoristo* agendum. 1. *Formae.* *εἶπον* El. 929. Trach. 529. Phil. 440. Oed. R. 690 ch. 1161. Oed. Col. 936. Ant. 751. Nusquam convenit *εἶπα*, quod non displicuisse tamen Atticis ostendit Schaefer. ad Dion. de C. V. p. 436. coll. Tengstroem. ap. Koch. praef. ad Moer. p. LXXVII. At *εἶπας* perpetuum. Phil. 27. 246. 412. 905. 1272. Oed. R. 943. 1017. Oed. Col. 323. 900. 1101. 1509. 1756 an. Trach. 183. 487. 741. Ai. 1106. El. 399. 1211. 1448. nec ulla enotatur scripturae discrepantia, nisi quod Oed. R. 322. ex codd. pluribus et potioribus, in quibus Br. membr. Florr. tres, Laur. a. Bar. 1. Laud. Bodl. 2. Mosq. Dresd. a. b. Aug. c. *εἶπας* editur, *εἶπες* in cod. Aug. b. edd. Turn. Steph. exstat, et a prima manu in Laur. a. *εἶπε* Phil. 371. 830 m. 1035. Oed. R. 464 ch. 573. 994. 1056. Oed. Col. 1607. 1627.

τί οὐδέν εἰμι 1201 m. μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι Τροίας 1386., quod etiam posthac significare potuit. κἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε Oed. R. 24. νῦν ἔτ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι 557. οὐχ ὁ πρέσβυς Πόλυβος ἐγκρατὴς ἔτι 941. μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν εἰς θυμὸν βάλῃς 975. ἦ κἄστ' ἔτι ζῶν οὗτος; 1045. οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι — ἄλλος 1084. εἴπερ — ἔτι τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων 1225. σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος 1322 m. ἔτι γὰρ ὑπομένεις 1332 m. τί — ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ 1339 m. εἰ μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι 1424. εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεὺς Oed. Col. 629. προσφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι 1272. ἐξαπείδομεν τὸν ἄνδρα — οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι 1645. νῷν ἔτι ζώσαιν Ant. 3. οὐδ' ἂν — εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν — δρῴης 69. ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι μένοντας — ἐμπέδοις φρονήμασιν 168. εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας 304. οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι 563. ἔτι ζῶσαν 746. ἔτ' οὔσαιν 863. ἔτι τῶν ἀνέμων αὐταὶ — ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν 920 an. κἀτ' οὐ δέχονται — λιτὰς ἔτι θεοὶ 1006. ἔτ' ἔμφρων 1222. οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι 1279. ὡς ἔτ' οὐκ ὢν Trach. 161. τῆσδέ γε ζώσης ἔτι 304. ὁ μὴ λεύσσων ἔτι 826 ch. οὐδὲν ἔτ' ἔργον ἐστὶν Ai. 12. ἐχθρὸς — τὰ νῦν ἔτι 78. οὐθ' — ἔτ' ἄξιος βλέπειν 393 m. ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι 587. ἔτι ζῶν 969. οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων ἔτ' ἴσχει μνῆστιν 1248. ἔτι γὰρ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος 1390 m. μέγας ἔτ' ἐν οὐρανῷ Ζεύς El. 169 ch. ἔτι μέγας ἐν οὐρανῷ Laur. a., quod coniecit Heath., et sic scribendum videtur omisso ἐν. Ceteri libri ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ. Illud quod posuimus Hermannus invenit. οὐδέν εἰμ' ἔτι 667. ἐμοὶ δ' οὔτις ἔτ' ἐστὶ 837 m. ἵν' οὐ πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι — ἀρωγοὶ 847 m. εἰς τίν' ἐλπίδων βλέψασ' ἔτ' ὀρθὴν 947. πότερα παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι 1319. τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι; Aload. V. 1 (103 D.). ὡς ἔτ' ἄστολος χιτὼν — πεύσεται Hel. IV. 1 (791 D.). φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι inc. LXXX. 1 (753 D.). — 2. Paulo rarius cum *tempore praeterito* ponitur, ut rem olim una cum actione principali durantem significat. Sic et participiis praesentibus iungitur imperfectorum solutorum vices tuentibus. *adhuc* i. e. *tunc adhuc*. οὐκ ἦν ἔτι ζῶν Phil. 410. ᾐσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν 443. κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν Oed. Col. 1601. οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοὴ 1619. ἔκειτο — σῶμα Πολυνείκους ἔτι Ant. 1183. ὁ παῖς ἔτ' οὖσα — ἀνειλόμην Trach. 554. λείαν, ἥπερ δορίληπτος ἔτ' ἦν λοιπὴ Ai. 146 an. αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων ἔτι El. 800. ὃς γὰρ ἔτ' ἦν 837 m. οὐ κατοικήσαντ' ἔτι Epig. V (197 D.). — 3. Perusitatum est de *futuro tempore*, et vel *proxime instante* vel *olim aliquando* exspectando, de qua posteriore dicendi ratione observavit Pflugk. ad Eur. Hel. 57. Illud prius vel *adhuc* vel *posthac* vertitur. Potentialis autem optativus imperativus et verba δεῖ et χρή futurum aliquid indicantia vero futuro aequiparanda sunt; raro praesens in-

dicativi pro futuro est. ἔργα δρῶμεν, οὐ μέλλοντ' ἔτι Phil. 563. ὥστε μή μ' ἄγειν ταύτην ἔτι 889. ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ 938. μηδὲ προσφανῇς ἔτι 1043. οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι γενήσομαι πρόσφθεγκτος — 1065. οὐ φορβὰν ἔτι προσφέρων 1095 m. τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ τεύξω 1173 m. κοὐ μέλλοντ' ἔτι 1240. εἰ μὲν οὖν ἔτι λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμόν Oed. R. 843. (*tunc adhuc*, si veneris). τίς ἔτι — ἀνὴρ (ἕξεται) — ἀμύνειν; 893 ch. οὐδ' ἔτι μενῶν δόμοις ἀραῖος 1290. μηδὲ συμβούλευ' ἔτι 1370. εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν πηγῆς δι' ὤτων φραγμός 1386. (*si fieri adhuc posset*). ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι 1412. οὐχ — ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι Oed. Col. 45. οὔκουν — ἔτι ὁδοιπορήσεις 852. μή — δαίμονες θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς ἔτι 869. οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος θανὼν ἂν εἴην 1112. οὐ γάρ μ' ἔτι βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις 1439. ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου — κιχήσεταί μου 1487. οὐκ ἔσθ' ἔθ' ὑμῖν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ πατήρ 1608. *non erit post hunc diem*, id quod fortius praesenti tempore dicitur. μὴ τριβὰς ἔτι Ant. 573. sc. ποιεῖσθε. τί χρή με — εἰς θεοὺς ἔτι βλέπειν; 913. ἴσθι μὴ πολλοὺς ἔτι τροχοὺς — ἡλίου τελῶν 1051. τίς με πότμος ἔτι περιμένει; 1282 m. Εὐρύτου πόλιν ἐπιστρατεύειν αὐτὸν ἢ μέλλειν ἔτι Trach. 75. (*in eo esse ut bellum inferat*). ἔμ' οὔποτε δέξεσθ' ἔτι 918. μηδ' ἐμὸς κληθῇς ἔτι 1195. οὐκ ἂν στρατὸς — ἄρχοιτ' ἔτι Ai. 1054. οὐκ ἄν ποτ' ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι 1072. τίς ἔτι τέρψις ἔπεσται; 1194 ch. μὴ νῦν ἔτ' εἴπῃς μηδέν El. 316. οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι 389. οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι 623. οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι 945. οὐκ ἂν μακρῶν ἔτ — ἂν λόγων ἔτ' εἴη τοὔργον 1364. οὐ μακρὰν ἔτ' ἀμμένει — ὄνειρον 1381 ch. futurum pro praesente, *non facit se exspectari*, οὐκέτι μέλλει πληροῦσθαι. — Altera *incerti temporis futuri* significatio haec habet exempla. πῶς σπένδειν ἔτι (ἔσται) Phil. 1022. *quomodo unquam posthac* libabitis. ὁ νῦν ἔπαινος — οὐκ ἐλάσσονα ἔτ' ἄλλον οἴσει Oed. Col. 1415. nisi ἔτ' ἐλάσσονα coniunguntur. οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι Ai. 98. *nunquam posthac*. μή — ἔθ' ὧδε — κακὰν φάτιν ἄρῃ 191 ch. οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ 520. ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν — Ἅιδαν 602 ch. ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους — δουλώσειν ἔχει Trach. 256. ἐχθροῖς ἄστρον ὡς λάμψειν ἔτι El. 66. πικρὰν δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι 463. — 4. Haud raro temporale adverbium non est, sed significat *praeterea*, *insuper*, quod a prima significatione erit, quia quod *praeterea* fit, *post* fieri oportet. τί γάρ ἔτ' ἄλλ' ἐρᾷς λαβεῖν; Phil. 647. πρὸς τοῖσδ' ἔτι 1323. οἷα χρή παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι 1343. quanquam hoc etiam *posthac* significet. ἓν ἐν ἐξείπῃς ἔτι Oed. R. 748. τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς ἐχθρότατον βροτῶν 1345 m. Olim Herm. de coniectura εἴ τις, *si quis alius*; et fatendum est, ἔτι *insuper* debili esse sententia. τί δῆτ' ἂν ἄλλῳ τοῦτ' ἐπιστέλλοις ἔτι Ant. 218. τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ'

ἐγώ; 543. Procul dubio recte etiam Canterus coniecit ἀλαῶν ὀμμάτων ἔσθα φυτάλμιος, δυσαίων μακραίων τ᾽ ἔτ᾽, ἐπεικάσαι Oed. Col. 150 ch., proxime enim accedit ad librorum scripturam τ᾽ ἔθ᾽ ὡς ἐπεικάσαι, nec inutile est ἔτι sed aptum ad augendam miserationem. Hermannus μακραίων γ᾽ ὅτ᾽, inutili sane γε. — 5. Hinc *comparativis* additur, sicut *adhuc* Latinis cadentis aetatis scriptoribus. τίς ἂν λόγος γένοιτ᾽ ἂν αἰσχίων ἔτι; El. 549. πῶς γένοιτ᾽ ἂν τῶνδ᾽ ἔτ᾽ ἐχθίω βλέπειν; 1180. ὑπερτέραν τῆς πάρος ἔτι χάριτος 1258 m. κἄτι τοῦδ᾽ ἐχθίονι Oed. R. 272. τοῦ σμικροῦ δ᾽ ἔτι μεῖον φέροντα Oed. Col. 5. κἄτι τῶνδ᾽ ἀλγίονα Ant. 64. τί δ᾽ ἔστιν αὖ κάκιον ἐκ κακῶν ἔτι; 1266. αἱ δ᾽ ἀνούστεραι δ᾽ ἔτι Ter. IV. 1 (514 D.). Eius loquendi rationis via ostenditur exemplo Oed. Col. 176 ch. ἔτι; (sc. προβῶ;). Vulgo Oedipum bis rogantem libri exhibent, ἔτ᾽ οὖν, ἔτι προβῶ; et choro respondente ἐπίβαινε πόρσω tertium ἔτι; Nec interesse ad sensum quidquam videtur, quanquam defendit hoc Hermannus. Significatur autem *num nondum progrediendi* finem faciam? — 6. De *positu* particulae notandum cum negatione coniunctae hyperbaton. ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι Phil. 1201 m. εἴτ᾽ οὐδὲν l. Heath. Brunck. debili sensu. ὡς ἔτ᾽ οὐκ ὢν Trach. 161. v. Herm. et Schaef. comparantes praeter Philoctetae illud Apoll. Rh. II. 28. Tertium apud ipsum Sophoclem. πόλις — κἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ᾽ οὐχ οἵα τε Oed. R. 24., quamquam diversum, cum cohaereant οὐκέτι οἵα τε. v. μηκέτι et οὐκέτι.

Ἑτοιμάζω *paro*. ἔγκλημα — αἰτίαν θ᾽ ἑτοιμάσας Trach. 360.

Ἑτοῖμος *paratus*. εἴμ᾽ ἑτοῖμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ᾽ ἄγειν Phil. 90. πῶς — οὐκ αὐτάγγελος πλεῖν ἦν ἑτοῖμος 565. ἑτοῖμος εἰπεῖν Oed. R. 92. χωρεῖν ἑτοῖμος Ai. 800. τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα El. 1068. *mori parata*. εἴσ᾽ ἑτοῖμοι τοῦ νεκροῦ γ᾽ ἐπίσκοποι Ant. 217. ἦμεν δ᾽ ἑτοῖμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν 264. De re *proxime iminente* dictum ἄγομαι τάνδ᾽ ἑτοίμαν ὁδὸν Ant. 869. At falsa est codd. scriptum ἑτοίμα pro ἐτύμα Phil. 205. v. ἔτυμος. — Sed scribendum ἕτοιμος secundum veterem Atthidem, quod diserte firmat Herod. ap. Eust. p. 532, 40. Et hoc non ratione aliqua sola sed diligenter custodito sermonis usu et cum accurata rerum disquisitione ita indicatum esse eo perspicuum est, quod qui ὁμοῖος et τροπαῖον regulis convenire aiebant, ἐρῆμος et ἑτοῖμος ξενίζειν observabant. Cf. ἐρῆμος et Etym. Gud. p. 122, 28. Intpp. Greg. Cor. p. 21. Ex codd. quidem veram scripturam nunc exsulare certum, sed in accurato artis scriptorum praecepto non commenticio nec ab ipsis invento illorum fides nulla censenda.

Ἔτος *annus*. ἔτος τόδ᾽ ἤδη δέκατον Phil. 312. ἔτος εἰς ἔτος Ant. 340 ch. Scripturam hanc in tribus Brunckii codd. repertam etiam Laurr.

tres, Ricc. Dresd. a. Aug. b. firmant. Membr. Br. et Ald. inepte *ἔτους εἰς ἔτος.* Scholiasten Rom. ad sensum bene, secus ad metrum legisse coniicias *ἔτος ἐξ ἔτους. πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον* Ai. 503. *gravem annis. πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμός* 1165 ch. de longinquo bello.

Ἐτῦμος verus. φάμ' ἔτυμον Ant. 1305 m. *βάλλει μ' ἐτύμα φθογγά του* Phil. 205 an. iure ex parte suorum Brunckius; id Flor. *Γ.* et Ricc., in quo *ἐτύμα* cum gl. *ἀληθής.* Laur. a. ut Brunckii membr. et Aldus *ἑτοίμα.*

Εὖ bene, recte, ut convenit. 1. *adverbium* cum vario verborum genere usitatissimum. *εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες* Phil. 445. *χὤταν τις εὖ ζῇ* 503. Versum cum aliis affert Suid. v. *ἀκροσφαλεῖς* et *θἄτερα. εὖ προὐδίδαξεν* 1003. *εὖ γνῶθι* 1150 ch. *εὖ οἶδα* Oed. R. 59. 1133. Ant. 1030. *εὖ σκοπῶν* Oed. R. 68. *μαθόντες εὖ* 308. *εὖ ἴσθι* 959. 1439. *εὖ φυλάξαι* Oed. Col. 159. *ὅστις — εὖ λέγει* 811. *θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσι* 1533. *εἰδὼς εὖ* Ant. 166. *εὖ γε στοχάζει* 241. *εὖ τοῦτ' ἐπίστασο* 305. *σῶμα γυμνώσαντες εὖ* 406. *εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν* 665. *τῶν λεγόντων εὖ* 719. *εὖ γὰρ εἴρηται* 721. *εὖ γὰρ οὖν λέγεις* 767. 1240. *εὖ λέγοντος* 1019. *εὖ κάτισθι* 1051. *τοῖσιν εὖ σκοπουμένοις* Trach. 295. *παρ' ὑμῖν εὖ στεγοίμεθα* 593. *εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε* 1097. *εὖ δέ σ' ἐκφέρει — ὥς τις εὔρινος βάσις* Ai. 7. *ἐπέγνως εὖ* 18. *ἔβαψας ἔγχος εὖ* 95. *ἐὰν τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν* 524. *ἔπηξα — εὖ περιστείλας* 808. *εὖ με κοιμίσαι* 819. *εὖ νῦν τόδ' ἴσθι* El. 595. *εὖ νῦν ἐπίστω* 606. Phil. 1224. Oed. R. 658. *χὤταν εὖ λέγῃς* El. 1017. *εὖ λέγουσαν* 1028. *εὖ θ' ἱκάνεις* 1091. *recte venis. εὖ παραινεῖς* 1464. *ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη* Polyid. IV. 2 (464 D.). *δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις* inc. LXVIII. 1 (734 D.). *εὖ τεκταίνεται* LXXIV. 2, 1 (734 D.). — 2. Inprimis notandae locutiones hae. *εὖ φρονεῖν. οὐκ εὖ φρονεῖς* Oed. R. 552. *λέγοις ἂν εὖ φρονῶν* 570. *οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω* 626. *φρονοῦσά γ' εὖ* 1066. *φρονῶν εὖ* Oed. Col. 1631. *εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν* Ant. 751. *καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ* 895. Triclinius *εὖ* ad *ἐτίμησα*, rectius schol. ad *φρονοῦσιν* refert. *εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω* 1018. *φρόνησον εὖ* Ai. 364. *εὖ φρονῶ τὰ σά* 486. *εὖ φρονῶν* 733., quod non ad vaticinandi artem Calchantis sed ad benevolum illius animum refero. *οἱ φρονοῦντες εὖ* 1231. *εἴην οὐκ ἂν εὖ φρονῶν* 1300. *εἰ — εὖ φρονεῖν ἠπίστασο* El. 386. i. e. *prudentia uti. ὅταν — εὖ φρονῇς* 1027. *εὖ φρονήσαντα* Alcm. I. 1 (95 D.). *εὖ φρονεῖν σοφώτερος* Polyx. III. 7 (470 D.). i. e. *sapientior.* — *εὖ δρᾶν τινα beneficio aliquem afficere*, cui appositum passivum est *εὖ παθεῖν. ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται* Phil. 668. *εὖ πάσχειν, παθόντα δ' οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν* Oed. Col. 1204. *ἀνθ' ὧν ἔπαθον εὖ* 1489. *ὅτου δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος* Ai. 519. Sed *εὖ*

παθεῖν etiam *rebus secundis uti* significat. *πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν* Trach. 942. *παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θἄτερα* Phil. 501. *εὖ παθόντα* Naupl. III. 2 (377 D.). — *εὖ πράσσειν bonum quid consequi.* *ὅπως — εὖ πράξαιμί τι* Oed. R. 1006. Usitatius est de *rerum secundo statu utentibus.* Medium utriusque significationis locum tenet *τίς δ' ἂν τι τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν;* Oed. Col. 392. *τό γ' εὖ πράσσειν* Trach. 92. *τὸν εὖ πράσσοντα* 296. *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω* Ai. 136 an. *εὖ πράσσοντος* Tynd. I (572 D.). — Aliae *prosperarum rerum* significandarum formulae sunt hae. *εὖ βῆναι secundis rebus uti.* *τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν* El. 967. *εὖ διδόναι fausta dare.* *Τύχης τῆς εὖ διδούσης* Oed. R. 1081. *ὦ Ζεῦ, διδοίης τοῖσι τοιούτοισιν εὖ* Oed. Col. 648. *εὖ θέσθαι feliciter componere.* *τὰ πρὶν εὖ θέμενοι* El. 1428 ch. *τὸ νεῖκος εὖ θέσθαι* Oed. R. 633. *εὖ ἱκνεῖσθαι prospera nuntiantem venire.* *εὖ μὲν ἵγμεθα* Trach. 228. *εὖ κατέχειν* et *εὖ ἔχειν bene evenire.* *εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχήσει* El. 493 ch. *ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει* Ai. 669. *εὖ κυρεῖν bene habere.* *εἰ τάδ' εὖ κυρεῖ* El. 789. *εὖ ξυνεῖναι prospero eventu adesse et iuvare.* *χοἱ πάντες εὖ ξύνειεν εἰσαεὶ θεοί* Oed. R. 275. *εὖ οἰκεῖν feliciter degere.* *κἂν εὖ τις οἰκῇ* Oed. Col. 1532. *εὖ παρίστασθαι prospere iuvare.* *ὡς εὖ παρέστης* Ai. 92. *εὖ προσφωνεῖν bene ominato alloquio uti.* *εὖ δὲ προσφωνούμεθα* Trach. 228. — 3. Semel *absolute* ponitur, probandi formula. *εὖ γ', ὦ τέκνον* Phil. 327. Inepte cod. Harl. *φεῦγ' ὦ.* — 4. Semel *cum articulo* dictum *substantivi* vices explet. *ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν* Phil. 1125 ch. *τὸ εὖ* est *τὸ εὖ ἔχον, quod commodum s. utile est,* v. Hermann.

Εὐαγής. *εὐαγές, ἁγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, ὅσιον, εὔοπτον, ἅγιον* Hesychius. *εὐαγοῦς, θειοτάτης* idem. Eadem fere Suidas, qui alio loco *εὐαγές τὸ εὖ περιηγμένον* explicat, addens *μεταφορικῶς κύκλος,* extrema haec ex Photio p. 27, 6. In his confusae glossae plures, altero ab *ἄγω* repetendo. — *ὅπως λύσιν τιν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρῃς* Oed. R. 921. Eust. p. 1112, 37. *Prosperum* significat, proprie *sanctimonia dis acceptum,* eoque primitivo significandi genere legitur *τίς οἶδεν, εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;* Ant. 517. schol. *εὐσεβῆ.* — Altera illa significatione a Suida commemorata, qua apud Euripidem aliquoties cum *εὐαυγής* commutatur et in libris et ab editoribus (v. Hermann. ad Bacch. 618. coll. ibi Matth. et Elmsl. item I. H. Vossio ad hymn. Cer. 275.), apud Sophoclem non legitur.

Εὔαγρος felix venando s. capiendo. *τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον* Oed. Col. 1090 ch. felicem eventum dare insidiis Creonti et comitibus positis.

Mediam natura brevem esse, si secundum antistrophici versus modulum dimetiare, ancipitem esse oportet.

Εὐάζω clamore Bacchio persono. Nam transitive non dicitur Sophocli, etsi non reperio lexicographorum qui de Sophocleo usu accurate notaverit. ἀμβρότων ἐπέων εὐαζόντων Ant. 1122 ch. Inepte schol. ὑμνούντων, μετ' εὐφημίας εὐοῖ λεγόντων. Recte Triclin. διὰ μέσου, ἀντὶ τοῦ, θείων ὕμνων εἰς σὲ φερομένων.

Εὐαής praeditus salubri afflatu. ὕπνε — εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις Phil. 817 ch. Schol. εὔπνους. Hesychius hunc locum spectans εὐαδής, εὔπνους. οἱ δὲ εὐαής. Fuerunt, qui εὐαδής a Sophocle dictum et εὐμενής, quod in scholiis ad εὐαίων adscriptum, eius vocis interpretationem putarent esse. Buttmannum, qui εὐαδής non ab ἀδεῖν, sed ab ἄω duci putat, ut a σπάω dicatur νεοσπαδής, Hermannus refutavit. Wunderus εὐαὲς ἔλθοις, media ut corriperetur, quod ferri non potest. Scholiastae explicatio recte constabit, si non venti flantis sed somni dolorem foventis sententiam tenueris. Affert hoc Eust. p. 1500, 33.

Εὐαίων. βίοτον εὐαίων' ἔχειν Trach. 81. *Prospero vitae cursu usum* significat proprie, sed dicitur etiam de re *fausta* qualibet, velut ὕπνε — εὐαίων, εὐαίων ἄναξ Phil. 818 ch. Libri semel εὐαίων. Schol.: εὐμενής, καλῶς ἄγων ἡμῖν τὸν αἰῶνα. Hoc posterius falsum est; non enim sibi sed Philoctetae lenem et placidum somnum optat. τὸν εὐαίωνα πλοῦτον inc. LVIII. 7, 3. (718 D.) significare videtur *qui vitam beatam reddit.* Hesychius vocabulum explicat εὐγήρως, εὔμοιρος.

Εὐάνεμος vento perflatus. ἐν εὐανέμοις βάσσαις Ai. 196 ch. γλαυκᾶς εὐανέμου λίμνας Laoc. II. 2 (341 D.)

* *Εὐανθής* v. οἰνάνθη.

Εὐάρματος curribus decorus. Θήβας εὐαρμάτου Ant. 837 m. Illustrant Musgravius, hic ex Eur. Herc. fur. 467. Pind. Ol. VI. 145. Isthm. VIII. 43., et Boeckh. Expl. Pind. p. 161.

Εὐβόειος Euboeensis. γῆς Εὐβοείας Thyest. VI. 2 (239 D.).

Εὔβοια insula. Εὐβοίας σταθμά Phil. 487. Musgr. et Schaef. olim (ad L. Bos. p. 697.) coniiciebant Εὐβοίᾳ. ἀκτὴ — Εὐβοίας ἄκρον Κήναιον Trach. 749. Εὐβοίας τ' ἄκραι 785. affert hoc Diog. Laert. X. 137. τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας Aeg. I. 3. (19 D.) *loca Euboeae opposita.*

Εὐβοΐς Euboeensis. ἀκτή τίς ἐστ' Εὐβοΐς Trach. 237. Cod. Flor. et Laur. a. sueto errore Εὐβοῖς. Εὐβοΐς sc. γυνή Tr. 400. Sed falso hoc obtruditur Thyestae fabulae VI. 2. ubi γῆς Εὐβοείας restitutum. Contractam nominativi formam Εὐβοΐδα χώραν Trach. 74. nemo legit. At Elmsleius ad Eur. Heracl. 83. et Ar. Ach. 883. Εὐβοῖς et Εὐβοΐδα commendavit. Quae iam inter se minime conveniunt. Deinde

Εὐβοΐς ea de causa abiicit Elmsleius, quod diphthongum, cuius subiunctiva vocalis ι sit, nunquam alterum ι succedere notum sit. Quod quam sit verum, unice illa commendata grammaticis demonstrant Ἀχαιϊκός, Πλαταιϊκός, cuius scripturae etsi vestigia ferme evanuerunt, exstat tamen apud Homerum Ἀχαιΐς et nota esse debebat Summi viri disputatio ad Phryn. p. 39. Fuit sane illa grammaticorum quorundam minorum gentium sententia resuscitata a Zonara p. 1763., sed hi diversissima miscuerunt, quippe etiam υἱός et μυῖα et καίω damnantes. Deinde etiam ἱεροποιΐα et cetera eius formae a verbo ποιεῖν composita Elmsleium oportebit ex sermone Graecorum exterminare. Praeter haec quomodo Νηρηΐς a genitivo Νηρῆος procreatum ad defendendum Εὐβωΐς advocare potuerit, cum nunquam Εὐβῴα s. Εὔβωα dicta sit, ambigitur. Sed nec Etym. M. p. 389, 14. de hoc nominum genere accuratius tractans, nec Stephanus Byz. monstrum illud vocabuli norunt.

Εὔβοτρυς dives vinetis. τὴν εὔβοτρυν Πεπάρηθον Phil. 544.

Εὐβουλία prudens consilium. ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία Ant. 1037. ηὐβουλία Brunck. et olim Erf. εὐβουλίας δεῖ 1085.

Εὔβουλος prudens consilio. Ἄρεος εὔβουλον πάγον Oed. Col. 951.

Εὐγενής. 1. *generosus*, i. e. nobili genere. εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὠ θανών Phil. 336. μάντις εὐγενής 600., quod quid sit, additum Πριάμου μὲν υἱός docet. εὐγενὴς γὰρ ἡ φύσις κἀξ εὐγενῶν 862. perfamiliaris enim veteribus opinio, generosorum patrum similes indole filios esse. ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες Oed. Col. 732. Creon Athenienses sic compellat aboriginum laude superbientes. Brunckii correctio ἐγγενεῖς ne elegans quidem est. οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι Ai. 1074. Versum cum aliis tribus habet Stob. Serm. LXXVIII. 6. τραφεὶς μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο 1208. πέλεται οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλός Tyr. XI. 2 (583 D.). τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθοὺς — φιλεῖ Ἄρης ἐναίρειν Phryg. I. 1 (649 D.). Scilicet πρόμαχοι ceterorum heroes erant. Similiter *equus* dicitur ἵππος εὐγενής El. 25., quod Philostratus respicit Vit. Soph. p. 606. — 2. Tralate *moribus et animo generosum* significat, qualem decet esse nobilem genere. εὐγενὴς γὰρ ἡ φύσις Phil. 862. εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή Ant. 38. θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ 1149. εὐγενῆ Aug. b. Dresd. a. εὐγενῆ (sic) ex duobus suorum codd. memorat Brunckius. ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή Ai. 475. Suid. v. εὐγενής. εὐγενὴς ἀνήρ 520. Suid. v. μνῆστις. ἥτις εὐγενὴς γυνή El. 249. κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς Aload. II (100 D.). — 3. Luna plenilunii tempore summo splendore nitens dicitur ὅταν περ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ inc. LVI. 7 (713 D.).

Εὖγμα supplicatio. ὅπως ἰκοίμην εὐγμάτων προςήγορος Ant. 1170. Schol. δι' εὐχῶν προςαγορεύουσα. De structura verborum v. προςήγορος.

Εὔγνωστος facilis ad noscendum. Ἀπόλλων — εὔγνωστος ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων Ai. 690. Explicandum ex sententia aetatis heroicae. Raro enim, nec nisi dilectis sibi Dii manifesti apparebant. Ceterum εὔγνωτος a prima manu Laur. a., item Laur. b.

Εὐδαιμονέω felix sum. ἡ τυραννὶς πολλά τ' ἄλλ' εὐδαιμονεῖ Ant. 502. *varia bona habet.*

Εὐδαιμονία felicitas. τίς ἀνὴρ πλέον τᾶς εὐδαιμονίας φέρει Oed. R. 1190 ch. πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει Ant. 1328 an. Sapientiam beatitatis loco Graecos censuisse bene ostendit contra Musgravium Erfurdtius.

Εὐδαιμονίζω felicem praedico. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης Oed. Col. 142 m. Apud Suid. v. εὐδαιμονέστερος scribitur εὐδαιμονῆσαι. Explicat Eust. p. 479, 14. τῆς ἐσχάτης subrogato. Sunt qui subaudiant εἰμί. Est autem e chori interrogatione τίς ποθ' ὁ πρέσβυς intelligendum τ ἰ ς *aliquis*, v. Herm.

Εὐδαίμων felix. εὐδαίμων ἀνύσει Phil. 711 ch. Σαλαμίς, σὺ μέν που ναίεις ἁλίπλακτος εὐδαίμων Ai. 594 ch. τοῦ πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου Oed. R. 1197 ch. τὰς εὐδαίμονας Ἀθήνας Oed. Col. 283. εὐδαίμονες γένοισθε 1551. εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών Ant. 578 ch. Locus a Stobaeo excerptus Serm. CIII., cuius oxymoron explicuit Hermannus. εὐδαίμονας ὄλβους Ion. I. 2 (298 D.).

Εὐδρᾰκής acute cernens. ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς ὕπνος ἄϋπνος λεύσσειν Phil. 836 ch. *somnus irritabilis aegrotorum*, facile animadvertentium omnia. De parallelismo v. Schaefero laudata. Apud Hesychium v. ε ὐ δ α ρ κ ή ς, εὐόφθαλμος cum Sopingio vel εὐδρακής vel εὐδερκής legendum, velut idem habet ἀδρακής — καὶ ἀδερκής.

Εὕδω. 1. Proprie *dormio.* εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς Phil. 272. ἐᾶν — ἕκηλον εὕδειν 758. ἄγρευτον εὕδοντα Oed. R. 586., quod de tranquillitate animi perperam explicat Erf. ἡδέως εὕδουσαν Trach. 174. νῦν γε πᾶς εὕδει στρατός Ai. 284. — 2. Transfertur de *mortuo* dictum: ὁὑμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς Oed. Col. 627. de *securo*: οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε Oed. R. 65. ὕπνον olim Schaef. coniecit, sed mox vulgatam defendit ad Oed Col. 307., tueturque eam Eust. p. 795, 62. V. et Lobeck. in monogr. fig. gramm. I. p. 20. (edita a. 1832). κεἰ βραδὺς εὕδει Oed. Col. 306., *etiamsi negligentia tardatus moratur*; quod cum non intelligeretur, Eldikius σπεύδει, Brunckius ἕρπει, Seidlerus ἔρδει coniecerunt. εὑδούσῃ φρενί Tymp. I. 3 (563 D.).

Εὔειρος, *εὔερος villosus.* πέπλον — ἴχριον ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ πόκῳ Trach. 672. librorum scriptura est. Valck. ad Phoen. 994. εὐείρου coniecit, secutique sunt Br. et Erf., hic et πόκον corrigens, ne ι dativi eliderctur, de quo diximus v. ἀργής, item Lob. ad Ai. 342. εὐέρου corrigendum monens et Elmsl. ad Eur. Heracl. addend. ad v. 693. Sed recte Lobeckius; εὔειρος diserte damnat Phryn. p. 146., apud quem εὐέριον librarii culpa peccatum est pro εὔειρον, quod idem mendum infuscavit Photium p. 29, 9. modo quod ibi εὔερον corrigendum, explicuit autem ionicum vocabulum attico. εὔειρον non idonea Leonidae Tarentini auctoritate firmat Schaeferus; nam Photium aliud quid quam Sophoclis verba spectasse apertum est. Hermanno εὔειρος visum ποιητικώτερον.

Εὐέπεια. ἄξιος γὰρ εἶ (ὄλβιος γενέσθαι) τῆς εὐεπείας οὕνεκα Oed. R. 932. *Humanitatem sermonis* interpretatur Musgravius. Suidas: εὐέπεια, ἡ καλὴ φράσις. Ego de *omine* dicti ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ γένοιτο interpretor, quali Graecos multum tribuisse constat.

Εὐεργετέω beneficium tribuo. ἐπεργετῶν γὰρ αὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην Phil. 666.

Εὐεργέτης beneficii auctor. ὑπεςτιμῶντες ὡς εὐεργέτην Ant. 284. — De tono v. ἐργάτης.

Εὔερος v. εὔειρος.

Εὔζωνος bene cinctus. εὐζώνους ἱματίων ἐπιζώστρας Zost. I (216 D.). Ambiguum, an Sophoclis sit.

Εὐημερέω prospero rerum statu utor. εὐημερίαν, τὴν εὐδαιμονίαν Phot. p. 30, 13. δύο σημαίνει — χρῶνται δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῆς εὐπραγίας Phryn. App. Soph. p. 38, 14. Cum Photio Hesychius facit. Suidas: εὐημεροῦσαν, ἑκάστῃ ἡμέρᾳ εὖ διάγουσαν, ex El. 643.: φίλοισί τε ξυνοῦσαν — εὐημεροῦσαν. V. Lob. ad Ai. p. 244. coll. Spanh. ad Callim. h. Cer. 136. De *pacatis rebus* dici videtur ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν εὐημερεῖ καλῶς τὸ πρὸς σέ Oed. Col. 622. Eleganter hoc a serenitate caeli traductum ad res domesticas et publica negotia. Illam enim primitivam significationem esse Phrynichus docet.

Εὐήμερος faustus. λευκὸν εὐάμερον πελάσαι φάος Ai. 695 ch.

Εὔηνος fluvius. τὸν βαθύῤῥουν ποταμὸν Εὔηνον Trach. 556.

Εὐήρετμος. ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἀλία πλάτα θρώσκει Oed. Col. 720 ch. de laude celeritatis navium, qua Atheniensis civitas superbiebat.

Εὐθάλασσος. δῶρον εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον Oed. Col. 715 ch. Neptuni ea dona sunt cum Minerva decertantis, qui θάλασσαν Ἐρηχθηΐδα in arce, dein equum procreasse fertur: Herod. VIII. 55. Apollod. III. 14. coll. Bentl. ad Hor. Carm. I. 7, 7. *donum* igitur *nobile maris* interpretamur.

Εὐθέως confestim. εὐθέως ὑπέσχετο — δηλώσειν Phil. 611. τίνοι' ἂν εὐθέως; Oed. Col. 998. εὐθέως δ' ἐγὼ — ᾄσσω Ai. 31.

Εὐθὺ recta via. ἴετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ λέχη Oed. R. 1242. Sic recte Brunckii cod. C. cum gl. ὥρμα — ε ὐ θ ύ, κατ' ὀρθόν. Reliqui codd. vitiose εὐθύς.

Εὐθύνω. Proprium est de *cursu regendo.* Inde proxime abest, quod de famulo puerum custodiente dicitur ἄγ' αὐτὸν ὥσπερ χεροῖν εὐθύνων κυρεῖς Ai. 538. De *regenda civitate:* πᾶσαν εὐθύνων πόλιν Ant. 178. λαβὼν δὲ χώρας παντελῆ μοναρχίαν εὔθυνε 1149. Augmenti nullum vestigium, nec verisimile eiusmodi verba aucta fuisse secundum Herodiani dicta p. 314, 38. Herm., et Suidam v. εὐλόγησα. Nam quod Moeris p. 175. contrarium affirmare videtur, magnam interpolationis suspicionem habet. Nemo sanus enim cum notissimis illis ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, ἤμελλον quartum plane absimile et alius generis verbum ηὐξάμην coniunxerit.

Εὐθύς confestim. Nota sunt, quae de distinguendis εὐθύς et εὐθύ quasi certatim contulere grammatici, Ammon. p. 62. coll. Valck. Anim. p. 90., unde omisso Menandri loco, quo ille ἀκυρολογίας exemplo utitur (v. Meinekium p. 52.) sua desumpsit Etym. Gud. p. 221, 41.; deinde Phryn. p. 144. Tim. p. 127., schol. Ar. Nub. 1048. Herm., explicans ἐν ἀρχῇ: nec adversatur Eust. p. 579., l. scribens καὶ τὸ ε ὐ θ ύ ς δὲ καὶ ἰ θ ύ ς — ὁμοίως ἀπάγουσι τὸ σ ἐν τῷ ε ὐ θ ὺ καὶ ἰ θ ύ, ὅθεν καὶ τὸ κ α τ' ε ὐ θ ὺ καὶ κ α τ' ἰ θ ύ. De recentioribus laudasse satis est Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. p. 437. Wesseling. ad Diod. II. 12. Ruhnk. ad Tim. l. c. Valck. ad Hipp. 1197. Lobeck. ad Phryn. l. c. Dissen. Expl. ad Pind. p. 546. Quod unum illorum praeceptis repugnare videbatur exemplum, Eur. Hipp. 1193. (1197 Valck.) probabili disputatione exemisse videtur Dind. praef. Scen. Gr. p. XXII. — καί μ' εὐθὺς στρατὸς ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετο Phil. 356. εὐθὺς ἐκβάντα coniungenda. εὐθὺς ἐξανίσταμαι ὀργῇ 367. εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς 374. ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται Oed. R. 812. τί μ' οὐ λαβὼν ἔκτεινας εὐθύς; 1392. εὐθὺς ψαύσας ὧν παίδων λέγει Oed. Col. 1634. εὐθὺς διψίαν φέρει κόνιν Ant. 425. σὺν δέ νιν θηρώμεθ' εὐθύς 429. εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην 992. εὐθὺς — ἐπιστρέψας χεροῖν ἥκειν κομήτην ἰόν Trach. 563. ὁ δ' εὐθὺς ἐξῴμωξεν Ai. 310. ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος ἄνους — εὑρέθη 749. cf. Phil. 356.; sed inutiliter distinctum ab Hermanno et aliis post ἐξορμώμενος. ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας πέμπει με 767. καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς El. 747. κεὐθὺς τάλαιν' ὡς εἶδον 890. χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων 894. χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην 1497. — Naupl. V. 6. (379 D.) dudum correctum οὗτος.

Εὔιος cognomen Bacchi. οἰνῶπα Βάκχον εὔιον Oed. R. 211 ch. Inde *Bacchicum* significat. εὔιον πῦρ Ant. 953 ch. a facibus et taedis in Bacchicis sacris praeferri solitis dictum. Cf. Eur. Bacch. 146. et Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 328. Sed si non scribendum, certe pronuntiandum cum interaspiratione; sic enim Bacchicae exclamationes εὐοῖ et εὐάν proferebantur. V. Apoll. de coni. p. 509, 18. de synt. p. 319, 19. schol. Dion. Thr. p. 951. Herodianum ap. Theognost. Bekk. p. 1433. coll. Lehrs. de Arist. Stud. Hom. p. 337.

Εὔιππος equis dives. εὐίππου χώρας Oed. Col. 674 ch. δῶρον εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον 715 ch. v. εὐθάλασσος.

Εὔκαιρος opportunus. χὤτι σοι λέγειν εὔκαιρόν ἐστι Oed. Col. 32.

Εὐκάρδιος animosus. ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος Phil. 531. ὁρᾷς τὸν θρασύν, τὸν εὐκάρδιον Ai. 357 m. In Philocteta constantia ferendarum aerumnarum significatur; possit etiam in Aiace quis ita distingui velle θρασύν et εὐκάρδιον, ut illud *faciendi*, hoc *patiendi* vim habeat, quibus deinde quasi summae rei colligendae subiicitur τὸν ἐν δαΐαις ἄτρεστον μάχαις.

Εὔκαρπος frugibus dives. εὐκάρπῳ θέρει Ai. 656 *ad fruendum suavem* significat εὔκαρπον Κυθέρειαν inc. CV. 90 (879 D.).

Εὔκερως cornutus. εὔκερων ἄγραν Ai. 64. 290.

Εὔκηλος tranquillus. μήτε — ξυνναίοιμ' εὔκηλος El. 234. *placata.* De Phil. 758. v. ἕκηλος. Lenem spiritum docet Apoll. de adv. p. 558, 17.

Εὐκλεής gloriosus. τοῖσι γενναίοισί τοι — τὸ χρηστὸν εὐκλεές Phil. 474., quem versum cum aliis quatuor excerpsit Suidas v. ἔξοιδα. εὐκλεᾶ θέσθαι βίον 1408. κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον κατέσχον Ant. 498. ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων 691. — Epica accusativi forma exstat Oed. R. 161 ch.: Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει, metro εὐκλεᾶ repudiante, quod in libris omnibus est et vulgabatur ante Brunckium. Elmsleius scholiasten secutus *Εὔκλεα* pro *Εὔκλεια* dictum putat, quo nomine dea apud Boeotos culta est: v. Plut. Aristid. c. 20. Id et ad sensum durius est, nec mediae syllabae mensura illa defendi potest. Sed epicam, sive, si mavis, lyricam accusativi formam ut reconditam apte Sophocles praetulit: cf. Nicaenetum Athenaei XV. p. 673. c. Deinde Pindarus εὐκλέα ἀγοράν dixit fr. Dithyr. II. 5. p. 47. Schn. et κυκλόεντα θῶκον ἀγορᾶς εὐκλεῆ ex Sophocle commemorat Eust. p. 1335, 60., qui idem de breviore accusativi forma accurate praecepit p. 1516, 1. cf. p. 141, 41. Recentiorum quaedam exempla collegit Iacobs. ad Anth. Pal. t. III. p. 905.

Εὔκλεια laus. Atticis ᾱ producto penacute scriptum fertur a Choerobosco cod. Bar. 50. ap. Bekk. p. 1314. Aelio Dionysio ap. Eust. p.

1579, 28. Etym. M. p. 462, 4.; cf. ἄγνοια, ἄνοια, παλίῤῥοια. Apud Sophoclem quidem nunc ita non legitur, verum apud Aeschylum Sept. 667. — δράσαντι πλεῖστον εὐκλείας γέρας Phil. 476. ἥ — εὐκλείας ἄγαλμα μεῖζον Ant. 699. Iohns. Musgr. εὐκλείᾳ, v. ἄγαλμα. ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν Ai. 460. i. q. στέφανον εὐκλεᾶ μεγάλως, v. Herm. — εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην σαυτῇ — προςβαλεῖς El. 961. οὐδεὶς εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει 1072. πᾶσαν εὔκλειαν φέρων Ai. 431. εὔκλειαν ἂν κτήσαιτο Alet. V. 3. (92 D.).

Εὐκρότητος malleo bene duratus. ἐξ εὐκροτήτου χαλκέας — πρόχου Ant. 426. V. Dorvill. ad Char. p. 251.

Εὐκταῖος votivus. εὐκταῖα φαίνων ἢ ἀπὸ μαντείας τινός; Trach. 238. εὐκταῖα 239. *rata faciens vota sacrificat.* Huc spectat Hesychii explicatio εὐκταῖα, τὰ κατ' εὐχὴν ἀποδιδόμενα. Cf. Piers. ad Moer. p. 137.

Εὐκτός quod quis precibus expetat. τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην inc. LX. 1, 2 (723 D.).

Εὐλάβεια cautio. εὐλάβεια τῶν ποιουμένων Oed. Col. 116. Articulo caret Suidas v. εὐλάβεια, nec opus eo, sed vulgo legitur. ἐσώζετ' ἂν τὴν εὐλάβειαν El. 982. *cauta videretur.* Affert Eust. p. 479, 26. 694, 23. εὐλάβειαν τῶνδε προὐθέμην ἐγώ 1326. *cavi.*

Εὐλαβέομαι caveo. εὐλαβουμένῳ πεσεῖν Oed. R. 616. εὐλαβοῦ δέ, μὴ φανῇς κακός Trach. 1119. Sed εὐλαβήθητι Oed. R. 47. est *urbi cave*, ab interitu eam defende.

Εὔλεκτρος pulcher ad concumbendum. εὐλέκτρου νύμφας Ant. 791. Factitive dictum εὔλεκτρος Κύπρις Tr. 513 ch.

Εὐλογέω praedico. πατέρα — εὐλογοῦντά σε Phil. 1298. Eust. p. 737, 5. ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον Oed. Col. 724. τὸν ἐν Δωδῶνι δαίμον' εὐλογούμενον Niptr. 401 D. (deest ap. Brunck. repertum apud Io. Alex. τον. παρ. p. 12. 2.). Laudem adsignificari etiam video in κενὴν ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου ὡς ζῶντος Teucr. III. 2 (508 D.).

Εὔλοφος cristatus. εὐλόφου κυνῆς Ai. 1265. Eust. p. 675, 34. φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι Colch. IV. 2 (314 D.).

Εὐμαθής agnitu facilis. ὡς εὐμαθές σου — φώνημ' ἀκούω Ai. 15. Eust. p. 198, 4. 611, 14. cf. 1473, 21. σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμαθὲς — θήσεται Trach. 611. ὃ εὐμαθές coniungitur, κατὰ τὸ σημαινόμενον.

Εὐμάρεια facilitas. οὐκ εὐμαρείᾳ χρώμενος πολλῇ Tr. 192. εὕρισκον — τούτου πολλὴν εὐμάρειαν Phil. 284. sc. τοῦ ἀνιᾶσθαι, *copiam.* ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι 697 ch. de suppetente levamine. Non recte schol. ὅπου εὐμαρές ἐστιν αὐτῷ ἀπιέναι. Εὐμαρία non legitur.

Εὐμαρής facilis. χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός El. 173 ch. Afferunt Suid. v. χρόνος et Eust. p. 1342, 47. Schol. ὁ χρόνος εὐμαρῶς προςέρχεται. Multa temporis decursu optabilia suppeditari adsignificatur. Cf. Lobeck. de dodecatheo p. 10.

Εὐμένεια benevolentia. τίς — ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι τοιοῦδε Oed. Col. 637.

Εὐμενής benevolus. τὸν εὐμενῆ πόλει Ant. 212. *propitius,* dictum de Dis: Εὐμενίδας ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τον ἱκέτην Oed. Col. 487. ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχεθεῖν Ant. 1185. αἰτοῦ — εὐμενῆ ἡμῖν ἀρωγὸν — μολεῖν El. 445.

Εὐμενίδες Eumenides. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας Oed. Col. 42. Suid. v. τιν. Eust. p. 763, 27. ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην 487. εὐμενεῖς ἐξ εὐμενῶν Reisigius, qui sibi nescio quomodo persuasisset Eumenidum nomen ab homine Atheniensi pronuntiari non potuisse.

Εὐμνηστος memor. εὐμναστον ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν Trach. 108 ch. proprie *terriculamento admonitam timere viro.* Livin. v. a manu coniectantis ἀείμναστον.

Εὐμολπίδης Eumolpida. προςπόλων Εὐμολπιδᾶν Oed. Col. 1056 ch.

Εὔμορφος formosus. δυςειδὲς σῶμα — εὔμορφόν τ' ἰδεῖν (τίθησι) Aload. XI. 10 (109 D.). Cf. Locell. ad Xen. Eph. p. 143.

Εὐνάζω consopio. Non dicitur proprie. De *morte:* Ἅιδας, εὔνασον, εὔνασον Trach. 1031. Libri εὔνασόν μ' εὔνασον contra verisimilem metri rationem. σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή Oed. R. 961. Afferunt hoc Stob. Serm. CXVIII. 11. et apud eundem Themistius CV. 28. Eust. p. 699, 40. 1266, 40. 1821, 8. 1959, 20. Apostolius Prov. X. 97. De sententia cf. Dorvill. ad Char. p. 97. Bat. Markl. ad Eur. Suppl. 766 — De *curis* et *morbi dolore:* οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον Trach. 106 ch. σὺ γάρ μ' ἀπ' εὐνασθέντος ἐκκινεῖς κακοῦ 1231. Sic Herm. ex schol., scribente ἀναταράττεις ἀπὸ τοῦ καταπραϋνθέντος κακοῦ. Libri minus eleganter ἀπευνασθέντος. — Plane solitario modo dictum immediative pro εὐνάζεσθαι, κοιμηθῆναι Trach. 1001 m.: ἐᾶτέ με δύςμορον εὐνάσαι. Cod. Flor. Laur. a. et schol. R. εὐνᾶσαι, unde non inepte coniicias εὐνᾶσθαι, quo recepto etiam metrum antistrophici versus τοῦ στυγεροῦ, φεῦ φεῦ accuratius exaequantur.

Εὐναῖος, ἐγκεκρυμμένος explicantes ex Dolop. I. (184 D.): εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων afferunt Phot. p. 36, 12. Etym. M. p. 393, 43. Eo fortasse Hesychii glossa spectat, εὐναῖος, λαγώς. Σοφ. Δόλοψιν. καταπτηχής, v. Toup. Add. ad Theocr. p. 410. — De tono v. Arc. p. 42, 28.

Εὐνάομαι *dormio* (decubui). *θηρός, ὃν ἐν πύλαισί φασι πολυξέστοις εὐνᾶσθαι* Oed. Col. 1566 ch. Sed *πολλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ* Tyr. IX. (581 D.) videtur *quasi habitantem, noctes diesque in malis agentem* significare.

Εὐναστήριον *cubile.* *καθίζετ' ἐν μέσοισιν εὐναστηρίοις* Tr. 914. Hesychii explicatio *συνοίκησις* hic non quadrat.

Εὐνή. De *cubili*, quae propria significatio est, apud Sophoclem non dicitur. Tralate 1. *nidum* significat. *ὅταν κενῆς εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος* Ant. 421., quod pleonasmi simile dictum firmavit Erfurdtius. — 2. *sepulcrum.* *εἰς εὐνὴν πατρός* El. 428. v. Dorvill. ad Char. p. 258. — 3. *Accubitio s. somnus in lecto captus.* *στυγεραὶ εὐναί* El. 93 an. — 4. Usitatissimum de *nuptiis* est; cuius tralationis viam monstrat *καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διὸς εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί* Ai. 488. non est enim *lectus iugalis*, sed *ἡ δι' εὐνῆς γαμικὴ ὁμιλία.* *κακᾷ μ' ἐν εὐνᾷ πόλις — γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ* Oed. Col. 529 m. *εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθοράν* Ant. 1209. non *coniugis*, ut putabat Musgr., sed *nuptiarum sponsae morte disturbatarum*, velut se *Ἀχέροντι νυμφεύσειν* Antigona dixerat ipsa v. 810. *γοᾶτο δ' εὐνάς* Oed. R. 1249. *εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι* Trach. 109 ch. *matrimonio viro orbato.* *αἳ τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους* (*ὁρᾶτε*) El. 114 m. v. *ὑποκλέπτω.* — Tonum notavit Arcad. p. 111, 5

Εὐνήτρια *quae in lecto decumbit.* *οὔποτε δέξεσθ' ἔτ' ἐν κοίταισι ταῖσδ' εὐνήτριαν* Trach. 918. * Aldus *εὐνήστριαν*: v. Lobeck. ad Phryn. p. 204.

Εὖνις et *orbum* et *coniugem* vulgo significare aiunt. *εὖνις, ὁ ἐστερημένος καὶ μεμονωμένος* Eust. p. 149, 16. 1256, 27. 1643, 16. inde *χήρα* p. 445, 7. *εὖνιν, ἐστερημένον* Hesychius. *εὖνις, ἐστερημένη τῶν ἐπιτηδείων,* quod apprime convenit ad Sophoclis usum. *τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην* Trach. 560. Schol. *ἡνίκα καταλιποῦσα τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς ἔρημος ἐπηκολούθησα τῷ Ἡρακλεῖ*, quibus verbis vitiosa scriptura *τῶν πατρῴων ἡνίκα στόλων* explicatur. *Patris missu* significari Schaeferus vidit, *εὖνις* autem longe videtur elegantius explicari: *ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκδοθεῖσα τῶν προτοῦ ἐπιτηδευμάτων ἐστερημένη ἑσπόμην.* Locus, quo positum vocabulum est, minime abhorret a poetarum in hoc genere licentia. — *εὖνις* cum *μεμονωμένον* significet, asperari iubent schol. Il. *χ.* 44.; contra ab *εἷς ἑνός* ductum mutare tamen scriptum observat Eust. p. 558. 19., Apollonium secutus de adv. p. 558, 19. *Uxorem*, quanquam ab *εὐνή* ducto vocabulo *εὔνιδα*, non *εὐνίδα* scribi iubet Etym. M. p. 97: 51.; Arcad. p. 32, 17. non accurate distinguit.. Cf. Lob. ad Phryn. p. 326.

Εὐνοέω bene volo. εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα Ai. 674.

Εὔνοια benevolentia. πέλασσον εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν Phil. 1149 ch. εὐνοίᾳ πελάταν iungenda, i. e. εὐνοϊκῶς πελάσαντα. ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων 1306. πόθεν γὰρ ἂν — παρέσχ' εὔνοιαν Trach. 705. εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ El. 226 ch. Olim εὐνοίας male ferebatur Oed. Col. 391. v. εὔσοια.

Εὐνόμας pascuus. Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ (λειμώνια) ποιᾷ μήλων ἀνήριθμος αἰὲν εὐνόμᾳ χρόνῳ τρυχόμενος Ai. 597 ch. εὐνόμῳ χρόνῳ in codd. omnibus et Aldina est, explicatum a scholiasta τῷ καλῶς μεριζομένῳ εἰς τέσσαρας ὥρας, et τῷ εὐνομουμένῳ καὶ δικαίῳ ἢ εὐκινήτῳ, ἢ εὐνόμᾳ λειμῶνι τῷ καλὰς νομὰς ἔχοντι. Locus conclamatus est ab omni parte; nec quidquam profeceris Hermanni correctione minime probabili λειμών' ἄποινα, quin ne λειμῶνι quidem a schol. lectum esse concedi potest. Deinde Hermannus εὐνόμᾳ restituit ex Aug. c. secunda manu et Triclinianis, maxima licentia; εὐνόμας a Brunckio l. c. et Valck. ad Phoen. 42. defensum exemplis plerisque non idoneis; unum enim convenit Eur. Alc. 572 (582 Herm.). Uberius firmabit in nova editione Aiacis Lobeckius. Comparari αἰγιδόρας, προβατοδόμας, βακτροφόρας, πτεροφόρας, δαυλοδρόμας, ὠκυδρόμας possunt, a verbo vel substantivo verbali ducta omnia, sane Doriensium sermonem redolentia.

Εὐνομία legum observantia. θεῶν πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσ' εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ Ai. 699 ch.

Εὔνους benevolus, amicus. ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν Phil. 1335. ἐπείπερ εὔνους ἦλθον Oed. R. 1003. ἢν εὔνους παρῇ Oed. Col. 500. ὅστις εὔνους τῇδε τῇ πόλει Ant. 209. ψυχὴ εὔνους Alet. I. 1 (88 D.). — οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα Phil. 1265. πόλιν τέ μοι ξυνοῦσαν εὔνουν Oed. Col. 777. τὸ νερτέρων εὔνουν διαστὰν γῆς βάθρον 1658. εἰ τὸ τῶνδ' εὔνουν πάρα El. 1194. ἀλλ' ἔστιν εὔνουν 1195. — *Superlativus.* ξίφος — εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν Ai. 809. *a quo beneficium celerrimae mortis spero.*

Εὐνοῦχος. εὐνοῦχοι οἱ τὴν εὐνὴν ἔχοντες, ὡς γεοῦχοι. εὐνούχους δὲ Σοφοκλῆς καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὰς εὔνεις καὶ μὴ μεταοχόντας ὕπνου, τουτέστι τηροῦντας· οὐχ ὅπου λαμπάδες εὐνούχοις ὄμμασιν (inc. CV. 91. 880 D.) ap. Bekk. p. 1376. ex cod. Par. 2630. v. εὐνοῦχοι. De accentu v. Theodos. p. 30, 13.

Εὐοδόω prospere prosequi. σφῷ δ' εὐοδοίη Ζεύς Oed. Col. 1437. σφῷ Hermannus; libri σφῷν, sed εὐοδοῦν transitivum illum casum non fert.

Εὐοῖ exclamatio bacchantium. ἀναταράσσει εὐοῖ μ' ὁ κισσὸς Trach. 218 ch. Brunckius secundum Heathium εὐοῖ verbum esse ratus εὐοῖ με

coniunxit: pro qua quid dici sententia possit, exposuit Hermannus, idem veram exclamationis interiectae significationem ostendens. De interaspiratione v. Lehrs. de Stud. Arist. Hom. p. 337. Herod. ap. Theogn. Bekk. p. 1433. De tono Apoll. de adv. p. 588, 26.

Εὔορμος *portuosus.* γῆν — οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην Phil. 221. Illustrat Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 637.

Εὐορνιθία, κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ Σοφ. (f. ὡς παρὰ Σοφ.) τὸ ἀγαθὸν οἰώνισμα Eust. p. 1439, 36. εὐορνιθία, Σοφ. ἐπὶ οἰωνῶν Phot. p. 37, 9. (CV. 92. 881 D.). Cf. Valck. ad Eur. Hipp. 871.

Εὐοσμία *suavis odor.* βαρβάρους εὐοσμίας Laoc. I. 2 (340 D.). Harpocratio βαρβάρων.

Εὐπατρίδης *nobili patre ortus.* εὐπατρίδαν Ὀρέσταν El. 157 ch. ἐλπίδων κοινοτόκων εὐπατριδᾶν τε 848 m.

Εὔπατρις *generosus.* τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι; El. 1070 ch.

Εὔπειστος *credibilis.* εὔπειστα λέγει Ai. 151. ch. Codd. Lips. a. b. Flor. Γ. Laur. a. a prima manu, Ricc. et Brunckiani praeter duos εὔπιστα. Moschop. π. σχεδῶν p. 8.: εὔπιστος ὁ εὐκόλως πιστευόμενος· εὔπειστος ὁ εὐκόλως πειθόμενος. Nihili haec, v. ἀπιστέω et ἄπιστος.

Εὐπετής *facilis.* ὥςτ' ἂν εὐπετὴς λάβοις inc. XVIII. 2 (673 D.). Sic scribendum; inepte vulgo ὡς δ' ἄν.

Εὐπετῶς *facile.* τὰ θεῖα — εὐπετῶς φέρειν Ter. XI. 2 (521 D.).

* **Εὔπιστος** v. εὔπειστος.

Εὔπλοια *prospera navigatio.* μ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως Phil. 1451 an. Tralate dictum τὸν ὑμέναιον, ὃν δόμοις ἄνορμον εἰσέπλευσας εὐπλοίας τυχών Oed. R. 423., de matrimonio prospera spe inito.

Εὔπομπος *fausto omine gubernans.* τὰ νῦν δ' εὔπομπος, εἰ δύναιο Oed. R. 697 ch. Schol. cod. Lips. ἀγαθὸς ὁδηγός, κυβερνήτης.

Εὐπόρως *facile.* τοῦτ' ἔτλησαν εὐπόρως οὕτως ἐνεγκεῖν Phil. 860. Haec librorum scriptura (solus Laur. b. εὐπόνως) de tolerando Philoctetae morbo haud paulo aptior est, quam εὐλόφως et εὐφόρως, quae sunt Eldikii et Brunckii coniectationes.

Εὔποτμος *fortunatus.* (Μουσῶν) μνᾶσις εὐποτμώτατος Synd. I. 2. (146 D.), ut satis probabiliter Brunckius correxit quod legitur ὠδυνάσεις εὐποτμόταται Stob. XXVI. 1.

Εὐπραξία *secunda fortuna.* κἀπ' εὐπραξίᾳ μέμνησθέ μου θανόντος Oed. Col. 1551. secundis rebus usi.

Εὐπρεπής *decorus.* ὥςπερ εὐπρεπὴς χαλκός inc. LXXII. 1, 1 (742 D.). Plut. Mor. p. 788, b. 792, a. 1129 d. ea sententia usus postremo loco εὐγενὴς habet.

Εὐπρόσωπος laeto vultu. εὐπρόσωπος ἰλεώς τε Ai. 989. Affert Suid. v. εὐπρόσωπος, εὐπροσήγορος interpretatus.

Εὔπτερος pinnatus. εὔπτερον ὄρνιν Oed. R. 175 ch.

Εὔπωλος dives equuleis. δῶρον εὔιππον εὔπωλον Oed. Col. 715 ch. de donis Neptuni cum Minerva de tutela Athenarum certantis. Ne bis idem dicatur, Reisigius εὔπλουτον excogitavit. Recte Hermannus alterum ad curules victorias, alterum ad alendae nobilis propaginis studium refert. Eodem modo, quo Sophocles, locutus Simmias est apud Hephaest. p. 43 (75 Gaisf.).

Εὑρετίς inventrix. ψυχὴ γὰρ εὔνους — κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρετίς Alet. I. 1 (88 D.). Scribendum acute, sic enim εὑρετής scribitur: schol. Il. β. 765. Etym. M. p. 436, 12. Arcad. p. 26, 17. Schaef. schol. Apoll. Rh. p. 219.

Εὑρετός quod reperiri potest. τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ ζητῶ inc. LX. 1, 1 (723 D.).

Εὕρημα inventum. ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα Naupl. V. 2 (379 D.). De *infante sublato:* εἴθ' ὁ Βακχεῖος θεὸς εὕρημα δέξατ' ἔκ του Νυμφᾶν Oed. R. 1106 ch. — εὕρεμα iam mensura excluditur, et v. Lob. ad Phryn. p. 445.

Εὔρινος sagax. κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις Ai. 8. Suid. v. εὔρινος, βάσις et Λάκαινα, Etym. M. v. τρίβακος, Liban. t. II. p. 673. usurpant. Minus scite de genitivo quidam cogitabant, et εὔρινας canes Laconicas Sophoclem dixisse memorat Manuel. Palaeol. ap. Meurs. Misc. Lac. III. 1. v. Lobeck.

Εὑρίσκω. I. *Formae.* 1. *Activi praesens* εὑρίσκω El. 925. εὑρίσκει Aload. XI. 1 (109 D.). εὑρίσκομεν Ai. 25. εὑρίσκειν Oed. R. 440. *imperf.* εὕρισκον Phil. 283. Oed. R. 68. — *perf.* εὕρηκα Oed. R. 546. Flor. Α. εὕρισκ'. — *fut.* εὑρήσεις Oed. R. 441. Phaedr. VII. 2 (610 D.). — *aor.* εὗρον Oed. Col. 1128. Dionys. I. 2 (1182 D.). εὗρες Ai. 1123. εὗρε Naupl. V. 5 (379 D.). εὕρω Phil. 450. εὕρωσι El. 1050 ch. εὕροις El. 863. εὑρεῖν Oed. R. 42. El. 1297. Camic. I. 2 (299 D.). εὑρών Oed. R. 1026. εὑροῦσα Oed. Col. 327. El. 270. εὑροῦσαν Oed. Col. 1079 ch. εὑρόντες Ant. 307. inc. CV. 67 (856 D.). εὑροῦσαι Trach. 283. — 2. *Passivi praesens* εὑρίσκομαι Oed. R. 1397. — *perf.* εὕρημαι Trach. 1064. εὕρηται Ai. 608. εὑρῆσθαι Oed. R. 1050. Flor. Α. εἰρῆσθαι, Γ. εὑρεῖσθαι. εὑρημένα Oed. Col. 1190. Laur. b. εἰρημένα. — *fut.* εὑρεθήσεται Oed. R. 108. — *aor.* εὑρέθης Ai. 1114. εὑρέθη Ant. 402., de quo loco post dicendum erit. Ai. 120. 750. εὑρέθησαν Oed. Col. 950. εὑρεθῇς Trach. 410. Oed. R. 839. εὑρεθείη Ant. 327. — 3. *Medii praesens* εὑρίσκεται El. 615. — *aor.* εὑρό-

μην Ai. 1002. Ed. Basil. Eust. p. 367, 14. (1637, 27.) mendose *εὑροίμην*. Aoristi forma *εὑράμην* a grammaticis certatim damnata, in tragicorum scriptis vix sui vestigia reliquit: v. Lob. ad Phryn. p. 139. coll. Sturz. de Dial. Maced. p. 62. In Ai. l. c. tamen Flor. *Γ*. *εὑράμην*. Nec augmenti manet indicium, nisi quod in Laur. a. supra scriptum η Ant. 402. ubi vulgatur *εὑρέθη*. Cum autem Ald. et Iuntt., quae auctae formae alias testes non sunt, *ηὑρέθη* habeant, Hermannus Schaeferi emendationem ad Greg. Cor. p. 533. recepit, *ἠρέθη*, quod schol. videtur explicare, *ποίῳ τρόπῳ συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε αὐτήν*. Etsi autem et grammaticorum testimonia (v. Herod. Herm. p. 314. Lob. ad Phryn. p. 140.) damnant auctam scripturam et libri plerisque locis refragantur, tamen quae probarent omnes Elmsleius unus, qui negaret, repertus est ad Heracl. 305. praef. Oed. R. p. XII. ad Med. 191. Idem sensisse Porsonum ex eius adnotatis ad Aesch. Prom. 463. ed. Blomf. colligas.

II. *Usus*. Quid de discernendo medio et activo observarint veterum maxime Ammonius p. 61., recentiorum Dawesius Misc. Cr. p. 210. Lips., neque a Pindaro accurate custodiri iam Heynius adverterat, nec a tragicis inviolata mansisse Schaeferus ad El. 1061.. coll. Lob. ad Phryn. l. c. 1. Prima significatio est *forte inveniendi*. *εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς* Oed. R. 1026. *ἄλλας στραβήλου τῆσδε τέκνον, εἴ τινα δυναίμεθ' εὑρεῖν* Camic. I. 2. *σφηκιὰν βλίζουσιν εὑρόντες τινά* inc. CV. 67. — 2. Traducitur ad *observandi* et *deprehendendi* vim, inprimis de *hominibus* aliquid facientibus dictum. *ὅταν — τοὺς θεοὺς εὕρω κακούς* Phil. 450. *τοιαῦτ' ὀνείδιζ', οἷς ἔμ' εὑρήσεις μέγαν* Oed. R. 441. *δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί* 546. *οὐκ ἔστιν ὅντιν' εὑρήσεις* Phaedr. VII. 2 (610 D.). — De *rebus*: *τά τ' ὄντα πρόσθεν ἄλλα θ' εὑρίσκω κακά* El. 925. *ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν λείας* Ai. 25. *τό γ' εὐσεβὲς μόνοις παρ' ὑμῖν εὗρον ἀνθρώπων* Oed. Col. 1128. Ab his paulo distant haec: *οὐ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὕρες* Ai. 1123. *εὑροῦσ' ἐκείνην ἡμέραν* El. 270. *cum ad diem illum rursus pervenit*. — Eodem modo *passivum* dicitur, ut tamen persaepe *ὁρᾶσθαι ἐναργῶς*, *manifestum fieri* interpretari liceat. *ὅτῳ γάμοι ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι* Oed. Col. 950. *ἢν εὑρεθῇς ἐς τήνδε μὴ δίκαιος ὤν* Trach. 410. *νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι* 1064. *τίς ἂν — δρᾶν ἀμείνων εὑρέθη τὰ καίρια;* Ai. 120. *νῦν δ' αὖ — φίλοις μέγα πένθος εὕρηται* 608 ch. *ἄνους — εὑρέθη* 750. *κλέπτης γὰρ αὐτοῖς ψηφοποιὸς εὑρεθῇς* 1114. Versum affert Eust. p. 1601, 59. De praestigiatoribus exponentem consule Casaub. ad Athen. p. 46. *ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων σοὶ ταὐτά* Oed. R. 839. *νῦν γὰρ κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι* 1397. De Antig. 402. iam dictum est. — 3. *Reperire* cum

quaerendo tum *cogitatione.* Illud: *ὑμᾶς μόλις εὑροῦσα* Oed. Col. 327. *εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα — εὑρόντες ἐκφανεῖτε* Ant. 307. *ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστα* 327. Idem *passive: ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται ἴχνος — αἰτίας* Oed. R. 108. *ὡς ὁ καιρὸς εὑρῆσθαι τάδε* 1050. Alterum, inprimis de *remedio* et *artificio: πόθεν δ' ἂν εὕροις τῶν ἐμῶν σὺ πημάτων ἄρηξιν;* El. 863. Affert Suid. v. *ἴασις. πάντα δὲ σκοπῶν εὕρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρόν* Phil. 283. *τὰ κακῶς εὑρημέν' ἔργα* Oed. Col. 1190. *πόθεν ποτ' ἄλυπον ὧδε εὗρον ἄνθος ἀνίας* Dion. I. 2., nisi hoc de forte oblato invento dictum est. *ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμῖν* Oed. R. 42. *ἣν δ' εὖ σκοπῶν εὕρισκον ἴασιν μόνην, ταύτην ἔπραξα* 68. *οὔκουν σὺ ταῦτ' ἄριστος εὑρίσκειν ἔφυς;* 440. Oedipi enim in solvendo aenigmate sollertia significatur. *εὗρε πεντηκοντάδας* Naupl. V. 5. — 4. Huic significationi proxima est *statu aliquo potiendi*, cum forte oblato, tum studiose expetito. Ex priore genere est *ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον* Trach. 283. quae Suidas affert v. *ἄζηλον*, et quod *pati* interpretere *τὰν δεινὰ δ' εὑροῦσαν πρὸς αὐθαίμων πάθη* Oed. Col. 1079 ch. Ex altero illa sunt: *ἀφ' ὧν τ' ὄνασιν εὕρωσιν* El. 1050 ch. *κοὐδ' ἄν σε λυπήσασα βουλοίμην βραχὺ αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος* 1297. *τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους* Aload. XI. ubi quidem medii usus non erat, quia opes ipsae amicis non utuntur. Omnino medii usus infrequens. *Sibi parare* significat *καὶ ταῦτα πάντα σοῦ θανόντος εὑρόμην* Ai. 1002. Memorat Eust. p. 999, 61. 1637, 20., verbum *εὑρόμην* solum p. 1144, 22. 1911, 1. *τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους εὑρίσκεται* El. 615. aliquantum differt. Sed dubium non est, quin El. 1050, 1297. Trach. 283. recte dictum foret *εὑρέσθαι*, qualia iure Ammonio et Dawesio posse opponi monet Schaeferus l. c. His adde Euripidea Phoen. 411. Bacch. 971.

Εὔρροος pulchro fluento. τὸν εὔρροον Σπερχειόν Phil. 489.

Εὐρυδίκη n. pr. *τάλαιναν Εὐρυδίκην* Ant. 1165.

Εὐρύνωτος lato tergo praeditus. οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι Ai. 1230. Stob. III. 5.

Εὐρύς amplus. εὐρεῖ πόντῳ Trach. 114 ch.

Εὐρυσάκης n. pr. *Εὐρύσακες* Ai. 333. *παῖ Εὐρύσακες* 572.

Εὐρυσθεύς n. pr. *ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεύς* Trach. 1038.

Εὐρύτειος quod est Euryti. πόλιν τὴν Εὐρυτείαν Tr. 259. *τὴν Εὐρυτείαν παρθένον* 1209. v. *Λαβδάκειος.*

Εὔρυτος n. pr. *Εὐρύτου πόλιν* Trach. 74. 243. 747. *Εὐρύτου σποράν* 315. quem locum recte distinguendo insigniter iuvit Schaeferus. *Εὐρύτου σποράν* 419. *πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου* 379. *ὡς Εὔρυτόν θ' ἕλοι, τήν θ' ὑψίπυργον Οἰχαλίαν* 352. *Εὐρύτου — δεσπόζειν θρόνων*

(*Εὔρυτον*) 362. Quid nobis de hoc versu minime expedito videatur, diximus in v. *δεσπόζω*.

Εὐρώδης vastus. *ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν* Ai. 1169 ch. Schol. *σκοτεινὴν καὶ ἀερώδη τοῖς Ἕλλησιν· ἢ σεσηπυῖαν, ἔνθα ἐχρονίσαμεν.* Hoc posterius ineptissimum. Bothius olim *εὐρυεδῆ*, Hermannus *εὐρυάλεα* coniecit, sed *εὐρώδης* poetica libertate ex *εὐρύς* procusum: v. Lobeck. parerg. ad Phryn. p. 541.; idque firmatur ab Hesychio, qui *εὐρώεντα* interpretatur *πλατέα, ἀναπεπταμένα*.

Εὐρώεις. *τάφον εὐρώεντα* Ai. 1146 an. Iure videtur Hermannus non ab *εὐρώς*, sed ab *εὐρύς* ducere, velut *εὐρώδης*, nec magis tamen *latum* quam *caliginosum* significare, sed *vastum* potius: v. Lobeck. parerg. ad Phryn. p. 541. Et non *σκοτεινόν* modo sed etiam *πλατύν* interpretantur Tzetzes ad Hesiod. Opp. et Dies p. 152., et Hesychius. Nec de *tumulo* magis, quam de *domicilio* Aiacis apud inferos cogitandum.

Εὐρωπία terra. Steph. Byz. v. *Εὐρώπη.* *λέγεται καὶ Εὐρώπεια καὶ διὰ τοῦ ι παρὰ Σοφ. ἐν Αἰχμαλ.* (Capt. VI. 79 D.). *καὶ νησιώτας καὶ μακρᾶς Εὐρωπίας.* Vulgo *μακράς*, Brunckius *μακράν*, v. *μακρός*.

Εὐρώτας fluvius. *νὴ τὸν Εὐρώταν* Lac. III. 1 (339 D.).

Ἥλιος *sol*. 1. *Astrum* haud dubie significatur: ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ πάρεστιν ἐνθάκησις Phil. 17. ἡλίου ἐνθάκησις locus est, quo quis apricari possit. ἡλίου φάος 650. σέλας El. 17. φέγγος El. 372. Trach. 603. κύκλος λαμπρός Ant. 412. κύκλον ἡλίου inc. XC. 2 (771 D.). ὡς ἂν οὑτὸς ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ Phil. 1314. πολλοῖσιν ὄμβροις ἡλίου τε καύμασιν Oed. Col. 351. τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου Ant. 1052. Quod cur Schaeferum secutus initiali maiuscula scripserit Hermannus, ignoro. ἡλίου τέλλοντος El. 699. ἀλαμπὲς ἡλίου δῶρον Trach. 688. [τὴν ἀφ' ἡλίου βολὴν (κέλευθον) Ai. 864. — 2. *Solem deum* significat, ut ex epithetis maxime additis est animadvertere: οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον Oed. R. 660 ch. θεὸν libri veteres et Aldina omittunt. φλόγα αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου 1426. θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος Oed. Col. 873. ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν Ἥλιε Ai. 833. τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω 844. Ἥλιε δέσποτα Rhizot. II. 1 (480 D.). Ἥλιε φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέβας Ter. XIV (523 D.). Ἥλιος οἰκτείρειέ με, ὃν οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν inc. XCI. 1 (772 D.). Sed neque ἥλιος, nec quod vulgo apud Script. vit. Arati ap. Petav. p. 151. legitur ἠέλιος satis conveniunt. Prius illud versum perdit anapaesto inferendo, hoc a trimetris alienum. Cum codex habeat ἡελίοιο οἰκτείρει, aut in verbo vitium inest, aut manca sententia. Minus certa Dei Solis significatio aliis locis est. ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διὸς ἢ ποῦ φαέθων Ἅλιος El. 814 ch. φλογιζόμενον Ἅλιον αἰτῶ Trach. 96 ch. — 3. Semel videtur *diem et lucem* significare. ἡνίχ' ἡλίῳ δείκνυσι τοὔναρ El. 416. *luce facta* aperit somnum coniectori. V. Blomf. gloss. Aesch. Choeph. 971. — Doricum Ἅλιος illis duobus locis Trach. 96. El. 814. ex libris satis videtur constare. Ἀέλιος suo loco tetigimus. Id in El. 814. Flor. Δ. habet.

Ἡλιοστερής *solem arcens*. κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει Oed. Col. 314. Explicat Eust. p. 803, 1., respicit Suidas v. ἡλιοστερής et πλατύπιλος. V. Bentl. ad fr. Callim. 124. Naeke in

progr. de quibusd. Callim. fr. edito a. 1821. et Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 344.

Ἡλιῶτις solaris. ἀκτῖν' ἐς ἡλιῶτιν Trach. 694.

Ἧμαι sedeo. ἧστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον Ai. 304. ἃ δ' εὐῶπις ἁβρὰ — ἧστο Trach. 522 ch. ἥμην ἐκπεπληγμένη Trach. 22. Cod. Flor. Harl. ed. Ald. male ἤμην.

Ἦμαρ dies. Nullo elatioris tenuiorisve orationis discrimine melicorumve et diverbiorum usu distinguuntur ἦμαρ et ἡμέρα: imo frequentius in diverbiis quam in canticis ἦμαρ est. In his ἆμαρ scribi solet, nec tamen constanter. τοὖτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται Oed. R. 199 ch. κατ' ἦμαρ αἰεὶ Oed. Col. 688. αἰὲν ἐπ' ἤματι 694. κατ' ἦμαρ Phil. 1078. Leguntur ea sine discrepantia scripturae, nec satis idonea a metro glyconeo sumenda defensio: quanquam Hermanno ad Bacch. 904. ab isto versuum genere alienum videbatur; Reisigio (v. p. 287.) secus visum. Contra τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἦμαρ Oed. Col. 1081. Libri Tricliniani, membr. Brunckii, codd. B. T. Farn. ἦμαρ. κατῆμαρ Vat. κατᾶμαρ Laur. A. κατ' ἆμαρ distincte Par. F. Aldus. ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἀλλ' εἰσίδω Ant. 1314 m. Versui dochmiaeo et animo tristitia maxima percusso bene sane convenit ἆμαρ. In fr. inc. XXVII. 4, 1. (685 D.) τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως ἥδιστα πορσύνειν legitur, sed Stobaei, a quo hi versiculi servati sunt, nulla fides est. Eadem inconstantia apud Euripidem: apud Aeschylum iniuria videtur ἦμαρ legi Choeph. 653. quod solum apud illum exemplum vocabuli in cantico exstantis est. — De usu certum, ubique fere *diem*, qui nunc est vel quem aliquo tempore fuisse vel futurum esse memoratur, significari. κατ' ἆμαρ Oed. Col. 1081. *hodie.* ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἀλλ' εἰσίδω Ant. 1314. *ut hodie moriar.* τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει —; Ai. 470. dies alterni. V. Steph. Thes. v. παρά et Herm. l. c. Affert Eust. p. 906, 30. Suidas v. ἦμαρ. εἴρξαι κατ' ἦμαρ τὸ νῦν 740. *hoc die.* ἦν δ' ἦμαρ — δεύτερον Phil. 354. ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ 526., *hunc ipsum diem* dicit, quo in eo est ut ex pristina solitudine hominum commerciis restituatur. ὦ Θάνατε — πῶς ἀεὶ καλούμενος — κατ' ἦμαρ 787. *quotidie.* τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ ἔσται 1078 m., id est τὰ τῆς ἡμέρας ἐπιτήδεια. τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως ἥδιστα πορσύνειν inc. XXVII. 4, 1. καὶ μ' ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ λυπεῖ, τί πράσσει Oed. R. 73. *hic dies,* comparatus ille cum tempore itineri necessario. Nam oportuit iam adesse Creontem. τῇδε Βακχεῖος βότρυς ἐπ' ἦμαρ ἕρπει Thyest. VI. 3. (239 D.) et εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ib. v. 5., = μεσημβρία: de prodigiosa enim vite sermo, cuius fructus uno die crescere ad maturitatem putabatur. Magis universe *tempus* significatur. θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ νάρκισσος Oed. Col. 688 ch. Nam καί

ἦμαρ αἰὲν est omnibus diebus, perpetuo, ἀεὶ καθ' ἡμέραν schol.: melius ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν. Simili adverbiascente modo dictum αἰὲν ἐπ' ἤματι ὠκύτοκος πεδίων ἐπινίσσεται 694. die post diem i. e. semper. Cf. Reisig. Enarr. ad v. 681. — Rarius dies significatur nocti oppositus. κατ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεί El. 251. εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται Oed. R. 199 ch. Schol.: τοῦτο μεθ' ἡμέραν ἀνήρπασται. Sed est nominativus ἦμαρ. V. Herm. ἐς τ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ El. 106. Affert Suid. v. ἐς τ' ἂν λεύσσω. — De spiritu Herodianus monet apud Suidam v. ἦμαρ, schol. Ven. Il. α. 576. ibique Eustath. Etym. Gud. p. 242, 40.

Ἡμέρα. Significationum eadem ratio. 1. Dies quatenus decursu temporis cernitur. ἡμέρας μέρος βραχύ Phil. 68. ἡμέρας — οὐχ ὅλης μιᾶς 478. quod affert Eustath. p. 756, 20. κἀφ' ἡμέρας τῆς νῦν Oed. R. 351. ἥδ' ἡμέρα 437. ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ 615. τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν 780. diem illum. v. εἰμί. μὴ δῆτα — ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν 831. ὀλέσθαι δ' ὤφελον τῇδ' ἡμέρᾳ 1157. τῇδε θἠμέρᾳ 1283. Erf. de coniectura τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. V. Herm. ad Ai. 743. καθ' ἡμέραν τὴν νῦν Oed. Col. 3. τῆς ἐσαυρίον — ἡμέρας 574. τὸν καθ' ἡμέραν βίον 1366. τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ 1608. Trach. 737. μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ Ant. 14. μίαν καθ' ἡμέραν 55. 171. τερμίαν ἡμέραν 1312 mel. diem mortis, velut τελευταίαν ἡμέραν Oed. R. 1529. ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ Trach. 606. τὴν παροῦσαν ἡμέραν 942. τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν 1118. eis, quae hodie facta sunt. τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει —; Ai. 470. τῇ τόθ' ἡμέρᾳ 409. El. 1123. τῇδε θἠμέρᾳ 743. 765. quo altero loco τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ Aug. c., quod secutus Lobeckium Erfurdt. dedit, alterum consuetudini tragicorum et rationi repugnare dicens; sed v. Herm. Habet τῇδε θἠμέρᾳ etiam Tzetzes Exeg. in Il. p. 33., ubi v. 747. 48. affert. v. 1341. libri omnes in τῇδε θἠμέρᾳ consentiunt. καθ' ἡμέραν τὴν νῦν 788. φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας 843. si est hanc diem: melius tamen Nocti et Inferis lux opposita credetur. κεῖνα — ἁμέρα El. 194 m. ἐκείνην ἡμέραν 270. ἀλλὰ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ 664. nunc ipsum. ἄλλης ἡμέρας 682. postea. ἡμέρᾳ τῇδε 713. ἡ νῦν ἡμέρα 907. Versum affert Suid. v. κῦρος. ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ 1138. 1355. — λευκὴν ἡμέραν, τὴν ἀγαθὴν Antiatt. Bekk. p. 106, 13. ex Atham. II. 9 (10 D.). ὃν ἐρῶ καθ' ἡμέραν Creus. V. 3 (326 D.). τὸν καθ' ἡμέραν (πόνον) Niob. VI. 3 (400 D.). μί' — ἀμέρα Ter. VIII. 3 (518 D.). καθ' ἡμέραν ἀεί inc. C. 4 (779 D.). — τὸν ἄσκοπον χρόνον — ἡμερῶν Trach. 246. εἴ τις δύο ἢ — πλέους τις ἡμέρας λογίζεται 940. οὐ διέσχον ἡμέρας τρεῖς Oed. R. 717. — 2. Inde ad tempus universe significandum tralatio fit. τὴν μὲν αὐτίκ' ἡμέραν, ὁπηνίκ' ἔζει θυμός Oed. Col. 434. De una die cogitari sententia prohibet. ἐς τόδ' ἡμέρας 1140

νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθεὶς ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν Trach. 650. laboris et aerumnarum tempus sustulit et finivit. ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τἀνθρώπεια Ai. 131. δαίμων τοῖς μὲν εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν, ἡμῖν δ' ἀπορρεῖ El. 987. nunc, non hac ipsa die. Etiam haec duo exempla ad hanc significationem redeunt: ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ ἁμέραι κατέθεντο δὴ λύπης ἐγγυτέρω Oed. Col. 1218 ch. longa enim vita significatur humana. παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ (μάτηρ) Ai. 613 ch. i. q. γεραιά. Ita νέος ἡμέρα id quod νεότης est Eur. Ion. 720., v. Intpp. et Blomf. gl. Pers. 266. Paulo aliter dicitur (σοφοῖς) ἐν οἷς ὁ νοῦς θείῳ ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος inc. XXX. 2. (688 D.). aetate a diis concessa augetur sapientia. — 3) Dies nocti opponitur. Sol dicitur ὦ χρυσέας ἁμέρας βλέφαρον Ant. 104 ch. cf. Erf. τῇ λευκοπώλῳ ἡμέρᾳ (νὺξ ἐξίσταται) Ai. 658. ὦ φαεννῆς ἡμέρας σέλας 843. οὔτε νυκτὸς — οὔτ' ἐξ ἡμέρας El. 770. τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν — πνεύσαντα νυκτὸς ἡμέρας μαλάσσεται Acris. VI. 2 (63 D.). μυρίας ὁ μυρίος χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τε Oed. Col. 624. νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι El. 1357. Ambiguus locus videtur El. 258.: ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν; quod et de die et de vita transigenda intelligi licet: huc tamen inclino, quod v. 251. praecessit ἐγὼ κατ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεὶ θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ. — 4. Reliquum est de dorismo ut dicatur. Mihi quidem semper mirum visum est, cur Hermannus, qui ἆμαρ glyconicis et his similibus versuum generibus abiudicet, longe clementiorem sese in voce ἡμέρα praestiterit. Certe in talibus vel cognatis ἁμέρα consensu legitur Antig. 104. Oed. Col. 1218. Ai. 613.; in dactylico El. 194., quem versum anapaesticum esse dactylo terminatum Hermanno non credam: sed si anapaesticus est, eo magis ἁμέρα mitationem facit; versu cretico Trach. 651. v. Herm. El. D. Metr. p. 273.; dochmiaco denique Antig. 1312. Et plurimis locis consensus librorum esse videtur: modo Flor. A. ἡμέρα habet Ai. 613.; sed Ant. 1312., quo maximam omnium consensionem exspectares, unus cod. Aug. (b. ut videtur) ᾱ tuetur, etsi de codd. Laurentt. non satis constat. Terei autem locum fr. VIII. 3. propter exiguam sive nullam potius libri Stobaeani fidem non numero.

Ἡμερεύω diem transigo, dego universe. ἔκηλά που — ἡμερεύσομεν El. 777. διημερεύσομεν, βιώσομεν schol. Alter explicatius loquitur, a die transigendo ad vitam agendam traductum esse observans.

Ἡμέριος. Nunc nonnisi cum dorismo legitur. τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἁμερίας νὺξ ἥδε βάρος Ai. 207 an. Hoc et libri habent et schol., qui recte videtur explicare subaudiendo καταστάσεως; magis arridet Hermanno ὥρας. Iam antiqua aetate versus intellectus non est, ut scripsisse nonnullos τῆς ἀημερίας schol. auctor sit, quo spectat etiam αἰμερίας prae-

fixo γρ. adscriptum in Flor. Γ. Conjecturas recentiorum videre est ap. Lobeck. Longe alio senso dicitur ἀμερίων ἀνθρώπων Ai. 392 ch. et Ant. 784 ch. cf. Valck. ad Phoen. 1515. — A prosa oratione abest vox, v. Lob. ad Phryn. p. 53.

Ἡμεροσκόπος excubiator. ὁ πρῶτος ἡμεροσκόπος Ant. 253.

Ἡμέτερος noster. πατρὸς ἡμετέρου Oed. Col. 1754. El. 116. φωνῆς τῆς ἡμετέρας Phil. 1444. ἐφ᾽ ἁμετέρᾳ γᾷ Ant. 110. ἁμετέρου πότμου 852 mel. τῶν ἡμετέρων μύθων Phil. 1395. ἁμετέρων αἱμάτων Ant. 120 ch. ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα El. 1260 m. Tria dorismi exempla melicorum sunt, unum anapaestorum choricorum Ant. 110., et hoc solo loco ἁμετέρᾳ etiam apud scholiasten scriptum: in ceteris nihil usquam enotatur. Reliqua quatuor exempla et ipsa anapaestorum sunt, sed non choricorum sed ἀπὸ σκηνῆς. Diverbiorum nullo loco legitur.

Ἡμίκακος. Pollux VI. 161. ἡμίκακον Εὐκλείδης λέγει καὶ Σοφοκλῆς. (fr. inc. CV. 95. = 885 D.). Damnat Phrynichus p. 336.; nec propter Sophoclis et Aristophanis auctoritatem qui adverbium ἡμικάκως semel in Thesmophoriazusis posuit v. 449., cum Brunckio desiserim prudentissimi hominis edictum. Utique rarum enim vocabulum forte elapsum bonae notae scriptoribus. V. Lobeck. l. c.

Ἡμίλιγδος. ἀσπὶς μὲν ἡμίλιγδος ὡς πυκνομματεῖ Capt. II (33 D.). Explicat Pollux X. 190. cuius v. Intpp. Sophoclis locum spectat Hesychius v. γλίδου χοάναι. Hemsterhusius ἡμῖν λίγδος corrigit; fortasse servandum ἡμίλιγδος, dimidiato λίγδῳ ut clipeus aequipararetur.

* *Ἡμίουτον* inexplicabilis scriptura Androm. V. 1. (132 D.) αἱμόρρυτον correxit Scaliger. ad Hesych. v. κούρειον.

Ἦμος. Non, quod propter vetustatem particulae existimes, in melicis potissimum reperitur. *Dum* significat: ἦμος — ὁ ξένος θροεῖ ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν — τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς Trach. 528. — *Cum*: ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ ὡρμᾶτο —, τότ᾽ ἐν δόμοις λείπει παλαιὰν δέλτον Trach. 154. εὖ γὰρ οἶδ᾽ ὅτι κάτοιδεν, ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον — ἐπλησίαζον Oed. R. 1134. i. q. τὸν χρόνον, ὅτε ἐπλησίαζον. — μέγας ἄρ᾽ ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος πημάτων, ἦμος ἀριστόχειρ ὅπλων ἔκειτ᾽ ἀγὼν πέρι Ai. 915 ch.

Ἠμύω labor, ruo. κλίνω Suid. χρόνῳ δ᾽ ἀργῆσαν ἤμυσε στέγος inc. LXXII. 1, 2 (742 D.). υ consentaneum Sophocli, ut Homero, in praesente correptum, in futuro productum esse. V. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 512.

Ἤν particula conditionalis cum coniunctivo poni solita sensu convenit cum ἐάν, quod non minus frequens; tertia forma ἄν tragicis non dicitur. Diverbiorum solorum est: in melicis εἰ substituitur, nullo, quod

quibusdam visum, significationis discrimine; v. εἰ. — ἤν τι καινὸν — κλύῃς Phil. 52. ἢν δὲ — μόλωσι — ἐφίεμαι ἑκόντα μήτ' ἄκοντα — κείνοις μεθεῖναι ταῦτα 758. ἀπό μ' ὀλεῖς, ἢν προσθίγῃς 807. οὐδ' ἢν θέλῃ, δράσει 970. ἢν μὴ 'ρπῃς ἑκών (ἄξουσί σε) 973. οὐδέποτέ γ' (πείσομαι)· οὐδ' ἢν χρῇ με πᾶν παθεῖν κακόν 987. ἀλλ' οὔ τι χαίρων, ἢν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος (ἀποστελεῖ) 1283. δίδωσ' ἑκὼν κτείνειν ἑαυτόν, ἢν τάδε ψευσθῇ λέγων 1328. si mendax reperiatur. ῥᾷστα — κἀγὼ διοίσω τοὐμόν, ἢν ἐμοὶ πίθῃ Oed. R. 321. δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι 748. ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων σοὶ ταὔτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος 839. πολλῷ γε μᾶλλον, ἢν φράσω, διόλλυμαι 1159. ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι — μίαν ψυχὴν — ἢν εὔνους παρῇ Oed. Col. 500. ἢν σ' ἕλω ποτέ — 818. cum aposiopesi, de qua v. Herm. ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται, ἢν μή μ' ὁ κραίνων — ἀπειργάθῃ 865. ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι, πρὶν — 1044. ἢν σὺ μὴ θέλῃς (θάψω) Ant. 45. πόλιν ἀξιοῖς δοῦναι δίκην, ἢν εὑρεθῇς — μὴ δίκαιος ὤν; Trach. 410. ἢν μόλῃ, σημήνατε Ai. 673. ἢν ἐφῇς μοι —, λέξαιμ' ἂν ὀρθῶς El. 544. χάρις μὲν (ἔστι σοι) ἢν κτάνῃ 811. ἢν ἐπίσπῃ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν, εὐσέβειαν — οἴσει 955. οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε, οὐδ' ἢν σφόδρ' ἱμείρουσα τυγχάνῃς 1042. ἔργου παντὸς ἤν τις ἄρχηται καλῶς, καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ' οὕτως ἔχειν inc. LXIII 1, 1 (716 D.). — Paulo incertior scriptura in his est exemplis: ἔστι τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ Oed. R. 917. Pal. ἢν — λέγοι. Triclin. εἰ φόβους λέγοι; et hoc cum et in Laur. A. reperiatur supra scripto quidem a prima manu ultimae voci ῃ, et in Flor. Γ., praetulit Hermannus. Utramque ferri potuit. — ἄνδρα κἤν τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν Ant. 706. Haec plerorumque librorum scriptura. Hermannus rursum fictum inter εἴ τις ᾖ et ἤν τις ᾖ discrimen inculcat. Probo autem quod ediderit κεἴ τις, quod est in libro Livin. codd. Aug. Dresd., firmaturque a Thoma p. 267. item eo, quod Laur. A. Ricc. καὶ τις εἰ exhibent. οἷον, ἢν φράσω — ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν Trach. 666. recte nunc editur; libri ἄν, v. Herm. l. c. In Ai. autem 491. non dubium, quin ex solis codd. Aug. b. qui εἰ supra scripto ἤν, et Dresd. a. qui εἰ θάνεις, contra reliquorum consensum male ediderit Hermannus εἰ γὰρ θάνῃς σὺ καὶ τελευτήσας ἀφῇς, ταύτῃ νόμιζε κἀμὲ τῇ τόθ' ἡμέρᾳ — δουλίαν γ' ἕξειν τροφήν. Sed manifesto probabili emendatione in Ant. 323. ex Brunckii cod. E. cui consentit Laur. A. editum ἢ δεινόν, ᾧ δοκεῖ γε, καὶ ψευδῆ δοκεῖν: ita et schol. Reliquorum librorum ἢν nihili est; dudum enim sententiam aperuerat Creon, ut ea patefacienda amplius opus non esset. In Oed. R. 198. et 874. εἰ consensu plurimorum stabilitum est: v. εἰ. — 2. In *interrogatione indirecta* ut vertas *num forte*, apud Sophoclem non legitur: alias tragicis non inusitatum est, v. Reisig.

Enarr. Oed. Col. CCXIII. Pflugk. ad Eur. Andr. 41. coll. Aesch. Prom. 334. — 3. Semel autem dictum extra nexum conditionis pro *εἰ δή* *siquidem* s. *si forte*: *ἢν δέ του σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει* Oed. Col. 506.

Ἠνεμόεις v. *ἀνεμόεις*.

Ἡνία, frenum. *ἐπίσχων χρυσόνωτον ἡνίαν* Ai. 834. Tetigit hoc Eust. p. 583, 43. 657, 19.: docte, ut omnia, explicuit vir Summus. — *λύων ἡνίαν ἀριστεράν* El. 733. = *χαλῶν*. Hoc quidem loco necessarium erat, singulari numero uti. — *ἡνίας χεροῖν ἔχουσαν* El. 702.

Ἡνίκα *quando*. Apud tragicos significatione non differt ab *ὅτε*, nec de *diei* maxime vel *definito* quodam *tempore* potissimum dicitur. 1. *In re simpliciter facta* cum hoc tum praeterito tempore *indicativum* adsciscit. Praesenti tempore addito recte vertas *quoniam*: praeterito subinde *dum* et *quam diu*. *ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κατέσχον δεῦρο* Phil. 269. *ἡνίκ' ἐξανηγόμην ἐγώ* 567. *ἡνίκ' ἔβλεπον* Oed. R. 1470. *ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος* Oed. Col. 772. *ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν — ξυνοῦσαν εὔνουν* 776. (*quoniam*). *ἡνίκ' ὡρμώμην ἐγώ* 1161. *cum aberam*. V. Elmsl. *ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν* Ant. 167. *ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ* Trach. 36. *ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα — ἢ οἰχόμεσθα* 83. (*quoniam*). *δείσαντες ἡνίκ' ἦν οἰνώμενος* 267. *ἡνίκ' οὐκ ἔπειθε* 358. *ἡνίκ' — ἐπορόμην* 560. *ἡνίκ' ἦν μέσῳ πόρῳ* 561. *ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ* Ai. 264. *ἡνίχ' ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον* 278. *ἡνίκ' ὀτρύνουσά νιν ηὐδᾶτο* 758. *ἡνίκ' ἐν κακῷ χειμῶνος εἴχετο* 1123. *ἡνίκα — ἐρρύσατο* 1252. *ἡνίκ' ἦν μισεῖν καλόν* 1326. *ἡνίχ' ἱκόμην* El. 32. *ἡνίχ' ἡλίῳ δεικνύναι τοὔναρ* 416. quod est praesens historicum. *ἡνίχ' ὤλλυτο* 915. *νῦν δ' ἡνίκ' οὐκέτ' ἔστιν* 942. *ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω* 1158. — 2. Cum *optativo* alias et in re olim saepius iterata, quod genus a Sophocle alienum, et in oratione obliqua addito *ἂν* dicitur, cum recta oratione utentes *ἡνίκ' ἂν* cum coniunctivo posituri essent; *χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκ' ἂν — ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς* Trach. 163. v. Herm. *Ἂν* etiam omittitur, ut in oratione recta. *εἷρπε — ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι, πόρον, ἁνίκ' ἐξανείη δακέθυμος ἄτα* Phil. 668 m. Libri *ἐξανίησι*, quod a sensu alienum, Tricl. *ἐξανίῃ*, quod cum orationis tenore concors non est: cod. Flor. apud Herm. *ἐξανίῃς*, Ven. *ἐξανίει*; Hermannus *ἐξανείη* probabili emendatione. — 3. Cum coniunctivo coniungitur ad proferendam rem *incerto* tempore vel *futuro* vel *qualicunque* exspectandam. Recte igitur Hesychius: *ἡνίκα, ὅτε ἢ ὅταν*. Suidas *ἡνίκα, ὁπότε*. *ἐκεῖνο δ' οὐδείς, ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει, σῶσαί μ' ἐς οἴκους* Phil. 310. noluerunt semper, nec videntur aliter sensuri. *ὧν, ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ, χωρῶμεν* 868. Verisimile erat, cessaturum dolorem, quippe saepius accederat idem. *ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκῃ*

ἀκμάς, τίς οὗτος ἔσται; Oed. R. 1492. sc. ὅστις ὑμᾶς γαμεῖ. ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν αὐτῷ ξυνειδῇ Inc. XV. 2. 1. (669 D.) sententia absoluta non est.

Ἡνιοστρόφος *auriga*. ὁ δ' Ἀθηνῶν δεινὸς ἡνιοστρόφος El. 721.

Ἧπαρ *iecur*. παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν Ant. 1299. πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην Trach. 927. Tralate dictum de pectore et intimo animo: χωρεῖ πρὸς ἧπαρ — γενναία δύη Ai. 918. cf. Wyttenb. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 17.

Ἤπειρος *continens*. δισσαῖσιν ἀπείροις κλιθείς Trach. 101 ch. ἀπείροισι Ald. et codd. plerique. Asiam et Europam intelligi, in quas partes multi orbem terrarum dividebant, ostendit Schaef. Mel. Cr. p. 36. — Eodem modo dictum fr. inc. LXXXIII. (761 D.) ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν, quae secundum schol. Aesch. Pers. 181. ex illo huius versiculo expressit Sophocles: ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε. Corrupte illa leguntur apud Herod. Piersoni p. 434.

Ἤπιος *lenis, propitius*, de animo et voluntate. σωτῆρας αὐτοὺς ἠπίους τ' ἡμῖν μολεῖν Phil. 728. (θεούς). *Leniens* autem remedium doloris significat ἠπίοισι φύλλοις Phil. 691. Utramque significationem complectitur Hesychius: ἤπια, μαλθακά, προσηνῆ, ἥμερα. — πρᾶος ἢ λιπαρός Phot. p. 72, 18. Proprium autem est de remedio doloris, v. Iacobs. Lectt. Stobens. p. 32.

Ἠπίως *leniter*. δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γ' ὡς ἠπίως ἐννέπειν — συμφέροι. El. 1431 ch. Gl. λίαν πράως; rectius erat quasi leniter et temperata mente, οἱονεὶ εὐκόλως. Apud schol. memoratur alia lectio νηπίῳ, profecta ab iis qui ἠπίῳ scriptum reperientes ad Aegisthum referrent.

Ἠπύω v. ἀπύω.

Ἦρ *ver*. ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον Oed. R. 1137.

Ἥρα *dea*. Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός El. 8. Ἥρας πάγοις Inach. II. 3 (256 D.). Argis, vel in Argolide. — De tono v. Eustath. p. 580, 46.

* **Ἧρα** *quod attinet*. Hermanni olim coniectura Ai. 177 ch. probata Schaefero.

Ἡράκλειος *quod Herculis est*. τὴν Ἡράκλειον ἕδραν Trach. 51. Hermannus Ἡρακλείαν suaviter ad aures accidere putat. φρενὸς τῆς Ἡρακλείας 573. τὸν Ἡράκλειον θάλαμον 909. τὸν Ἡράκλειον ἆθλον Phil. 1116 m. Codd. nonnulli, Harl. et membr. Brunckii ἄθλιον, quod a Vauvillersjo coniectura repertum Brunckius et recentiores recepere; agnoscitur etiam a schol. min.; sed ἆθλον schol. alter, etsi perverse explicans. Ἡράκλειον ἆθλον dixit arcum ab Hercule praemio sibi datum. V. Herm. — τῶν Ἡρακλείων ὅπλων Phil. 262. τῶν Ἡρακλείων πόνων Trach. 169. δεμνίοις τοῖς Ἡρακλείοις 912. — βέλεσι τοῖς Ἡρακλείοις vitiosa librorum scriptura Phil. 1392. a Brunckio tacite in Ἡρακλέους

mutata est. Num Ἡράκλειον λίθον dixerit Sophocles ap. Hesych. inc. 836 D. incertum est: Λυδίαν vocasse constat. De accentu v. schol. Lucian. Sympos. 25. 66. t. IX. Bip. Arcad. p. 45, 1.

Ἡρακλῆς n. pr. *Nom.* ἄναξ Ἡρακλῆς Trach. 155. ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς 460. Ἡρακλῆς, ὁ πιστὸς ἡμὶν — καλούμενος 537. μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς ἐμὸς καλῆται 547. — *Gen.* τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους Phil. 931. αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους 1397 an. δάμαρτα θ' Ἡρακλέους Trach. 406. Certa emendatione Ἡρακλέους pro Ἡρακλείοις scriptum Phil. 1392. Et Ἡράκλειον πάθος Trach. 851. librorum scriptura est, sensui conveniens, quae ut metro satisfaceret, ab Hermanno transpositio facta. Brunckius quidem ex quibus veteribus codd. Ἡρακλέα protulerit, incertum; si sunt, vel Tricliniani sunt vel emendationem passi. — *Dativus.* λέχος Ἡρακλεῖ κριτὸν ξυστᾶσα Trach. 27. Bene schol. συνελθοῦσα. Ἡρακλεῖ λέγειν 392. οὐκ — δάμαρτ' ἔφασκες Ἡρακλεῖ ταύτην ἄγειν 428. ἡνίκ' ἦν Ἡρακλεῖ — ἐσπόμην 560. θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ 582. τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων 665. τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον 869. — *Accusativus.* ζῶνθ' Ἡρακλέα Trach. 232. ἵμερος ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε 476. quam formam cum in ipso fine senarii legatur, necessitate expressa est.

Ἡσσάομαι vincor, succumbo. εἰ — κοὐκ ἐφιέσαι ποθ' ὑμῖν οὐδ' ἡσσημένους εἴκειν Ai. 1221. ὅπου — οἱ φύσαντες ἡσσῶνται τέκνων inc. XIX. 1, 1 (674 D.).

Ἡσσητέος. κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα Ant. 674. cedendum non est. Num Aristophanis (Lys. 450.) an Sophoclis versum respexerit Eust. p. 759, 38., non satis certum.

Ἧσσον v. ἥσσων.

Ἥσσων minor, inferior, aetate, viribus, pretio. τοῦ τῆσδ' ἔρωτος εἰς ἅπανθ' ἥσσων ἔφυ Trach. 489. ἦν φύσιν γε, τὸν δὲ νοῦν ἥσσων τότε El. 1012. ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν Scyr. VI. 3 (501 D.). πᾶς οἰνωθεὶς ἀνὴρ ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστί inc. XIV. 2 (668 D.). — πάντα ταῦθ' ἥσσω λαβεῖν ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας Ant. 435. κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν 676. οὔτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ 743. *non unquam turpiter facientem.* — ἧσσον adverbium est. ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος Ai. 269. Suid. v. ἐξ ἁπλῶν. σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν 1308. — ἥκιστα v. suo loco. — Mirum dubitasse quosdam de spiritu, ut videre licet ex Herodiano ap. Etym. M. p. 424, 23. cf. Sylburg. ad h. l.

Ἡσυχάζω quiesco. εἰ δ' ἡσυχάζων προσμενῶ Oed. R. 620.

Ἡσυχαῖος quod quietem cernit. ἐν ἐκείνῃ (Venere) τὸ πᾶν σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, εἰς βίαν ἄγον inc. XXIII. 6 (678 D.). In Oed. Col. 197 m.

Hermannus scripsit ἐν ἀσυχαίᾳ βάσει βάσιν ἁρμόσαι. Libri ἡσυχίᾳ. Elmsl. ἐν ἡσύχῳ.

Ἡσυχία v. ἡσυχαῖος.

Ἥσυχος quietus (silens). ἥσυχος θακεῖ Ai. 318. τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν Ant. 1076. Dubitabat Schaeferus, an non secundum Thomam p. 426. Etym. M. p. 91, 18. ἡσυχαιτέραν scribendum esset. Sed v. Buttm. Gr. Mai. vol. I. p. 265. In ἡσυχωτέραν libri etiam Laurr. consentiunt. — Adverbiascit ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ ἔξεστι φωνεῖν Oed. Col. 82.

Ἤ τοι et ἤ τοι v. ἤ et ἤ.

Ἥφαιστος Vulcanus. ἐν θ' ὅπλοις ἀγχοῦ ξὺν Ἡφαίστου τέχνῃ Achill. VI. 1 (168 D.). — Figurate ignem significat. πρὶν — στεφάνωμα πύργων πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν Ant. 123 ch. et de igne sacrificii: ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν 994. Versum affert Tzetz. Exeg. Il. p. 53, 11. cf. Musgr. ad Eur. Phoen. 1291 (1261 Valck.).

Ἡφαιστότευκτος Vulcano procreatus. τὸ παγκρατὲς σέλας ἡφαιστότευκτον Phil. 975. Maiuscula initiali scribi non debet.

Ἠχέω insono. ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον — κωκυτὸν Trach. 863. ἀκτὰς — λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόοις, Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας — χοάς Polyx. II. 2 (469 D.). Vulgo ἠχούσας et λίμνας. Brunckius γόοις. V. Iacobs. Lectt. Stob. p. 6., cui tamen audacem transpositionem tentanti non assentior. Passivum. τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος —; Oed. Col. 1496. cf. Boeckh. ad Pind. fragm. p. 578.

Ἠχώ sonus. ἀθυρόστομος ἀχὼ τηλεφανής Phil. 189 ch. De gravi lamentatione: ἐπὶ κωκυτῷ — ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν El. 108 an. Θρηνητικὴν explicat Erf. sed significat clamorem alios ad luctum provocantem. Apud Suid. v. ῥιπάς legitur ἐπὶ κωκυτοῖς. De tono accusativi Apoll. de Pron. p. 112, B. Herod. ad Il. β. 262. cf. ad ι. 240.

Θ.

Θαιρός. θαιρός, διήκων ἀπὸ τοῦ ἄνω μέρους ἕως κάτω στροφεὺς τῆς θύρας, ἢ ἄξων. Σοφ. Τριπτολέμῳ. Hesychius. Nam Etym. M. p. 395, 11.: δράκοντε θαιρὸν ἀμφιπλὶξ εἰληφότε Tript. IX. 10. (538 D.). de quo versiculo apud Etymol. mendose scripto dictum in v. ἀμφιπλίξ. — Eustath. p. 914, 33.: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ ὅτι θαιρὸς ὁ ἄξων παρὰ Σοφοκλεῖ. Sed Photius p. 78, 25. θαιρούς, τοὺς στροφεῖς τῆς θύρας. Haec significatio ad sententiam apta non est.

Θακέω sedeo. τὸ δ' ἄλλο φῦλον — ἀγοραῖσι θακεῖ Oed. R. 20. ἐν μέσοις βοτοῖς θακεῖ Ai. 318. θακεῖ δὲ προστρόπαιος 1152. ὅστις ἦν θα-

νῶν ἀταρβὴς τῆς θέας Trach. 23. Laur. A. θακεῖν, ceteri libri θακῶν. Tralatum *morandi* et *versandi* adsignificationem habet. οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας θακοῦσιν (apud Aegyptios) Oed. Col. 341. Corrupte scripta haec et sequentia exstant ap. Suid. v. σύντροφα. — ἥδιστος δεσμώτης ἔσω θακεῖ Ai. 106. asservatur. Quod reliquae praeter has formas vix leguntur casu factum, nec tanquam res notabilis observandum Elmsleio fuit ad Heracl. 994. θάκησις enim et similia satis ostendunt minime abstinuisse de industria Graecos a futuro et aoristo. De Aload. XI. 3. v. θᾶκος.

Θάκημα 1. *sessio*, de *supplice* dictum bis. τί προσχρῄζοντα τοῦ θακήματος; Oed. Col. 1162. εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει 1181. sc. audire preces Polynicis. 2. Idem quod ἕδρα, *sedes*. τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους κρατοῦσιν (Ἐρινύες) 1382. Diras filio imprecatus Oedipus Furias et sede supplicis Polynicis ad aram Neptuni et regio apud Thebanos solio potiri dicit; everti igitur qualemcunque ipsius spem.

* Θάκησις v. θᾶκος.

Θᾶκος. εἰς παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον ἵζων Ant. 986. Talis enim Tiresiae fertur etiam Eur. Phoen. 840. et monstrabatur recentiore aetate. Cf. Valck. ad schol. Phoen. l. c. p. 158. t. II. Lips. Pausan. Boeot. c. 16. Ante Brunckium vulgabatur et ex plerisque, sed non optimis codd. θῶκον, quod Valck. ad Hipp. 1002. Atticis perinde usitari arbitrabatur, ε Brunckii duo libri, Dresd. Laur. a. Phrynichi quae fertur tragoedia Σύνθωκοι ap. Eudoc. Violet. p. 428., si verum nomen, σύνθακοι dicta. θῶκος ut θόωκος Homerica et Ionica sunt. Etsi apud Aeschylum Prom. 833. libri in θῶκος consentiunt, secus est v. 280. et Agam. 505. ubi cum plerique, tum omnes θᾶκον exhibent. Apud Euripidem θῶκος nusquam satis certo constat. In Ar. Nub. 993. codd. minimae fidei θῶκον, Rav. θακῶν, unde iure θᾶκον editores; Ran. 1511 et 1518. (1536 et 1543.) eidem θῶκον, unus θόκον, sed de Rav. et Ven. minime accurate collatis siletur. Thomas p. 430. θᾶκος Ἀττικόν, θρόνος Ἑλληνικόν, θῶκος ποιητικόν: hoc est *Homericum*. Apud Cratinum Archil. III. Suid. v. Διὸς ψῆφος θῶκοι, sed Hesychius t. I. p. 1004. recte θᾶκοι, cf. Runkel. fr. Crat. p. 6. Quanquam in versu heroico θῶκοι ferri possit. Proclives librarios fuisse in θῶκος invehendo, ostendit scripturae discrepantia Trach. 23. v. θακέω. Et apud prosarios scriptores nusquam comparet satis certo scriptum θῶκος, v. Schneider. ad Plat. Republ. p. 616, E. Quo magis Stallbaumium miror, qui nunc adhuc l. c. (vol. II. p. 103.) alteram sententiam probet, secundum hominem ea aetate, qua crisis dialectorum et scripturae in cunis erat, haud indoctum Lamb. Bos. anim. ad Scr. Gr. p. 298. Melius Schneide-

rus l. c. et Brunck. ad Ran. 1522. Nempe cum et *θακέω* et *θάκησις* et *θάκημα* nusquam scribantur aliter, et *θάσσω*, unde illorum propago, atticis poetis usitatissimum sit, mirum foret, si scribendo *θῶκος* ad consuetudinem Ionum delapsi essent. — *ᾱ* produci constat: quare in gravi errore sunt *θάκον* scribentes Bekker. Plat. Rpubl. l. c. et qui hunc sequitur inconsiderate, Stallbaumius. Antiquum vitium est; nam etiam apud Thomam legebatur *θάκος*. — Aliquid dubitationis haec habent. Omnes libri tuentur Oed. Col. 9. *θάκοισιν εἴ τινα βλέπεις ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν.* Hermannus quidem ex Seidleri coniectura *θάκησιν*, eleganter sed non necessario, v. Elmsl. — In Aloadis fr. XI. 3. (109.) legebatur ex Stobaeo *τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους, αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης τυραννίδος τ' ἄγουσιν αἰσχίστην ἕδραν.* Brunckius *ἐξάγουσιν* contra versum dedit, longe felicius *θακοῦσιν* ex Salmasii coniectura Grotius. Sed neque *θακοῦσιν* commode ad *ἀνθρώπους* referri potest, quae durissima esset constructionis inversio, et librorum scriptura alio ducit. *ἄκουσιν* enim cod. N. Gaisfordi a manu prima, idemque Voss., ubi librarius *ō* calamo transverso delevit. Qua de re corrigo *θάκοισιν*, quo et accentus ducit et ratio: *χρήματα ἀνθρώποις φίλους εὑρίσκει καὶ τιμὰς καὶ ἕδραν θάκοισι τυραννίδος, ad solium regium provehunt.* Porro *ἡδίστην ἕδραν*, non *αἰσχίστην* defendimus v. *ἡδύς*.

Θᾰλᾰμηπόλος qui thalamum ingreditur. *αὐτὸς* (*λιμὴν*) *ἤρκεσεν παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν* Oed. R. 1209. de patris et filii cum Iocasta connubio. — De accentu satis constat ex schol. Il. ε. 523. Eust. p. 578, 35. 1862, 21. Etym. M. p. 93, 34.

Θάλᾰμος. Proprium de thalamo nuptiali: *τὸν Ἡράκλειον θάλαμον* Trach. 909. Sed *de conclavibus et domo* universe *οἰκονομῶ θαλάμους πατρός* El. 183 m. Apud Suidam ex interpretatione *δόμους* legitur v. *οἰκονομῶ* et *ὑπερίσταται*; vera scriptura ap. eund. v. *ἀναξία*. Transfertur varie. *κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ* Ant. 938 m. de aeneo Danaes habitaculo. De Orco et inferis *τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν* Ant. 798 an. Denique de mari dictum *ἐς μέγαν θάλαμον Ἀμφιτρίτας* Oed. R. 195 ch., quod cur de *mari* potissimum *Atlantico* secundum Musgr. interpretur Herm. non perspicio. De accentu v. Arcad. p. 60, 14.

Θᾰλάσσιος quod maris est. *θαλάσσιον ἐκρίψατε* Oed. R. 1411. *καταποντίσατε* explicuerim. De tono v. Arcad. p. 40, 21.

Θάλεια defectivum, cuius thematica stirps *ΘΑΛΥΣ*. Nam femininum videri usitati *θάλειος* et pronuntiatio ultimae et accentus non sinunt. De accentu v. Eust. p. 1474, 54. cf. p. 742, 36: sic enim distinguuntur *θάλεια* adiectivum, epularum cognomen perpetuum, et

Θαλία ἡ εὐωχία. — Homerico igitur more Sophocles ἦλθεν δὲ δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν Triptol. IX. 6. (539 D.) ap. Hesych. addentem ἡ δι᾽ ἱεράνων εὐωχία. ἔνιοι δὲ τὰς Μούσας. Postrema emendanda ex v. Θαλεία (sic): ἔνιοι δὲ τὴν Μοῦσαν. Uterque locus imperite scriptus. Musam sic dici constat, sed coenam θαλίαν doctorum veterum testimonia evincunt; nec probandus Schneiderus ad Plat. Rpubl. p. 573 D. librariorum et in Platone et lexico Bachmanni Anecd. I. p. 254, 24. et Philopono in thes. Steph. t. IV. p. 36. erroribus eo abutens, ut θάλειαν pariter atque θαλίαν post Homeri aetatem in substantivi usum degenerasse dixerit. — De Triptolemi loco cf. Valck. ad Adoniaz. p. 318, C.

Θαλλός *ramus*. ἄνω βλαστεῖν βρύοντα θαλλὸν El. 414. θαλλὸν χειμαίραις προςφέρων νεοσπάδα Past. III. 2 (445 D.). ἐν νεοσπάσιν θαλλοῖς — συγκατῄθομεν Ant. 1187. θαλλοῖσιν, ἢ κρόκαισιν (ἐρέψω); Oed. Col. 475. Haud dubie hic rami oleae dicuntur, quo sensu atticis peculiare θαλλόν fuisse observat Eust. p. 1818, 14. Quod hic secundum Aelium Dionysium refert, θαλλόν non sic simpliciter sed addito, cuius generis ramus sit, dici p. 1557, 23., in poetas non cadit. De accentu observat idem l. c.

Θάλλω. Formarum nonnisi *praesens* et *perfectum secundum* τέθηλα praesenti significatu affine exstat. 1. *Proprius* usus de *floribus herbis arboribus copiose succrescentibus*. θάλλει — κατ᾽ ἦμαρ᾽ ἀεὶ νάρκισσος Oed. Col. 687 ch. φύτευμα — ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ 705 ch. — 2. Tralatum *de florente rerum humanarum statu*. μέγα θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ Phil. 418. πατρὸς θάλλοντος Ant. 699. Κρέων — θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ 1149. Sed de *statu valetudinis et vitae* dici videtur λείπομεν ἰσχύοντά τε καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα, κοὐ νόσῳ βαρὺν Trach. 234., quae postrema priorum cum poetica dicendi copia prolatorum ἀντίφρασιν continent. ἕως — τὸν κασίγνητον βίῳ θάλλοντά τ᾽ εἰςῄκουον El. 940. i. q. ἐν βίῳ, θάλλοντά τε. — De *morbis et malis vigentibus*. ἡ δ᾽ ἐμὴ νόσος ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται Phil. 259. πήματα — ἅγὼ κατ᾽ ἦμαρ καὶ κατ᾽ εὐφρόνην ἀεὶ θάλλοντα μᾶλλον ἢ κατεφθίνονθ᾽ ὁρῶ El. 252.

Θάλπος *aestus*. Proprie οὐ θάλπος θεοῦ, οὐδ᾽ ὄμβρος Trach. 144. solis aestus. Sed *cruciatus* et *dolorum faces* significantur τῶν (τοξευμάτων) σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ Ant. 1073. Tiresias dicta pungentia dicit, quibus Creontis animum sollicitarat. — Cf. Musgr. l. c. et Blomf. gl. Aesch. Sept. 427.

Θάλπω et *transitive* et *intransitive* dicitur. Illo in genere 1. est *calefacere* et *fovere*: passivum *calescere et siccari*. ὡς δ᾽ ἐθάλπετο (sc.

ἀκτῖνι ἡλιῶτιδι) Trach 694. θάλπεται ῥάκη Phil. 38. χλανιδίων ἐρειπίοις θάλπουσα καὶ ψύχουσα Niob. VI. 2. (400 D.) de nutrice dictum, infantes fovente et curante: v. Plut. Moral. p. 691, d. Ad Sophocleam fabulam versus illos retulit Valck. ad Phalar. p. X. — 2. Translate dictum est *calescere, incendi*: ἐς τί μοι βλέψασα θάλπει τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί; El. 876. Suid. v. ἀνήκεστον. Eust. p. 651, 59. *cur tam insanae spei dedita es?* Probabili coniectura Brunckius fr. inc. LXXV (747 D). μουσομανεῖ δ' ἐθάλφθην δακετῷ scripsit, cum vulgaretur ἐλάφθην δὰν καὶ τῷ. — 3. Intransitive *de aestu ingravescente* dicitur proprie, de *urente dolore* tralate καί μ' ἔθαλπε Ant. 413. ἔθαλψεν ἄτης σπασμός Trach. 1072.

Θαμά *crebro*. σοφαὶ γνῶμαι — ἐμποδίζονται θαμά Phil. 430. δέλτον λιπών —, τὴν ἐγὼ θαμὰ θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν Trach. 47. κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά El. 514. τροφῆς —, τὴν ἐγὼ θάμ' ἀμφί σοι πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον 1133. Pro ἅμα (v. Dissen. Expl. Pind. p. 421.) apud Sophoclem non legitur. Ceterum conf. Boeckh. not. crit. ad Pind. p. 384. De accentu v. Apoll. de Adv. p. 563, 3.

Θαμβέω *obstupesco*. καὐτὸς τεθάμβηκα Ant. 1231.

Θαμίζω *crebro versari*. ἔνθ' ἁ λίγεια μινύρεται θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδὼν Oed. Col. 678 ch. Suid. v. μινύρεται. Medium plane eodem sensu dictum Past. IV. 3 (446 D.): τῷδε γὰρ θαμίζεται. Hesychius: θαμίζεται, ὁμιλεῖ.

Θαμνός *frutectum*. ὃ καὶ σὺ θαμνοῖς οἶσθά που κεκρυμμένον El. 55. De vera vocabuli significatione notavit Eust. p. 838, 2. unde et accentus, ut in periectico constat.

Θανάσιμος *quod mortis est*. De homine *moribundus*: ὦ γαῖα δέξαι θανάσιμόν μ' ὅπως ἔχω Phil. 808. Paulo aliter εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα Oed. R. 959. νεκρὸν glossae explicant, et sic Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας Ai. 513. dicitur, cf. Eur. Hecub. 977. Comparat Erfurdt. πόμπιμος, quod plus semel τὸν πεμφθέντα significat. At ὤλεσε θανασίμῳ πεσήματι Ai. 1012. de Aiace, qui in gladium incubuerat, iam non multum abest a *mortifero* significando, quod exstat Trach. 755.: τὸ σὸν δώρημα, θανάσιμον πέπλον. Et de Laio a percussoribus occiso ἄφαντος ἔρρει θανασίμῳ χειρώματι Oed. R. 560. Vocabulum, etsi paulo rarius, tamen ne a prosa quidem oratione alienum observavere secundum Antiatt. Bekk. p. 99, 9. Bastius ad Greg. p. 156. Schneiderus ad Plat. Civ. p. 408, C. Stallbaum. ad Rpubl. p. 610, C. Neque θανατηρός, quod apud Antiatticistam corrigendo substituit Porsonus ad Med. 852., neque θανατηγός Atticis tribui potest; v. Lobeck. Parerg. ad Phryn. p. 651. Pollux cum θανάσιμος probet, θανατήσιμος abiiciat V. 132., unde Photio emendatione facta certa lucem attulit Lobeckius, ego cum Schnei-

dero sentio, non plane improbatum esse a quibusdam θανάσιμος (nam cum *letalem* et *mortiferum* significat, satis certa fide est), sed quando *morti propinquum* et quasi *fato destinatum*, velut ap. Plat. civ. III. p. 408, c.: ea enim significatio poetarum dictionem redolet.

Θανατηφόρος *mortifer*. τηλέα δὲ γένεθλα πρὸς πέδῳ θανατηφόρα κεῖται Oed. R. 181 ch. Legebatur θανατηφόρῳ, quod nonnisi de inferorum locis intelligi licebat, quocum minime convenit κεῖσθαι πρός. Indicium faciente metro strophico illud Elmsl. reposuit ex Laurr. tribus; in Pal. θανατοφόρα (voluit librarius θανατόφορα), in Flor. *Δ*. θανατηφόρα supra scripto ω. *Mortifera* sunt *per contagionem*. De tota ratione vocabuli explicuit vir Summus parerg. ad Phryn. in pr. p. 651.

Θανατόεις *mortifer*. ἰὼ φρενῶν — ἁμαρτήματα στερεὰ θανατόεντα Ant. 1248 m. Schol. θανάτου ἄξια, ἢ θανάτου αἴτια. Hoc unice verum. — Plane ut θανάσιμος, etiam θανατόεις dicitur Eur. Iph. Aul. 1273.: πότμος θανατόεις i. e. mors ipsa.

Θάνατος 1. *mors*. ἐπεί κεν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει Oed. R. 942. ἐν δόμοις Trin. Aug. b. Flor. *Δ*. στεναγμός, ἄτη, θάνατος 1284. παῖς ἀνυμέναιος — ἀναπέφηνε, θάνατος ἐς τελευτάν Oed. Col. 1226 ch. τὰ τοῦδε — μαντεύμαθ' ὡς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ 1427. ἔχετον κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω Ant. 147 an. θανάτου ταῦτ' ἐγγυτάτω τοὔπος ἀφῖκται 924 an. ἠράσατο πρὸς θανάτῳ θάνατον ἀνύσασα μόνα; Trach. 881 m. ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει (ἡμέρα) Ai. 788. ἀκ. — ἠμάθη τυχεῖν ἐκτήσατ' αὐτῷ, θάνατον 947. ἀλλ' ἴσθ', ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσου Phil. Troi. 1 (626 D). Plurali numero maxime de *morte violenta* dici observat Seidler. ad Eur. El. 479. Et sic ap. Soph. Λαβδακίδαις ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων Oed. R. 496 ch. τοὺς ἐμὸς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκεῖς El. 199 m. et haec quidem de *uno facinore*. De plurium morte: μεγάλους μὲν ἰδοῦσα νέους θανάτους Trach. 1266 an. θανάτων δ' ἐμῷ χώρᾳ πύργος ἀνέστας Oed. R. 1200. adiutor contra Sphingis caedes. Aliud agebat de hoc usu dicturus Bornemann. ad Xen. Apol. Socr. p. 352., cum de variis ibi mortis generibus sermo sit, ita ut θανάτων dicatur partitive. Sed vide etiam Dissen. Expl. Pind. p. 421. — 2. *Figuratae dictionis* haec sunt. θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν Oed. Col. 583 m. *non minus acerba quam mors*. θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει Ai. 214 an. — 3. *Deum Mortis* significat. Indubitatus hic usus paucis locis est: ὃν τίκτετο Θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων Trach. 831 ch. (ἰός). Longe potiore iure hic maiuscula quis initiali uteretur, quam in ὦ Θάνατε Θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος — οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτε Phil. 786., quo quidem loco Hermannus minuscula usus: sed geminum est Ai. 841. ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών, in quo aliter fecit.

Θαπτέος *sepeliendus.* τόνδ᾽ ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον Ai. 1119.

Θάπτω *sepello.* ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ᾽ ἀπόρρητον πόλει; Ant. 44. οὐδ᾽ ὣς ἐγὼ θάπτειν παρήσω κεῖνον 1030. καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν Ai. 1068. εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν 1110. ἄνωγας οὖν με τὸν νεκρὸν θάπτειν ἐᾶν; 1343. — τήνδ᾽ εἵλομεν θάπτουσαν Ant. 381. ταύτην γ᾽ ἰδὼν θάπτουσαν 400. — αὕτη τὸν ἄνδρ᾽ ἔθαπτε Ant. 398. — κεῖνον δ᾽ ἐγὼ θάψω Ant. 72. τὸν νεκρὸν — πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ Ai. 1306. τὸν νεκρόν τις ἀρτίως θάψας βέβηκε Ant. 246. — τὰ δ᾽ ἄλλα τεύχη κοίν᾽ ἐμοὶ τεθάψεται Ai. 574. σὺ δ᾽ ἀντακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται 1120. Utroque loco verum paulo post futuri significatum argui arbitror. Illud non est *una sepelientur*, sed *addentur mihi sepulto*: hoc *sepulcri expers non erit.* — Paulo magis ambigi licet de loco Ant. 40. Legitur ibi in libris τί — λύουσ᾽ ἂν ἢ θάπτουσα προσθείμην πλέον, sensu nullo. Brunckius ex schol. λύουσ᾽ ἂν ἢ ᾽φάπτουσα, explicans *violans legem an custodiens*, quod quidem in ἐφάπτω inesse non potest. Adscriptum ἢ ᾽φάπτουσα in Laur. a. Hermannus nunc ex Heraldi coniectura (is λόβουσα) λέουσ᾽ ἂν ἢ θάπτουσα, quod cum minus congruum videatur, cum sepeliendi consilium Antigone versu demum 43. Ismenae aperiat, sic existimandum est, hanc iam suspicari rem et praeludere his, quae terrore plena v. 44. aperte proferat. De propria verbi θάπτειν significatione docte egit Hemsterh. ad Xen. Eph. p. 202. Locell. Sed etiam de *cremando* corpore dicitur, sicut Romanorum *sepelire*, v. Iacobs. ad Anthol. Pal. t. III. p. 445.

Θαρσέω *bono animo sum*: subinde *confido*, velut Antig. 664. τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ᾽ ἂν ἄρχεσθαι θέλειν. Et contra Αἴαντος οὐ θαρσῶ πέρι Ai. 780. *sollicitus sum.* — δέρκου θαρσῶν Phil. 146 an. Θαρσῶν ἂν παρασταίην ἐγὼ Oed. Col. 492. ἢ κἂν ἐγὼ θαρσοῦσα μᾶλλον ἐς λόγους τοὺς σοὺς ἱκοίμην El. 306. Θαρσῶν δὲ μίμνε Ai. 68. θαρσῶν ὑβρίζεις 1237. *audacter.* Θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε — ἐπαινῶ Oed. Col. 670. θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι Ant. 926 m. — Θάρσει τὸ τοῦδέ γ᾽ ἀνδρὸς Oed. Col. 650. *de me meoque praesidio bono sis licet animo.* Θάρσει προνοίας οὕνεκα Phil. 763. v. Herm. Nihil autem usitatius illo παρακελευστικῷ θάρσει, de quo observavit Heindorf. ad Plat. Protag. t. IV. p. 467. Legitur *bis* θάρσει μοι, θάρσει τέκνον El. 168 ch.; *semel* El. 314. 1429. Phil. 663. 799 (θάρσει, μενοῦμεν). 882. 1251. Oed. R. 1062. Oed. Col. 730 (θάρσει, παρέσται). 1187. Ant. 555. Acris. VI. 1 (63 D.). Ter. III (513 D.). inc. XLI. 1 (699 D.). Scriptura θαῤῥεῖν etiamsi in libris legatur pauculis tragicorum locis, in tanto grammaticorum consensu adversantibusque centenis alterius scripturae exemplis et analogia ipsa re-

pudianda foret. In Oed. R. 1062. Aldus et codd. θάῤῥει, quod correctum a Valcken. ad Phoen. 55.; θαῤῥῶν Oed. Col. 492.

Θάρσος bonus animus, fiducia. *πλέον τὸ θάρσος εἶχε θατέρου* Phil. 593. *θάρσος ἴσχε* 796. *ἔχεις τι θάρσος τοῦδε τοῦ τάρβους πέρι* El. 404. *causarum fiduciae habes?* *οὐδὲ μέντοι τοὐξανιστάναι πόλεως δίχ' ἐστὶ θάρσος* Oed. Col. 48. Nulla in his scripturae diversitas. Sed in El. 470 ch. metri indicio cum Flor. Δ. et Triclinio legendum *θράσος*, quod is in vetere cod. sese reperisse scribit et promiscui cum altero usus secundum versuum faciendorum commoditatem esse docet Elmsl. ad Med. 456. Aliter grammatici: v. schol. Med. l. c. Ammon. p. 71. De tonosi v. Arcad. p. 76, 3.

Θαρσύνω bono animo sum. Legitima enim *animum firmandi* significatione non exstat dictum. *ἀλλ' ὦ φίλη θάρσυνε* El. 904. Eadem utriusque confundendae licentia in verbis *βραδύνω ταχύνω ὀξύνω ἀλγύνω* observatur, ut de consimili terminatione *αινω* in *ὀργαίνω κυμαίνω δειμαίνω ἐγχραίνω* taceam.

Θάσσω insideo. *Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει* Oed. R. 161 ch. Templum Dianae Eucliae in foro Thebis monstrabatur. Cum accusativo *θάσσω* ponitur etiam Eur. Ion. 91. Or. 856. De usu verbi v. Bergl. ad Alciphr. p. 100. Graev. Lectt. Hesiod. p. 480. Ex *θαάσσω* contractum, unde *ᾱ*, etiam si non esset in positione, produceretur, ostendit Buttm. Lexil. vol. II. p. 165. cf. Lobeck. progr. de.

Θάσσων v. *ταχύς*.

Θαῦμα 1. *res mirabilis.* *οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἔμοιγε* Phil. 408. *κοὐδέν γε θαῦμα* Oed. R. 1132. *θαῦμά γ' οὐδέν* 1319. *τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον — ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν* Trach. 670. *χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν ἄσπετόν τι θαῦμα* (Herculem) 957 ch. Schol. *λέγουσί τι παμμέγεθες κακὸν πλησίον που τῆς οἰκίας χωρεῖν.* *θαῦμ' — ἰδοίμην* 1000 an. Dubia significatione [illegible]tur *πᾶσι θαῦμα δυσχερὲς παρῆν* Ant. 254. Si *παρῆν* ut Homericum *παρέστην* potestatem *ingruendi et capiendi* habet, *θαῦμα* est *τὸ θαυμάζεσθαι*: sin *παρῆν* est *palam aderat, visum est*, de *re miratione digna* intelligendum. 2. *Miratio.* Huius potestatis cum tralatione coniunctae viam patefaci El. 916. *θαῦμά τοι μ' ὑπέρχεται*: quod recte interpretamur *miratio subit*, sed ductum inde, quod miraculum ipsum quasi oculis nostris sese ingerere cogitatur. — *ἰδοῦσα δ' ἔσχον θαῦμα* El. 885. *τόδε θαῦμά μ' ἔχει* Phil. 681 ch.

Θαυμάζω miror. *μὴ θαύμαζε* Oed. Col. 1121. *τύχη — θαυμάσαι μὲν ἀξία* Oed. R. 777. *οὐδ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον — θαυμάσας ἔχω* Oed. Col. 1142. *σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε* Phil. 1346. *λόγος — ἄξιος δὲ θαυμάσαι* Oed. Col. 1154. *καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος, ἔχει*

θαυμάσαι El. 285. οὐκ ἄν ποτ' ἀνδρὶ θαυμάσαιμ' ἔτι Ai. 1072. Versum cum tribus sequentibus Stobaeus habet Serm. LXXVIII. 6. καὶ μή τι θαυμάσῃς με τοῦ κέρδους — ἀντέχεσθαι Creuz. IV. 1 (325 D.). — *Passivum*: πάλαι δὲ μὴ παρὼν θαυμάζεται Oed. R. 289.

Θαυμαστός *mirandus*. οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί Phil. 191 an. ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς — ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν θαυμαστός Oed. Col. 1661. *mirabiliter*. θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ἀλισθάνει inc. CV. 181 (963 D.).

Θέα *spectatio*, *obtutus*. ὄμμασιν — θέαν λαβόντα Phil. 532. *influentem*. ἆρ' ἐστὶν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν; 652. ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας Trach. 23. *quem spectaculum non implet formidine*. v. Schaef. Mel. Cr. p. 137. πάρεστι δῆτα, καὶ μάλ' ἄζηλος θεά El. 1447. De tono Arcad. p. 98, 11.

Θεά *diva*. Παλλάδος θεᾶς ὅπως ἐκοίμησ' εὐγμάτων προσήγορος Ant. 1169. Bernhardyo placuit πρὸς ἔξοδον Παλλάδος θεᾶς iungere, Synt. p. 174. ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάματος θεά Ai. 445. Suidae v. ἀδάματος huius vocabuli interpretationem παρθένος exhibet. ὡς ἂν — μῆνιν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς 641. ἀστεργῆ θεᾶς ἐκτήσατ' ὀργήν 763. θεᾶς παίζων κατ' ἄλσος El. 556. Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά Meleagr. I. 2 (357 D.). — αἱ γάρ ἔμφοβοι θεαὶ — Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι Oed. Col. 40. Suid. v. Εὐμενίδες. Sunt *Furiae*, quae significantur θεαί v. 101. et σὺν ταῖσδε ταῖς σεμναῖσι δημοῦχοις θεαῖς 459. cur. δημοῦχοι, v. Herm. ad v. 1089.: item τάσδε τὰς θεὰς καλῶν ἱκνοῦμαι 1014. et χθόνιαι θεαί 1564 ch. — Sed μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα narcissus dicitur 689 ch. Scholiasta μεγαλᾶν θεῶν scribi iubet, hic quoque Furias dici existimans, sicut Plut. Qu. Symp. III. 1. p. 647, B., quae verba repetiere Clem. Alex. Paedag. II. p. 213, 9. Kust. p. 87, 25. Sed satis constat μεγάλαιν θεαῖν et ταῖν θεαῖν nomine Atheniensibus Cererem et Liberam dictas esse: nam narcissi florem legens a Plutone rapta ferebatur Proserpina secundum Hom. hymn. Cer. et Pamphon ap. Pausan. IX. 31, 6.

Θέαμα *spectaculum*. θέαμα δ' εἰσόψει τοιοῦτον, οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι Oed. R. 1295. ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ ἄλγιστον Ai. 971.

Θεανὴ νῆσος ex Tyr. XVI. 4 (593 D.) Hesychius, explicans ἡ ἐκ θεοῦ θεία, quae eadem Phavor. habet. Sopingius coniiciebat νόσος, velut θεία νόσος Sophocli dictum in Aiace, quod mihi aliquanto vero propius videtur; distinguendum ita post θεοῦ.

Θεάομαι (ᾱσ) *intueri*. θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας Trach. 1068.

Θεατός *spectandus*. οὔ τοι θεατός (Aiax) Ai. 898. Ob indignitatem mortis eum vestibus velavera Tecmessa.

Θεήλατος a Deo immissus. ὑπὸ τοῦ θεοῦ πεμφθεὶς Phot. p. 81, 25. et Suidas. ὑπὸ τοῦ θεοῦ πεπηγμένον ἢ πεμφθέν. Hesychius. Recte Is. Vossius emendavit ἐπηγμένον. Bona est Thomae observatio: θεήλατον, τὸ θεόθεν ἐλθόν. λέγεται δὲ ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ, οἷον θεήλατος πληγή. εἰ δὲ εὕρηταί που ἀντὶ τοῦ ὑπὸ θεοῦ ἐλαθεὶς καὶ ἀποδιωχθείς, ἀλλ' οὐκ ἔστιν Ἑλληνικόν p. 178, 3. Ritschl. — οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον Oed. R. 255. Hoc cum Thomae praecepto videatur pugnare: iusserat enim Deus vaticinio *expelli* interfectorem Laii. Sed πρᾶγμα universa res dicitur, et *caedes et neglecta occisi ultio*; hanc et pestilentia et sterilitate immissa punierat et nunc graviter de ea monuerat Apollo. θεήλατον μάντευμα δεινόν 992. μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδε Ant. 278. clandestina Polynicis sepultura choro prodigium ab irato numine missum videtur. νόσους δ' ἀνάγκη τοὺς θεηλάτους φέρειν Phaedr. VIII. 3 (611 D.). τῶν ἐμφύτων τε καὶ θεηλάτων κακῶν inc. XXVII. 3, 2 (684 D.). Ceterum Euripides et Aeschylus pro θεῖος dixere θεήλατος, Ion. 1320. Agam. 1306.

Θεῖος divinus. 1. *quod Numinum proprium.* τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα Oed. Col. 609. oraculum. τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον Phil. 139 ch. θείῳ πυρὶ παμφαὴς 718 ch. ignis rogi, quo crematus Hercules ad deos evolavit. Inde τὰ θεῖα *res et facta Numinis*, item *voluntas* et *fas*. τὰ θεῖ' ἐπαινῶν Phil. 450. Schol. ἔργα δηλονότι. ἔρρει δὲ τὰ θεῖα Oed. R. 910. numinis reverentia periit. ὅταν τὰ θεῖ' ἀφεὶς τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ Oed. Col. 1534. τὰ θεῖα — εὐπετῶς φέρειν Ter. XI. 2 (521 D.). οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα — μάθοις ἂν inc. VI. 1 (659 D.). Deorum voluntatem. In Inach. 267 D. γεννᾶς ἀφθίτου θείας scribo cum Bergkio Diss. de Soph. fragm. p. 13., sed γέννας corrigendum esse nego. — Similiter dictum ὡς τὸ θεῖον ἦν πρόφαντον Trach. 1152. i. q. χρησμός. — 2. Inde *a deo immissus*, inprimis de *calamitate*: ἥκοι γὰρ ἂν θεία νόσος Ai. 185 ch. θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος 605 ch. θεῖα γὰρ — τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη Phil. 192 an. σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης 1310. πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θείᾳ τύχῃ; Eriph. IV. 1 (205 D.). — εἴχομεν θείαν νόσον Ant. 417. de turbinis prodigio dicitur a Divis misso. His simile est εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ Phil. 1028. nisi deo stimulante me arcesseretis. In κέντρῳ necessitas gravis et urgens adsignificatur. *Fausto* autem sensu dicta θείᾳ κἀπόνῳ τύχῃ Oed. Col. 1581. et σοφῶν, ἐν οἷς ὁ νοῦς θείᾳ ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος inc. XXX. 2 (688 D.). Videtur enim *aetas divinitus concessa* significari. — 3. *Quod divinae naturae particeps est.* Διόνυσος — θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις Oed. Col. 686 ch. Nymphis comitibus. τὸν θεῖον μάντιν ὧδ' ἄγουσιν Oed. R. 298. Tiresiam. Inde etiam *regia stirpe*

prosaiorum appellatio est. τέθνηκε θεῖον Ἰοκάστης κάρα Oed. R. 1235. — 4. *Quod deum decet.* ἀνάξετ' οὐκ ἀναρσίαν λύραν καναχὰν ἐπάνειαν, ἀλλὰ θείας ἀντίλυρον μούσας Trach. 639 ch. *cantus sacri.*

Θέλγω *pellicio.* ὡς Ἔρως δέ νιν μόνος θεῶν θέλξειεν αἰχμάσαι τάδε Trach. 354. ἀλλὰ τὸν βαλόντ' ἀποφθίσαι χρῄζων ἔθελγεν 707. *verba dedit.* Nam non bene explicat haec, qui de verbo cetera probabiliter disputavit, I. H. Vossius ad hymn. Cer. p. 20.

Θέλκτρον *incantamentum.* θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ Trach. 582.

Θελοντής v. ἐθελοντής.

Θέλω *volo et cupio.* θέλειν inprimis diverbiis destinata forma est, legitur tamen etiam in melicis partibus. — I. *Formae. Praesens, indicativus.* θέλω Oed. R. 768. Oed. Col. 563. 1126. 1293. 1505. Ant. 238. Ai. 106. 706. 1357. El. 310. Erig. I. 2 (225 D.). — θέλεις Phil. 461. 470. 720. 1372. Oed. R. 343. 1447. Oed. Col. 767. 853. 938. Ant. 394. 440. 493. Trach. 332. 342. Ai. 1376. El. 18. 332. 400. 575. — θέλει Phil. 310. 932. Trach. 443. El. 1498. Ach. Am. I. 6 (162 D.). — θέλουσι Oed. Col. 406. Ant. 1027. — *coniunctivus.* θέλῃς Phil. 65. Oed. R. 216. Ai. 1047. Oed. Col. 960. Ant. 45. Trach. 452. θέλῃ Ant. 492. Phil. 970. 1282. θέλητε Oed. Col. 458. θέλωσι Oed. R. 281. Aload. XIII. 2 (98 D.). — *optativus.* θέλοιμι Phil. 657. Ai. 522. Pandor. II. 3 (432 D.). θέλοις Oed. Col. 1485. Ant. 69. Cod. Par. et Aug. b. θέλεις. Trach. 387. θέλοι Ai. 742. Oed. R. 140. Oed. Col. 781. Phil. 614. *Infin.* θέλειν Ant. 665. *Partic.* θέλων Phil. 1327. Oed. R. 933. El. 567. Trach. 195. Phaedr. IV. 5 (607 D.). θέλουσα Oed. R. 580. Oed. Col. 831. θέλοντος Oed. R. 11. θέλοντι Phil. 615. Oed. Col. 432. 771. Ai. 1125. Phil. 1002. τοῖς θέλουσι Ant. 265. *Aor.* θελήσαιμι Oed. Col. 1135. θελήσας Oed. Col. 761. Non plane certa scriptura est Oed. Col. 596. ubi libri plerique θέλοντ' ἄν, Tricl. θέλοιεν, pauci codd. θέλοιτ' ἄν. Reisigius et Herm. θέλοντάς γε. Dein Ai. 798. θέλοντες vulgo, Dresd. b. θέλοντος, Hermannus sensus causa emendavit θέλοντας. Denique Oed. R. 1304. intulit Hermannus ἐθέλων ex cod. B. et Trin. Rell. et Ald. θέλων: illud Hermanno anapaestis videtur aptius. Quod non satis intelligo. Nam θέλειν et in choricis canticis et in carminibus ἀπὸ σκηνῆς reperitur: quae huc usque retulimus, omnia diverbiorum sunt. Vide igitur: θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι Oed. R. 205 ch. πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ' ἄναξ 649 ch. τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω; 651. θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν 1356 ch. ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος Oed. Col 1222 ch. οὐδ' ἀπαρύξαι κρᾶτα βίου θέλει Trach. 1011 mel. εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει El. 1072 ch. Praeterea unum in anapaestis exemplum est, τύμβον θέλομεν προσιδεῖν — πατρὸς ἡμετέρου Oed. Col. 1753. Et haec quidem

omnia breviorem formam metro tutam habent: sed ubi utraque pariter commoda fuerit, a libris standum; quare iniuria ab Hermanno ἐθέλων scribi puto Oed. R. 1304. — Formae auctae cum perpetuo η adsciscant, in ἐθέλω relatae sunt.

II. *Usus.* 1. Propria *volendi* significatione prostat, ita ut *propensi animi, lubendi cupiendive* vel *placendi* adsignificatio insit: ἐκεῖνο δ' οὐδεὶς — θέλει, σῶσαί μ' ἐς οἴκους Phil. 310. ὡς αὐτὸς θέλεις 467. pro lubitu. Similes formulae sunt ὡς θέλεις Ant. 394. ὡς ἐγὼ θέλω Oed. Col. 1120. τῆς μὲν κατ' οἴκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον θοῦ Oed. R. 1447. ὅπως θέλεις Trach. 443. πράξεις οἷον ἂν θέλῃς Oed. Col. 960. ὅσ' ἂν θέλῃς Phil. 65. ᾗ θέλεις Ant. 440. ὡς — σὺ θέλεις, σπεύδῃς Trach. 592. ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις Phil. 479. — εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἂν 657. ἀφῇ τ' ὄντα κοὐ θέλοντα 1002. ὡς θέλοντος ἂν ἐμοῦ προςαρκεῖν πᾶν Oed. R. 11. τάχ' ἂν κἀμὲ — τιμωρεῖν θέλοι 140. τὰ σὰ βέλεα θέλοιμ' ἂν — ἐνδατεῖσθαι 205 ch. τἀμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη — δέχεσθαι, ἀλκὴν λάβοις ἂν 216. ἀναγκάσαι θεοὺς ἂν μὴ θέλωσιν 281. δι' ἅ νιν εἰςιδεῖν θέλω 708. οἱ προςθέσθαι πέλας χώρας θέλουσι Oed. Col. 406. ἐὰν θέλητέ μου — ἀλκὴν ποιεῖσθαι 458. σ' οἰκτίσας θέλω 'πέρεσθαι 563. οἱ θέλοντάς γ' οὐδέ σοι φεύγειν καλὸν 596. sc. σκόπει. τί — με δεύτερον θέλεις ἑλεῖν 767. εἴ σοι — μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι 781. ἐπεὶ νικᾶν θέλεις, νίκα 853. εἰ μὴ μέτοικος — θέλεις εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκὼν 938. ὃ δ' ἦλθον ἤδη σοι θέλω λέξαι 1293. τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί; 1485. καί σ' ἅπερ ξυνῄνεσα θέλω πόλιν τε τήνδε μὴ ψεύσας θανεῖν 1505. τύμβον θέλομεν — προςιδεῖν πατρός 1753. φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ Ant. 238. ὅταν — τις ἁλοὺς ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ 492. τοῦτον — θαρσοίην ἐγὼ καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν 665. *sibi imperari pati.* οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν φέρειν νιν 1027. ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων Trach. 195. ἢ 'μοὶ τί χρῄζει' ἐξειπεῖν θέλεις 342. εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις 387. ἔχειν σ' ἂν οἶκτον — θέλοιμ' ἂν Ai. 522. φίλον τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω 706. εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰςιδεῖν θέλοι 742. καί τινα στρατοῦ θέλεις κομίζειν 1376. εἰδέναι θέλω El. 310. κεῖνον θέλεις ἐπωφελῆσαι 567. οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν — εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει 1072. ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει 1498. κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά Aload. XIII. 2. ὁ χυμὸς οὐδ' ὅπως ἀφῇ θέλει Achill. Am. I. 6. ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω Erig. I. 2. θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι Pand. II. 3.

2. Illis exemplis omnibus aut unice aut optime convenit *volendi propter lubidinem vel appetitum* significatio. Alia, a quibus ipsa illa cum non videatur aliena, non minus bene βούλεσθαι ferrent, quippe quae etiam explicari possint *decrevisse apud se et consilium habere.* τὰ [illegible] — καὶ τοῖσιν Ἀργείοισι φήνασθαι θέλει Phil. 932. πῶς, ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ'

ἐκδοῦναι θέλεις 1372. φράζ' ὅτου χρῄζων ἀφῖξαι χὤτι σημῆναι θέλων Oed. R. 933. θέλων πόλλ' ἀκέσασθαι 1304. πῶς σ' ἂν ἄθλιος γεγὼς θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός; Oed. Col. 1133. quomodo mihi in mentem venire possit. οὐδ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα Ant. 69. θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω Ai. 106. θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ El. 80. κοὐδ' ἐν χρόνῳ μακρῷ διδαχθῆναι θέλεις 322. non poles a te impetrare. ὅταν θέλῃς γενέσθαι χρηστός, ὀφθήσει κακός 452. οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει 1011. = τολμᾷ sc. τλαίη ἄν. οὐχ ἕδρας ἀκμὴ σῴζειν θέλοντας ἄνδρα γ' ὃς σπεύδῃ θανεῖν Ai. 799. Vulgo θέλοντες, ut οὐχ ἕδρας ἀκμή in parenthesi sint, deinde ὃς σπεύδει. Scripturae discrepantia et sensus eo ducit, quod Herm. dedit, quod σχῆμα est κατὰ τὸ σημαινόμενον. Nam οὐχ ἕδρας ἀκμή dictum quasi οὐχ ἱδρυτέον scriptum esset. — τοῦτο γὰρ λέξαι θέλεις El. 400. 3. Iam explicanda proprietas sermonis in hoc verbo. a. εἰ θέλεις si placet, Phil. 730. El. 575. Oed. R. 343. b. μή et οὐ θέλειν nolle, inprimis oppositis θέλειν s. ἑκὼν εἶναι: et rursum θέλειν opposito ἄκων. ἢν σὺ μὴ θέλῃς Ant. 45. κἂν μὴ θέλῃς Ai. 1047. τοῦτο μὲν οὐδ' ἢν θέλῃ Phil. 970. etiamsi cupiat. ἐάν τ' Ἀχιλλέως παῖς, ἐάν τε μὴ θέλῃ 1282. sive velit sive nolit. εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα (λαβών) Phil. 614. ἐξάγειν ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύεται Oed. Col. 831. c. ὁ θέλων est quicunque vult, quilibet. κάρα τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι Phil. 615. πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων Ai. 1125. Memorat schol. Hesiod. Theog. p. 252. Heins. ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνει ξυνών Ant. 761. v. μαίνομαι. d. θέλων sine articulo est lubens s. volens. ὡς θέλοντι τοῦτ' ἐμοὶ τότε πόλις τὸ δῶρον κατήνυσεν Oed. Col. 432. οὐκ ἤθελες θέλοντι προςθέσθαι χάριν 771. Hinc θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν Oed. R. 1356. est etiam me lubente sic fieret, ego etiam cuperem. cf. Valck. ad Her. VIII. 101. Lobeck. ad Phryn. p. 5. Inde θέλων nonnunquam recte interpreteris sponte faciens. συγχώρει θέλων Phil. 1327. κρύψον θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν Oed. Col. 761. sponte redux factus. θέλων ἐγκλίνεται Phaedr. IV. 5 (Iupiter amori). e. ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος Oed. Col. 1222 ch. incidit in id, quod in cupiendo nimium est, i. e. in cupiendo modum excedit. cf. Reis. et Elmsl., illum etiam in Coniectaneis p. 143. f. opponuntur θελήσας et φρονήσας. πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ' ἄναξ Oed. R. 649. pereleganter: obsequere et lubens animo et re satis introspecta consilii certus. g. De structura verbi iam tetigimus θέλοντι ἐμοὶ ἦν, quod usitatius dicitur βουλομένῳ τινι εἶναι. In circumlocutione cum εἰμί coniungitur: ἂν ᾖ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται Oed. R. 580. Postremo cum coniunctivo coniungitur, ut βούλεσθαι: θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων; El. 80. τί σοι θέλεις δῆτ' εἰπάθω; Oed. R. 651. Cf. Matth. Gr. §.

516, 3. Pflugk. ad Eur. Hel. 1427. Recentiores indicativo usi, v. Lobeck. parerg. ad Phryn. p. 734.

Θέμις 1. *Dea antistita iuris divini.* οὐ τὰν Διὸς ἀστραπὰν καὶ τὰν οὐρανίαν Θέμιν El. 1053 ch. Θέμις δηλοῖ τὸ πρέπον καὶ τὴν σωματικὴν θεάν Etym. M. p. 445, 13.: hanc significationem ceteri lexicographi non tetigere, τὸ πρέπον, δίκαιον, ἄξιον interpretati. 2. Impersonali usu θέμις ἐστὶ maxime cum dativo personae significat *si per fas licet.* εἰ μοι θέμις, θέλοιμ' ἂν Phil. 657. ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοῦστι σοῦ μολεῖν ἄτερ 801. εἴ μοι θέμις γ' ἦν Oed. Col. 650. Male Brunckius *utinam* interpretatur. εἰ θέμις ἐστί μοι τὰν ἀφανῆ θεὰν — σεβίζειν 1553 ch. οὐκέτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ Ant. 871 ch. τάλαινα vett., correctum a Triclinio. εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν El. 126 ch. οὐ γάρ σοι θέμις 424. οἷσιν οὐ θέμις 484 ch. εἴ μοι θέμις inc. XXIII. 14 (678 D.). Nec minus saepe dativus omittitur. ὡς οὐ θέμις γίγνοιτο — τὰ πέργαμ' ἄλλον ἤ 'μ' ἑλεῖν Phil. 346. ἔστι — θέμις 658. Trach. 806. subiuncto θέμις δέ (ἐστι) ut inc. XXIII. εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ τἀληθῆ λέγειν. ἃ μὴ θέμις λεύσσειν δικαιοῦν Oed. Col. 1637. θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστι; 1727. εἰ θέμις εἰπεῖν Ant. 1244 an. οὐ θέμις μαθεῖν El. 555. οὐ γὰρ θέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακῶν inc. XXVII. 2 (683 D.). Num θέμις sic dictum flectatur, an in locutionibus infinitivo comprehensis immutabile sit, quaesitum nonnullis. V. Schaefer. ad Apoll. Rhod. schol. t. II. p. 407. Buttm. Gr. Mai. vol. I. p. 252. Reisig. not. cr. ad Oed. Col. 1185. et Herm. ad 1193 (= 1185.). Et Buttmannus quidem flecti negat, alio insuper loco Platonis usus Gorg. 505, C. in quo libri non magis quam apud Sophoclem variant. Ibi enim legitur in libris ὥστε μήτε δρῶντά σε τὰ τῶν κάκιστα δυσσεβεστάτων, πάτερ, θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς. Sola ed. Colin. alias cum Ald. congruens θέμιν exhibet. Scribendum fuit μηδέ, aut potius μή γε cum Hermanno. Reisigius κακίστων δυσσεβέσταθ' ἂν — θέμις σέ γ' εἴη audacissime refingens locum. Vauvill. Toup. Brunck. et Herm. olim ipse σέ γ' εἶναι, *quod te attinet* significare putarunt. Nunc iure Hermannus in Buttmanni sententiam concessit, motus maxime Xen. Oecon. II. 11., quem locum perverse explicuit Reisig., et Aesch. Suppl. 340. Dawesius, Heathius, Porsonus App. ad Toup. p. 345. θέμιν legendum censuere, quod receptum ab Elmsleio, sed pingue aliquid et barbarum sonat. Nec profecto unquam θέμιν εἶναι in bonis bonorum scriptorum codd. reperiri augnror. 3. *Semel* apud Sophoclem *iustum et fas* significat non dictum impersonali modo, ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες Trach. 807. — 4. In Oed. Col. 1133. multi et boni codd., Par. B. T. Vat. Farn. ἡ θέμις, Laur. A. ἡ θέμις, unde Elmsl. ᾗ θέμις recepit, firmari a Photio arbitratus, qui explicat ὡς νόμος, ὡς προσῆκεν. At ea

Homerum spectant. Laur. B. Par. A. Ricc. et edd. εἰ θέμις et recte. Cum enim quis ita loquitur: φιλήσω τ' εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα, num quis auditorum aliter id intellecturus esse videbitur quam *deosculabor caput tuum, qua parte fas est?* Sed dixit *si fas* Oedipus; seseque statim ipse revocat, non esse fas pium hominem Theseum a sese contrectari. ἢ θέμις indictum esse tragicis iam observarat Valck. ad Phoen. 902.

Θεμιστός et θεμιτός *quod per fas licitum*. Tennior forma metro tuta est ἀλλ' οὐ θεμιτὸν γὰρ κεῖσε μολεῖν Oed. Col. 1755 an. etsi γάρ ab Hermanno insertum, a libris abest. Turnebus, ut videtur, σοί infersit. Brunckius οὐ θεμιτὸν κεῖσ' ἐστί. Erf. οὐ θεμιτόν τινα. Haec omnia verisimilia sunt; nihilo tamen magis θεμιστόν scribi potuit. Contra in Oed. R. 993. ἢ ῥητόν; ἢ οὐ θεμιστὸν ἄλλον εἰδέναι; codd. omnes claudicante versu ἢ οὐ θεμιτόν. Brunckius assentiente Porsono ἢ οὐχὶ θεμιτόν. Iohns. Both. Elmsl. ἢ οὐ θεμιστόν, quod Hermannus ex Aeschylo asseruit, relegans plura cupientes ad Blomf. gl. Sept. 691. et eiusd. addenda. Vulgarius enim θεμιτόν, et scriptura cum apud Aeschylum tum apud alios fluctuat. Erfurdtio θεμιστόν a diverbiis excludendum videbatur.

Θεογεννής *deo generatus*. ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής Ant. 828 an. θεογενής ex h. l. affert Eust. p. 859, 62.: idque analogiae convenientius, cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 577. et inprimis Virum Summum parerg. ad Phryn. p. 646.

Θεόδμητος *a Deo conditus*. Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο El. 697.

Θεόθεν *divinitus*. οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας οὐδὲν ἐλλείπει Ant. 580 ch.

Θεοπρόπος *fatidicus*. ἔπος τὸ θεοπρόπον Trach. 819 ch. Originatio vocabuli vulgaris ἀπὸ τοῦ προειπεῖν ἐκ θεοῦ, quam Etym. M. refert p. 446, 8. et quam spectant interpretationes a Photio et Hesychio propositae μάντις ἢ θεοῦ προφήτης, et θεοπρόποι, ἐκ θεοῦ προλέγοντες, iure repudiata est Buttm. Lexil. vol. I. p. 19., a πρέπω repetenti, quae eadem antiqua est sententia, v. Etym. M. p. 446, 8. Nec profecto aliter constaret accentus ratio. Tertiam originationem a verbo πέμπειν τὰ θεῖα Eustathius memorat p. 55, 41. 1044, 26.

Θεός *deus*. 1. Singulorum deorum appellatio. τοῦτον θεὸς εἶπε κομίζειν Phil. 830 ch. Apollo vatis ore usus. ὁ πυρφόρος θεός Oed. R. 27. ipsa sic vocatur pestilentia, velut χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός El. 173 ch. ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός 77. Apollo. ὁ Βακχεῖος θεός 1105 ch. ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς Oed. Col. 55. πρός σ' ὅτι σοι φίλον ἄντομαι, ἢ τέκνον ἢ λέχος ἢ χρέος ἢ θεός 251. Res homini carissimae et sanctissimae colliguntur, per quas obsecret: liberi, coniux, necessitudo, Numen aliquod popularibus maxima cultum observantia; de dis enim pro-

cui dubio urbium praesidibus, velut Minerva Atheniensium, intelligi debet. ἀλλὰ γάρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός Oed. Col. 1622. Plutonem intellige. ἄμαχος — θεὸς Ἀφροδίτα Antig. 794 ch. ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων El. 177 ch. θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος 202 m. Iupiter. — τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο Phil. 334. ex Apolline. τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων; Oed. R. 86. Affert vs. cum sqq. duobus Stob. Serm. CVIII, 54. οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα 95. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ 178 ch. Nemo praeter Sophoclem Plutona sic dixit. v. Intpp. τὸ Πυθικὸν θεοῦ μαντεῖον 242. ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ τοῦ θεοῦ τε 253. τὰ τοῦ θεοῦ μαντεῖα 406. τὰ σέμνα — τοῦ θεοῦ μαντεύματα 953. εἰ μὴ τοῦ θεοῦ — ἐχρῄζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον 1438. τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν 1518. His quinque locis Apollo significatur. Sic et ἄνευ θεοῦ Oed. Col. 404. oraculo opposito coniecturae humanae. τὰν ἄβατον θεοῦ φυλλάδα 681 ch. nemus Baccho sacrum. πρόνοια τοῦ θεοῦ 1182., quo loco sicut in τοῦ θεοῦ γε προστάτην 1280. Neptunus dicitur, ad cuius aram supplex Polynices consederat. θεοῦ τοιαῦτα χειμάζοντος 1499. Iove fulgente. τοὺς θεοῦ παρὸν 1537. ἐκ θεοῦ καλούμενος 1625. v. 1622. καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ κλονεῖ Trach. 145. Solis. μόχθους τοῦ αὐτοῦ θεοῦ Ai. 568. τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ Λύκειος El. 6. Apollinis. — γῇ τήνδε τιμωροῦντα τῷ θεῷ θ' ἅμα Oed. R. 136. τῷ θεῷ πίστιν φέροις (ἂν) 1445. ἐναλίῳ θεῷ Oed. Col. 892. τῷ θεῷ 1185. Neptuno, velut ἐναλίῳ Ποσειδωνίῳ θεῷ 1490 ch. ἔτεω δὲ Πυθιὰς βοᾷ τῷ θεῷ Pel. II, 7 (435 ch.). — ἐπὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν Oed. R. 215 ch. Martem. τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἅλιον 661 ch. αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος ἀγωγόν Oed. Col. 1287. Neptunum, v. 1280. φαίνων τὸν θεὸν ἐν κερτομίαις γλώσσαις Ant. 951 ch. — Cum plurative de certis deis dicitur, aut unus significatur aut universus quidam ordo, ut inferi, caelestes, marini, patrii, indigetes. Ὀλύμπιοι θεοί Phil. 315. ἥ τε σύμμαχος Δίκη χοἱ πάντες — θεοί Oed. R. 275. εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με Oed. Col. 634. Apollinis enim oracula significantur. αὐτοὶ θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσι 1507. Iupiter inprimis, quem aut Olympium aut χθόνιον intelligas licet ex v. 1602. οἱ κάτω θεοί El. 284. — πρὸς θεῶν ὡρμημένος El. 70. Apolline auctore. σεμναὶ δὲ θεῶν παῖδες Ἐρινύες 112 ch. scil. Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι, Oed. Col. 40. ἤ τις Ὀλυμπιάδων (Ὀλυμπιαδῶν) θεῶν Ai. 868 ch. τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη Phil. 198. Apollinem haec, non Herculem spectant, a quo arcum et sagittas hic ferebatur accepisse, v. Apollod. II, 4, 11. Diodor. IV. 14. τὰ θεῶν μαντεύματα Oed. R. 946. cf. 953. et τὸν ἐκ θεῶν φανέντ' ἄναγνον 1382. θεῶν σεμνῶν Oed. Col. 89. Σεμνῶν θεῶν scribi alias solet. ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη Ant. 447. θεῶν τῶν νερτέρων 597 ch. 745. τῶν κάτωθεν θεῶν 1057. Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες

1062. Superi enim intelligi debent. *θεῶν πατρῴων* Tar. VII. 6 (517 D.). *θεῶν ἄνω ψυχὰς ταράσσει* Phaedr. IV. 2. Opponitur *πάπι πόντου ἴσχεται;* Olympii marinis deis. — *μηλοσφαγεῖ θεοῖσιν* — *τοῖς σωτηρίοις* El. 273. *τὴν σὴν ὅμαιμον θῦσαι θεαῖσιν* 522. Dianae. *θεοῖσι τοῖς ἐγχωρίοις* Trach. 182., qui iidem significantur bis *ἐξῆλθ᾽ αὐτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς κριτόν* 244. *θεοῖσι δυσμαχοῦντες* 492. cum Venere in certamen congressa, quae amorem iniecerat Herculi. *τοῖς ἄνω θεοῖσιν* Ant. 1060. *νομεῦ ἐν θεοῖς ἄνω* inc. XXIII. 12 (678 D.). Venus inter superos: v. *Θεῶν* Phaedr. IV. 2. — *θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς* Ant. 199. *τῇ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς* Lac. III. 2 (339 D.). — *θεοί τ᾽ ἐγχώριοι* El. 67. *ὦ θεοὶ πατρῷοι* 403., qui eidem *θεοὶ προγενεῖς* Antig. 929 m. *ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ᾽ ἐπόψιοι* 1029. — 2. Aliquando de heroibus et semideis usurpatum *καταχρηστικῶς*. *ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής* Niobe Ant. 828 an. cf. *ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ᾽ ἔγωγε νέμω θεόν* El. 147 m. *καὶ χάρτα τοῦδε τοῦ θεοῦ γ᾽ ἐπώνυμοι* Oed. Col. 65. Colonenses, nomen ab heroe Colono nacti. *τὸν βαλόντ᾽ ἄτρωτον οἶδα καὶ θεὸν Χείρωνα πημήναντα* Trach. 711. *θεῶν παῖς* Orithyia dicitur Ant. 973 ch. scil. ab Erechtheo prosata. — 3. Frequentius etiam, maxime plurali numero *de dis omnibus vel incertis qualibuscunque et numine divino*. *δηπνεῖ ἂν θεὸς πλοῦν ἡμῖν εἴκῃ* Phil. 462. *σφῷν δ᾽ ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός* 623. *ὅποι ποτὲ θεὸς δικαιοῖ* 770. *τάδε μὲν θεὸς ὄψεται* 832 ch. *ὧν ἂν θεὸς χρείαν ἐρευνᾷ* Oed. R. 724. *μέγας ἐν τούτοις θεός* 871 ch. *εἰ θεὸς ἄγοι* Oed. Col. 253 m. *θεὸς ἴστω* 526 m., de quo iurisiurandi genere Thebanis usitato v. Reis. l. c. et Valck. ad Phoen. 1671. *ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν* Ant. 620 ch. *ἐν δ᾽ ἐμῷ κάρᾳ θεὸς* — *ἔπαισεν* 1259 m. *εἴτ᾽ οὖν θεὸς εἴτε βροτῶν ἦν ὁ ταῦτα πράσσων* El. 192 ch. *εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν* 1258 m. *ἀλλ᾽ ἀπείργοι θεός* Ai. 929 ch. *νῦν δ᾽ ἐνήλλαξεν θεὸς τὴν τοῦδ᾽ ὕβριν* 1039. *θεὸς γὰρ ἐκπαίζει με* 1107. *θεὸς* — *τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται* Iph. I. 2 (288 D.). *θεὸς ἐμοὶ ἄρχων, θνητῶν δ᾽ οὐδείς* inc. LXXXIX (769 D.). *προςθήκῃ θεοῦ λέγει νομίζει θ᾽ ἡμῖν ὀρθῶσαι βίον* Oed. R. 38. deo monente ipso. *θεοῦ τεχνωμένου* Ai. 86. *μὴ ᾽κ θεοῦ κλέψῃ τις ἡμᾶς* 271. *ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινος διῆλθ᾽ Ἀχαιοὺς πάντας* 977., de quo loco consule Herm. *τὸ φέρον ἐκ θεοῦ* Oed. Col. 1691 m. *θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός* inc. I (656 D.). *ἐν πυκνῷ θεοῦ τρόχου κυκλεῖται* (*ὀύμὸς βίοτος*) inc. LVI. 1 (713 D.). *θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο* LXXVI. 1 (749 D.). *πέπρακται πᾶν τὸ τοῦ θεοῦ καλῶς* C. 1 (779 D.). *ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ κείμεθα* Oed. Col. 247 m. *προςκύσας θ᾽ ὥςπερ θεόν* Phil. 653. *τὸ καλῶς δ᾽ ἔχον* — *πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι* Oed. R. 880 ch. *θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων* 881 ch. *τὸν θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσταμαι* inc. XLIX. 1 (707 D.). — *θεοὶ σώζοιεν* — *ἡμᾶς*

524. οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι 1009. ὡς θεοὶ ξυνίστορες 1277. τοὺς σοὺς ὅποι θεοὶ πόνους κατοικιοῦσιν Oed. Col. 384. νῦν θεοί σ' ὀρθοῦσι 395. οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην ἔριν κατασβέσειαν 422. καί σοι θεοὶ πόροιεν ὡς ἐγὼ θέλω 1126. θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσι 1533. τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ — ὤρθωσαν Ant. 162. θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας 679. οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι θεοὶ παρ' ἡμῶν 1007. τοὺς σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι Ai. 133. θεοί σ' ἐπώτρυναν μολεῖν El. 1256. ἀνθρώποισι — οἷα δωροῦνται θεοί 1375. ὅσ' ἂν θεοὶ διδῶσι inc. LXXVI. 1 (749 D.). ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ El. 686. Afferunt haec et sqq. Stob. Ecl. I. 4. p. 124 cum mendo βλάπτειν, item Suid. v. ἰσχύων et θεός, utrobique omisso δέ. πατρῷα προσκύσανθ' ἕδη θεῶν 1367., quae non est hypallage pro πατρῴων θεῶν ἕδη, sed sunt templa patriae urbis Argivae. ἀλλά τις θεῶν Trach. 119. πρὸς θεῶν εἱμαρμένα 168. μόνας θεῶν 254. ἄρχει καὶ θεῶν (Cupido) 443. τὰ μὲν θεῶν παρέβαν 498 ch. θεῶν ἀρὰ μενεῖ σε 1229. Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν Ai. 14. τὴν θεῶν ἰσχύν 118. θεῶν γένος 392 m. εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι 450. ὦ θεῶν χοροποί' ἄναξ 683 ch. θεῶν πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσε 697 ch. μὴ θεῶν μέτα 930. θεῶν τις 1036. τοὺς θεῶν νόμους 1322. θεῶν του μελέτῃ Phil. 196. τὰν ἐκ θεῶν νέμεσιν 513 ch. θεῶν βία καὶ νέμεσις 597. τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας 1300. Suid. v. τύχη habet θεοῦ, etiam cod. Leid. εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας Oed. R. 42. ἐν θεῶν εὐχαῖσι 239. οὔτ' ἐκ θεῶν του γνωτόν 396. ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν 647. πάντων θεῶν 660 ch. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας 830. πρὸς ἄλσεσιν θεῶν Oed. Col. 10. τοῦ θεῶν νομίζεται; 39. τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες 257. ἐκ θεῶν του — εἰσῆλθε τοῖν τρισαθλίοιν ἔρις 372. ποίαν λάβω θεῶν ἀρήξιν ἢ βροτῶν 833. θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος 872. συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν θεῶν 926. θεῶν ἀγόντων 1002. πάνταρχε θεῶν παντόπτα Ζεῦ 1087 ch. τίς ἂν θεῶν δοίη —; 1102. ἐάνπερ κἀμέ τις σώζῃ θεῶν 1212. θεῶν — τις 1501. Ant. 594 ch. τις θεῶν Scyr. IV. 2 (499 D.). τὸν θεῶν Ὄλυμπον Oed. Col. 1651. ἐκ θεῶν πομπός 1657. τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε Ant. 77. θεῶν δὲ ναοὺς — ἐπέλθωμεν 152 ch. θεῶν ἐπὶ συντυχίαις 157 an. θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν 338 ch. Rectius quam in adnotatione in addendis hoc Telluris cognomentum explicuit Erfurdtius; v. et Herm. θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν 360 ch. ἄγραπτα — θεῶν νόμιμα 450. θεῶν μῆνες 603 ch. τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν 741. Ἅιδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν 773. θεῶν — ποδώκεις — βλάβαι 1091. ἔχειν τι κέρδος — θεῶν πάρα Alet. VII. 7 (94 D.). πρεσβίστη θεῶν Triptol. IX. 6 (539 D.). κρυπτόντων θεῶν inc. VI. 1 (659 D.). τίν' οὐ παλαίουσ' ἐκβάλλει θεῶν; XXIII. 13 (678 D.). κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη XLV. 1 (703 D.). τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ

θεῶν ᾐτησάμην LX. 1, 2 (723 D.). *θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν* LXV. 1 (729 D.). *ἐν ἐσχάτῳ θεῶν* LXXXII. 5 (759 D.). *γεννητὴν θεῶν* XCI. 2 (772 D.). *ὦ (ἐγὼ) πικρὸς θεοῖς* Phil. 254. *ἐμοὶ θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς ἦν φίλος* 390. *ἵνα — θεοῖς πλάθει* 716 ch. *ὦ θεοῖς ἔχθιστε* 1020. *τοῖς θεοῖς εὔξεσθε* 1021. *θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει* 1025. *ὅσων — θεοῖς εὐξώμεθα* 1066. *θεοῖς τι πιστεύσαντα* 1360. *θεοῖς μὲν οὐκ ἰσούμενον* Oed. R. 31. *ἐν θεοῖς* 215 ch. *θεοῖς ἐχθρότατον βροτῶν* 1345 m. *θεοῖς γ' ἐχθιστὸς ἥκω* 1519. *μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας* Oed. Col. 614. *θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον* 968. *οὐ μὴ — ἐπεύχωνται θεοῖς* 1028. *θεοῖς ἀρῶμαι* 1447. Trach. 48. *ἀρᾶται* Ai. 504. *ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν* Ant. 331. *ἐν θεοῖσι — δίκην δώσειν* 454. *εἰ τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά* 916. *θεοῖσι κλέπτομαι* 1203. *πρὶν κεῖνος αὐτὸν — δείξῃ θεοῖσιν* Trach. 606. *φανεῖν θεοῖς θυτῆρα* 609. *τὸ σὸν θεοῖσι δεικνὺς ἔργον* 1240. *μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην εἰδότες* 1256 an. Codd. Harl. Flor. *θεῶν* cum edd. vett. *θεοῖς* Triclin. ab *εἰδότες* suspenderim; de ceteris libris tacent. *θεοῖς ἐχθαίρομαι* Ai. 452. *θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που* 484. *θεοῖς — οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι* 586. *θεοῖς εἴκειν* 651. *θεοῖς — εὔχου* 670. *θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου* 731. *θεῶν — κἂν ὁ μηδὲν ὢν κράτος κατακτήσαιτο* 754. *θεοῖς τέθνηκεν οὗτος* 949. Affert Suid. v. *θεοῖς*. *θεοῖς σεσωσμένος* 1108. *θεοῖς — μὴ μάχου θέλε* Lac. II. 1. (337 D.) si recte divinavit Brunckius, a quo *θεοῖς* insertum. *προςιέναι θεοῖσιν* Pel. II. 4 (435 D.). *ὅταν θεοῖς δοκῇ τάδε* Tynd. I. 6 (572 D.). *οὐ θέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακῶν* XXVII. 2 (683 D.). — *θεοὺς — ἀρῶμαι — γῆς ἀνιέναι* Oed. R. 269. *ἀναγκάσαι θεοὺς* 280. *θεοὺς τιμῶντες* Oed. Col. 278. *θεοὺς ὥραν τιν' ἕξειν* 386. *θεοὺς τιμαῖς σεβίζειν* 1010. *θεοὺς ὁρκωμοτεῖν* Ant. 265. *τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰςορᾷς θεούς;* 288. *εἰς θεοὺς ἔτι βλέπειν* 913. *θεοὺς μιαίνειν* 1031. *τά τ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν* 1328 an. *μάρτυρας καλῶ θεούς* Trach. 1238. *ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς — εἰς θεοὺς ἔπος* Ai. 128. *ταῦτα — μηχανᾶν θεούς* 1016. *μὴ — ἀτίμα θεούς* 1108. *πρὸς θεοὺς — ἀποστῆναι ἀτέγης* El. 899. *μὴ βιάζεσθαι θεούς* Thyest. III. 1. si hoc Sophoclis potius quam Euripidis est; omisit Dindorf. *εἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν* Oenom. I. 3 (419 D.). *θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεοὺς δ' οὐ* inc. LXV. 1 (729 D.). *τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς* XCIX. 2 (778 D.). — *ἰὼ θεοὶ* Phil. 726. *ὦ θεοὶ* 768. inc. LIII. 1 (710 D.). — 4. Semel cum oxymoro quodam *θεός* et *δαίμων* opponi inter se videntur: puto *δαίμονα* *fortunam s. fatum significare*: *οἷς (ναύταις) οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν — ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν* Scyr. IV. 2 (499 D.). — 5. *Θεός* cum commune sit, *de Dea* dictum his locis: *ἡ νερτέρα θεός* Oed. Col. 1545. *Proserpina*, velut *τὰν ἀφανῆ θεόν* 1553 ch. et *ἐνοδίαν θεόν* Antig. 1185, v. *ἐνόδιος*. *ὁ Διὸς*

ἀλκίμα θεός Ai. 396 ch. Minerva, ut Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς Παλλὰς 932. δεῖμα — θεοῦ Clytaemn. I. 3 (310 D.). Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ Laoc. III. I (342 D.). τῆςδε τῆς θεοῦ XXIII. 8 (678 D.). *Veneris.* — 6. Separatim recensenda exempla, in quibus cum praepositione sine verbo aut addito aut subaudito θεός, θεοί ponitur. Huc primum refero σὺν θεῷ *divina ope*, sive deo concedente et volente. σὺν τῷ θεῷ τοι πᾶς γελᾷ κὠδύρεται Ai. 376. Suid. v. ξὺν τῷ. βούλου κρατεῖν μέν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν 752. τάχ' ἂν γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι 766. ἢ γὰρ εὐτυχεῖς σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες Oed. R. 146. ξὺν θεῷ εἰπεῖν (ἀπῶσε λιμόν) Palam. I. 1. (380 D.) *ne inverecunde dicto numen laedam.* Et μετὰ θεῶν est *Deis auctoribus* in re mala; οὐκ ἂν τάδ' ἔστη ταῦτα, μὴ θεῶν μέτα Ai. 930. Dein τὰ ἐκ θεῶν *Deorum dona* sunt: vel quidquid ab iis proficiscitur homini; eademque et τὰ πρὸς θεῶν dicuntur; nec veniunt in hunc censum quae additum verbum vel participium monstrant exempla, velut Phil. 1369.; nec in quibus ἐκ est παρά, velut Oed. Col. 1657. τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες Oed. Col. 257. i. e. Deorum voluntatem ne laedamus neve iram in nos concitemus. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς Oed. Col. 1691. ibi enim φέρον substantivum est, *quod faustum a deo datur.* — τὰ γὰρ περισσὰ — σώματα πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις Ai. 746. De hoc genere quaedam collegit Stanl. ad Aesch. Pers. 293. — 7. Iam formulam iurandi et obtestandi πρὸς θεῶν memorabimus. Nudum πρὸς θεῶν legitur Phil. 431. 737. 759. 955 1148 ch. 1170 m. 1219. 1284. 1285. Oed. R. 326. 536. 698. 1009. 1060. 1153. 1165. 1410. 1432. 1472. Oed. Col. 276. 1409. Trach. 241. 428. Ai. 76. 591. 1037. 1311. El. 361. 461. 1108. 1197. 1338. 1476. ὦ πρὸς θεῶν Ai. 364. Oed. R. 646. 1037. πρὸς θεῶν πατρῴων Phil. 921. Oed. Col. 760. Ant. 832 m. καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι Ai. 585. πρός νυν θεῶν Oed. Col. 49. Et sic scribendum etiam El. 420. 877., ubi Hermannus πρὸς νῦν. πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων αἰτῶ Oed. Col. 1335. — 8. Praeterea de sermonis proprietate unum observandum quod Elmsl. in Ai. 977. θεῶν τινός pro θεοῦ τινός scribi iussit, quoniam tragicis θεῶν τις potius, quam θεός τις dictum fuerit; contra quam sententiam ut recte disputavit Herm., ita tamen θεός τις casu a Sophocle positum praeterea nusquam est: θεῶν τις autem El. 686. Trach. 119. Ai. 450. 1036. Oed. Col. 1102. 1212. Ant. 594 ch. Scyr. IV. 2. et θεῶν του Phil. 196. Oed. R. 42. Sed κατὰ θεόν τινα satis certum est in Eur. Iph. Aul. 413. Herm. (411.) quo loco ipse Porsonus et Blomf. θεῶν praeferebant. — 9. *De forma vocabuli* nihil notandum nisi quod satis frequeter synizesi una syllaba pronuntiandum; nec in melicis tantum sed etiam in diverbiis. Nam illorum haec sunt: τὸν ἀπότιμον ἐν

θεοῖς θεόν Oed. R. 215. — θεῶν γένος οὐδ' ἀμερίων Ai. 392. — προφάνηθ' ὦ θεῶν χοροποί' ἄναξ 683. Horum haec: θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον Oed. Col. 968. ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι Phil. 1009. πρός καὶ — θεῶν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένη Ai. 585. μή νυν ἀτίμα θεοὺς θεοῖς σεσωσμένος 1108., locus minime negligendus, in quo θεοὺς synizesin habet, iuxta positum θεοῖς non item. Anapaestis interposita haec leguntur: οὐκ ἴσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτη Phil. 196. χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν Ant. 1328. Postremo in trochaeis Sophocli perraro in usum vocatur semel: ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω Oed. R. 1519.

Θεοσεβής deorum reverens. τὰς Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας εἶναι Oed. Col. 261. Versum cum aliis quatuor Suidas affert v. δόξα.

Θεοφιλής deo dilectus. Ὑπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον inc. LXXXII. 42 (758 D.). De accentu singulatim notavit Arcadius p. 27, 13.

Θεραπεύω colo. Ἐργάνην, οὗτοι μόνον — θεραπεύουσιν, ὥς φησι Σοφοκλῆς Plut. Mor. p. 792. Deinde sequitur fr. LXXII. 2. (724 D.) unde non efficitur θεραπεύειν verbum a Sophocle dictum, sed hoc potius, a Plutarcho secundum poetae sententiam subrogatum esse. *Observare et sese accommodare* significatur in πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν Phil. 149 an.

Θερίζω abscindo. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θερίσας Ai. 235 an. Thom. M. p. 66. — *detondeo.* ἥτις (πῶλος) θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο Tyr. XV. 4 (587 D.). cf. Abresch. ad Aesch. Agam. 545. Cf. Iacobs. ad Anth. Pal. t. IV. p. 570. et ad Aelian. H. An. p. 8.

Θερμαίνω calefacio. Passivum *calesco.* Tralate ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται Ai. 473. Afferunt Suid. v. θερμόν. Eust. p. 651, 60. 1407, 48.

Θερμός calidus, ardens. I. Proprie dictum: ὦ πέτρας γύαλον θερμὸν καὶ παγετῶδες Phil. 1071 m. de antro suo Philoctetes, pro anni tempore et calente et frigido. πυρὶ θερμῷ Ant. 615. quod etsi tralate de exitio dictum, ista tralatio tamen inest in vocabulo πῦρ, et θερμός sua ut legitima significatione utitur. ὦ — θερμὰ λουτρὰ — παρανaιετάοντες Trach. 631. Aquae calidae Maliensium dicuntur. ἀκτῖνος — θερμῆς ἄθικτον 683. sole intactum. De *sanguine* θερμὸν αἷμα Oed. Col. 628. θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος Ai. 1390 an. Et sic unicum superlativi exemplum τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων dictum Phil. 690 ch. quem versum spectat Eust. p. 806, 55. — De *lacrimis*: δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα Trach. 915. — Peculiari significatione proverbium est τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ fr. inc. CV. 166. (949 D.) ap. Photium p. 593, 3. sic explicantem: ἐπὶ τῶν ἀναιρουμένων (Suidas αἰρουμένων)

τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν κρειττόνων ἡ παροιμία, ἀπὸ τῶν ἀπείρως δρασσομένων κατὰ τὸ πεπυρωμένον τοῦ ὀβελισκοῦ. — Suid. v. τὸ θερμόν, Zenob. Prov. VI. 19. — 2. *Figurato* dicendi genere legitur de re gravi et aerumnosa, quae non sine sudore et sanguine patratur: ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ — μοχθήσας ἐγὼ Trach. 1035. quem totum locum Latine Cicero convertit Disp. Tuscul. II. 8. Et θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις Ant. 88. *audacem animum*, sive, ut Hermanno placet, *calidum cor in rebus horrorem incutientibus habes*: cf. Aesch. Prom. 692. Versum memorat Eust. p. 1140, 28. 1407, 48.

Θέρος. 1. *aestas*. τοῦ παρεστῶτος θέρους Phil. 1324. χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει Ai. 656. πηλαμὺς — ὡραία θέρους Past. IV. 2 (446 D.). — *aestus*. ἐν θέρει Phil. 18. Opponitur enim ἐν ψύχει, sed intelligitur *aestivus calor*, non qualiscunque. — 2. Tralate *messem* significat, et *quidquid demetitur*. θέρος ὁ θερισμός Phot. p. 86, 18. non satis accurate: debuit addere καὶ τὸ θερισθέν. Sic οἱ συγκομιζόμενοι καρποὶ τῶν σπερμάτων παρὰ τοῖς ῥήτορσιν Gr. Bekk. Anecd. p. 265, 9. et eadem fere Suidas habet. θέρος, σῖτος Hesych. Sed hinc ductum quod ξανθὸν θέρος *iubae* equo *detonsae* dicuntur Tyr. XV. 4 (587 D.

Θερσίτης n. pr. Θερσίτης τις ἦν Phil. 440.

Θέσμιος quod fas est. Substantivum induit θεῶν πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσε Ai. 698 ch. Suid. v. πάνθυτα explicat παντοίβαστα νόμιμα ἐξεπλήρωσε. Ad obedientiam Dis debitam rediit.

Θεσμός quod lege iussum, ius, lex ipsa. οὐκ ἔσθ' ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον ἀρχῆς ἔκειτο θεσμός, ἢ καὶ τῷδε σέ Ai. 1083. non maius tibi in illum ius fuit quam illi in te. νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν ἔξω φέρομαι Ant. 795 an. *iussa regia excedo*. — ἵμερος — νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θεσμῶν Ant. 793. Amor in administrandis legibus assessor vocatur, quod Haemo amore in consilium vocato quid sit ius, diiudicet. — *Praescriptum* et *mandatum* significatur. ὧν ὁ θὴρ — προὐδιδάξατο, παρῆκα θεσμῶν οὐδέν Trach. 679. — Cum metaplasmo (ignoratur enim θεσμόν) dictum οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει Alex. I. 1 (81 D.). Cf. Elmsl. ad Med. 481. Erravit Matthiae ad Eur. Hel. 866. tragicis indictum arbitratus. De accentu et generatim et de θεσμός nominatim Arcad. p. 58, 24.

Θεσπιεπής fatidicus. Ad huius vocis analogiam redit femininum solivagum illud θεσπιέπεια πέτρα Oed. R. 464 ch. de oraculo Delphico dictum. Mirum quod neque lexicographorum ullus memoravit vocem rarissimam, neque grammatici, quod sciam, de analogia notarint. Sed ἀρτιέπεια, ἡδυέπεια epicis dicta: num Κασσιέπεια huc referam, ambigo,

quod rectius ab ἕπειν, (unde ἀμφέπειν et περιέπειν) repetendum videatur. Accentus retractus est, ut in λίγεια et θάλεια.

Θεσπίζω vaticinor. πολλά γάρ σε θεσπίζοντ' ὁρῶ κοὐ ψευδόφημα Oed. Col. 1512. ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων Ant. 1041. τά τ' ἄλλα — ἐθέσπισεν Phil. 606. οἷ' ἐθέσπισεν Oed. Col. 1430. Ἀπόλλων εἰ καλῶς ἐθέσπισεν El. 1415. ἀνήρ — βέβηκε δεινὰ θεσπίσας Antig. 1078. — *Passivum*: τί δὲ τεθέσπισται; Oed. Col. 389. Haec omnia proprie. Sed figurate dictum τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας Trach. 1121. Haec Hercules Hyllo insperata et difficilia ad credendum locuto. Schol. ἄπιστον γὰρ διὰ δυσφήμων ὥσπερ ἐμαντεύσω. Sic corrigendum in vett. libris διαδυσφημιῶν aperto mendo. Tricl. et recentt. διὰ δυσφημιῶν.

Θέσπισμα vaticinium. τὰ παρόντα θεσπίσματα — ἄξι' οὐδενός Oed. R. 971. Usum tragicorum non tangunt, quae Photius refert p. 87, 26. et 88, 1. θεσπίζει, νομοθετεῖ; θεσπίσματα, θεῖα δόγματα. Prius illud etiam Suidas habet; cum reliquis ex parte convenit Hesychius θέσπισμα, θεῖον δόγμα, νομοθεσία, et θεσπίσματα, μαντεύματα, καὶ τὰ ὅμοια scribens. Cf. Etym. M. p. 447, 54.

Θεσπιῳδός fatidicus. τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερίας Δωδωνίδας Niptr. I. 4 (401 D.). De accentu totius generis praecipit Arcad. p. 86, 20.

* *Θεσσαλικός* v. *Θεσσαλός*.

Θεσσαλίς Thessalica. κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει Oed. Col. 315. Verba poetae respicit Suid. v. ἡλιοστερής et πλατύπιλος; explicat Eust. p. 803, 1.; plura dedere Reisig. l. c. et Valck. ad Adoniaz. p. 344.

Θεσσαλός Thessalus. Αἴᾳ Θεσσαλῶν παγκληρία inc. XCV. 2 (774 D.). *Thessalicus*: Θεσσαλὰς ἔχων ἵππους El. 693. Et in fr. inc. CV. 51. (843 D.) procul dubio legendum τρίχει καλυφθεὶς Θεσσαλῆς ἀπληγίδος. Vulgo metro pessumdato Θεσσαλικῆς. De accentu v. Arcad. p. 54, 20.

Θεστόρειος Thestoris filius. τοῦ Θεστορείου μάντεως Ai. 788. Pro patronymico formam ex hoc loco memorat Eust. p. 50, 11. — De tono Arcad. p. 45, 1.

Θέσφατος vaticinio praedictus. Adiective dictum raro. ἥκει — θέσφατος βίου τελευτή Oed. Col. 1470. Et sic ob additum χρησμοῖσιν intellige Oed. Col. 973. εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖτο. Substantive θέσφατα sunt *vaticinia* vel *oracula* ipsa. Λαΐου παλαιὰ θέσφατα Oed. R. 907 ch. θεσφάτων κακῶν 1175. εἰ θεσφάτων — βάξιν κατῄδη τῶνδε Trach. 86. ὡς — φήμην πύθησθε θεσφάτων 1140. μαντεῖαι βροτῶν οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὀνείροις οὐδ' ἐν θεσφάτοις El. 491 ch. τὸν θεὸν — ἐπίσταμαι σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ inc. XLIX. 2. (707 D.):

αἰνικτῶς θεσφ. dicitur ὅτι διὰ θεσφάτων αἰνίττεται. — De utraque significatione exposuit Eust. p. 393, 24. 1737, 58. Apud Hesychium v. Θέσφατον in unum confusa sunt ἀθέσφατον et θέσφατον et interpretationes utrumque spectantes.

Θέτις n. pr. τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι Troil. I. 2 (548 D.). — De tono v. Arcad. p. 106, 5.

Θεωρέω. Oed. Col. 1088 ch. εἴθε — πελειὰς κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα. Libri αὐτῶν δ'. Infeliciter de hoc loco et varie coniectarunt: Reisigius omnium infelicissime θεωρήσας ἀπόνιον ὄμμα, quod interpretatur *certaminis contemplans longinquum spectaculum.* Refutavit Hermannus. Heathius τοὐμὸν ὄμμα vertit *meis oculis*, quod refellunt Reis. et Herm. Wunderus suspicabatur αἰωρήσασα s. potius ἐωρήσασα, et hoc Dindorfius recepit; nam haec verba etiam alibi confunduntur, velut Lucian. Iov. conf. t. II. p. 629. τῶνδ' ἀγώνων metri indicio scripsit Hermannus, ut plana omnia erunt, cum θεωρήσασα ad πελειάς relatum feminino genere enuntietur, dummodo θεωρεῖν active dicatur. v. Wesseling. ad Thuc. III. 104. Locorum Thucydidis ab Hermanno comparatorum nullus rei convenit, ut *spectaculo intuendo oblectare oculos* significetur. Verum in hanc partem etiam Lobeckius propendet diss. de verbis Gr. factitivis p. 7. Diligenter de verbo ipso exposuit C. Matthiae Excurs. Quaest. Sophocl. p. 168. Sed ipsius explicatio, quam ipse vetere vocabulo σχήματος καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος appellat, contorta est, nec firmari potest exemplo Aeschyli Prom. 902., in quo ἄψυκτον ὄμμα veram efficit appositionem, qualis apud Sophoclem nulla est.

Θεωρία festi spectatio. ποίας δ' ἑορτὰς (ἥξετε), ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι πρὸς οἶκον ἵξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας; Oed. R. 1491. Schol.: ἀντὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεωρίας τέρψεως.

Θεωρός qui rei sacrae faciendae causa peregre abest. θεωρὸς ἐκδημῶν Laius occisus, Oed. R. 114. quem locum Suidas laudat v. Θεωρός. ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας Oed. Col. 414. *sciscitatores oraculi* significantur. Copiose de vario θεωρῶν munere secundum vett. scriptorum testimonia egerunt Valck. Anim. ad Ammon. p. 92. Boeckh. *Oecon. polit. Athen.* t. I. p. 229. — De tono nominatim praecipit Arcadius p. 72, 13.

Θήβη et Θῆβαι nomen urbis Thebarum. Hae formae minime secundum diverbia et canticorum usum dispertiuntur; contra in utroque genere promiscue reperitur utraque. *Singularis in diverbiis* inest: εἰς Θήβης πέδον Oed. Col. 416. οἱ τὸ Θήβης πέδον ἀμφεστᾶσι πᾶν 1314. πρὸς ἄστυ Θήβης 1374. οὔ φησι Θήβης — λεώς Antig. 729. Θήβης ἄνακτες 975. τὸ Θήβης ἄστυ Oed. Col. 1321. Trach. 1144. Et in trochaeis tetrame-

Θήκη sedes. Bis de *tumulo sepulcrali* Sophocles. θήκην ἱεράν, ἣν κεῖνος ἔχει Oed. Col. 1760 an. ὁρῶ — περιστεφῆ — πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρὸς El. 884.

Θηλάστρια. τροφός, ἐστὶ δὲ Ἰακόν. Hesych. ex Alexandr. IV. 2. (85 D.) cf. Piers. ad Moer. p. 189.

Θηλύνω emollio. κἀγὼ γὰρ — βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηλύνθην στόμα Ai. 636.

Θῆλυς muliebri sexu, inde mollis, cum bono tum malo sensu. *Proprie:* γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν Trach. 1051. θήλειαν ὄρνιν Oenom. V. 2 (424 D.). Tralata: νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς εὕρημαι τάλας Trach. 1064. *Dolore victum* se confitetur. De *homine effeminato* θῆλυς μὲν αὐτός, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων Atr. I. 2 (144 D.). — θήλεια νὺξ inc. CV. 97. (887 D.) plane γλωσσηματικῶς dicta poetae, si fides Etymologo p. 450, 48. θ ή λ ε ι α, ἐκ τοῦ θῆλυς. ἢ παρὰ τὸ θάλλειν καὶ γεννᾶν. ὅθεν καὶ ἡ ὑπομβρος νὺξ π. Σοφ. θήλεια καλεῖται. Hoc ex Homerico θῆλυς ἐέρση assumpsit Sophocles. — τὸ θ ή λ υ δ ο ς παρὰ Σοφοκλεῖ κλιθὲν διὰ τοῦ δος ἡμάρτηται. Choerob. ap. Bekk. An. p. 1381. Est fr. inc. CV. 98. s. 888 D., Brunckio non cognitum. De tono v. Arcad. p. 91, 16. 95, 21. — Addo de particula poetae incerti, in qua inest πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον, quae Sophoclis esse visa Wyttenbachio de Aud. Poet. p. 34, A., consulendum Valck. ad Hippol. 780.

Θῆμα. θήκη, τάφος, ἀνάθημα. Hesych. ex Salmon. II. 1 (484 D.). Incertum igitur quomodo Sophocles sit voce usus: puto autem de *donario.* Nec probo Wyttenb. ad Plut. de Aud. poet. p. 22, E. θῆμα idem arbitrantem antiquitus fuisse quod σῆμα communi usu tritum. Hoc a θέω thematico, unde τίθημι, repeti minime potest. Sed tenebatur Wyttenbachius fallacis Lennepianae analogiae laqueis, unde ex qualibuscunque quaelibet expedire facile erat.

Θήρ fera. 1. Poetis inprimis usitatum, qui vulgare vocabulum θηρίον defugerent. Dixisse quidem videatur Aeschylus Choeph. 230.: sed incerta loci scriptura. Nec continuo *rapacem* et *immanem belluam* significat: modo *cicuri* opponitur. θῆρ' ὀρειβάτην Phil. 943. θηρὸς ὀρεσσιβάτα Ant. 349 ch. ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην El. 562. *cervae* per errorem occisae. Eust. p. 697, 36. Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα Trach. 1087. *aprum.* Usitatior pluralis. στικτῶν ἢ λασίων μετὰ θηρῶν Phil. 185 ch. ξυνουσίαι θηρῶν ὀρείων 925. Suid. v. ὀρείων et προβλῆτες. χαροπῶν τ' ἔθνη θηρῶν 1131 m. σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν — ἐξεφαίνετο Ant. 257. θηρῶν ἀγρίων ἔθνη 344 ch. Sic Ald. et membr. Brunckii. In E. Aug. b. et Vat. θηρίων, reliqui ante Elmsleium cogniti (de his h. l. silentium) θηρίων τε, quod Brunckius recepit. ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες

καθήγισαν, ἢ θῆρες 1069. ἐν θηρσί opp. ἐν οἰωνοῖσι inc. XXIII. 12 (678 D.). — 2. *Armenta et pecudes* domesticae significantur: ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας Ai. 359 m. τοῖς προβάτοις Suid. v. ἀφοβόσπλαγχνος. Num θὴρ praeter h. l. ita dictum sit alicui, v. ap. Lob. ad v. 364. — 3. Semel *Cerberi monstrum* sic dicitur: σῶμα τ' ἀνικάτου θηρός Oed. Col. 1565 ch. cf. Reisig. enarr. p. CXCII. — 4. Saepe *Centauri*. ἀρχαίου θηρός Trach. 553. ἐκθνήσκων δ' ὁ θὴρ 565. ἐπὶ προφάσει θηρός 659 ch. ὁ θὴρ Κένταυρος 677. 1152. ἀντὶ τοῦ — ὁ θὴρ ἐμοὶ παρέσχ' εὔνοιαν 704. οὕνεκα ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε 931. Et collective διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν θηρῶν 1086.

Θήρα. 1. *venatio*. θήραν ἔχειν pro θηρᾶν non dicitur nisi tralate: θήραν τήνδ' ἄλλως ἔχομεν τόξων Phil. 828 m. δυσμενῶν θήραν ἔχων *insidiatus* Ai. 561. — 2. *praeda* venando capta. Proprie ὦ πταναὶ θῆραι Phil. 1131 m. Schol.: ἀντὶ τοῦ ὦ πτηνῶν ἄγραι. Traductum aliorsum ἔδειξ' Ἀχαιοῖς εἰς μέσον, θήραν καλήν Phil. 605. Helenum insidiis captum. Plane ita Eur. Bacch. 1124., ubi ex glossemate alii θήραμα: cf. Matth. l. c. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 126.

Θηρατέος *dignus quo quis concupiscat potiri*. θηρατέ' ἂν γίγνοιτ' ἄν Phil. 116. (τόξα.)

Θηρατήριος *venatorius*; inde *illiciendo in amorem idoneus*. τοίαν Πέλοψ ἴυγγα θηρατηρίαν ἔρωτος — ἔχει Oenom. III. 1. (421 D.) v. ἴυγξ, Schaef. ad Dion. de C. V. p. 85. Iacobs. ad Philostr. p. 313.

Θηράω. Proprie *venor, praedam facio*, etiam *comprehendo*. Tralate *venor* i. q. *assequi cupio, persequor, insidior*. Falso quis credat, *activi* formam de venatione, *medium* θηρᾶσθαι figurate usurpari. De venatione quidem ipsa medium non legitur, sed de *prehensione* tamen et manuum iniectione: *persequi* autem et *cupio adipisci* et θηρᾶν et θηρᾶσθαι dicitur. De *praeda* καὶ μ' οὓς ἐθήρων πρόσθε, θηράσουσι νῦν Phil. 946. ἐν τῷ Πηλίῳ πᾶν μῆλον θηρῶντα inc. CV. 124 (911 D.). — De *capiendo* aliquem: σὺν δέ νιν θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην Ant. 429.: et de *decipiendo ex insidiis*: οἷός μ' ἐπῆλθες, ὥς μ' ἐθηράσω Phil. 995.; versum cum aliis quatuor affert Suid. v. ὑγιές. δέδορκά σε πεῖραν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον Ai. 2. cf. Herm.; et Pors. ad Med. 1396. καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη Oed. Col. 1030. simili sententia v. praec. dictum ἔχων ἔχει, *capiendo captus es*. — *Assequi studere*: τυραννίδα θηρᾶν Oed. R. 542. θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα Ant. 92. Versum Eustathius respicit p. 1089, 20. πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά El. 1043. Eundem promiscuum generum verbi usum apud Aeschylum fuisse lexicon Wellaueri docet: de Euripide idem disces ex Or. 557. 668. Hippol. 916. Bacch. 675. De figurata verbi significatione con-

ferre licet Dorv. ad Char. p. 539. Schaef. ad Dion. de C. V. p. 94. Boisson. ad Philostr. p. 418. et Iacobs. p. 586. Heindorf. ad Plat. Theaetet., p. 143. De *θηρεύειν* atque *θηρᾶν* et *θηρᾶσθαι*, quorum illud a tragica gravitate paulo alienius, collegit aliqua C. G. Iacob. Quaest. Luc. p. 3.

Θήρειος ferinus. *θήρειος βία* Trach. 1048. Schol. recte *λέοντος, ὕδρας, Κερβέρου καὶ τῶν λοιπῶν.* Cicero latine interpretatus de solo Centaurorum impetu intellexit. De tono et generatim et nominatim notavit Arcadius p. 44, 7.

Θηροβολέω ferus configo. *θηροβολοῦντα* — *ἰοῖς* Phil. 165 an.

Θησαυρίζω condo. *φὰξ εὖ τεθησαυρισμένη* Polyid. IV. 2 (464 D.). De *pleno penu* sermo est.

Θησαύρισμα penus. *κεῖνον τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε* Phil. 37. de Philoctetae poculo ligneo et igniariis.

Θησαυρός. De *grata praeda* dictum. *οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς* Ant. 30. Iungenda *εἰσορῶσι γλυκὺν θησαυρόν:* cadaver enim gratum volucribus conspicatis. Quae *promuntur ad certum usum* sic dicuntur: *ἔχων κόμας ἐμὰς καὶ τῆσδε καὶ σαυτοῦ τρίτον, ἱκτήριον θησαυρόν* Ai. 1154. de capillis mortuo cremando sacrandis. De tono schol. Hesiod. theog. 832., quem perverse disposuit locum Gaisf. v. Muetzell. de Emend. Theog. Hes. p. 342. item Arcad. p. 72. 20.

Θησείδης Theseida. *δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά* Oed. Col. 1068 ch. Theseus cum ipse pugnae interesset, Athenienses populares suos in mente habuit chorus. Sic schol. *ἁπλούστερον δὲ Θησειδᾶν φησί, τῶν Ἀττικῶν τῶν ὑπὸ Θησέα τεταγμένων.* Similiter *Ἀτρείδας* dici Atridas cum militibus notavit Hellerus. Doederlinus: „*Θησεῖδαι duces,* opponuntur *προσχώροις*, vulgo, Coloni praesertim pagi incolis." Hoc non inest in verbis. Qui loquitur a speciali ad generale, quod vocant, transgreditur: *δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης fortes accolae sunt: δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά: omnino non facilis ad sustinendum Atheniensium impetus.*

Θησεύς n. pr. *Nom.* *Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος* Oed. Col. 69. *Αἰγέως γόνος Θησεύς* 556. *τῆσδε δημοῦχος χθονὸς Θησεύς* 1352. *ὁ κύριος Θησεὺς παρέστω* 1640. — *Voc.* *Θησεῦ* Oed. Col. 575. 601. 1046. — *Gen.* *Θησέως κόρθι* Phil. 558. *τὸ Θησέως ὄνομα* Oed. Col. 1007. *χέρας Θησέως* 1105. *τὰ Θησέως Περίθου τε — ξυνθήματα* 1589. *τὸ Θησέως κάρα* 1653. Quiescit per synaloephen ε Oed. Col. 1007. 1105.; in reliquis locis plene pronunciatur. — *Dativus* non legitur. — *Accusativus* ᾱ legitime productum habet: *πῶς ἂν — Θησέα πόροι* Oed. Col. 1458. In ultima sede trimetri legitur *γῆς ἄνακτα Θησέα* Oed. Col. 1666. — *Corripitur* denique in cantico: *Θησέα καὶ τὰς διστόλους* Oed. Col. 1056. cui respondet v. 1072. *ἄμβασις, αἱ τὰν Ἱππίαν.*

Θητεία famulitium, servitus. ποιμὴν γὰρ ἦσθα κἀπὶ θητείᾳ πλάνης; Oed. R. 1029. — θητεία, δουλεία. Gr. An. Bekk. p. 264, 19. παραμονὴ ἢ δουλεία Phot. p. 91, 24. et Suidas. μισθώσεις, μισθοδουλεῖαι. Hesychius: μίσθωσις huic est, qua quis alteri sese ministerio mancipat. Cf. Monk. ad Alcest. 6.

Θιγγάνω tango. Formarum nulla praeter *praesens* et hoc bis, Phil. 406. Oed. Col. 331. atque *aoristum* legitur: nec diu est, ex quo vulgo dedidicerunt θίγων et θίγειν praesentium instar gravi accentu notare. Nam opus adhuc a Schaefero fuit moneri ad Orest. Porsoni v. 5., et ad Soph. Phil. 9. Oed. Col. 470. Elmsleius ad Oed. Col. l. c. qui locos simul collegit, quibus Aldina editio vel recte vel secus scriptum exhibet. Codd. scriptis in hac re nihil fidei: cf. Matth. ad Eur. Phoen. 300. — Propria significatio est *manu tangendi et contrectandi:* quo vel absolute sine casu ponitur, vel cum casu secundo πάρεστι ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν Phil. 663., ubi ταῦτα nominativus. βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω τι σοῦ; 751. τι adverbiascit, *aliqua parte.* δεξιᾶς ἐμῆς θιγών 1384. ut τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγών Oed. R. 760. de supplice dictum utrumque. ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν Oed. R. 1413. Versum cum duobus sqq. Suidas affert v. θίγειν. χερσί τἄν θιγὼν δοκοῖμ' ἔχειν σφας 1468. θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ Oed. Col. 331. de amplexu. πῶς — θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός 1135. πατρὸς — φιλότητι θιγών Ai. 1389 an. Eurysaces enim patris corpus manu erat tractaturus v. 1160. Ita *tangere* ut adsignificetur *partem alicuius rei vel facti capere* valet: μηδ' ἃ μὴ 'θιγες ποιοῦ σεαυτῆς Ant. 542. Hic quidem cum casu quarto θιγεῖν dictum videatur: sed factum non esset, nisi ἀπὸ κοινοῦ ad σεαυτῆς ποιοῦ referretur ἅ. Quare perperam distinguunt post ἔθιγες. Non satis perspexisse haec videtur Matth. Gr. Gr. §. 330. not. — οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν (κατακτενῶ) Ant. 767. οὔτε δαιτὸς οὔτε χέρνιβος θιγών inc. 4. 7 (708 D.). *Capere* i. q. *haurire aquam* aperte significatur Oed. Col. 471.: ἐξ ἀειρύτου χοὰς κρήνης ἐνεγκοῦ δι' ὁσίων χειρῶν θιγών. Codd. θίγων: edd. vett. θιγών. Afferunt haec schol. Ar. Ach. 960. Suid. v. χοάς, sed hic omisso θιγών. Doederlinum miror, qui explicuerit *lavari.* — De *aliarum rerum contagione* et quidem de veneno exedente quidquid tetigerit dicitur Trach. 712. χὤσπερ ἂν θίγῃ φθείρει τὰ πάντα κνώδαλα. *Tralatum* a lingua ad sermones est ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας Phil. 406. — Cum *dativo* tragicis non dicitur, Pindaro usitatum est: v. Boeckh. Expl. Pind. p. 111. (7).

Θίς. θῖνα, αἰγιαλὸν, σωρόν. Phot. p. 92, 21. et Suidas; hic bis, altero loco addito τῶν χρημάτων. Varie Hesych. v. θίν, θινί et θίς: hoc quidem loco: ὄχθος, βουνὸς ἀμμώδης. αἰγιαλός. θάλασσα. σωρὸς κυμά-

των. τὸ κάτω βάθος τῆς θαλάσσης. ἢ ὀστέων σωρός. Emendanda haec: αἰγιαλὸς θαλάσσης et σωρὸς χρημάτων. — θῖνες οἱ ἀμμώδεις τόποι (τῆς θαλάσσης) Ammon. p. 9. qui certe debuit παραθαλάσσιοι scribere. Absurdas vocabuli originationes habet Etym. M. p. 450. 1. Mirum autem Aristarchum sive a θεῖν et ῥεῖν repetentem θείς et ῥείς scribi voluisse, sive quod in libris sic scripta repererat: v. Etym. Gud. p. 30, 48. — De litore. πολιᾶς πόντου θινὸς ἐφήμενος Phil. 1109 m. De fundo maris submarinoque limo et arenis, quo spectant Hesychii verba τὸ κάτω βάθος τῆς θαλάσσης, Antig. 586 ch.: ἔρεβος ὕφαλον — κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα. V. ἔρεβος. De tono certa res: v. schol. Ven. Il. λ. 239. De genere universe Arcad. p. 125, 1.

Θλίβω premo. θλιβομένης τῆς καρδίας Amph. I. 1 (115 D.).

Nίν pro *αὐτόν* dictum Phil. 14. 169 ch. 405. 443. 565. 712 ch. 1002. 1100 m. Oed. R. 123. 248. 466 ch. 642. 718., ubi cave *νιν* pro *αὐτῷ* positum putes; 763. 768. 843. 855. 887. 942. 1133. 1174. 1176. 1271. Oed. Col. 54. 298. 644. 698 ch. 710 ch. 1598. Ant. 1028. Trach. 43. 68. 70. 275. 288. 353. 603. 752. 776. 802. 835 ch. 960 an. 965 an. Ai. 82. 121. 377. 614 ch. 756. 898. 1136. El. 477 ch. 518. 726. 739. 743. 747. Sed omnium generum est; inde pro *αὐτήν* dictum Oed. R. 1265. Oed. Col. 315., quod idem schema atque Oed. R. 718., *καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος*. 716 ch. 990. Ant. 428. 487. 822 m. 942 ch. Trach. 311. 933. 936. 1131. Ai. 637. 1281.; *αὐτὸ* autem aequat significando Trach. 144.: *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται χώροις, ἵν' αὐτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ — κλονεῖ.* In Oed. R. 397. structura est *κατὰ τὸ σημαινόμενον*: *ἐγὼ μολὼν ἔπαυσά νιν*, non, quod proxime praecesserat, *αἴνιγμα*, sed quod remotius est *τὴν ῥαψῳδὸν κύνα*, Sphingem. Porro et *duali* et *plurali* substituitur, idque agnoscit Apollonius de Pron. p. 108, A. exempla ex Pindaro et Bacchylide afferens, sed causam figurae repetens ab Homero inde. Pro *αὐτά* igitur dictum est: *ἀλλά νιν κομίζετ' εἴσω δμῶες*, Ant. 573., quod non solam Ismenam spectare sequentia admonent, *ἐκ γὰρ τοῦδε χρὴ γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας*. Pro *αὐτούς*: *οὐδέ νιν* (*νόμους* scil.) *θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν* Oed. R. 868 ch. Pro *αὐτάς*: *ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν* (*τὰς ὄψεις*) *οὔτις ἀλλ' ἐγώ* Oed. R. 1331 m. *τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν εἴποι λεώς νιν* Oed. Col. 43. Pro *αὐτά*: (*κτερίσματα*) *πνοαῖσιν ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον νιν* El. 428. *σύ τοι λέγεις νιν* 614. scil. *πόλλ' ἄγαν*. De *duobus* denique sed non *duali* sed *plurali* numero prolatis: *σὺ γάρ νιν ἐξέσωσας* Oed. Col. 1125. sive *τάσδε*, Antigonen et Ismenam, sive *τέκνα* subaudias, quod remotius est. *καί' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν νερτέρων ἀμᾷ κόνις* Ant. 597. de eisdem. cf. Valck. ad Eur. Hipp. 352. et ad Adoniaz. p. 212. cf. Eur. Bacch. 979. Hel. 1561. Phoen. 1173. Horum haec quandam sermonis peculiarem rationem habent. *αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως, φρόνει νιν ὡς ἥξοντα* Trach. 288., propter *νιν* praeter necessitatem ingestum. Simile est, quod comparavit Pors. praef. ad Hec. p. X.: *κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις εἷς ὢν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα, κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρῖψαι βίον* Oed. R. 248. — *σφεῖς σφῶν* non legitur apud Sophoclem; *σφίσιν* autem Oed. Col. 69.: *οἱ δὲ πλησίοι γύαι τόνδ' ἱππότην*

Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν ἀρχηγὸν εἶναι — αὐτοῖς. Nam El. 1059. statim tractabitur. Rectum tonum σφίσιν servat, Apoll. de Pron. p. 125, A. — σφᾶς s. σφας i. q. αὐτοὺς vel αὐτάς: Ζεὺς — καὶ σφᾶς ἐςιδὼν πολλῷ ῥεύματι προςνισσομένους Ant. 128 an. καί σφας κακοὺς κάκιστα — ξυναρπάσειαν (Ἐρινύες) Ai. 826. δοκοῖμ' ἔχειν σφας Oed. R. 1470. Herm. ex cod. Pal. σφάς, vulgo enim σφᾶς. ἀλλ' οἴκτισόν σφας 1508. ex cod. Laur. a. in quo tamen accentus erasus est. Vulgo σφᾶς, Pal. σφᾶς. ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην (scil. ἐπεύχου) Oed. Col. 487. Elmsleius, contra quem h. l. Hermannus dicit, σφᾶς dedit adversus librorum fidem; ad Med. 1345. grammaticos veteres antestatus, qui σφᾶς semper tonum rectum servare tradiderint. Sed non tradidit ita, quem maxime suspicit, Herodianus, sed pronomina omnia a σφ incipientia in vocabulum antegressum tonum reiicere: schol. Il. β. 255. ζ. 367. ξ. 134. ψ. 138., cum quo consentit Arcadius p. 140, 24. cf. Io. Characem p. 1154, B. Nam quod in epitome Herodianea Bekkeri p. 1143. hoc praeceptum ad sola disyllaba a σφ incipientia revocatur, casu vel epitomatoris negligentia factum est. σφάς inclinari correpto ᾰ diserte tradit Apollon. de Pron. p. 127, B. p. 128, A. Cf. Buttm. Lexil. vol. I. p. 61. Gr. t. I. p. 296.

Semper inclinantur σφί σφίν σφέ. Apoll. de Pron. p. 124, C. p. 128, A. σφίν pro αὐτοῖς dictum est: φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἀλώμην ἐγώ Oed. Col. 446. οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆςδε — ὄνησις ἥξει 452. ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεί Ai. 567. Item σφί. ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην ἔριν κατασβέσειαν Oed. Col. 422. Unum hoc apud tragicos formae eius exemplum est, quod cum nusquam videatur ad metrum esse necessarium, de fide dubitat Matth. Gr. vol. I. p. 148. not. ti. coll. Elmsl. ad Med. 393., quo loco Brunckius ex membr. σφι edidit. Ipsa tamen raritate et librorum consensu σφι apud Sophoclem tutum videtur. — σφέ i. q. αὐτοὺς vel αὐτάς: ὅτι σφ' ἀνάγκη τῇδε πληγῆναι χθονί Oed. Col. 611. τοίγαρ σφ' Ὀλύμπου — πατὴρ — κακοὺς κακῶς φθείρειαν Ai. 1368. μή σφε περιΐδῃς Oed. R. 1505. φθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὁρμωμένας Oed. Col. 1665. ubi edd. cum Laur. B. Par. A. Ricc. σφε, cett. δέ; — Sed qua καταχρήσει καὶ pro αὐτούς, αὐτάς, αὐτά, eadem σφέ pro αὐτὸν et αὐτήν, σφίν pro αὐτῷ dictum est. σφέ pro αὐτὸν habemus: ἐξικέτευσε — ἀγροὺς σφε πέμψαι Oed. R. 761. αἱ γάρ ἔμφοβοι θεαί σφ' ἔχουσι Oed. Col. 40. ἡ γὰρ νοῦς θάπτειν σφε Ant. 44. εἴ τοί ζσφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυςσεβεῖ 512. ὃ δ' ὥς ὁρᾷ σφε 1211. Creon Haemonem, Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει Trach. 121 ch. τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε — ἢ ζῆν 165. ἔγωγέ τοί σφ' ἔλειπον ἰσχύοντα 233. ἐν μέσῳ σκάφει θέντες σφε 801. εἰ γάρ σφε Κενταύρου — χρίει δολοποιὸς

ἀνάγκῃ 828 ch. ἐγώ σφ' ἀπείρξω Ai. 51. μηδαμῶς σφ' ἔξω καλεῖ 74. Pro αὐτήν: λέγεται χῶραί σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι (Τροίαν) Phil. 200 sq. μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν; Ant. 768. ἐπεί σφ' ἐγὼ ᾤκτειρα δὴ μάλιστα Trach. 463. τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς; 875. ἐξαίφνης σφ' ὁρῶ — θάλαμον εἰσορμωμένην 900. πρίν — σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός; 1123. — σφίν pro αὐτῷ dictum aperte Oed. Col. 1487. ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ τελεσφόρον χάριν δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. De Theseo loquitur. Hoc a Suida agnitum; σφίν, αὐτοῖς. καὶ ἀντὶ τῆς οἱ ἀντωνυμίας παρὰ Σοφοκλεῖ· δεῖ γὰρ τελεσφόρον χάριν δοῦναι σφίσιν. οἱ αὐτῷ. Pro σφίσιν corrige σφιν. Hoc et Elmsleius probavit ex Hom. hymn. Pan. 19., Hermannus usus Aesch. Pers. 761., Lobeckius ad Ai. 801. ex Lycophronis Cassandra afferens v. 1142, ubi σὺν δέ σφε pro σὺν αὐτῇ dici non haesitantes profitentur interpres Graecus, Reisigius Enarr. p. CLXXXI., Buttm. Lexil. vol. I. p. 60. Vossius ad hymn. Cer. p. 36.; negat imperite, ut multa, Bernhardy Synt. p. 62., etsi paucula illa, quae memorat transeundi a singulari ad pluralem numerum exempla, idoneas rationes habent a Sophoclei loci indole alienissimas.

Ἰαῖ. ἐν δὲ τῷ Τρωΐλῳ βάρβαρον θρήνημα τὸ ἰαί Hesych. v. Ἴαννα relatum vulgo ad Captiv. VIII. 14 (54 D.). Apud Aristophanem ἰαῦ gaudii exclamatio. Secundum Herodianum π. μον. λέξ. p. 27, 11. scribendum inflexo accentu, etsi non nominatim praecipitur.

*Ἰαίνω v. ἐκτείνω.

Ἴακχος (⏑) deus Iacchus. τὸν ταμίαν Ἴακχον Ant. 1139. explicat Musgravius. Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει Inc. XCIV. 3 (782 D.). De hoc Deo, quem Sophocles in Antigona cum Baccho Thebano Semelae filio confudit, omnia quae sciri possunt collegit Vir Summus Aglaoph. t. II. p. 821 sqq.

Ἰάννα. ἐν μὲν Αἰχμαλωτίσι (VIII. 14. s. 54 D.). ἀπέδοσαν Ἑλληνικῇ, ἐπεὶ Ἰᾶνας (sic scribe pro Ἰάννας, non Ἴωνας vel Ἰάονας, ut malebat Casaubonus) τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικός, ὡς καὶ ἐν Ποιμέσι. τινὲς δὲ τὴν Ἑλένην. Nihil impedit, quominus his locis omnibus Graecam mulierem Ἰάνναν dictam poetae existimemus, sive Helenam, ut in Captivis, sive aliam. Arcadius p. 8, 6. emendatus a Lobeckio de mot. adi. I. p. 11. Δωριάν et Ἰάν i. q. Δωριεύς et Ἴων inter propria enumerat; ab Ἰάν factum Ἰάννα, quod certe propenacute scribi non potuit; rectius autem Ἰάνη, Ἰάννη s. Ἰήνη diffingi me monuit Vir Summus. Mutari tamen in vocabulo semel dicto nihil potest.

Ἰάομαι (?) medeor. πῶς — αὖ μ' ἂν ἰῷμην τὸ σὸν Trach. 1200.

κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά Alead. XIII. 2 (98 D.). εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακά Scyr. VI. 1 (501 D.).

Ἰάπτω. Proprie *tangere, contrectare.* *ὅπως μοι Νύσια — ὀρχήματα — ξυνὼν ἰάψῃς* Ai. 685 ch. Afferunt Eustath. p. 17, 12. Zonar. t. I. p. 345.; quorum ille quidem male explicat *ἢ τὸ κινεῖν καὶ διδάσκειν παρὰ τὸ ἴπω, ἴπτω, ἢ ἐπιπέμψειν.* Cf. Herod. ap. Etym. M. p. 4, 40. Nec rectius Hermannus *iactandi* significatione usitata praeditum esse ait, ut de saltatione dicantur, quae de pedibus manibusque saltantium propria sunt. Lobeckius ut *ἰάλλειν* et *ἅλλομαι*, ita *ἰάπτειν* et *ἅπτω* consociari cognatione ratus, velut etiam Passovius in lexico fecit, iure repetit *a manibus in saltando conserendis*, unde non *χεῖρα* solum *χειρὶ συνάπτειν*, sed etiam *χορὸν ἅπτειν* dictum, Aesch. Eum. 307. Confines sunt *propinquandi* et *tangendi* significationes. Hesych. *ἄψω, προσεγγίσω, δράσω* ἐκ Cratino; similiaque Zonar. t. I. p. 366., apud quos cadentis Graecitatis more *προσεγγίζω* transitivum est. Idem Hesychius *ἴαψεν, ἔπεμψεν, ἔβαλεν, ἔδωκεν, ἔθηκεν,* male enim vulgo *ἔδωσεν* legitur. Nec male schol. Vet. *ὅπως μοι συνάψῃς ὄρχησιν ποιουμένῳ παντοίαν*: *mecum saltanto manum conseras*, id est *choreas ducas.* Tralatum est, velut *ἅπτεσθαι, καθάπτεσθαί τινος conviciis attrectare aliquem*, *λόγοις ἰάπτων* Ai. 498., ex Homero expressum Il. ζ. 459., memoratum Eustathio p. 17, 5., ab Aeschylo Sept. 388. *ὀνείδει θένειν* dictum.

Ἴασις medela. *ἣν εὑρισκον ἴασιν μόνην* Oed. R. 68. *οἷς (πήμασιν) ἴασιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν* El. 864. Affert cum versu priore Suid. v. Ἴασις. *ἐκ τῶν τοιούτων χρή τιν' ἴασιν λαβεῖν* Thyest. III. 6 (236 D.).

Ἰατήρ medicus. Tralate *ὧν ἔχω παιώνιον καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν* Trach. 1199. Musgravium *ὧν ἔχω* et iuxta appositum *τῶν ἐμῶν κακῶν* offendit; Hermanni explicatio quaesita videtur. Ego multa eiusmodi *ἐκ παραλλήλου* dici poetis intelligo.

Ἰατόριος medendo inserviens. Femininum cum synesi de *arte medica* dicitur. *τίς ὁ χειροτέχνης ἰατορίας* Trach. 997 an.

Ἰατρός medicus. Proprie: *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ* Ai. 578. Schol. Aristid. t. II. p. 18., qui inepte *πρὸς ἀργόν* dicit. *ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν* Ter. IV. 5 (514 D.). Tralate: *ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου* Eriph. VI (207 D.). *ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων* Phil. Troi. I (626 D.). In Eriphyle legebatur *ἰατρόν*, correctum Valckenario ad Hippol. p. 313.

Ἰαύω (Y). Lexicographi veteres et *pernoctare* et *dormire* et *versari* interpretantur. (*ἀναστρέφεσθαι* Hesychius). Est autem haud dubie ab *ἄω, αὔω* praefixo *ι* ut in *ἰάλλω ἰάπτω ἰάχω*, ut antiquissimam notionem fuisse oporteat *spiritus ducendi*, gravioris maxime qualem consopiti ex imo pe-

ctore trahunt. — ἐπεύχιον τίφειν ἰαχεῖν Ai. 1183 ch. Vulgo sequens eo trahitur ἐρώτων. Emendavit Herm. Bothius olim ἐπεύχιον θύρσον ἰάκχειν coniecerat pro sensu loci ineptissimo.

Ἰαχαῖος, Ἰάκχιος lamentabilis vel Bacchicus. In Oed. R. 1219 ch. libri plerique δύρομαι γὰρ ὡς περίαλλ' ἰαχέων ἐκ στομάτων. Cod. Brunckii C. ἰαχαῖον, quod Brunckius probat ab ἰαχή quippe propagatum. Brunckii cod. D. et Dresd. a. ἀχέων, cod. Trin. ἰαχείων, Erf. secundum Herm. ἰακχίων. Eo mihi videtur glossa plerorumque codd. φωνῶν spectare; non enim participium arbitror in mente explicantibus fuisse, sed genitivum vocabuli φωνή, ut simul στομάτων interpretaturi fuerint. Elmsleius ἰαχέων servavit, non ut adiectivum esset ab ἰαχή ductum, quod irrisurus Erfurdtium scripsit, sed participium ab ἰαχεῖν. Sed neque de praesente ἰαχεῖν satis certo constat, neque non contractum in ἰαχῶν protulisset poeta. ἰάκχιος formam habet regulae analogiae convenientissimam, velut a Βάκχος, Βάκχιος fit; verior autem Brunckii scriptura.

Ἰάχω insono. ὁ καλλιβόας — αὐλὸς οὐκ ἀναρσίαν ἰάχων καναχὰν ἐπάνεισι Trach. 639 ch. Elmsleius, quod versus antistrophicus a spondeo ordiatur ἀχῶν coniecit ad Heracl. 752. Sunt qui ἰαχεῖν unice commendent; quod cum barytono ἰάχω iuxta constat: Eur. Phoen. 1295. Heracl. 747. 778. (752. 783. Elmsl.) 953, Orest. 814., nec anthypotactum esse ἰαχεῖν putaverim memor Herodiano notatorum Il. ξ. 421.: ἰάχοντες, ὡς ὀρέγοντες, ὅθεν βαρυτονεῖν δεῖ ἰάχων, ὡς ὀρέγων. Cf. ad ε. 302., ubi Tyrannio quidem ἰαχῶν scripturus erat, ut ἰαχοῦσα ξ. 343. Haec Herodianus antiquam paradosin et Aristarchum secutus; et confirmantur ab Arcadio p. 154, 13. τὰ διὰ τοῦ αχω τρισύλλαβα βαρύνεται, στενάχω, ἰάχω. ταῦτα δὲ καὶ ἀπὸ περισπωμένων, ἰαχήσω, στεναχήσω. Hoc est, formis ἰαχήσω στεναχήσω subiici ἰαχῶ στεναχῶ, thematica praesentia; nisi scribendum στοναχήσω. Alia quaestio haec est, num scribatur ἴακχος, non de deo, sed de sono et cantu (cf. Iacobs. ad Anth. Pal. t. III. p. 566.) ἰακχή, ἰάκχειν, ἰακχήσω, cum longa media opus. Et ᾱ produci subinde iam Marklandus viderat ad Iph. Aul. 1036. Recte Elmsleius ad Oed. R. 1222. olim ᾱ ambigua esse mensura dixerat. Post ad Heracl. 752. ἰαχεῖν media correpta aoristum esse nec extra indicativum modum dictum, quod supra refutavimus, ἰαχή vero et ἰαχήσω saepe pro Doricis ἀχεῖν, ἀχήσω atticisve ἠχεῖν, ἠχήσω non satis animadversis invecta esse. In his ignorantia metrorum ita falsus est, ut ἰαχήσαντα Heracl. 752. secundam producere affirmaret, quae ut in glyconeo ambigua potest esse; dein si ἠχή s. ἀχή pro ἰαχή substituatur, quid faciet his: ἴαχος s. ἴακχος ᾠδά Eur. Cyclop. 69. ἴακχον s. ἴαχον νεκρῶν Troad. 1220. πτεροῖσι κρέκοντες ἴαχον s. ἴακχον Ἀπόλλω, Ar. Av. 776. (777

Brunck.). ἰαχαῖς τε νύμφαν Eur. Troad. 351.; quibus non convenit ἦχος ἠχή, vel quod metro non congruit, vel quod adiectivo opus, quale ἦχος nunquam fuit, ut taceam ἄχος Atticis inauditum videri. Nunc quidem in his et similibus certatim inserunt ι. Sed cum non sit dubium ἰάχειν et ἰαχή ex stirpe ἀχ s. ηχ prosatum esse, unde ἠχεῖν ἠχή, dorice ἀχεῖν ἀχά dicuntur, antiqua pronuntiatio ea fuisse videtur, quae mediam producat: ἴαχον vero correpta media secundum Homericam consuetudinem conformata, apud quem augmento et arsi metrica accedente dactylum efficit. Scribendum igitur etiam ἰαχή, ἴαχος, ἰάχιος sive breve sit sive longum ᾰ.

Ἰδαῖος (ῑ) *Idaeus*. De Troiana ora dictum ἀπ' Ἰδαίας χθονός Al. 429. τήνδε καὶ Ἰδαίαν χθόνα Polyx. I. 1. (468 D.) scribendum fortasse τῇδ' ἐπ' Ἰδαίᾳ χθονί, ne versus detrimentum capiat. Ἰδαίᾳ — ποσὶ μήλων Ai. 597 ch. Herm. Ἰδαία.

** Ἰδέ *et*. Ant. 956 ch. παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν Σαλμυδησσός in cod. Dresd. A. ed. Steph. Turn. Cant. legitur, quod Hermannus, utpote non alienum ab epica dactylicorum numerorum ratione recepit, etsi unicum videtur hoc esse eius particulae apud tragicos exemplum. Nam Erf. observavit apud Aeschl. Pers. 888. ἠδέ metro postulari. Sed apud Sophoclem iam propter lacunam ab Erf. et Herm. metri indicio positam non certissima scriptura est.

Ἰδεῖν v. ὁράω.

Ἴδιος (⏑ ⏑) *singulis proprius, privatus*. οὐδ' ἐπαισχύνεσθε γῆς οὕτω νοσούσης ἴδια κινοῦντες κακά; Oed. R. 636. privata odia cientes.

Ἰδού adverbium demonstrantis vel attendere iubentis, ut ἄθρει, *en*, quod consensu acui praecipiunt grammatici, quippe quod a verbi natura desciverit: Eustath. p. 752, 4. Arcadius p. 183, 25. Schol. Dion. Thr. p. 1237. Bekk. cf. Graev. ad Luc. t. III. p. 572. Oudend. ad Thom. M. p. 468. Valck. ad Herod. III. 40. ἐπίῤῥημα συγκαταθέσεως vocat Suidas v. ἰδού, explicans λάβε, κράτει. — ἰδοὺ δέχου καὶ Phil. 765. ἰὼ ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος Oed. Col. 1475 ch. ἰδοὺ μάλ' αὖ θροεῖ τις El. 1402. ἰδού μ' ἀναταράσσει — ὁ κισσὸς Trach. 217 ch. ἰδοὺ θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας 1068., ubi minime convenit distingui post ἰδού cum Hermanno. ἰδοὺ προτείνω 1174. ἰδοὺ διοίγω Ai. 339. ne hic quidem necessaria distinctio, quanquam video in eccyclemate inducendo post ἰδού potuisse vocem subsistere. ἰδοὺ δοῦπον αὖ κλύω τινά 857 ch. Schol. et libri bis ἰδοὺ ἰδού, quorum alterum metri indicio Hermannus delevit. — ἰδοὺ δὲ φοίνιον μάσθλητα Andromed. VII. 4 (137 D.). Non satis certo constat adverbium Phil. 1455., ubi Brunckii membr. et edd. vett. ad sensum minime apte χωρῶμεν ἰδοὺ πάντες ἀολλεῖς; nemo

enim erat cui sese abiturum monstraret chorus vel attentum faceret, sed se ipse hortatur ut saepe in *ἐξόδῳ* fit. Codd. Laur. a. Flor. *Γ. Θ.* et Harl. *χωρῶμεν ἤδη* contra versum, Tricl. Buttm. *χωρῶμέν νυν.* Brunck. Erf. *χωρῶμεν νῦν.* Glossa cod. Tricl. *χωρῶμεν δή*, quod Hermannus recepit, mutatum in *ἤδη* a librariis existimans, unde metricorum correctiones *ἰδού* et *νῦν* exstiterint.

Ἴδρις (⏑) *sciens, peritus.* *εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις* Oed. R. 1087 ch. Quam explicationem sequente Erfurdtio Hermannus olim protulerat in Mus. Ant. Stud. vol. I. p. 168., ut *κατὰ γνώμαν ἴδρις* esset *ex animi sententia intelligens*, hoc est, *quantum cupio*, eam nunc languidi aliquid habere affirmat, quod minime inest: inesset autem, si ex eius sententia ita refingeretur lectio *εἴπερ ἐγὼ μάντις ὀρθός εἰμι καὶ γνώμαν ἴδρις.* — *κακᾷ μ' εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ* Oed. Col. 529 an. Libri *ἴδρις*, sed Oedipum ignarum dici oportuisse satis manifestum est. Structura *κατὰ τὸ σημαινόμενον* eadem Trach. 646. *ἴδριες οὐδέν* ch. — Cum *genitivo* dicitur: *τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις* El. 598, quem afferunt locum Eust. p. 1960, 18. Suid. v. *ἴδριες*, sed vitiose uterque. — *στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις* Captiv. I. 1 (32 D.). *ἴδριδα* fr. inc. CV. 99., apud schol. Il. *γ.* 219. et Etym. M. p. 42, 40.: *ἴδρις* — *οὐ γὰρ δεῖ διὰ τοῦ δ̄. ὥστε ἁμάρτημα τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἴδριδα.* Eandem rem tangit Eust. p. 407, 38. — De tono praecipit Arcadius p. 28, 17.; de spiritu Etym. M. p. 466, 37. coll. Gud. p. 279, 2. Lex. *π. πνευμ.* p. 227.; cuius tamen auctor in libris nonnullis aspero spiritu notari observat. Credo factum ab his, qui atticam per omnia aspirationem putarent esse.

Ἱδρυτέος (– ⏑). Neutrum *ἱδρυτέον sedendum est* adsignificat quietis tarditatem. *οὐχ ἱδρυτέον* Ai. 796., quod duobus versibus post *οὐχ ἕδρας ἀκμή* effertur. De spiritu illi notarunt, quos in *ἴδρις* produximus testes.

Ἱδρύω considere facio. Passivum *sedeo*, tralate *moror*, *versor* significat; quo sensu *ποῦ κλύεις νιν ἱδρῦσθαι χθονός;* Trach. 68. Media praesentis corripitur.

Ἱδρώς (–) *sudor.* *ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας* Phil. 812. *ἱδρὼς ἀνῄει χρωτί* Trach. 764. *κάρα στάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνους* Ai. 10. Male propter *ξιφοκτόνους χέρας ἱδρῶτα χειρῶν* de sanguine intelligas. De mensura simul et tono v. schol. Il. *δ.* 27. et Arcad. p. 93, 14. Gr. Herm. p. 451.

Ἰδυῖα n. pr. *τὴν δ' Ἰδυῖα — Ὠκεανοῦ κόρη τίκτει* (Br. *γ' ἔτικτεν*) Scyth. I. 1 (491 D.). Legebatur *Εἰδυῖα.* Tetrametros trochaicos restituit Valck. Diatr. p. 224. Eadem scripturae discrepantia apud alios etiam scriptores regnat: v. Heyn. ad Apollodor. t. I. p. 94. Wellauer. ad Apoll.

Rh. III. 243. Apud antiquos tenuior forma praestabilior, v. schol. Il. α. 608. cum quo consentit Eust. p. 1154, 34. 1193. 26. Nam Etymologo Gudiano p. 162, 39., cui nihil aliud propositum videtur fuisse, nisi ut de accentu secundum participii vel nominis proprii usum variante exponeret, etsi utrumque εἰδυῖα scriptum exhibet, propter innumera scripturae vitia nihil tribuendum est fidei. Et apud Sophoclem, si recte restituit Valckenarius, versus lege Ἰδυῖα defenditur.

Ἱερεύς (⏑) sacerdos. ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνός Oed. R. 18. Atticam formam Brunckius restituit. Coniecerunt ἱερεὺς ἐγὼ μὲν Ζηνός distinctione ante ἱερεύς posita. Pluralem et schol. defendit et Eust. p. 776, 21. hic quidem illo rectius de pluribus sacerdotibus intelligens, quorum Iovis sacerdos pro ceteris loquatur.

Ἱερία sacerdos femina. τῆς Θεσπρωτοῦ ἱερίας Δωδωνίδος Niptr. 1. 4 (401 D.). Tenuior scriptura metro tuta est. ἱερείαν etiam ultima producta certissimi, quos in ἀγνοία et ἀληθεία produximus, testes apud Atticos dictum fuisse ostendunt. Adde Arcad. p. 194, 20. et Reg. de Prosod. p. 439. Herm. Non adversatur Herodianus Lobeckii p. 456., is enim ἱερείαν de sacerdotio attice dici negat, ait ἱερωσύνην.

Ἱερόλας. ἱσιεύς (Heringa ἱερεύς) explicans Hesychius ex Captiv. VIII. 15. (55 D.) explicandae formae haec addens corrupte scripta: ὡς καὶ τὸν γέροντα γεροιδὰν ἢ γεροῦντος λέγει. Emendat Dindorfius ὡς καὶ τὸν γέροντα γηρόλαν λέγει. Illud si ex trimetris est, ἱρόλας scribendum.

Ἱερός (⏑) sacer. 1. Adiective dictum de re: φορβὰν ἱερᾶς γᾶς σπάρον Phil. 700 ch. ἱερὰν γῆν hinc enotatum Eustathio p. 789, 10. Simile est ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον Σαλαμῖνος Ai. 846. Eustathius ex Sophocle commemoravit ὄμφαλα πέδον γῆς p. 436, 44., quem Valckenarius olim huc respexisse putavit, in nomine poetae erravit, Euripidem Med. 746. nominaturus. — σὰν λιπὼν ἱερὰν λιβάδα Phil. 1200 m. Spercheium flumen dicit. μήτ' ὄμβρος ἱερός Oed. R. 1428. aquae elementum, v. Musgr. Et gloss. cod. Par. B. οὔτε τὸ ὕδωρ. χῶρος δ' ὅδ' ἱερός Oed. Col. 16. Codd. optimi Laur. A. B. Farn. item Suidas et Zonaras in v. ἱρός, quam scripturam citra metri necessitatem non obtrudendam scenicis censeo. Ex crebritate autem et ubertate fecunda arborum et frondis intactae locum sacrum esse Antigona observasse videtur: quod ipsis Himerii verbis usus recte exposuit Wernsdorfius p. 795. χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἐστί Oed. Col. 54. τὸν ἱερὸν τύμβον ἐξιστορεῖν 1542. θήκην ἱεράν, ἣν κεῖνος ἔχει 1760 an. τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα Ant. 870 m. Solis lucem. At πῦρ ἱερόν, τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος Rhizot. II. 1. (480 D.) faces sunt, quas circumferens fingitur. ἔρκος ἱερὸν Trach. 604. Schol. ὁ βω-

μός, ἢ τὸ ἱερόν. Locus est circa altaria in quibus sacrificatur, sacro collustratus igne. — κρηπὶς βωμῶν ἱερῶν Trach. 989 an., sic ut vulgo legitur sententia et ieiuna et, si sequentia spectes, inepta. Hermannus partim de Musgravii sententia ita emendavit ut ἱερῶν οἴων (quod sequitur) coniungantur. Sic substantivum est. τὰς ἱερὰς Ἀθήνας Ai. 1200 ch. τὰ τόξα μου ἱερὰ λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει Phil. 931. Herm. explicat ἱερὰ ὄντα Ἡρακλέους cum sint Herculi sacra, ut mihi videtur, parum apte. Sic interpretor sacra illa, quae quondam Herculis Iove prognati fuere, ut sanctimoniae causa nomine Herculis addito reddatur. — δαιμόνων ἀγάλμαθ' ἱερὰ Oed. R. 1379. ἱερὰς χοὰς Oed. Col. 470. ἱερὰς τριόδους Rhiz. II. 4 (480 D.). De inc. CV. 151. vide Ῥυτά. — De homine semel Sophocles: ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε Oed. Col. 288. — 2. Substantive dictum rem divinam s. sacrificium significat. De Trach. 989. dictum. μηλοσφαγεῖ θεοῖσιν ἔμμην' ἱερὰ El. 273. Cod. Lips. a. ἱρὰ eraso ἔ. Suid. v. ἔμμηνα, Zonar. p. 703., Eust. p. 1507, 62. 1809, 11. eodem loco utuntur. θεοῖς — αἴθειν ἱερὰ Phil. 1022. — De accentu et consensus est et generatim notavit Arcadius p. 71, 6.

Ἵζω consideo. εἰς παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον ἵζων Ant. 987.

Ἰήϊος. Eustathius p. 500, 43. ἰήϊον βέλος ab ἵεναι, sed ἰήϊον βοήν, τὴν θρηνώδη ab ἰὼ ducit. At Hesychius v. ἰήϊος: δασέως μὲν ὁ Ἀπόλλων, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς τοξείας, ψιλῶς δὲ ἀπὸ τῆς ἰάσεως· ἰατρὸς γὰρ ὁ θεός. Similia Etym. M. p. 469, 50. Haud dubie antiquorum haec, diversitatem significationis a spiritus discrimine repetentium. Quibus pergit Hesychius, ea magis ad rem sunt: ἀλλὰ καὶ θρηνὸν σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἴων Εὐριπίδης· ὡς αἴλινον, ἰάλεμος. Sic videri ἰήϊος possit substantive dictum fuisse, nisi haec ad exclamationem ἰὴ spectant. Suidas v. ἰήϊων allato loco Soph. Oed. R. 173., quem etiam v. ἀνέχει affert, item Etym. M. p. 463, 19. et Eustathius p. 1020, 23., ita interpretatur: τῶν μετ' εὐχῆς γενομένων· ἢ τῶν λοιμικῶν. Ἰήϊος γὰρ ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ αἰτία τοῦ λοιμοῦ ἀναφέρεται. ἢ ὅτι ἐπίφθεγμα κοινόν ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος. αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ταῖς ἀνάγκαις τὰς τοιαύτας ἀφιᾶσι φωνάς. οἱ δὲ ἀκούουσι τῶν θρηνητικῶν. Hesychius sua ex Orione deprompsit, apud quem prave scripta et in compendium redacta exstant p. 78, 14. qui ipse quoque Oedipodis l. c. afferens ἰητων καμάτων τῶν θρηνητικῶν interpretatur. Cum ἰάλεμος componitur Etym. M. p. 463, 53. et sane utrumque ab exclamatione ἰὴ provenit, sed illud male, quod omnes admoventur machinae, quibus ἰηος (sic) ἰήεμος, ἰήλεμος ab ἵημι repetantur. Sed p. 469, 41. et schol. Ar. Ran. 1307. exclamatio ipsa ἰὴ ab ἵημι ducitur, quasi ἵη ἵη βέλος, quod acclamatum Apollini fuerit Pythonem serpentem inter-

lecturo. Gravius est, quod Aristarchum ipsum quoque ab ἵημι, unde ait ἤϊος, non ἠΐος, ducentem aspirasse discimus p. 460, 54., quae doctrina petita est ex schol. Il. ο. 365. υ. 152.; is Herodianum autem adversarium nactus est, qui etsi originationem illam non improbabat, tamen ἤϊος, sive asperetur sive leniter pronuntietur ἠΐος, utcunque leni spiritu notandum ex analogiae ratione docuit. Apud Sophoclem bis est Apollinis cognomen; ἰήϊε Δάλιε Παιάν Oed. R. 154 ch. et ἰήϊε Φοῖβε 1096 ch.; bis de re lamentabili οὔτε τόκοισιν ἰηΐων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες Oed. R. 173 ch. et ἰήϊον, quod supra attulimus (Tro. III. 11.558 D.). Haec omnia optime ad exclamationem lamentantium revocantur ἰή, unde Ἰήϊος, sicut ab εὐοῖ Εὔιος: Apollinem, quippe pestilentiae et auctorem et averruncum eo nomine compellatum esse mirum non est.

Ἵημι (ῑ). I. Formae. Activi praesens ἵης El. 586. Codd. plerique ἵεις; pauci veram scripturam retinuere, Brunckius τιθεῖς ἱεῖς atticam, τίθης ἵης communem formam arbitratus, illud invexit ubique, libris aut in scriptura aut in tono discrepantibus, ita ut τιθεῖς, τιθεῖσ', τίθεις scriptum reperiatur. Hic libri, ut videtur, omnes, certe Brunckii codd., Laur. a. b., Florr. tres, Aldus ἵεις. Et hanc scripturam veritatis indicio esse, ει et η a scribis confusis, iudicavit, qui hanc quaestionem primus aggressus est Porsonus ad Or. 141., dummodo ne τιθεῖς ἱεῖς ea de causa damnasset, quod sic etiam τιθοῦμεν τιθεῖτε dicendum Atticis fuisset. Haec enim ne ab Ionicis quidem scriptoribus praesidium habent, apud quos ἱεῖς τιθεῖς pervulgata sunt. Quaestionem perfecit Matthiae Gr. Gr. §. 210, 1. not. cf. §. 212, 7. hoc maxime argumento, si ἱεῖς τιθεῖς, etiam ἱεῖ τιθεῖ debuisse dici; quae cum nusquam compareant, quippe quae a trisyllabis τίθησι ἵησι metri indicio scienter librariorum levitate vel errore obtrudi poetis atticis non potuerint, concidere etiam illa. Cf. Herm. ad Phil. 980. Buttmannus olim Gr. vol. I. p. 524. ἱεῖς τιθεῖς probaturus erat, quippe qui ne Eur. quidem Cycl. 524. suspectum habuit, quo loco lex linguae certissima τιθῇ postulat, Porsoni emendatione repositum. Sed omnium levissimus, qui de dialecto tragicorum quaedam ex adversariis effudit, Kuehlstaedtius de Dial. tr. p. 118. Is enim cum non abiudicaret a tragicis formas illas, documenti instar per saturam paucos protulit, qui defenderent, longe plures, qui impugnarent, quasi omnes eandem tueantur sententiam. ἵησι Ant. 1196. ἱεῖς Ai. 154 an. ἱέντες Oed. Col. 132 ch. — Futurum. ἥσει Ai. 518 ch. 838. — Aor. ἧκε Trach. 272. ἧκεν 564.: incerta lectio Oed. Col. 1502. infra tractabitur. — Medii praesens. ἱέμενος Trach. 512 ch. ἱέμενον inc. CV. 84 (873 D.). — Imperf. ἵετο Oed. R. 1242. Brunckius ἵττο ex cod. C. quasi ab εἶμι ἵεμαι duceretur, quod nullum est, v. Bernhardy

ad Dion. Per. p. 766, 9. Elmsl. ad Oed. R. l. c., et ipse Brunckius, qua erat levitate, ad Aristophanis commentatus Eccles. 346. Vesp. 423. secum pugnat aperte. In Oedipo codd. plerique et optimi asperant, ut Laur. tres, Pal. Mosq. a. Dresd. b. D. Brunckii. — De *mensura* primae erravit Brunck. ad Ar. Lys. 157. Ran. 1462. Eq. 674., plerumque produci observans; sed Homero ubique corripitur, Atticae poesi, si dactylicorum quaedam versuum exempla exceperis, producitur, ut recte dederit Matth. *ἀφίοιτ* pro *ἵοιτε* ex cod. Flor. 10. in Hecub. 335.

II. *Usus.* 1. *Activi.* Proprie cum *mittendi* vim habeat, maxime de re mota dicitur. *τότ' αὐτὸν — ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός* Trach. 272. *χειρὸς ἧκα κομήτην ἰόν* 564. Inde translata *petendi ictu* aut *impetu* significatio, qua cum genitivo ponitur. *τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς οὐκ ἂν ἁμάρτοι* Ai. 154 an., velut *τοξεύειν μεγάλου σώματος* dicitur. — Inprimis autem de voce *mittenda* frequens. *αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει* Ai. 618 ch. *ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει* 838. *οἰμωγὰς ἀθλίως ἔπος ἵησι δυσθρήνητον* Ant. 1196. Et cum lingua *ἣ πᾶσαν ἵης γλῶσσαν* El. 580. *vociferaris.* De hac et similibus formulis dixere Wyttenb. ad Iul. Or. p. 181. Lips. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 399. Paulo aliter dictum *ἀφθέγκτως, ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες* Oed. Col. 132 ch. *ἀντὶ τοῦ εὐφημοῦντες τῷ στόματι.* — 2. *Medium* maxime *motū petendi* vel *concupiscendi* potestatem habet. *ἵετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ λέχη* Oed. R. 1242. Flor. Γ. *ἵετο* ad sensum inepte: de varia scriptura *ἵετ'* et *σ'* supra dictum. *ἴσαν ἐς μέσον ἱέμενοι λεχέων* Trach. 512 ch. — Etym. M. p. 315. 1. *Σοφοκλῆς τὴν ἀφιεμένην ἔγχος εἴρηκεν, — καὶ τὸ πῦρ, οἷον ἔγχος ἱέμενον, τὸ τὴν ὁρμὴν ἔχον.* (inc. CV. 84.). — In Oed. Col. 1502. libri omnes *καί σοι θεῶν τύχην τις ἐσθλὴν θῆκε τῆσδε τῆς ὁδοῦ.* Heathius et Piersonus Veris. p. 62. *τῆσδ' ἔθηκε,* quod Brunck. et Elmsl. probarunt: significantior autem Hermanni et Reisigii emendatio *ἧκε τῆσδε.*

Ἱκανός (?) *idoneus.* *ἱκανὸς Ἀπόλλων, ᾧ τάδ' ἐκπρᾶξαι μέλει* Oed. R. 377. — De accentu Arcad. p. 64, 22.; de mensura primae Herodian. π. μον. λέξ. p. 7, 18.

Ἱκάνω (⏑–) *venio.* *δώσων ἱκάνω τοὐμὸν — δέμας σοὶ δῶρον* Oed. Col. 582. *ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο δύσπνους ἱκάνω* Ant. 224. *οἷ δ' ἱκάνομεν* El. 8. *σὺ — ἱκάνεις* 1091. *Recte huc venis = venisti*, i. e. non errasti de via. — De longa antepenultima Arcad. p. 106, 3.

Ἰκάριος (?) *Icarius.* *Ἰκαρίων ὑπὲρ πελαγέων* Ai. 688 ch.

Ἱκέσιος (⏑) *supplex.* De precibus: *ἱκεσίους πέμπων λιτάς* Phil. 493. De homine suppliciter precante: *ἱκέσιός σε λίσσομαι* Ant. 1215. Sed est etiam *Iovis* cognomen supplices tuentis: *νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον, πείσθητι* Phil. 482. Quodsi *Ζεὺς Ὑέτιος, Ὄμβριος, Ξέ-*

νος maiuscula scribantur, hoc etiam ex demandum fuit, utpote in hac re perpetuum cognomentum.

Ἱκετεύω (⏑) *supplicor.* Cum quarto casu: *ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι* Oed. R. 41. quem versum affert Suid. v. πρόστροποι. *οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς — ἱκετεύομεν* Oed. Col. 1329. *ἱκετεύω σε πεισθῆναί τί μοι* 1416. Saepe *ἱκετεύω* et *ἱκετεύομεν* medio sermoni sine ratione inseritur. Illud vide Phil. 920. 1168 m. Oed. Col. 140 m. 522 ch. Hoc Oed. Col. 241 m.

Ἱκέτης supplex. (σέ) *ἱκέτης ἱκνοῦμαι* Phil. 468. versu cum quatuor aliis Suidae laudato v. πρὸς νῦν σε. *μ' ὁρῶν τὸν προστρόπαιον, τὸν ἱκέτην* 918. *ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο* Oed. Col. 44. *ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον* 286. Apud Suidam v. ἐχέγγυον scribitur οἰκέτην. *δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον* 488. i. q. ἐπὶ σωτηρίᾳ. *ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος* 640. *ἀφ' ἧς (γῆς) σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμέ* 1012. *ἱκέτης ἔφαψαι πατρός* Ai. 1151. — De tono v. Etym. M. p. 436, 8.

Ἱκέτις supplex. *πρὸς σέ — ἱκέτις ἀφῖγμαι* Oed. R. 920. — De tono generatim docet Arcadius p. 35, 24.

* *Ἵκμενος* v. *ἱκνέομαι.*

Ἱκνέομαι (⏑): I. *Formae. Praesens.* ἱκνοῦμαι Phil. 468. 920. Oed. R. 700. Oed. Col. 276. 1045. Ai. 585. El. 134 m. Reliquorum modorum solum participium legitur *ἱκνουμένων* Oed. Col. 1562 ch. — *Imperfectum.* ἱκνεῖτο Oed. Col. 974. — *Futurum.* ἵξομαι Ai. 1344. *ἵξεται* Phil. 630. Oed. R. 769. *ἵξεσθε* 1491. *ἵξεσθαι* El. 941. — *Aoristus.* ἱκόμην Oed. R. 318. 432. 788. Oed. Col. 274. bis. Trach. 1060. El. 32. 924. *ἵκου* Oed. R. 534. Oed. Col. 468. 675 ch. *ἵκετο* Phil. 597. Oed. R. 115. 756. Ant. 12. Trach. 269. 754. inc. XLVII. 2 (705 D.). *ἵκῃ* Ai. 553. *ἵκηται* Oed. R. 76. *ἱκοίμην* El. 307. Ant. 1170. *ἵκοιτο* Oed. R. 160. Oed. Col. 309. El. 1308. *ἵκου* imperativus Oed. Col. 745. 1491 ch. Suid. v. ἵκου et libri utrobique penacute, Elmsl. *ἱκοῦ* secundum morem nobis tritum. Et antiquitus iam rem controversam fuisse dicitur ex schol. Ar. Plut. 103., quo Apollonio Alex. ἱκοῦ analogiae magis visum fuisse consentaneum refertur. Sed contra libros certe nihil novandum. — *ἱκέσθαι* Phil. 1467 an. Oed. R. 912. Ant. 165. — *Perfectum* uno loco non dubitabili legitur, ἵγμεθα Trach. 228. Altero certa Erfurdtii emendatione illatum est Phil. 492., ubi libri *πολλὰ γὰρ τοῖς ἱγμένοις ἔστελλον αὐτόν.* Schol. *ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἱκμένων καὶ πεπορευμένων.* Similia Triclinius, sed his insuper additis: *ἢ τοῖς ἱγμένοις καὶ ἀφιγμένοις ἐνταῦθα.* Verisimile est in libris aliquibus aut commentariis ab eo repertam esse veram scripturam, nunc etiam firmatam codd. Laur. c. Ricc. Ven. Buttmanno propter syncopen illud aoristi participium a senariis scenicis excluditur. Sed apud

nullum scriptorem participium est; degeneravit enim in adiectivi naturam ut vel spiritum mutaret, ἵκμενος, *secundus*. πάθος agnoscit etiam Arcadius p. 64, 28. v. Hesych. v. ἵκμενος et inprimis schol. Il. α. 479. Fuisse autem qui propter originem aspero notarent spiritu discitur ex Eust. p. 675, 46. cf. 138, 42.

II. *Usus.* 1. Propria *veniendi adveniendique* potestate exstat τοῖς ἐγμένοις Phil. 492. οἱδ' ὀθοῦνεκ' ἵξεται 630. νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι 1457. ὅταν ἵκηται Oed. Col. 76. πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκετο 115. οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην 318. οὐδ' ἱκόμην ἐγώ γ' ἂν 432. τὰς ἐμὰς στέγας ἵκου 534. ὅσπερ ἐκεῖ' ἐκσωθεὶς 756. *rediit.* ἵξεται μὲν 769. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν 798. ἱκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους 798. ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων 912. πρὸς οἶκον ἵξεσθε 1491. εὐτυχὴς ἵκοιτο Oed. Col. 309. ἐφ' ἃς (δαίμονας) τὸ πρῶτον ἵκου 468. ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα 675 ch. ἵκου πρὸς οἴκους 745. et ἵκου 1491 ch. ὑμᾶς — ἔστειλ' ἱκέσθαι Ant. 165. ὅπως ἱκοίμην εὐγνάτως προσήγορος 1170. εὖ μὲν ἵγμεθα Trach. 228. ὡς ἵκετ' αὖθις — Τιρύνθιον πρὸς κλιτὺν 269. κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετο 754. ἔσην ἐγὼ γαῖαν καθαίρων ἱκόμην 1050. αὐτὸς ἐνθάδ' ἵξομαι Ai. 1344. ἡνίχ' ἱκόμην τὸ Πύθιον μαντεῖον El. 32. ὅθ' ἱκόμην 924. φόνου — πράκτορ' ἵξεσθαι 941. Suid. v. πράκτορα. εἰ πατήρ μοι ζῶν ἵκοιτο 1308. — 2. Tralatio varia. *Primum* est ubi *venire* liceat interpretari, sed praeditum quadam circumscriptiva potestate, ut simile sit, significantius tamen, quam γίγνεσθαι. ἅμα σωτῆρι θ' ἵκοιτο καὶ νόσου παυστήριος Oed R. 150. Apollinem precatur, a cuius oraculo responsum exspectabatur. Deinde *pervenire* significat ad terminum aliquem temporis. ὕβρις — εὐπαίδοθ' ἥβης εἰς τὸ σῶφρον ἵκετο inc. XLVII. 2. ἐὰν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο Ai. 553. annorum et mentis maturitatem. Tum *pervenire ad aliquem* s. *accidere* et *incidere*, de rumore, re nova malove aliquo. τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετο Phil. 597. πολλῶν — πημάτων ἱκνουμένων Oed. Col. 1562. Reisigius ἱκνούμενον, i. q. βεβλαμμένον, quippe participio praesentis offensus. V. Herm. Huius figuratae dictionis ratio ex his apparet: ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος — ἵκετο Ant. 12. εἴ τι θέσφατον πατρὶ χρησμοῖσιν ἱκνεῖτο Oed. Col. 974. Porro pervagata significatio est *supplicandi*, a pergendo haud dubie ad genuaque accidendo deflexa. Sed nonnisi *praesens tempus* ita dicitur. ἱκέτης ἱκνοῦμαι Phil. 469. ἀπόδος, ἱκνοῦμαι 920. ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς Oed. Col. 276. τάσδε τὰς θεὰς καλῶν ἱκνοῦμαι 1015. καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου — ἱκνοῦμαι Ai. 588. αἰαῖ, ἱκνοῦμαι El. 134 m. Iam ἐς λόγους ἱκέσθαι τινί s. τινός significat *colloqui*. κἂν — θαρσοῦσα μᾶλλον ἐς λόγους τοὺς σοὺς ἱκοίμην El. 407. De *proprietate* sermonis unum adhuc notandum Oed. Col. 274. νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην, *in mala nefandi incidi*; formula abrumpendi sermonis in quo

quis invitus versatur. V. Schaefer l. c. et exemplorum copiam ap. Abresch. ad Aesch. Ag. 67. ibiq. Blomfield.

Ἱκτήρ supplex; item de ro, *quae supplicationi inservit.* ἱκτῆρες ἐπιστενάχουσιν Oed. R. 185 ch. τούςδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους Oed. R. 143. q. l. Suid. v. ἱκτῆρας.

Ἱκτήριος supplex de homine. πάντες σε προςκυνοῦμεν οἵδ' ἱκτήριοι Oed. R. 327. Hinc dictum ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια Oed. Col. 927. Dictum enim puto pro φῶτας ἀθλίους ἱκτηρίους, praeeunte Matth. ad Eur. Phoen. 1486. Contra Vauvill. *insignia supplicandi* significari videntur, quibus mortales ad deos accedunt, quod minime cum ἄγειν, *vi secum trahere*, potest conciliari. Deinde *rem* indicat *quo supplicantes utuntur*, inprimis στέμματα. V. Sluiter. Lectt. Andoc. p. 150. ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι Oed. R. 3., quem θαλλὸν προςίκτηρ vocat Moschio ap. Stob. t. III. p. 312. Lips. et ἱκτῆρα θαλλόν Eur. Suppl. 10. Cf. Brunck. l. c. Respicit haec Eust. p. 250, 28.; affert Suidas v. ἐξεστεμμένοι. Rursum aliter comas in luctu abscissas et in honorem mortui sepulcrali igne cremandas Teucer dicit ἱκτήριον θησαυρόν Ai. 1154. Scholiastarum unus non inepte explicat τὸ ἱκέσιον κτῆμα· λέγει δὲ τὰς τρίχας, ceteris in alia omnia abeuntibus. Respicit hunc locum Eust. p. 1293, 30., affert cum aliis versibus Suid. v. προστροπαῖος.

Ἰκτῖνος milvus. γλαῦκες, ἰκτῖνοι Amyc. I. (113 D.) ap. Athen. IX. p. 400. b. Libri ἴκτινοι, epitome ἰκτῖνοι, ut gramm. Herm. p. 320. Is accentus verus est, v. Eust. p. 1825, 12. qui testatur Herodianum; quanquam Draco ἴκτινος scribi iubet p. 53, 8. et Platonem Aristophanemque afferens Etym. M. v. ἴκτινος: libri etiam aliorum variant scriptorum, v. Tzschuck. ad Stob. IX. 395. et Iacobs. ad Aelian. H. Anim. p. 32. Sed ἰκτῖνες ex eodem loco affert Eust. p. 1534, 15. de quo metaplasmo egit Lobeckius de adi. motione anomala diss. IV. edita 1831. — ἰκτῖνος ὡς ἔκλαγξε παρασύρας κρέας inc. CV. 100. (890 D.) ap. Choerob. Bekk. p. 902. Zonaras p. 1100. ἴκτινος ἔκραξε.

Ἱκτορεύω. ἱκτορεύσομεν, ἱκετεύσομεν interpretatus Hesych. ex Captiv. VIII. 16 (56 D.).

Ἱλᾶος et ἵλεως *propitius, hilaris.* Illud melicorum: ἵλαος, ὦ δαῖμον, ἵλαος, εἴ τι γᾷ ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων Oed. Col. 1477 ch. Aesch. Eum. 992. ambiguum ᾱ videtur, Sophocles corripuit, sed secundum atticae declinationis legem oportuerat produci. Recentiores nulli legi sese adstrinxerunt. In epigrammatis produxit Rhianus t. I. p. 277., Philodemus p. 300., Meleager t. II. p. 466., Posidippus p. 491.; corripuit Antipater t. II. p. 33., Aristocles p. 749. Prima syllaba atticis certe poetis perpetuo producitur: v. Dawes. Misc. Cr. p. 118. Voss. ad hymn.

Cor. 204. — ἵλεως diverbiorum est. ἵλεως κλύων El. 655. ἵλεως αὐτοῖν κλύε 1368. quem versum cum quinque sqq. affert Suid. v. ἐξ οἴων, item v. λιπαρεῖ, aliquot quidem verbis omissis. ἦ που — δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ἵλεώς τ' ἴσως Ai. 988. ἵλεῳ φρενί Trach. 760. ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο Oed. Col. 44.

Ἴλη (?) *grex.* μία δ' ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω Ai. 1386. — De tono generatim Arcad. p. 108, 17.

Ἴλιον (?) urbs. ἐῤῥέτω Ἴλιον Phil. 1185 m. τό τ' Ἴλιον καὶ τοὺς Ἀτρείδας — φυλάξομαι 452. Ἀσκληπιὸν — πέμψω — πρὸς Ἴλιον 1424. ἅλωσιν Ἰλίου Phil. 61. ἐξ Ἰλίου — ναυστολῶ 245. τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου 247. πλέω — ἐξ Ἰλίου πρὸς οἶκον 544. Brunck. ex Tricl. ἀπ' Ἰλίου. Libri veteres ἐξ. — εἰς Ἴλιον El. 564. — ἡ Ἴλιος Sophocli dicta non est. — Accentum notavit Arcad. p. 119, 23.

Ἰλλάς. ἰλλάδας, γονὰς ἀγελαίας, καὶ τὰς συστροφάς. Hesych. ex Eurip. Phrix. et Soph. Acris. XIV. 10 (80 D.). συστροφάς intellige δεσμούς, quemadmodum explicuit Suidas.

Ἰλλυρίς *Illyrica.* Ἰλλυρὶς γονή Hesych. ex Triptol. IX. 12. (547 D.) explicans ἀντὶ τοῦ Ἰλλυρὶς γενεά. γράφεται δὲ καὶ γυνή. ὁ δὲ Καλλίστρατος γύη ἀντὶ τοῦ γῆ. Haec sine dubio vera scriptura, spectans varias Triptolemi in propagando benefico agriculturae dono peregrinationes, de quibus in pluribus illius fabulae reliquiis agitur.

Ἴλλω *in gyrum volvo a, verso.* De *agro colendo:* Γᾶν — ἀποτρύεται (ἀνήρ) ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος Ant. 340 ch. Aldus et membr. Brunck. παλλομένων. Ceteri Brunckii codd. et Vat. εἱλομένων. ἰλλομένων pro varia scriptura schol. memorat; in Laur. A. ἀπλομένων legitur, in Ricc. εἱλημένων, Iunt. τελλομένων corruptum ex τελλομένων, quod sive editoribus sive grammaticis nescio quibus ex Homerico adhaesit περιτελλομένων ἐνιαυτῶν. Pertinet vocabulum affinitate ad εἴλλειν, de quo inprimis vide Lobeck. ad Phryn. p. 29.; cf. Valck. ad Adoniaz. p. 250. Ruhnk. ad Tim. p. 69. Buttm. Lexil. vol. II. p. 156. qui etiam Sophocleum locum tractavit. Minime vero cum nonnullis ἴλλεσθαι transitive intelligendum, quasi pro ἰλλόντων dictum sit.

Ἱμάς (ῐ) *lorum.* σὺν δ' ἐλίσσεται τμητοῖς ἱμᾶσι El. 737. *frena* intellige. — De tono v. Arcad. p. 21, 3. et locupletiorem multo testem Herod. π. μονηρ. λεξ. p. 34, 16., ubi vitiose ἡμάς scriptum. Ex eodem discitur, fuisse qui ἀνδριάς et ἱμάς inflecterent, quippe sola excepta de regula, qua vocabula in ᾱς purum et productum gravarentur, cui numero ἱμάς adiicitur quanquam non puram terminationem habens.

Ἱμάτιον (⏑ ⏑). ἱματίων ἐπιζώστρας Zost. I (216 D.).

Ἱμείρω (ῑ) *cupio*. *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες* Oed. R. 59. *οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν τύραννος εἶναι* 587. *οὐδ' ἣν σφόδρ' ἱμείρουσα τυγχάνῃς* El. 1042. *ὅςτις ἐν κακοῖσιν ἱμείρει βίου* inc. XXXI. 2, 1 (689 D.). Eodem sensu praeditum *ἱμείρομαι*, quod deponens dici non licet, quippe activo exstante: *τῆςδε γ' ἀρχῆς — Κρέων — μ' ἐκβαλεῖν ἱμείρεται* Oed. R. 386.

Ἵμερος cupido, desiderium. *ἵμερος ἔχει με* Oed. Col. 1723 m. *ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου νύμφας* Ant. 792. *Blandus oculorum nitor sui desiderium concitans* significatur exquisite; quod iam secundum Pollucem scribentem *τὸ ἀπ' αὐτῶν (ὀφθαλμῶν) ἀποῤῥέον, ἵμερος*, observat Stephanus in Thesauro. *ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε* Trach. 476. *τοὺς ἐρῶντας αὑτὸς ἵμερος δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται* Ach. Am. I, 8 (162 D.). *ἔστι δ' ἵμερος ἄκρατος* (Venus) inc. XXIII. 4 (678 D.). *τίς ἵμερος τοῦδε ξυνήψατο;* LIII. 1 (710 D.). *ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης τιν' ἵμερον τέκνων — ἔσχε δαίσασθαι* El. 532. *τοῦ θανόντος ἱμέρῳ* Phil. 350. *πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικωμένη* inc. XVI. 1, 4 (670 D.).

Ἵνα (⏑ ⏑). 1. Antiquissima particulae vis haud dubie *adverbialis* est, qua significat proprie *ubi*, tralate *qua in re*, *quo statu*, *qua parte*, *qua occasione*. — *Proprie* dictum est: *ἵνα — ἡλίου διπλῆ πάρεστιν ἐνθάκησις* Phil. 17. *ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος* 686 ch. *ἀπῆσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει* 379. *Σπερχειοῦ τε παρ' ὄχθαις, ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς πλάθει πάλαι* 716., ubi Hercules cremari sese iussit, in Oeta monte. *ἴωμεν, ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται* 1166 ch. Male schol. *ὅπου — ἡμῖν ἀφῖκται ἡ ναῦς*. *ἀβάτων ἀποβὰς ἵνα πᾶσι νόμος, φώνει* Oed. Col. 165 an. sc. *εἰς τὰ ἀβέβηλα μεταστάς*. *σε προσθέσθαι πέλας χώρας θέλουσι, μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς* 406. Brunckius cum Elmsleio plane barbare *κρατοῖς*, scilicet quod *ἵν' ἂν* sicut *ὅπως ἂν* *ut* significare sibi persuaserant; at *ἵνα* coniunctio cum *ἂν* nunquam sociatur, adverbium autem *ἵν' ἂν κρατῇς* recte positum, ut quo nondum in eo rem esse, sed postquam consilium suum exsecuti Thebani fuerint, fore significetur. *τὸν τόπον δ' ἵνα χρὴ 'σται μ' ἐφευρεῖν* 505. *Κολωνὸν — ἵν' ὁ βακχιώτας — Διόνυσος ἐμβατεύει* 684 ch. *τύμβον, ἵνα 'μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε — κρυφθῆναι χθονί* 1542. *Σαλμυδησσός, ἵν' — Ἄρης — εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος* Ant. 958 ch. *ἕζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν* 987. *γενοίμαν ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου πρόβλημ' ἁλίκλυστον* Ai. 1197 ch. — *Tralate* dictum: *Ὀδυσσεὺς ἐστὶν αὖ κἀνταῦθ' ἵνα χρῆν — αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν* Phil. 427. etiam hic reperitur, ubi eum mortuum esse dudum oportuit, i. e. *nunc etiam* nobis rem considerantibus vivus reperitur. *οὐδ' ὁρᾷν ἵν' εἶ κακοῦ* Oed. R. 367. ut *οὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ* 413. *οὐχ ὁρᾷς, ἵν' εἶ κακοῦ;* Ai. 379. V. Hemsterhus. ad Xen. Eph. p. 141. Locell. His locutionibus *statum rerum*, quo quis utitur,

significantibus affines sunt: ὁρᾷς ἵν' ἥκεις Oed. R. 687. Oed. Col. 941. *vide, quid sequatur.* ἅλις, ἵν' ἐξήκεις δακρύων Oed. R. 1515. *satis lacrimasti.* Brunckius iure ab Elmsleio reprehensus est, quod post ἅλις plene distinguendo ἵν' ἐξήκεις interrogationis instar posuerat, quod in ἵνα non cadit. Nec adversatur Ai. 379. σκόπει κλύων, τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα Oed. R. 953. *quo devenerint,* i. e. *quo loco censenda sint,* abiicienda quippe et nihili pendenda, velut v. 947. ὦ θεῶν μαντεύματα, ἵν' ἐστέ. Schol. ὅπου ἐστέ. Male secundum hunc signum interrogandi apposuerant Br. Erf. Est autem σχετλιαστικόν, non ἐρωτηματικόν. Cf. ἐξήκεις δ' ἵνα φανεῖς, ὁποῖος ὢν ἀνὴρ ἐμὸς καλεῖ. Trach. 1147. copiam ostendendi habebis, nam vere meus dicare. ἵν' ἕσταμεν χρείας, ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον Oed. R. 1442. *in hac rei necessitate,* i. e. τοιαύτης ἀπορίας οὔσης. Velut ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν Trach. 1135. et οὐκ εἶδον ἄρα, ἵν' ἦμεν ἄτης El. 924. ἰὼ δαῖμον, ἵν' ἐξήλλου; Oed. R. 1311 m. *quo tendebas;* v. Herm. Aliud genus tralationis est: γῆρας — ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ Oed. Col. 1239., quod malorum quasi receptaculum. Rursum aliud hoc: ἐνταῦθ' ἐμὲν (ἴμεν) ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἀκμή El. 22. μή με — παραγάγῃς ἵν' οὐ — πάρεισιν ἐλπίδων — ἀρωγοί 844. Suid. v. παραγάγῃς male cum schol. explicat παρηγορήσῃς. Sed hoc dicitur: *ne me abducas a proposito* (querendi), *cum nulla spes reliqua auxilii sit.* ἵν' οὑμὸς νέκυς — θερμὸν αἷμα πίεται Oed. Col. 627. quod non de loco dictum, sed de rerum gerendarum causis et ratione: *quae si intercesserint, fiet.* Vitiose Brunck. Oed. Col. 504. ἵνα τὰ χρεῖ' ἐφεύρω dedit, cum coniunctivus cum adverbiis pronominibusve relativis consociatus apud epicos solos consilio inservit significando. V. Herm. ad Oed. Col. 189. — 2. *Coniunctio* est, *ut* significans et *consilio facti* reddendo serviens. a. Cum *coniunctivo,* cum praesens vel futurum tempus vel imperativus vel coniunctivus interrogativus, vel optativus, quae omnia futurae rei notionem continent, antecesserit, quo consilium referatur: σύ με κατάστησον, ἵνα — ὁρμώμεθ' εἰς ναῦν Phil. 869. εἴπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον; Oed. R. 364. ἵα με — ἵν' ἐξ ἐκείνων οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω 1454. ἵνα — μὴ προπέσῃς νάπει — τῷ — εὖ φυλάξαι Oed. Col. 154 ch. Hoc non est idem quod ὅπως μή *monentis,* ut Elmsleio visum, sed finale ellipsi explicandum: φύλαξαι adsignificatum habet loquentis consilium, *haec tibi dico, ne imprudens ingrediare.* Ex simili ellipsi explicandum: Ζεὺς ἴσθ', ἵν' εἰδῇς, — ᾧ δέδοκται ταῦτα Phil. 977. *hoc tibi, ne ignores, dico.* ἥκεις ἔμ' ἄξων, οὐχ ἵν' εἰς δόμους ἄγῃς Oed. Col. 788. ἐγὼ κατασκήπτω λιταῖς, ἐλθεῖν ἀρωγοὺς — ἵν' ἐκμάθῃς 1016. ὁδοῦ κατάρχειν (προστάσσω) ἵνα — ἐνδείξῃς ἐμοί 1024. ἀνακαλοῦμαι — ἐλθεῖν ἐμοί, ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν 1379. οἷχ — Ἅιδης μοῦνος

ἀρκέσει — ἵνα — τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε Ant. 310. *ἄπαγε — ἵνα τὸν θυμὸν εἰς νεωτέρους ἀφῇ* 1074. *προσμόλοι μόνον, ἵν' ἐκδιδαχθῇ* Trach. 1100. De loco Oed. Col. 189. v. *ἄν*. — b. Cum *optativo* praecedente praeterito, ut quale *tum* nobis consilium fuerit, exponatur, apud Sophoclem nunc non exstat. Verum cum *optativo cogitandi* sive *orationis obliquae* alteri optativo subiuncto dictum Phil. 325. *θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε, ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν — ὅτι χἠ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.* Non male diceretur *γνῶσιν*, ut *cognoscant*. Illud autem est *ut cognoscant, et cognoscant quidem facto illo altero.* Cf. Herm. ad Ai. 1200. — c. Cum *indicativo praeteriti* (excipitur perfectum) in significando consilio vel fine, quod alia re interveniente irritum factum est. *οὐκ ἠνεσχόμην τὸ μὴ ἀποκλῇσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας, ἵν' ἦ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν* Oed. R. 1389. Suid. in *τὸ γάρ*. Sensus est *ut essem et caecus et surdus, quod nunc secus est.* — d. Cum *indicativo futuri*, fallaci specie similitudinis particulae *ὅπως* componi finale *ἵνα* sibi persuaserat Brunck. ad Eur. Bacch. 1380.; quem refutavit Ehnsleius; sunt autem illa localis adverbii exempla. — 3. De proprietate sermonis in illo *ἱκόμην ἵν' ἱκόμην* Oed. Col. 274. quae adverbii est, non coniunctionis, observatum in *ἱκνεῖσθαι*. — Non esse ellipsin particulae in illis *ἐπίσχετον, μάθωμεν* exposuit Herm. de Ell. et pleon. p. 182. cf. Elmsl. ad Heracl. 559. — De *ἵνα* adverbio et coniunctione et discrimine significationis *αἰτιολογικῆς* et *ἀποτελεστικῆς* acute exposuit Apoll. de coni. p. 510. *Ἵνα adverbium* poetarum esse idem observavit, quanquam ab Antiphonte dictum Photius enotavit p. 108, 5. — De tono v. Arcad. p. 184, 19.

Ἴνᾰχος (ῐ) *fluvius. πατὴρ δὲ ποταμὸς Ἴναχος* Inach. X. 5 (268 D.). *Ἴναχε γεννᾶτορ παῖ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ* II. 1 (256 D.). *τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης* El. 5. De accentu generatim regulam posuit Arcadius p. 85, 5. De prima producta Gr. Herm. p. 446.

Ἰνδικός Indicus. τὸν Ἰνδικὸν χρυσόν Ant. 1025.

Ἰξίων n. pr. *τὸν πελάταν λέκτρων Διὸς Ἰξίονα* Phil. 674 ch. Olim *Ἰξίονα* interpretibus deberi putavit Herm.

Ἰξοφόρος viscum ferens. ἰξοφόρους δρύας Meleag. II. 2 (354 D.). Hesychius, *τὰς ἰξὸν φερούσας* interpretatus.

Ἰοκάστη (ῑ) n. pr. *οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι* Oed. R. 1053. *ὁρῶ στείχουσαν Ἰοκάστην* 632. *ὦ φίλτατον γυναικὸς Ἰοκάστης κάρα* 950. *θεῖον Ἰοκάστης κάρα* 1235. Accentum annotavit Arcad. p. 115, 2. apud quem scriptum *Ἰωκάστη*.

Ἰόλη (ῑ) *Ἰόλη 'καλεῖτο* Trach. 380. *Ἰόλην ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν* 419. *Ἰόλην ἔλεξας* 1210. Accentum generatim, etsi non animadvertens ad nomina propria notavit Arcad. p. 109, 12.

* Ἰόνιος v. ἰπνός.

Ἰός (ῑ) 1. sagitta. ἧκεν κομήτην ἰὸν Trach. 564. ἔλαψεν ἰοὺς 571. ἰοὺς ἀφύκτους Phil. 105. πτηνοῖς ἰοῖς 166 an. 2. virus, communi cum priore significatione ortum fonte ἵημι, emissi, effusi potestatem habente. ἰὸς αἵματος μέλας Trach. 714. sanguis veneno infectus. ἐχίδνης ἰός 768. προςτακέντος ἰοῦ 830 ch. De spiritu praecepit Eust. p. 1025, 12. De accentu a vulgata consuetudine discedere videtur gravari praecipiens Arcad. p. 37, 23.: τα εἰς ιος τὸ δίχρονον (i. e. ῑ, non ῐ) ἔχοντα βαρύνεται, φάος, ἴος, τίος, ἴος ὁ μόνος. Hoc cum additum sit, locus aliter intelligi vix potest; insulam enim Ion significari mihi non persuadeo. Ratio autem acui iubet ab antiqua stirpe ἴω vel ἵω propagatum. Ceterum Cypriorum vindicatur dialecto a glossographo Bekk. p. 1095.

Ἰού (ῑ) σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα Phot. p. 109, 3. et ὡς τὸ φεῦ καὶ τὸ παπαῖ Hesych.; cum οἴμοι φεῦ compositum a Suida, geminari ἰοὺ ἰού observante. Acui, non inflecti contra analogiam docet schol. Dion. Thr. p. 1237. Bekk. causa addita, ἐπειδὴ σχετλιαστικόν ἐστιν, οἱ δὲ σχετλιάζοντες ὀξείᾳ κέχρηνται φωνῇ: quod quidem argumentum nimium probat, cum sic etiam ὦ inflectendum esset, cum doloris exclamatio est. Consentiunt tamen et lexicorum conditores et Arcadius p. 183, 24. de inflexis in οῦ ut schol. l. c. sola excipiens ἰδού, ἰού, οὔ, item Etym. Gud. p. 451, 23., nisi apud hunc scribendum ἰή vel ἰαί, cum interiectionibus in αῖ finitis inepte subiungatur ἰοὺ ἐπιφώνημα λύπης. In Aristophane nuper invectam ἰοῦ partim ab Hermanno (Nub. 1171., ubi recentiores editiones ἰού, veteres ἰοῦ ferre narrantur, de libris tacetur) partim a Dindorfio (Pac. 317. 347.) solo Suidae testimonio subnixis, qui postquam σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα ἰού retulit, adiungit τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται. Quae regula cum gravi et accurata doctrina scholiorum Dionysii pugnans ex recentiorum disciplina, Aristarcho maxime, cum possent, refragantium inutili distinguendi subtilitate subnata videtur. — Certe apud tragicos cum ubique dolorem significet et luctum, acuendum erit. Semel ἰού legitur ὦ ὢ ἰού Oed. Col. 220. ubi contra libros Hermanns ὤ. ἰοὺ ἰού. Bis positum Phil. 38. Oed. R. 1182. et ἰοὺ ἰοὺ δύστηνος Trach. 1133. ἰοὺ ἰοὺ δύστηνε Oed. R. 1071. intra trimetros; extra vero Ai. 724. ubi ter in quatuor codd. Iohns. scribitur.

** Ἰπνός furnus. ἀπῇξε πέμφιξ ὡς ἰπνοῦ σελασφόρου Colch. V. 4, 1. Legebatur ap. Galen. vol. IX. p. 385.: ἀπῇξε πέμφιξιν οὐ πέλας φόρου. Bentl. ad Mill. p. 57. Ἰονίου πέλας πόρου. Illud ab Hermanno probabiliter inventum Diss. de Prometh. Sol. p. 24. — De accentu non consentiunt, v. Eust. p. 16, 42., qui utrumque circumferri significat; ἶπνος ἡ κάμινος Gr. Bekk. p. 266, 32. ἰπνός eadem potestate Hesychius. Qui

gravabant, haud dubiam regulam sequebantur, quam Arcadius posuit p. 62, 11.; qui acuebant, periecticorum consuetudinem. Fortasse etiam fuerunt, qui *κρίβανον* et *κολπῶνα* (hoc ex Aristophanis Cocalo Hesychius memorat) accentu discriminarent.

* *Ἰποῦμαι* Reisigii coniectura invectum Oed. Col. 1562. v. *ἰπνέομαι*.

Ἱππεία equitatio, vectio. Πέλοπος ἁ πρόσθεν πολύπονος ἱππεία El. 495. schol. *διφρηλασία. πολύπονος* dicitur, qua Myrtilum Pelops in mare deiecit.

Ἵππειος equinus. ἱππείῳ γένει Ant. 341 ch. *μάνδραισιν ἱππείαισιν* Tyr. XV. 3 (587 D.). Alii *μάνδραις ἐν.* De scriptura cf. *ἵππιος*.

Ἱππικός. ἱππικαὶ πνοαί El. 709., quae etiam *ἵππων* et *ἵππειαι* dici potuere. *φρυάγμαθ' ἱππικά* 707. *ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων* Ai. 1009. *ἱππικῶν ὀχημάτων* El. 730. *ναυαγίων ἱππικῶν* 720. *ἱππικοῖσιν ἐν ναυαγίοις* 1436. Semel singulari numero *ἱππικὸν δρόμον* El. 744. (*κατασχεθόντες*, ut sit i. q. *ἵππων*). Sed *ὅθ' ἱππικῶν ἦν ὠκύπους ἀγών* El. 688. a neutro *ἱππικά* ductum, *ἀγῶνα ἱππικόν* valet. Ex his locis efficitur, *ἱππικόν* modo proxime accedere ad naturam *κτητικῶν*, ut *equinum* significet, velut in *πνοαῖς* et *φρυάγμασιν ἱππικοῖς*, modo *equestrem* s. in quibus rebus equorum et equitum usus est.

Ἵππιος equester. τὰν Ἱππίαν Ἀθάναν Oed. Col. 1072 ch. Contenis tragicorum, Aristophanis, aliorum poetarum locis metro tutum *Ἵππιος* est, ne quis *κατὰ κτητικὸν τρόπον* factum *Ἵππειον* inducat. Omnino *ἵππειος* non significat nisi *quod equi est*, *ἵππιος* autem *equestrem* i. e. aliqua ratione cum equorum usu et disciplina coniunctum. Inprimis tritum tanquam *Deorum* cognomen *qui rei equestri praesident*, Minervae et Neptuni, et *locorum equis alendis aptorum*, ut *Ἄργος ἵππιον*; in eaque re satis certus est librorum consensus, quibus in discernendis ει et ι, nisi accedat ratio, nihil tribuendum est. Quanquam ubi metro nocet *ἵππειος*, poetis concedo *ἵππιος* dictum esse, inversam rationem valuisse nego. Erravit in ea re maxime codicis unius aut alterius fide innisus in emendando, quanquam usus frequentissimus eum minime fefellerat, Valck. ad Phoen. 1701. et Hippol. 307.; cui adstipulatur Porsonus ad Phoen. l. c. Melius Elmsleius ad Heracl. 845. et Hermannus ad Alcestin a Monkio editam 66. Eam scripturam in *Ἵππιος Ποσειδῶν, Ἱππία Ἀμαζών* unam defendit Eust. p. 656, 20., de *Ἱππίῳ Κολωνῷ*, quando non tam de heroe quam de loco ab equisonibus frequentato dicatur, non satis certo pronuntians. De Minerva *Ἱππίᾳ* v. Harpocrat. in v. et Intpp. Hesychii l. c. Hesychius autem et Suidas manifesto falsa sola norunt, quippe et scripturae mendo, *Ἀθηνᾶν Ἱππείαν* et *Ποσειδῶ Ἵππειον*; veram scripturam servavit Photius p. 112, 9. et Etym. M. p. 473, 42. Eadem ratio est

in Iove Ὀρθρίῳ et Ὀρκίῳ, quem nemo Ὄρκιον dici inaudivit; ξένιον huc non advoco, quippe vocabulo ab adiectivo, non substantivo profecto, quod non magis ξένιον potuit quam δούλειος a δοῦλος fieri, nisi quid versuum vinculis impediti poetae novarunt; velut rursus contra rationem εὐτύχειαν dixerunt, quae vulgo εὐτυχία. — Ant. 350. Hermannus ἵππιον, v. ἵππος.

Ἱπποβάμων equino gressu utens. *ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν θηρῶν* Trach. 1085. Centaurorum. De dorismo v. Lob. ad Phryn. p. 431.

Ἱπποβουκόλος. *ἱπποβουκόλοι* Inc. CV. 101 (891 D.). ap. Poll. VII. 185. *equini gregis pastores.* *ἱπποβουκολεῖν* ex Euripidis Phoenissis protulit Antiatt. Bekk. p. 84, 19.; at non hoc, sed ipsum illud *ἱπποβουκόλοι* legitur v. 12., unde Porsonus de perpetua poetarum in grammaticorum scriptis confusione commentatus (cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 66.) correcturus erat Pollucem, Valckenarium secutus. Mihi hoc iusto audacius videtur.

Ἱπποδέτης lorum alligandis equis, frenum. *μέγαν ἱπποδέτην ῥυτῆρα λαβὼν παίει* Ai. 237 an.; Aiax. Schol. uterque *χαλινόν* interpretatur. De frenorum pro flagellis usu v. Lobeck.

Ἱππόκομος equina crista instructus. *ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσιν* Ant. 116 an. De accentu ambigi posset, nisi verisimilius esset a *κόμη*, quam a *κομᾶν* ductum esse vocabulum, ut rite etiam distingui possit ab *ἱπποκόμος equiso*, quod necessario a verbo *κομεῖν* repetit originem. V. Etym. M. p. 475, 1. v. *ἱππόκομοι κόρυθες*, quod haud dubie ipsum illum Sophoclis locum spectat; et schol. Il. *β*. 443.

Ἱππομανής equis luxurians s. abundans. *ἢ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντ' ὀλέσαι Δαναῶν βοτά* Ai. 143 an. Eust. p. 1524, 48. *ἱππομανῆ* ad *σέ* refert; iungendum autem cum *λειμῶνα*, v. Musgr. et Lobeck. Schol. et Etym. M. p. 474, 42. utramque explicationem attulerunt, sed contorte interpretantur de prato herbarum ubertate equos exstimulante.

Ἱππομέδων n. pr. *Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατήρ* Oed. Col. 1319.

Ἱππόνωμος et *ἱππονώμας equos pascens.* *βοτῆρας ἱππονώμους* Ai 228 ch. Libri contra metrum *ἱππονόμους*. Porsonus Advers. p. 186. *ἱππονώμας* correxit ex Eur. Hipp. 1399. Ar. Nub. 571. Hermannus *ἱππονώμους*, illam vocabuli finitionem substantivo convenire ratus, desiderari autem adiectivum. Non meminerat igitur *εὐνώμας*, quod ipse posuit v. 598.

Ἵππος equus. *ἵππος εὐγενής* El. 25. *δεξιὸν δ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον* 712. *λασιαύχενά θ' ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν* Ant. 350 ch. *ἄρ'* inserendum cum Bothio videri post *ἵππον*, in v. *ἄγω* diximus, reprobantes una Hermanni coniecturam *λασιαύχενά θ' ἵππιον ἀμφὶ λόφον ζυ-*

γοῖ. — ἄβολον ἵππον Mys. VI. 2 (363 D.). ξανθὴν καθαίρονθ' ἵππον αὐχμηρᾶς τριχός Oenom. VI. 2 (422 D.). λύων ἡνίαν — κάμπτοντος ἵππου El. 734. — τοὺς θυμουμένους ἵππους Ant. 474. ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν Trach. 270. Θεσσαλὰς ἔχων ἵππους El. 694. ἵπποις ὁμοκλήσαντες 702. ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν κτίσας Oed. Col. 718 ch. ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα; Andromed. II (129 D.). ἀελλάδων ἵππων σθεναρώτερον φυγᾷ πόδα νωμᾶν Oed. R. 467 ch.

Ἱππότης eques. λεὼν ἄνιππον ἱππότην τε Oed. Col. 903. Cognomen herois τὸν ἱππότην Κολωνόν Oed. Col. 59., qui alias ἵππιος, equorum et equisonum patronus. De accentu generatim Arcad. p. 26, 15.

Ἰσημέριος. τανυφλοίου γὰρ ἰσημέριος — αἰγείρου (ὄλβος) inc. XXXIV. 3. (692 D.) significare videtur per aequale tempus durans, pari longitudine vitae praeditum.

Ἴσθμιος Isthmius. χθονὸς τῆς Ἰσθμίας Oed. R. 940. Corinthi.

Ἰσθμός semita. ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν Synd. I. 3. (146 D.). De tono Arcad. p. 58, 13.

Ἰσμήνη n. pr. Ἰσμήνη Oed. Col. 358. Ant. 522. Ἰσμήνης κάρα Oed. Col. 322. ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα Ant. 1. De tono generis totius Arcad. p. 111, 13.

Ἰσμηνός fluvius. παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων μολοῦσα Ant. 1110 ch. Dubius autem locus est Oed. R. 21. ubi supplicum habitu populus consedisse dicitur ἀγοραῖσι — πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ. Templum Apollinis Ismenii significatur, sed verba spectant fatidicos Ismeni vatis cineres. Aliter fortasse Sophocles acceperat quam Pausan. Boeot. IX. 10, 6., qui duorum Apollinis et Meliae filiorum Tenerum vatem fuisse, ab Ismeno autem fluvium dictum narrat. Plutarchus autem de Fluv. p. 1150, D. scribit fluvium ab Ismeno Amphionis et Niobes filio dictum, qui ab Apolline vulneratus se in eum demiserit.

Ἰσοθάνατος (ῐ ?). quo sensu Sophocles dixerit Creus. VII. 3. (329 D.) expediri nequit. Sic scribit Pollux VI. 174. τὸ δὲ ἰσοθάνατον Σοφοκλέους εἰπόντος ἐκ Κρεούσῃ οὐ πάνυ ἀνεκτόν.

Ἰσόθεος (ῑ) deo par. τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν Ant. 830 an. Ne ῑ producatur, Brunckius ex codd. T. (et Dresd. a.) τοῖσιν ἰσοθέοις, sed proceleusmaticus anapaestorum nisi liberiores sint, quales Sophoclem fecisse non est compertum, legem violat. Producitur ῑ velut ᾱ in ἀθάνατος, ἀπαράμυθος, Aesch. Pers. 80. V. Pors. ad Or. 9. Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 443.

Ἰσόμοιρος (ῑ) ὦ φάος ἁγνὸν καὶ γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ (El. 87 an. ἰσόμοιρ' Porsonus Kiddii p. 221. Sed ᾱ in ἀὴρ aliis quoque poetis corri-

pitur. v. Herm.; unde Moschopulus D. Att. v. φάρος ambigua mensura esse ait. Vocem obscura sententia Pherecrati ridendi dedisse copiam schol. notavit. De *caligine* non esse cogitandum, sed de *aëre* ostendit v. 91.; etsi schol. alter τὸν σκότον interpretatur, alter φιλοσοφικώτερον ineptit: παρ' ὅσον παρατείνειν ἀλλήλοις τὰ στοιχεῖα πρέπει. καὶ τοῖς φιλοσόφοις ἴσος δοκεῖ εἶναι κατὰ ἀνάλυσιν ὁ ἀὴρ τῇ γῇ. συνέστραπται γάρ κ. τ. λ. Quin huius sententiae tanquam firmamentum advocat Hesiod. Theog. 126. Tertius ἴσην μοῖραν ἔχων τῇ γῇ. πανταχοῦ γάρ ἐστιν ἀήρ, quo quidem argumento ἄνισον potius ἀέρα dici exspectaveris. Denique quarta explicandi ratio prostat ὅτι μέση ἀέρος ἐστὶν ἡ γῆ, διὰ τὰ ἀπὸ κέντρου διαστήματα; quae sententia per se bona in verbis non inest. Lexicographi veteres tacent, nisi quod Hesychius ἰσομόρῳ interpretatur ἰσομοίρῳ. Hermanno videtur *aether* dici *parem cum terra ambitum habens*, de qua sententia conferri iubet Valck. Diatr. p. 40. Quod quid sit, ignoro. Mihi quidem *terra una cum aëre mundum efficiens* significari videtur: is cum veteribus ex terra et coelo affixa sidera simul complectente constare videretur, aër recte ἰσόμοιρος γῆς, *parem cum terra partem mundi sortitus* dici potuit.

Ἴσος 1. proprie *par*, magnitudine, numero, dignitate, momento. Quaedam selectiora de hoc vocabulo reperiuntur apud Valck. ad Phoen. 541. De *numero* dicta haec sunt: οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος Oed. R. 845. πολλαὶ — νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι El. 1357. λοχαγοὶ — ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους Ant. 142 an. septeni septenis. De tempore: τὸν ἴσον χρόνον Phil. 784. 1101 m. De *loco* et *dignitate*, quatenus mensurae subiicitur: γῆς ἴσον νέμων Oed. R. 579. ἴσον λέγω 611. οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν 810. ἴσην δίκην ἀπέδωκεν, ἀντέτισεν, gl. Brunck. Vel τιμωρίαν. v. Schaef. ad L. Bos. p. 474. οὐ μᾶλλον (ἐξέφυσεν) ἀλλ' ἴσον 1018. ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα Oed. Col. 814. πᾶμ' ἴσον τῷ μηδενὶ (ἔδοξας εἶναι) 922. καὶ μὴν ἴση νῷν ἐστιν ἡ 'ξαμαρτία Ant. 554. θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει Ai. 214 an. ἴσον κακόν inc. XLIII. 2 (701 D.). — 2. Quod cum alio comparatum ferme videtur *idem* vel *simile*. καὶ τὰ νῦν ἴσος γενοῦ Oed. R. 53. *te eundem praesta, qui olim fuisti.* ἐξισωτέον τό γοῦν ἴσ' ἀντιλέξαι 409. ἀντὶ τῶν εἰρημένων ἴσ' ἀντάκουσον 544. non *totidem* verba, sed ὅμοια s. τὰ αὐτά. κἀκ τῶν ἴσων ἐκτήσαθ' ὑμᾶς ὥνπερ αὐτὸς ἐξέφυ 1498. *ex eadem* et uxore et matre. ὦ πάτερ ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν Oed. Col. 168 an. μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν Ant. 370 ch. φανεῖ — συμβαίνοντ' ἴσα μαντεῖα καινά Trach. 1164. ξὺν σοὶ μετεῖχον τῶν ἴσων El. 1159. — 3. *rectum* et *aequum* significat. ἴσος ἐν γ' ἴσοις ἀνὴρ ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως Phil. 679 ch. Buttmanno ἐν ἴσοις genere neutro dici videtur: *ipse iustus erat et iusto omnia eius*;

sed laudant Graeci non si quis aequus iniquis, sed si aequis est, ut parem a paribus institiam in referenda gratia exspectare debeat. Cf. et Dissen. Expl. Pind. p. 378. Simile est *ποϱεύσομαι, τοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος, ἐν δὲ τοῖσδ' ἴσος* Oed. R. 677., *par inter pares s. pariter sentientes*, id est *eadem qua ante dignatione habitus*. Huius significationis viam praemunit Ant. 516. *οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος: non par bonus malo, quatenus non idem utrique debetur* i. e. iniquum est utrique par referri. Brunck. ex R. *Ἴσον*, quod suspendit a praegresso *ποθεῖ*. Laur. a. Ald. Iunt. rell. Brunckii codd. *ἴσος* longe exquisitius. Dresd. a. Ricc. Vat. Aug. *ἴσον*. — *De re* eadem potestate dicitur *πϱοστυχόντι τῶν ἴσων* Phil. 548. ubi ineptit schol., inutiliter correxit Heath. *τῶν ἴσως* cum sqq. coagmentandum, nec intellexit Buttm. Recte Brunck. *consecutus quod aequum est*, i. e. meritum praemium. — 4. *Proprietas sermonis* in hoc nomine. a. *Adverbiascere* videtur *ἴσον* et *ἴσα* si nostram et Romanorum spectes consuetudinem, etsi in *obiectiva* verborum comprehensione est. *ἔοικα κἀγὼ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα — ἐποικτείρειν* Phil. 317. *ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ* Oed. R. 1187 ch. *κείνην ἴσον ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου* Ant. 489. *ἴσον ἐπαιτιῶμαι* schol. *ἴσον τάφου βουλεῦσαι* Hermannus iungi vult. *οἰκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης* El. 522. *σὺ γὰρ αἰσθάνει —, ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα* 1470. *vivosne neque ac si mortui essent alloqui tete sentis?* *ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει* Aload. X. 1 (108 D.). *καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα* Colch. I (311 D.). *ἴσον μετρῶν ὀφθαλμόν* Oenom. III. 4 (421 D.). b. *Adverbiascunt* autem revera *ἐξ ἴσου, ἐπ' ἴσης* et *ἴσον*, *pariter*. *τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν* El. 1051 ch. *δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον* Oed. R. 1347. Nec veteres nec Hermannus recte intellexerunt. v. *νοῦς*. — *ἐξ ἴσου νοσεῖ* Oed. R. 61. *κἀξ ἴσου τιμώμενος* 563. *ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν* 627. (scil. *φρονεῖν*). *πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί;* 1019. sc. *ἐστὶ* s. *νομιστέος ἐστί pari loco censendus*. v. Herm. ad v. 845. *σέ τ' ἐξ ἴσου οἰκτείρομεν* Oed. Col. 255. *χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου* (sc. *πεσεῖται*) 1376. *εἰ τοι σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ* Ant. 512. *τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί* 640. *οὐδὲν ἐξ ἴσου χρόνῳ διδοῖσι γλῶσσαν* Trach. 321. v. Herm. *κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν* 485. c. In *componendo* *Ἴσος* cum aliis vocabulis notum casus tertii maxime usum esse. Sic etiam adverbiascentia dicuntur Oed. R. 61. Ant. 512. 640. Sin *integra sententia* pendet ab *ἴσος*, comparatio instituitur interposito *ὥσπερ*. El. 522. *οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ — ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ*, quae est structura *κατὰ διάνοιαν* v. Herm. Usitatius interponi *καί*. *φίλον ἐκβαλεῖν ἴσον λέγω καὶ τὸν παρ' αὑτῷ βίοτον* Oed. R. 612. *ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ* 1187 ch. *σέ τ' ἐξ ἴσου οἰκτείρομεν καὶ τόνδε* Oed. Col. 255.

ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα 814. Et ad ἐξ ἴσου: κεῖνον τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν Trach. 485. Nam σύν El. 1169. est una tecum. — In Ant. 515. τοὺς νόμους ἴσους pro τούτους secundum schol. scripsit Brunckius, idque praefixo γρ. in Laur. adscriptum, est autem ab interprete.

De forma vocabuli primum est, quod Sophocles comparativo et superlativo abstinuit. Comparativum ἰσαίτερος Euripides posuit Suppl. 441. Dein primam syllabam tragicis et comicis corripi adnotavit Etym. M. p. 477, 17. In Gudiano p. 283, 7. ceteroqui consentiente illis quod apud comicos subinde produci affirmatur, ut nunc sunt horum poetarum reliquiae, secus esse compertum habemus. Recte igitur Valck. ad Phoen. 757. Pors. ad Or. 9., qui quem Aeschyli versum ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ corruptum putat, eundem emendavit Herm. ad Reg. Pros. p. 443. οἷον scribendo. Homero perpetuo producitur, recentioribus epicis ambigua est, velut καλός: quod de Callimacho exsecuti sunt Intpp. Gregorii p. 302. Inde accentus pendet ratio: v. Arcad. p. 75. 4. cf. 10. ubi Ἶσος scribendum. Schaefero in Indice Orestis Porsoni v. ἰσόθεος non improbatur ἴσος scenicis aliquando produci.

Ἰσόσπριος fabae similis. Sic dictus ἴουλος, quem etiam ὄνον vocabant, propter formam Coph. II. (334 D.) apud schol. Apoll. Rhod. I. 972.: κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόσπριος. Unde Hesychius ὄνος ἰσόσπριος· ἔστι δὲ ζῷον πολύπουν, ὀσπρίῳ ὅμοιον, ὃ καὶ ἴουλον τινὲς φασίν.

Ἰσοτέλεστος pariter perficiens. ὁ δ' ἐπίκουρος ἰσοτέλεστος Ἄϊδος — θάνατος ἐς τελευτάν Oed. Col. 1223 ch. ὁμοίως ἀποθνήσκουσιν οἱ τοιοῦτοι schol. et Tricl. Hermannus cum Reisigio active dictum intelligunt ἰσοτέλεστος, Ἄϊδος ἐπίκουρος θάνατος opifera Mors interitum adducens. Sed offendor illo ἰσοτέλεστος, aeque adducens interitum, quia comparationis causam nullam video; et nec ἐπίκουρος in libris legitur sed ἔπι κόρος, ἐπὶ κόρος, ἐπίκορος. et κόρος a schol. et Tricl. explicatur, nec ὁ δ' sed οὐδ' in libris omnibus est, improbante Hermanno trochaeorum incessum dactylis intermixtis turbari. Mihi mutata sola distinctione scribendum videtur ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος οὐδ' ἔπι κόρος, ἰσοτέλεστος Ἄϊδος ὅτε Μοῖρ' — ἀναπέφηνε, θάνατος ἐς τελευτάν. cum quis in cupiendo modum excedens non satiatur, quando (i. e. donec) Fatum omnes pariter in Orcum detrudens ingruit, Mors rerum ultima. Μοῖρα Ἄϊδος ἰσοτέλεστος, cui θάνατος appositione additum, Fati necessitas est omnibus communis.

Ἰσόω exaequo. δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα El. 676. Suid. v. δρόμοις ἰσῶσαι et πράγματα, etsi τέρματα daturum fuisse ex

interpretatione addita clarum est. Nec ἰσώσας nec φύσιν recte videntur intellexisse ut veteres ita recentiores interpretes, unde Musgravii coniectura τῇ ἀφέσει certatim recepta fuit. ἰσῶσαι τὰ τέρματα δρομῷ nihil videtur esse nisi *assequi currendo*, et τῇ φύσει de *celeritate pedum* intelligo, — θεοῖσι — οὐκ ἰσούμενον — ἀνδρῶν δὲ πρῶτον κρίνοντες Oed. R. 31. gl. ἴσον. Suid. v. συμφορά turbato verborum ordine affert: *Non dis quidem aequiparantes, verum mortalium principem iudicantes.* οὔκουν ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν τρίτος; Oed. R. 581.

Ἵστημι. I. *Formae.* 1. *Activi Praesens.* ἵστησι El. 27. 272. ἱστάναι 425. — *Futurum.* στήσω Oed. Col. 1344. 1345. στήσουσιν Oed. R. 940. — *Perfecti* nonnisi syncopen passae leguntur formae, uno excepto ἕστηκεν s. ἕστακεν, quorum illud Ai. 102. 802. hoc Ai. 199 ch. exstat; vulgo ἕστακε, cod. Ien. Flor. Γ. ἕστηκεν. — At ἕσταμεν Oed. R. 1442. Oed. Col. 1021. Trach. 1135. ἑστάτω El. 50. Ai. 1063. ἑστάναι Ant. 636. Musgr. et Schaef. sine idonea causa ἱστάναι. ἑστὼς Ai. 87. ἑστῶτος Oed. R. 565. ἑστῶτα n. pl. Trach. 1261 an. — *Plusquamperf.* ἕστασαν El. 713. Zost. 2 (216 D.). — *Aor.* 1. ἔστησα Oed. Col. 1305. ἔστησε Trach. 1092. στήσω Oed. Col. 1045. στήσῃς 913. στήσωσι Oed. Col. 400. στήσειε Ant. 662. στῆσον Oed. Col. 11. στῆσαι 1621. στήσας Oed. R. 699. στήσαντε Ant. 146 an. — *Aor.* 2. ἔστη Ai. 930. Oed. Col. 1588. στῶσιν Oed. Col. 412. σταίη Trach. 653 ch. στῆθι 1065. στῆναι Phil. 277. inc. LVI. 4 (713 D.). στὰς Oed. Col. 1593. Ant. 117 an. στάντος Ai. 1216. στάντα Oed. Col. 478. Ant. 1141. στάντες Oed. R. 50. El. 699. — 2. *Passivi Praesens.* ἵσταται Phil. 1247., quod medium vocari non potest. — *Aor.* ἐστάθη Oed. R. 1463. σταθεὶς Trach. 605. 1182. Ai. 1150. σταθεῖσα Trach. 339.

3. *Medii Praesens.* ἱστώμεσθα Oed. R. 147. ἵστω Phil. 881 Libri ἵστω, Tricl. ἵστω. Ai. 762. ἵστασθαι Oed. R. 143. Ant. 299. ἱσταμένῳ Phil. 175 ch., quod tamen etiam passivi esse potest. — *fut.* στήσει Phil. 822 ch.

II. *Usus.* 1. *Activarum formarum* constat alias transitiva, alias intransitiva potestate praeditas esse. Et *proprie* quidem haec dicuntur *transitive*, ut *consistere facere, constituere, erigere* significetur: στῆσόν μ' ἐξίδρυσον Oed. Col. 11. ὥς σ' ἄγχι γῆς στήσωσι Καδμείας 400. λόγχας στήσαντ' ἔχετον Ant. 146 an. ὀρθὸν οὓς ἵστησιν El. 27. de equo; ut de capillis metu erigendis ὥστε πάντας ὀρθίας στῆσαι — τρίχας Oed. Col. 1621. Hinc dicuntur τροπαῖ' ἔστησε τῶν ἐμῶν χειρῶν Trach. 1092., quod etsi figuratam habet *vincendi* vim, τροπαῖα στῆσαι ipsum tamen proprie dicitur. Item χοροὺς ἵστησιν El. 272. et ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι 425. *constituere in sepulcro, id est fundere libationes.* Inde dicitur πρὶν

ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων Oed. Col. 914. ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων 1344. — *Intransitive* autem *consistendi* et *standi* potestate haec dicta sunt: οὔκουν ἐμοῦ γ' ἑστῶτος οὐδαμοῦ πέλας Oed. R. 565. σοῖς ὅταν στῶσιν τάφοις Oed. Col. 412. Schaeferus ὅτ' ἐνστῶσιν, *quando arma intulerint.* v. Herm. στάντα πρὸς πρώτην ἕω 478. ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστῳ μιᾷ 1588. ἀφ' οὗ μέσος στὰς 1591. στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων Ant. 117 ch. στῆθι πλησίον πατρὸς Trach. 1065. σίγα νυν ἑστὼς Ai. 87. Affert Eust. p. 1312, 18. i. q. ἵσταθι σιγῶν. ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν Ai. 802. infixus solo stat. στάντες δὲ El. 699. ὀρθοὶ πάντες ἕστασαν διφροί 713. ἔχοντες — ἕστασαν ἱματίων ἐπιζώστρας Zost. 2. *Mora* adsignificatur: ἡμεῖς δ' οἱ παθόντες ἕσταμεν Oed. Col. 1021. μὴ σταίη πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῷ Trach. 653 ch. σελήνης ὄψις εὐφρόνας δύο στῆναι δύναιτ' ἂν οὔποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ inc. LVI. 4. — Huc refer aliquid proprii sermonis habentia. ποῦ βαντὸς ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ; Ai. 1216. Nusquam nisi suo imperio subditum adfuisse, non ut sui iuris esset, Aiacem Agamemno dicit. cf. ποῦ. Et ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς — ἐξ ὕπνου στῆναί ποτε; Phil. 277. = πῶς διατεθέντα ἀναστῆναι. v. Lobeck. de fig. etym. p. 7. — *Tralate* haec dicta *transitive* et *constituendi* quidem potestate: τύραννον — οὑπιχώριοι στήσουσιν Oed. R. 940. ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν Ant. 662. Locutionem illustrat Musgr. l. c. Inde *reddere* subinde et *facere* vertas. πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων Oed. Col. 1045., quod prosariis καταστήσω dicitur. ξυνωμότας ἔστησ' ἐμαυτῷ γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας πρῶτοι καλοῦνται 1305. Hinc ducitur στήσαντα ἔχειν pro στῆσαι: ὅτου ποτὲ μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις Oed. R. 699. Hoc schema Euripidi perfrequens; Sophocli solitarium est, certe si active dictum spectes. *Intransitivae dictionis* est, quod de *statu* et *conditione rerum* ἱστάναι ponitur. De *homine* ἵν' ἕσταμεν χρείας Oed. R. 1442. ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν Trach. 1135. τί γὰρ δὴ παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου, ποῦ σοι τύχης ἕστηκεν; Ai. 102. De *re*: ἐμοὶ δ' ἄχος ἕστακεν Ai. 199 ch. Sic dicitur οὐκ ἂν τάδ' ἔστη τῇδε μὴ θεῶν μέτα Ai. 930. *non eo excidissent.* Deinde ἐς ὀρθὸν στῆναι est κατορθῶσαι: στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον Oed. R. 51. Aliter dictum οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπων βίον οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ Ant. 1141. Musgravii interpretationem de *vita superstite*, petitam ex Oed. R. 1524. Trach. 2. vituperans Hermannus coniungenda docet ὁποῖον στάντα, *quaecunque stet vitae conditio*, secundum scholiasten interpretatum ὁπωσδήποτε βεβηκότα, εἴτε καλῶς εἴτε ἐναντίως. Sed de *rebus praesentibus* certe τὰ ἑστῶτα dicuntur: τὰ δὲ νῦν ἑστῶτ' οἰκτρὰ μὲν ἡμῖν Trach. 1261. i. q. καθεστῶτα, cuius permutationis simplicis verbi et compositorum aliquot adhuc exempla enumera-

bimus. Denique *ὄπισθεν ἱστάναι* est *posthaberi*. *γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι* Ant. 636. Cur Musgr. et Schaeferus *ἱστάναι* maluerint, in obscuro est. Fortasse de trutina et pendendo cogitabant, de quo usu v. Valck. Diatr. p. 288, a. Sophocles ita non est locutus. *Vim* autem transferendi a *consistendo* ad *statum rerum* verbi monstrat Ai. 1063.: *ἀλλ' ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον*: *sit metus*, *metuatur*, dictum de terriculamentis in agris hortisve erigendis. — 2. *Passivum* cum proprie *gradus sistendi* vim habeat, assistendi consistendique significatu vix a medio vel activo aor. 2. et perfecto discrepat. *σταθεῖσ' ἄκουσον* Trach. 339., i. q. *ἐπέχουσα τὴν βάσιν*, quod est principium standi, *pergere stando στῆναι*. Sed plane id quod *ἑστηκώς* signifi at *πρὶν κεῖνος — ἐμφανὴς σταθεὶς δείξῃ θεοῖσιν* Trach. 605. *ὡς θυτῆρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω* 1182. *σταθεὶς πέλας ἱκέτης ἔφαψαι πατρός* Ai. 1150. Sed *constituendi* vi *σταθῆναι* dicitur: *αἷν οὔποτ' ἡ 'μὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς τράπεζα* Oed. R. 1463. Dein *θόρυβος ἵσταται βοῆς* Phil. 1247. *clamor tollitur*: de cuius locutionis activa forma iam diximus. Exempla vide ap. Stanl. ad Aesch. Choeph. 885. Fritzsch. Qu. Luc. p. 171. — 3. *Medium* praesente et futuro proprie *standi* potestate praeditum. *ἀλλ' ἵσται τε καὐτὸς ἀντέχων* Phil. 881. *τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας ἵστω* Ai. 762. Hinc tralatum *ὅρα ποῦ στάσει ποῖ δὲ βάσει* Phil. 822 ch. *quid faciendum, quae via ingredienda tibi sit*. Et *proprietas* sermonis est quod his *ἵστασθαι* est pro *ἀνίστασθαι*, *exsurgere*. *βάθρων ἵστασθε* Oed. R. 143. *ὦ παῖδες, ἱστώμεσθα* 147. Nec probo Musgravium, Ant. 299., ubi legitur *τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν*, exemplis explicantem quibus *ἱστάναι*, *ἵστασθαι*, *προσχωρεῖν* valet *accedere*: *ἵστασθαι* potius est *μεθίστασθαι*, *τραπῆναι*, *converti a bonis ad mala consectanda*, quod satis munitur praemisso *παραλλάσσει φρένας*. Minus denique expeditum est quod Phil. 175 ch. legitur: *ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ χρείας ἱσταμένῳ* de Philoctota gravibus aerumnis oppresso. Schol. *ἐπὶ παντὶ τῷ ἐν χρείᾳ γιγνομένῳ ἀπορεῖ*. Locum affert Aristides t. I. p. 34. Haud dubie *τὸ ἱστάμενον* quasi *ἀνιστάμενον de necessitate* quasi *repente oborta* dictum, velut *τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει* Trach. 1014. est *εἰς τὸ μεῖζον ἐκφέρεται*, *αὐξάνεται*.

Ἱστορέω 1. *percunctando comperio* s. *comperi*. *οὔθ' ὁρῶν οὔθ' ἱστορῶν* Oed. R. 1484. *πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν* Oed. Col. 36. *τῆς ἐκείνου οὐδαμὰ βλάστας ἐφώνει δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν* Trach. 381. *εἴ τι χρῄζεις ἱστορεῖν* 396. Sic etiam El. 308. explicetur *ἱστόρει τί σοι φίλον*, *licet ex me comperias*. — 2. Alias de *percunctatione* dicitur ita ut *comperiendi* non adsit ulla significatio. *τόλμησον εἰπεῖν — ὃ σ' ἱστορῶ* Trach. 403. *πρὸς τί δ' ἱστορεῖς;* 417. *Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκεν ἱστορῶ πάλαι* El.

1090. μὴ — ἱστόρει πλέον Oed. R. 1165. Et sic passive dictum est πρὶν γ' ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ Trach. 414. — 3. Rem compertam narrare vel commemorare significat. οὐκ ἐννέπων τὸν παῖδ', ὃν οὗτος ἱστορεῖ Oed. R. 1150. τὸν παῖδ' ἔδωκας τῷδ', ὃν οὗτος ἱστορεῖ; 1156. Exquisitius enim haec ita, quam de percunctatione intelliguntur, sicut Oed. R. 1144.: πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς: cur inculcas eam rem? De spiritu non video dubitari. Regulam generalem v. in ἵστωρ.

Ἱστουργέω texo. θακοῦσιν ἱστουργοῦντες Oed. Col. 339. De spiritu v. in ἵστωρ.

Ἴστρος Ister fluvius. Magni fluminis exemplo ponitur οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην Oed. R. 1227. Tangit locum Eust. p. 1231, 9. — De accentu v. Arcad. p. 74, 14. De spiritu cf. ἵστωρ.

Ἵστωρ gnarus. v. Lehrs. de Arist. Stud. Hom. p. 116. κἀγὼ τοῦδ' ἵστωρ, ὑπερίστωρ El. 840 an. De accentu nulla dubitatio, et generatim praecepit Arcad. p. 20, 20. accurate Herod. π. μον. λέξ. p. 32, 15.; sed est aliqua de spiritu. Libris in tam raro vocabulo nihil tribuendum; apud Aeschylum enim nusquam, semel apud Sophoclem, perraro apud Euripidem legitur et nescio an non uno loco Iph. Taur. 1397. Seidl. qui quidem lenem spiritum ex Etym. M. p. 478, 16. a thematico εἴδω εἴσω ducente defendit, utramque prostare testatus apud lexicographos (Photius tamen ἵστωρ p. 116, 9. 10. ut Herodianus l. c.); Euripidis loco Aldinam leni spiritu notare, eandemque scripturam esse in libris Sophocleis, apud scholiasten asperum reperiri; lexicis autem nihil tribuendum. Quid igitur? Ratio cum in rebus scripturam spectantibus et per se sit fallax, velut cum ἵστωρ quippe ab εἰδῶ ductum et tamen ἱστορεῖν scribitur, et saepe veterum testimoniis et usu redarguatur, ad praecepta technicorum confugiendum, si quae sunt. Et sunt tam diserta, ut de asperando vocabulo non liceat dubitare. Lexicon π. πνευμ. p. 230. τὸ ι πρὸ του σ, εἰ μὴ τὸ τ ἐπάγοιτο, ψιλοῦται ἀεί. — — εἰ δὲ ἐπάγοιτο τὸ τ, δασύνεται. ἵστωρ, ὁ ἐπιστήμων. ἱστορία κ. τ. λ. σημείωσαι τὸ ἴστω, ἀντὶ τοῦ γινωσκέτω, ἰστέον καὶ Ἴστρος ποταμός. Priora satis docte et ex antiquo fonte, ut statim ostendemus; postrema incautius. Longe gravior testis est schol. Il. σ. 501. ἀπὸ τοῦ εἴδω, εἴσω, ἵστωρ (scr. ἴστωρ), ἐλλείψαντος τοῦ ε, ἐπεὶ τῷ ι τὸ στ ἐπεφέρετο, ὡς ἐν τῷ ἱστῶ, ἱστίον, ἵστημι. ὅθεν καὶ δασύνεται, ἐπεὶ τὸ ι πρὸ τοῦ στ μόνου δασύνεται. προςκεῖται τὸ μόνου, ἐπεὶ τὸ Ἴστρος ψιλοῦται.

Ἰσχάς. ναῦται δ' ἐμηρύσαντο νηὸς ἰσχάδα inc. XLI. 2. (690 D.) apud Athenaeum p. 99, d. unde habet Eustathius p. 1944, 26. Explicandi

gratia haec addunt: κἂν ἄλλοις δὲ τὴν ἄγκυραν Σοφοκλῆς ἰσχάδα κέκληκεν, διὰ τὸ κατέχειν τὴν ναῦν. Vox tam tenebricosa, ut non multum distet a Dionysii tyranni παρθένῳ μενάνδρῳ et μυστηρίοις.

Ἰσχυρός *validus.* ὡς ἄνδρ' ἰδὼν μ' ἰσχυρόν Phil. 933. *quasi viribus viderem.* Versum cum quatuor aliis affert Suidas v. κακοπινέστατον. De accentu nihil ambigui et notavit Arcad. p. 95, 6.

Ἰσχύς *vis*, cum corporis tum alia. ἢ μὲν ἢ λόγῳ πείσαντες ἄξειν ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος Phil. 590. cf. Brunck. ad Antig. 30. Elmsl. ad Med. 525. Merrick. ap. Wernickium ad Tryphiod. p. 299. φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος Oed. Col. 616. Corais olim coniectura fuit ἰς ψυχῆς, refutata illa Schaefero Mel. Cr. p. 46. ὁρᾷς — τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση; Ai. 118. οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος; Phil. 104. obiective dictum: *virium fiducia.* Num ῡ in casibus trisyllabis perpetuo corripiatur, sicut Passovius dicit, dubium videatur, quando quis idem in verbo ἰσχύω produci consideraverit. De accentu generatim praecipit Arcad. p. 92, 8.: sed ea regula cum altera p. 91, 9. pugnat, nec quidquam in eo genere certi constitui potest.

Ἰσχύω *viribus valeo.* De homine: ἔγωγε — σφ' ἔλειπον ἰσχύοντά τε καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα Trach. 233., quod nonnullis abundantia laborare visum. ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ Ai. 497. ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν El. 687. Stob. Ecl. I. 4. p. 124. Suid. v. ἰσχύων et θεός, utrobique omisso δέ. ὅσον ἰσχύεις Ai. 1388. De re: τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω Oed. R. 356. τἀληθὲς αἰεὶ πλεῖστον ἰσχύει λόγου inc. XXXIII (691 D.). In Oed. l. c. olim ἰσχύον scribebatur, quod redarguitur Aiacis loco v. 1388. De Phil. 1083. v. ἴσχω.

Ἴσχω. Hoc verbum Sophocli non ultra praesens flectitur. 1. *Cohibere* significat et *prohibere.* οὐκέτ' ἴσχω Phil. 1083 ch. Heathii coniectura ἴσχω confirmata quamvis perversa scholiastae alicuius explicatione οὐ γὰρ ἔτι ἔχω ἐλπίδα, merito recepta est inde a Brunckio. Libri οὐ γάρ τ' ἰσχύω. Sententia ab Heathio restituta metrum Hermannus adiuvit οὐκέτ' ἴσχω scribendo: *rapiant me volucres, non prohibeo amplius.* ἴσχειν δ' οὐκέτι πηγὰς δύναμαι δακρύων Ant. 796 an. ἴσχε δακὼν στόμα σόν Trach. 972 ch., quo eodem sensu εὐφημίαν νῦν ἴσχε dictum 177., quod si quis εὐφήμει, σιώπα explicuerit, non prohibeo, sed ἔχειν et ἴσχειν in his formulis *linguae cohibendae* vim habent. γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων El. 235 m. Suid. v. ἔκτιμος. Zonar. p. 653., qui ἔχουσα habet; tangitque Eust. p. 1514, 22. V. ἔκτιμος. — 2. Hinc *capiendi et tenendi* orta significatio. τὸν αἴσ' ἄπλατος ἴσχει Ai. 249 ch. vulgo ἔχει. Sed illud libri vett. (et Lips. a. b.) Ald. Suid. v. αἶσα et ἄπλαστος, unice conveniens metro. Et tralata significatione

αὐτό μοι λαβὼν ἐπώνυμον, Εὐρύσακες, ἴσχε (*σάκος*) Ai. 572. *retine in tuis, serva.* *θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων* Oed. R. 881 ch. non *ἔχων*, sed *εἰς ἀεὶ ἔχων.* — 3. Inde frequentes de *sensibus* animi circumlocutiones. *ἃ καὶ σὲ — ἐλπίσιν λέγω τάδ' αἰὲν ἴσχειν* Trach. 137 ch. non *ἐλπίζειν* sed *ἐμμεῖναι ταῖς ἐλπίσιν.* *ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν* Ai. 516. non *μνήσθητι*, sed *σῶζε μνείαν.* Sed *εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἁνὴρ οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων ἔτ' ἴσχει μνῆστιν* 1248. *τὰ δ' ἐν μέσῳ ἢ λῆστιν ἴσχεις* Oed. Col. 590. non *ἐπιλέλησαι*, sed *οὐδαμῶς μέμνησαι.* De structura cf. Schaef. *ᾧ πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν* 954. *fretus.* Paulo aliter dictum *εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας* Ant. 304. non *σεβίζεται*, quanquam hoc simile, sed *σώζει τὴν τιμὴν εἰς ἀεί.* 4. Sunt alia, in quibus *ἴσχειν* et *ἔχειν habere* vix discrimine cernantur ullo. *τανῦν δὲ δοῦλον ἴσχουσιν βίον* Trach. 301. *οὐ φορβὰν ἔτι προσφέρων, οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὅπλων — ἴσχων* Phil. 1098 m. *habens* i. e. *potitus.* *δέος ἴσχετε μηδὲν ἅσ' αὐδῶ* Oed. Col. 223 ch. i. q. *μὴ δείσητε.* Et huiusmodi cum nominibus circumlocutiones variae sunt: *μῶν ἄλγος ἴσχεις —;* Phil. 724. Cod. Ven. *ἴσχει*, cui repugnat, quod Philoctetes respondet *οὐ δῆτ' ἔγωγε.* Ita *τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;* Oed. R. 1031. *γνώμαν ἴσχων* Phil. 826 ch. *οὐ γνώμαν ἴσχεις —;* El. 207. i. q. *γιγνώσκεις* et *εἰ γν. ἴ.* Phil. 842 ch. *θάρσος ἴσχε* Phil. 796. *εἰ δ' οἶκτον ἴσχεις* Trach. 798. = *οἰκτίζεις.* *ἢν δέ του σπάνιν τίν' ἴσχῃς* Oed. Col. 507. *αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς ξύγγνοιαν ἴσχειν* Ant. 66. i. q. *ξυγγνῶναι.* *πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι* 283. i. q. *μέλειν αὐτοῖς.* — Sed in Oed. Col. 163. merito cum Herm. Elmsl. recepit *λόγων εἴ τιν' οἴσεις πρὸς ἐμὰν λέσχαν*, *si quid es responsurus*, quod in Laur. A. vulgatae *ἔχεις* superscriptum; et in Phil. 1116. iniuria *φρένας εἴ τινας ἴσχεις* pro *ἔχεις* cum Tricl. Brunckius. De qua verborum in libris confusione v. Herm. ad Phil. 819. — De *forma* verbi unum adnotandum quod monstrum imperativi *ἴσχες* legitur Oed. Col. 1171. in codd. Laur. A. Par. B. F. Vat.; Laur. B. *ἴσχε*, quod ob hiatum non admittitur, Par. A. Ricc. et edd. pleraeque *ἐπίσχες*, ex interpretatione, simul anapaesto in trimetrum illato; Par. T. Farn. *εἶχες.* Heathii coniectura *σχές* recepta est ab Reis. Elmsl.; *ἴσχες*, Brunckio damnatum ad Hec. 832. Hermannus defendit, quippe recitationi aptius. Cf. *ἔχω.*

Ἴσως. 1. *pariter.* *ἥκει γὰρ* (*ἡ νόσος*) *διὰ χρόνου πλάνοις, ἴσως ὡς ἐξεπλήσθη* Phil. 748. Schol. *ἴσως, ὅτε ἐκορέσθη πλανωμένη.* itaque Winsemius, Ratall. Brunck. in quo et *ἴσως fortasse* ineptum est, et illud ineptius, morbum aliis quasi locis circumvagando fatigatum ad Philocteten redire. Meliorem viam Hermannus iniit, distinctione post *πλάνοις* posita: *morbus redit longis intervallis vagus, neque ut desaeviit*, vagos

et fortuitos impetus ita repentinas etiam cessationes esse intelligens, velut ὀξεῖα φοιτᾷ καὶ ταχεῖ' ἀπέρχεται dicitur 796. In quo unum illud desidero, quod πλάνοι de vagis impetibus, minime vero de inopinata cessatione dici potuit. ἴσως ὡς ἐξεπλήσθη interpretor *pariter ut desaeviit*, hoc est *paribus intervallis*: διὰ χρόνου ἥκει πλάνοις, *post aliquod tempus vagus redit*, i. e. rursus in me grassatur. Similis sententia in Hermanni quondam coniectura πλάνοις ἴσοις inest. — 2. *Fortasse*, i. e. ut alicui *par* et *consentaneum* videatur. De re minus certa: ἴσως τόπον — προσιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται Phil. 144 an. ὃν κλύεις ἴσως τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων 261., ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας 599. Improbo Buttmannum de re certa dici putantem. ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα 1244. ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ' ἴσως Oed. R. 937. ἴσως — τὴν δυσγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται 1078. κείνοις δ' ἴσως κεἰ δεῖν' ἐπεῤῥώσθη λέγειν, — φανήσεται μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος Oed. Col. 667., quae etsi certo persuasum habet vera esse Theseus, cum modesta tamen dubitatione affirmat. Brunckius ante ἴσως distinxit; v. Herm. ἴσως — θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός Ai. 941. ἡ δὲ νῦν ἴσως πολλῶν ὑπάρξει κῦρος ἡμέρα καλῶν El. 906. sperat Chrysothemis, nec certo tamen affirmat. De re *satis certa*. αἳ πρὶν μὲν ἦσαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως ἀνδρῶν Trach. 300. ἴσως, γέννημα — οὐκ ἐν ὑστάτοις 313. Non enim mulieres nec Iolen, nisi praecipua nobilitate fuissent, δῶρον ἐξαίρετον sibi Hercules legisset. Sic chorus certo sciebat quis Philoctetes et qualis vir esset, cum dicebat οὗτος πρωτογόνων ἴσως οἴκων οὐδενὸς ὕστερος Phil. 180 ch. Hermannus Buttmanno, qui de re satis certa dici vidisset, obloculurus illud obiicit, nondum edidisse virtutis documenta Philocteten, quippe ulcere impeditum. At non de *rerum*, sed de *generis nobilitate* chorus asseverat. ἦ πού με Τελαμὼν — δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ἵλεώς τ' ἴσως Ai. 988., quod cum ironice dictum ἦ που et ἴσως composita habeat, dubium relinquit nullum, quin de re Teucro certissima dictum sit. Dixerunt de hoc usu Locell. ad Xen. Eph. p. 188. Schaef. ad Long. p. 357. ad Dion. de C. V. p. 269. et de irridendi adsignificatione Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 107. — 3. Cumulantur τάχα et ἴσως in optativo potentiali. τάχ' ἂν μ' ἴσως πύθοισθε — σεσωσμένον Ai. 676. Num ἴσως sine ἂν ipsum per se cum optativo ponatur, quae Seidleri sententia erat ad Iph. Taur. 1025., pluribus habet et certioribus exemplis opus. ἴσως ἂν iuxta posita tetigit Schaef. ad Gregor. p. 44. et App. Cr. ad Demosth. t. III. p. 417.

Ἰτᾰλία (ᾰ) *Italia*. κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν Ant. 1106 ch. Extrema Italiae pars, fretum Siculum versus sita, eo nomine tunc vocari

Graecis coeperat. Cf. Niebuhr. Hist. Rom. vol. I. p. 18 sqq. Cur κλυτὶ dicatur, v. Musgr. et Bothium.

Ἴτριον (ῑ) *placentae sacrae genus.* ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἴτρια βλέπω Erid. I (199 D.). V. Athen. XIV. p. 646, d. Deminutivi formam prae se fert, nec est tamen. Apud Photium p. 118, 5. Suidam et Hesychium ἰτρία scribitur. Recte Arcadius p. 119, 18.; ῑ prius corripi affirmanti nihilominus ἰτρίον scriptura affingitur p. 195, 29.

Ἴτυς (ῐ) n. pr. ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται El. 145 m. Afferunt Suid. v. ἄραρέ με et ἀηδών, Eust. p. 725, 55. Ultima quod producitur, metro dactylico (vel anapaestico, ut apud Aristoph. Av. 212.) datum censet Hermannus, Brunckius contra libros et Suidam Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται scripsit. cf. Dindorf. praef. ad Scenicos poetas p. XII. De accentu generatim dixit Arcadius p. 91, 9.

Ἰϋγή (ῐ) *clamor flebilis.* τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς Phil. 741. cf. Blomf. gl. Pers. 285. 981. γυναικῶν οἰμωγαί, ὀλοφύρσεις explicat Phot. p. 118, 9., ubi vitiose scriptum ἰυγγαί: φωνή, κραυγή, βοή Hesychius.

** Ἴυγξ. Apud Athenaeum XIII. p. 564, b. de Pelope Hippodamia loquitur τοιάνδ' ἐν ὄψει ἴυγγα (sic P. L. apud Dind., λύγκα C., λίγγα A. B. V., λίγγα Erfurdtius) θηρατηρίαν ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει. Unde Brunckius τοίαν Πέλοψ ἴυγγα. Recte, opinor. ἐν ὄψει et ὀφθαλμῶν ἀστραπή iuxta posita aliquid otiosum redolent et languidum; λύγξ ὄψεως quid sit, non capio. De ἴυγξ satis notum quid Lexica vetera doceant; h. l. θέλκτρον significat. Erfurdtii correctionem λίγγα nec intelligo quid sibi velit, nec probasset vellem Iacobs. ad Philostr. p. 313. De tono generatim docet Arcad. p. 18, 18.: nec video discrepare quemquam. Est Oenom. III. 1 (421 D.).

Ἰύζω (ῐ) *eiulo.* βοῶν, ἰύζων Trach. 784. Et idem recte in Phil. 11. dedit Dind. in Scenicis Graecis ex Flor. Γ. βοῶν ἠὔζον exhibente. Vulgo βοῶν, στενάζων; quod imperite defendit Apitz. ad Trach. 769. v. Etym. M. p. 480, 1. Blomf. gloss. Aesch. Pers. 285.

Ἰφιάνασσα (ῐ) n. pr. Χρυσόθεμις καὶ Ἰφιάνασσα El. 154. Eadem est atque Iphigenia Homero, v. Intpp.; Sophocli non potest esse. De genere compositionis dixit Herod. π. μον. λέξ. p. 38, 16.

Ἴφιτος (ῐ) n. pr. ἔκτ' αὖθις Ἴφιτος Trach. 269. ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν Trach. 38. ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος 356. De tono generatim Arcad. p. 82, 8.

* Ἰχθυηρός *ex piscibus confectus* et Ἰχθύειος. Apud Herodianum Piersoni p. 437. legitur: ὁ γάρος ἀρσενικῶς τὸν ἰχθύων γάρον. καὶ γάρον τὸν ἰχθύειον. Σοφοκλῆς. Cum ἰχθύων γάρον dictum ab Aeschylo sciamus ex Athenaeo II. p. 67, c. haud dubie ante καὶ γάρον inserendum Αἰσχύλος. At ἰχθύειος cum non alibi legatur, Piersonus corrigit ἰχθυηρόν. Dubium vero, an non potius ex Triptolemo Sophoclis desumptum et scriptura corrupta sit: inde enim Athenaeus ταριχηρὸν γάρον memorat (fr. IV. s. 531 D.), quod facile in ἰχθύειον et ἰχθυηρόν potuit depravari. Hinc ἰχθυηρόν s. ἰχθύειον γάρον Dindorfius plane omisit.

Ἰχθύς *piscis*. ἰχθύων πλωτῷ γένει inc. XXIII. 9 (678 D.). χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει XLII. 1 (700 D.). ἐλλοῖς ἰχθύσιν Ai. 1276. cf. ἐλλός. — μυνδὸς ἰχθύς fr. inc. CV. 127. ὁ μὴ αὐδῶν explicatur Etym. M. p. 595, 1 (tr. 914 D.). ῡ trisyllaborum casuum et in compositis corripitur, nominativi et accusativi producitur aliis, quanquam non perpetuo (v. schol. Dion. Thr. p. 1232. Bekk.), Sophocli non legitur. Haec causa fuit, cur Herodianus π. μον. λέξ. p. 31, 5. inflecti doceret vocabulum, cum quo consentit schol. Dion. Thr. l. c. Arcadius p. 91, 11. 199, 15.; et contra eius mentem ἰχθύς scriptum p. 198, 7. Suidas: ἰχθῦς περισπᾶται. Huius τονώσεως nunc omne documentum vulgo evanuit. De spiritu consentiunt Arcadius p. 199, 15. Eust. p. 437, 12. 928, 15. 1720, 42. lexicon π. πνευμ. p. 230.

Ἰχνεύω (ῐ) *investigo*. κεῖνον — ἰχνεύω πάλαι Ai. 20. τὸν ἄδηλον ἄνδρα πάντ' ἰχνεύειν Oed. R. 475 ch. — οὐ γὰρ ἂν μακρὰν ἴχνευον αὐτός Oed. R. 221. De spiritu v. lex. π. πνευμ. p. 230. De ancipite ῐ. cf. Ai. 976.

Ἴχνος *vestigium*. Proprie *pedis*: μετρούμενον ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχτα Ai. 6. Cf. Pors. et Schaef. ad Hec. 1042. Affert Suid. v. νεοχάρακτα. Hinc adverbiascente locutione εὐθέως δ' ἐγὼ κατ' ἴχνος ᾄσσω Ai. 32. Suid. v. σημαίνομαι. Tralate: ποῦ — εὑρεθήσεται ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας; Oed. R. 109. Laudant Moschop. D. Att. v. ἴχνος. schol. Eur. Hec. 1065. Matth. Suid. et Zonar. v. δυστέκμαρτον. De spiritu v. lex. π. πνευμ. p. 230.

Ἰώ interiectio cum *inclamando* alios, *tum deflendae alterius* vel *ipsius loquentis sorti* constituta. Utraque significatione acuitur: Arcad. p. 182, 19., Trypho περὶ παθῶν ap. Etym. M. p. 481, 10. causa addita: ἀλλὰ σχετλιαστικὸν καὶ βακχευτικὸν οὐχ ὑποπίπτει τῇ ἀναλογίᾳ: scilicet quae inflecti iuberet velut ἰῶ, violatur autem praeterea in ἰώ doloris significante. Omnium acutissime disputat Apoll. de adv. p. 576, 15. cf. schol.

Dion. Thr. p. 942, 31. — Igitur 1. *inclamando* et *exclamando* inserviens fere *semel* ponitur ἰὼ ξένοι Phil. 219. extra versum. ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων λεόντων ἔφεδρε Phil. 398 ch. ἰὼ θεοί Phil. 726. extra trimetrum. ἰὼ τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι Oed. R. 162 ch. ἰὼ γενεαὶ βροτῶν 1186 ch. ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα 1207 ch. ἰὼ Λαΐειον ὦ τέκνον 1216 ch. Hermannus nunc distinctione post ἰώ posita. ἰὼ δαῖμον 1311 ch. ἰὼ σκότου νέφος 1313 m. ἰὼ φίλος 1321 m. ἰὼ Κιθαιρών 1391. intra trimetrum, ut ἰὼ ξένοι Oed. Col. 826. — ἰώ Oed. Col. 541 ch. ἰὼ πόλις 837 m. ἰὼ τάλας 880 m. ἰὼ πᾶς λεὼς ἰὼ γᾶς πρόμοι 888 ch. ἰὼ — Ζεῦ 1087 ch. Duo codd. et Tricl. ὦ Ζεῦ. ἰὼ Διρκαῖαι κρῆναι Ant. 836 m. et ἰὼ ματρῷαι λέκτρων ἆται 854., in quorum utroque ἰώ a versu sequente seiunctum ab Hermanno, velut in ἰὼ φίλοι ναυβάται et ἰὼ γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας Ai. 341. 349 m. ἰὼ σκότος et ἰὼ πόροι 387. 406 m., quod posterius in libris omissum addidit Brunckius. — ἰὼ κασίγνητε Ant. 861 m. ἰὼ τῶν πῦρ πνεόντων χοράγ' ἄστρων 1132 m. ἰὼ παῖ 1252 m. ἰὼ παῖ παῖ Ai. 332. ἰὼ πρόσπολοι Ant. 1305 m. ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός Trach. 853. ἰὼ παῖ 1025 m. ἰὼ πάνθ' ὁρῶν — τέκνον Λαρτίου Ai. 372 m. ἰὼ παντλάμων Νιόβα El. 147 m. ἰὼ γοναί 1223 m. ἰὼ χρόνῳ μακρῷ φιλτάταν ὁδὸν ἐπαξιώσας — φανῆναι 1265 m. ἰὼ βαλλὴν Past. II (444 D.). — Rarius *geminatur* ἰὼ ἰώ, idque ut *laetitiae* significandae ita *luctui* vel *horrori*. ἰὼ ἰὼ παιάν Trach. 220 ch. ἰὼ ἰὼ Πὰν Πὰν Ai. 679 ch. ἰὼ ἰώ 693 ch. Haec in gaudio; at ἰῶ ἰώ Oed. Col. 138 ch. cum horrore; in simplici acclamatione ἰὼ ἰὼ παῖ Oed. Col. 1488. si recte geminavit Seidl. loco lacunoso; Tricl. ἰοὺ ἰού. ἰὼ παῖ, contra sensum, qui ἰού repudiat. Inclamationem dolentis continet ἰὼ ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν Ant. 1269. 1270 m. altero relegato extra versum ab Hermanno. ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ Phil. 749. in trimetro. V. 750. repetuntur ἰὼ ἰώ in cod. Harl. et membr. Brunckii, quae a Tricl. absunt, nec apta quater iterata exclamatio in trimetrorum decursu. — Cum *aliis particulis* componitur: αἰαῖ. ἰὼ στέγαι φίλων ἔρημοι El. 1396 m. ἒ ἔ, ἰὼ δαῖμον Trach. 1021 m. vulgo bis ἰώ, quod ferri poterit, si ἒ ἔ extra versum eliminetur. ἰώ. ὤ ὤ Oed. Col. 224 ch. cum horrore. Alii libri ἰὼ ἰώ ὤ, itaque edd. vett. Alii ἰώ. ὦ ὦ ὦ sive etiam acute. Illud a Triclinio, cf. Herm. ἰὼ δῆτα 541 m. Horum pauca trimetrorum sunt; Phil. 219. 726. 749. Oed. Col. 826. — 2. *Doloris* et *lugendi exclamatio*. Usitatissimum est ut *semel* ponatur, et in his primum obtinet locum ἰώ μοι et ἰώ μοί μοι, quod ἰωμοιμοῖ scribendum suspicor, quia οἰμοιμοῖ scribendum Apollonius praecipit, v. οἴ. ἰώ μοί μοι Oed. Col. 199. Ai. 326. 329. 378. 875. 917, 919. 953. Cur ἰώ μοί μοι, quod in libris est El. 77. huic loco minus convenire, quam quod dedit ὤ μοί

μοι dicat Hermannus, non perspicio. Addito adiectivo ἰὼ τάλας Oed. Col. 880 m. ἰὼ τλήμων Ai. 877. ἰὼ δύστανος Ant. 843 m. in quibus ἐγώ subaudiendum. In aliis formulis ἰὼ πόνοι πρόγονοι πόνων Ai. 1175 ch. ἰὼ φρενῶν — ἁμαρτήματα Ant. 1246 m., quae huc referenda censeo, quia non continent exclamationem, sed commiserationem ut *vae* verti oporteat. Cum aliis *flendi* particulis componitur: ἒ ἒ ἰώ El. 830 m. 3. Paulo minus certa scriptura est, cum librorum tum metri vel sententiae causa Ant. 1251 m. ὤμοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων metri dochmiaci causa nunc recte editur. Cod. Aug. et Aldus ἰώ. Propter lacunam ambiguus locus est ὦ Παλλάς, τόδε μ᾽ αὖ λωβᾶται. ἰὼ παῖ τὸν φύσαντα Trach. 1025. Libri ἰὼ Παλλάς, quod ut hexametri ratio constaret ὦ scriptum, cetera utcunque explerunt alii aliter. — ἰὼ Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαί Ai. 414 m. Ex codd. duobus et ed. Turn. recte nunc ὦ scribitur propter numerorum trochaicorum decursum, ut in dochmiis ὤμοι ἐμῶν νόστων Ai. 884. cum tres Iohns. ἰώ, et Brunck. secundum cod. Ien., quocum Florr. conspirant, ἰώ μοί μοι praeferant. Mox v. 885. plerique ἰώ μοι, Hermannus cum iteratione priorum rectius ὤ μοι: nescio quidni ὤμοι. Elmsl. οἴμοι. Item ὤμοι ἐμᾶς ἄτας propter dochmium scribi debuit v. 892. Glyconici denique El. 120 ch. non patiuntur codd. scripturam ἰὼ παῖ παῖ δυστανοτάτας Ἠλέκτρα ματρός. Recte Brunckius ὦ. Sententia denique plane nulla est Oed. Col. 1710 m. ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες. Elmsleius πώ, quod friget. Hermannus τῷ, quare. — Plurimis locis prior syllaba corripitur manifesto: producitur Oed. R. 162 ch. El. 147 m. Oed. Col. 139 an.

** Ἰώ n. pr. Probabili coniectura hoc Sophocli redditur. Ex Herc. Taenar. I. 2. (217 D.) refertur in libris Athen. IX. p. 375, d. τοιγαριώδη φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν. Recte puto Dindorf.: τοίγαρ Ἰὼ δεῖ φυλάξαι. Casaubonus τοιγαροῦν | ἴδει φυλάξαι, in qua correctione maxime displicet particula in fine versus posita. Bergk. Diss. de Soph. fr. p. 11. τὸν γὰρ ἰώδη ᾽φύλαξε coniicit, quod cognomentum neque aptum est Cerbero significando, neque sic nude dici potuit; absurdum autem Cerberum cum scrofa comparari. Quod apud Athenaeum scribitur Σοφ. ἐπὶ Ταιναρίοις recte Dindorfius ad fr. 221. Ἐπιταιναρίοις corrigit, quo nomine grammatici fabulam vocasse videantur, *satyros* intelligentes. De tonosi nominis generatim praecipit Arcad. p. 116, 1.; accurate Gr. Hermanni p. 459.

Ἰωή *clamor.* βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν Phil. 216 ch. De accentu generatim praecipit Arcad. p. 103, 29. Nam p. 183, 8. ἰωή inclamandi adverbium est.

K.

Καγχάζω v. καχάζω.

Καδμεῖος Cadmius, Thebanus. Singularis paulo minus usitatus, certe aliquot locis cum discrepantia scripturae legitur. Indubitata haec sunt: *γῆς Καδμείας* Oed. Col. 400. *ἀρχῆς Καδμείας* 452. est quae a Cadmo posteris transmissa. *Καδμείας νύμφας ἄγαλμα* Bacchus dicitur Ant. 1102. Semeles scil.; *ἀγάλματα* enim parentum liberi, in quam causam Erfurdtius antestatur Markl. ad Eur. Suppl. 367. Ruhnk. ad Tim. v. *ἄγαλμα.* — *τήνδε Καδμείαν χθόνα* Ant. 1147. — *Pluralis* exempla consensu omnium haec habentur, nec dubitandi locus est: *Καδμείων λάθρᾳ* Oed. Col. 355. *ἴσται — τοῦτο Καδμείοις βάρος* 410. *πᾶσι Καδμείοισι* Oed. R. 223. Oed. Col. 1396. *σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς* Ant. 504. *τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις* Oed. R. 273. *τοῖς πᾶσι Καδμείοισι* 1288. At plus minus discrepant libri in his: *ὑφ' οὗ (λοιμοῦ) κενοῦται δῶμα Καδμείων* Oed. R. 29. ante Brunckium vulgabatur. Sed plerique Brunckii codd., Florr. item Laur. A. B. et schol. *Καδμεῖον*, longe exquisitius illud, cum satis insolens de urbe sit, de qua *ἄστυ Καδμεῖον* v. 35. cum eadem ac supra varietate scripturae. Sed *τὸ Καδμεῖον πέδον* Oed. Col. 381. a Brunckio datum cum Par. A. F. Ricc. A.; ceteri et optimus quidem Laur. A. item schol. *Καδμείων*, quod revocarunt Reisig. Elmsl. Herm., hic quidem relegans lectorem ad sua ad Bacch. I. adnotata, quae etsi vera sunt, haudquac..am tamen, ubi alterutrum praeferendum sit, indicando idonea videntur. Velut Oed. Col. 740. *τὸ Καδμεῖον πέδον* Brunckius ex membr. et plerisque codd. et Tricl.; quatuor autem scripti, in quibus Laur. A., item Aldus *Καδμείων*, nec refert ad sensum, utro scribatur modo, ipso Hermanno fatente. *πᾶς σε Καδμείων λεὼς καλεῖ* Oed. Col. 745. iure ex plerisque codd. editur; *Καδμεῖος* in solo Vat. est et *Καδμεῖος* [ων] in Par B. T. Farn. — Prima, ut par est ante $\overline{\delta\mu}$, ita producitur perpetuo, ut semper in arai tiimetrorum sit. De tono vulgo consentiunt, sed non novi qui diserte praeceperit et controversiam posse moveri arbitror.

Καδμογενής Cadmo prosatus. τὸν Καδμογενῆ Trach. 116 ch. Herculem materno genere Thebanum.

Κάδμος n. pr. *Κάδμου τοῦ πάλαι* Oed. R. 1. *Κάδμου λαόν* 144 ch. Thebanos omnes. *τοῦ πρόσθε Κάδμου* 268. *Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος* Ant. 1140, qui unus locus nomen hoc et derivata in thesi positum habet, quamvis ambigua sede senarii. De accentu praecepit Arcad. p. 58, 11.

Κάδος vas. σκεῦος τι Etym. M. v. *κάδος*, a *χάζω χανδάνω* ducens. *ὀπὸν — χαλκέοισι κάδοις δέχεται* Rhizot. 1. 3 (479 D.). Tonum observavit Arcad. p. 47, 23.

Καλῶς *pulchre, bene, recte.* 1. de animo, intelligentia, dictis, factis. καλῶς δρῶν Phil. 94. καλῶς εἰδὼς Oed. R. 317. τοὺς καλῶς φρονῶν 600. εἰ καλῶς φρονοῖ inc. LVIII. 1, 6 (718 D.). καλῶς ἔλεξεν 616. καλῶς νομίζεις 859. καλῶς ἅπαντα ταῦτ' ἂν ἐξείρητό σοι 984. καὶ καλῶς λέγεις 986. βεβουλεῦσθαι καλῶς 1367. καλῶς ἐξοιδα Oed. Col. 270. κἀξεπίστασθον καλῶς 418. καλῶς γὰρ ἐξηγεῖ σύ μοι 1286. καλῶς κάτοιδα 1473. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς 1691 ch. quod *a deo bona affert,* siquidem Herm., quem vide, locum recte constituit. ἤδη καλῶς Ant. 18. ἐξεπίσταμαι καλῶς 293. καλῶς — ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν 553. σοῦ καλῶς ἡγουμένου 634. καλῶς — ἄρχειν 665. καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος 735. cum irridendi adsignificatione. ὅταν λόγους αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν 1034. *turpibus honestam speciem dictorum praetexere.* λόγου καλῶς λεχθέντος Trach. 289. οὐ καλῶς φρονεῖ 442. οὐ καλῶς ταρβεῖς 457. *male times,* i. e. iniuria. ἐγκεκλῃμένον καλῶς 576. καλῶς τελευτᾷς 1242. καλῶς ἔλεξας Ai. 94. καλῶς λέγοντας 750. καλῶς λέγω El. 244. καλῶς εἰρημένα Ai. Locr. IV. 6 (14 D.). καλῶς ἐξοιδα El. 516. ᾔκασας καλῶς 652. κἀπεκύρωσεν καλῶς 783. καλῶς δ' ἤδη 1005. οὐ γὰρ ἂν καλῶς ὑπηρετοίην τῷ παρόντι δαίμονι 1297. Ἄπολλον εἰ καλῶς ἐθέσπισεν 1417. θέσθαι καλῶς Crens. VI. 1 (321 D.). τῷ καλῶς τιμωμένῳ inc. XX. 1 (675 D.). ἔργου — ἥν τις ἄρχηται καλῶς LVIII. 1, 1 (715 D.). πέπρακται — τὸ θεοῦ καλῶς C. 1 (779 D.). καλῶς — συμπαραινέσαι Ai. Locr. IV. 3 (14 D.). — 2. de statu rerum. τὸ καλῶς ἔχον πόλει πάλαισμα Oed. R. 879 ch. ταῖσι Θήβαις εἰ — εὐημερεῖ καλῶς τὸ πρὸς σέ Oed. Col. 623. τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς 1308. καλῶς χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον 1761. Hermannus κακῶν, quod minime necessarium, quia et χώραν ἄλυπον quominus dicatur nihil prohibet, et καλῶς significare *prospere* potest. ὅπως — καλῶς πράξαιμεν Ant. 271. τοῦ καλῶς πράσσειν Trach. 57. ἄνδρα καλῶς πράσσοντα 229. πράξειν καλῶς 1161. πράσσειν καλῶς Alet. VII. 2 (94 D.). γένοιτο μεντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον Antig. 683. ἆρ' ἔχει καλῶς; El. 780. ἐκεῖνος, ὡς ἔχει, καλῶς ἔχει 781. ἆρά μοι καλῶς ἔχει; 806. καλῶς sc. ἔχει 1332. ὡς — νῦν ἔχει, καλῶς τὰ κείνων πάντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς 1337. (sc. ἔχοντα, v. Herm.). καλῶς ἔχειν Ter. VII. 12 (517 D.). Hinc *fausti* et *prosperi* adest significatio: μῦθοι καλῶς πίπτουσιν Trach. 62. οὖρος ὀφθαλμῶν — αὐτῇ γένοιτ' ἄπωθεν ἐρπούσῃ καλῶς 813. νόμοι καλῶς φέροιντ' ἂν Ai. 1062.

τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς — καλῶς, εἰ δὴ καλῶς Trach. 26. Item laudis et gloriae: καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι Ai. 474., quem versum affert Suidas v. ἀλλ' ἤ, Schol. Plat. p. 142. Ruhnk., schol. Hermog. p. 371. ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν Ant. 97. ἢ γὰρ ἂν καλῶς ἔσωσ' ἐμαυτὴν ἢ καλῶς ἀπωλόμην El. 1312. — 3. De indole ingenita: τοῖς καλῶς πεφυκόσιν El. 977. generosis. τὸ καλῶς πεφυκός Alet. IV. 2 (91 D.). — 4. apte, idonea ratione: πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς Synd. IV. 2 (149 D.). ἄλλη τέμνεται βλαστουμένη καλῶς ὀπώρα Thyest. VI. 8 (239 D.). — 5. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς Oed. R. 1008. plane, prorsus. Illustrant Dorvill. ad Char. p. 691. Wakefield. Silv. Crit. I. p. 161. Schaeferus l. c. et ad Greg. Cor. p. 531. not. — Sed haud male Herm. τά τοι κακῶς εὑρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται Oed. Col. 1189. Libri καλῶς εὑρημένα, nisi quod Laur. B. εἰρημένα, Par. B. Vat. καλά et ἔργῳ. Sed Antigonae Oedipum iratum ad audiendum Polynicen hortaturae minime convenit dicere, *si quid bene excogitaverit, ex oratione perspectum iri.* Rectius dictura erat *mala facta mente instituta dictis prodi*; idque bene concinit cum ante positis λόγων δ' ἀκοῦσαι τίς βλάβη; utile enim futurum erat insidias, si quae erant, noscere.

Comparativus non legitur apud Sophoclem. *Superlativus:* ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ' ὡς ἔχει Oed. R. 1172. κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφεὶς 1380. φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν Ant. 1311 m. *exoptatissime.*

Κάμᾰτος *labor, aerumna.* τόκοισιν ἰηίων καμάτων Oed. R. 174 ch. de partu. τίς οὐ καμάτων ἔνι; Oed. Col. 1234 ch. in vita humana scil. ἥκετ' ἐμῶν καμάτων παραμύθιον El. 128 m. οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι 224 m. — De tono generatim docet Arcad. p. 80, 21.

Κάμνω (ᾰ) *laboro, et dolore:* οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ El. 522. cf. Herm.; et morbo universe: οὐδ' ὅστις νόσου κάμνοντι συλλάβοιτο Phil. 282., quae est edd. vett. scriptura ex Aldi, ut Buttmanno videtur, emendatione profecta; is librorum scripturam νόσον revocavit, κάμνειν νόσον Graece dici affirmans, συλλαμβάνειν τινὶ τοῦ πράγματος certa fide esse, συλλαβέσθαι τινὶ νόσου ambigua. Utrumque refutavit Hermannus et accuratius Lobeck. monogr. figur. etym. P. I. p. 6. edita a. 1832. Sed eadem est codd Flor. Γ. Laur. a. scriptura, modo quod ille fortuito errore συμβάλοιτο. — κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος Trach. 1205. quasi *non defatigabitur*; i. e. nihil ut desideretur, efficiam. — πατὴρ δὲ ποταμὸς Ἴναχος τὸν ἀντίπλαστον νόμον ἔχει κεκμηκότων Inach. X. 5 (288 D.). νόμον (scribendum igitur νομόν) quomodo nisi de *locis* et *sede* intelligi possit, non dispicio: ἀντίπλαστον autem ἰσόπλαστον, ὅμοιον Hesychius explicans cum simili-

bus aliis componit, quibus ἀντὶ eodem sensu componendis prodit. Inde suspicor κεκμηκότας inferos esse s. mortuos, similem inferis sedem habentes, ut dicatur, infra terram demortuum; de quo usu inde ab Homero propagato explicuit Buttm. Lexil. vol. II. p. 237. Confer etiam epigr. adesp. 12. Anth. Pal. I. p. 309. ἤλασεν ἐς Ἀχέροντα διὰ ζοφερὸν κῦμα καμόντων, sc. lacum Acherusiam transvectus.

Κάμπτω flecto. De equi cursu: κάμπτοντος ἵππου El. 734. Inde tralatum de *vitae curriculo finiendo*: ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον Oed. Col. 91. Libri praeter Membr. Br. Ricc. A. R. edd. vett. κάμψειν, quod et Suid. exhibet v. ἐλέγχῃ et τέρμια ἡμέρα. De discrimine Herm. exposuit. De usu loquendi v. Markl. ad Eur. Suppl. 748. Blomf. gl. Agam. 335. — De genu flectendo, ut considas: οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου Oed. Col. 19., quod illustrat Brunckius. Inde transfertur eo ut κάμπτειν solum significet *postquam quo accesseris, considere*: v. Hermann. ad Eur. Hecub. 1052. εὖτε νῦν ἕδρας πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγὼ Oed. Col. 85.

Κἄνἄχή strepitus. De sono tibiarum: αὐλὸς οὐκ ἀνάρσιαν ἰαχὼν καναχὰν Trach. 639 ch. De armis: προσνισσομένους χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας Ant. 130 an. De tono ut in verbali ambiguitas esse non potest, etsi diserte de eo praecipi ab aliquo ignoro.

Κάνθἄρος cantharus. Schol. Ar. Pac. 73.: μεγάλοι λέγονται κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι. Σοφ. Δαιδάλῳ· ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ κάνθαρος τῶν Αἰτναίων πάντων, λέγει δὲ πάντα εἰκάζων εἰς μέγαν (Daed. 173 D. om. Br.).

Κάννἄβις cannabis vel *vestis inde facta*; utro enim modo Sophocles posuerit incertum, cum nihil nisi ipsum vocabulum afferatur ab Antiatt. Bekk. p. 105, 27. ex Thamyr. V, 2 (231 D.). De accentu vitiose videtur statuere Arcad. p. 29, 15., quamquam quod scribit τὰ δὲ κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται, ex eo in tanta mendositate et ambiguitate epitomes inscite factae non efficitur inde penacui, etsi ante dictum τὰ εἰς βις ὑπερδισύλλαβα ὀξύνεται ἢ παροξύνεται. Photius propenacuit; apud Hesychium vitiose scriptum Καναμίς, quod iam ex literarum ordine perspicitur.

Κανών regula. ὥστε τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών Oenom. III. 5 (421 D.). De tono videtur Arcadius praecipere p. 14, 13.: vitiose enim vulgo καμών, cum *scammonia* consensu κάμων scribatur. Acui significat Etym. M. p. 489, 30., periecticis adnumerans.

Κᾰπᾰνεύς n. pr. εὔχεται κατασκαφῇ Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν Oed. Col. 1321.

Κάπετος sepulcrum: τάφρον, ὄρυγμα, βόθρον, θήκην, σορόν explicant Hesych. Suid. Etym. M. p. 489, 48., Erotianus p. 218., Eust. p. 1010, 62. 1376, 20., Argivorum sermoni usitatum fuisse referens schol. Ai. 1144. τάφον, quod servandum videtur apud Hesychium, apud quem corrigitur τάφρον. A σκάπτω duci, quod Suidas tradit, non est ambiguum. Inde et de accentu dubitari non potest, de quo generatim quidem Arcad. p. 81, 18. — σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν τῷδε Ai. 1144 ubi ἰδεῖν explicandum ἐργάσασθαι, secus atque Hermanno visum. κοίλην κάπετον χερσὶ ταχύνατε 1382 ch. cf. Boeckh. N. Cr. ad Pind. p. 394.

Καπηλεῖον cauponam: βλέφαρον κέκληται σοι, ὡς καπηλεῖον, θύρα. Phin. II (636.) ap. Poll. VII. 193. καπηλεῖον ἐργαστήριον explicantem secundum comicos, quanquam atticis scriptoribus, imo Graecis omnibus communiter ita dictum. De tono generatim v. Arcad. p. 121, 11.

Κάπηλος caupo. Σαλμωνεὺς κάπηλος inc. LXXXII. 2, 2 (756 D.). cf. Hemsterh. ad schol. Ar. Plut. 1156. De tono vel nominatim praecipitur ab Arcadio p. 55, 12, καὶ κάπηλος enim vitiose scribitur.

Καπνός fumus. κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν Phil. 934. τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην Ant. 1155. Sententia perfamiliaris veteribus. Pindari verbis comparat Eust. p. 757, 31. v. Intpp. et Monk. ad Eur. Hipp. 958. Apud tragicos priorem syllabam in arsi produci convenit. De accentu v. Arcad. p. 62, 13.

Κάρα caput. Τρίσημον est ultima, ut oportuit propter Homericum κάρη, perpetuo producta; quod τὰ κάρα correpta ultima posuit scriptor hymni in Cerer. 12. (cf. I. H. Vossium p. 10.), et per se parum scite defensum a Ruhnkenio est et plane inauditum de florum glomeribus. Inepte etiam inter κάρη et κάρα distinguit Etym. M. p. 490, 24. idem 491, 1. illud τῆς κάρας flecti affirmans, quae analogiae species recentissimos hanc fefellit, v. Mehlhorn. ad Anacr. p. 170. Sannyrio quidem τὰ κάρα pluralive dixisse videtur apud Athenaeum VII. p. 286, c. sed producta ultima. Solum hoc ex neutris in α producere ultimam observat Herodianus ap. schol. Il. β. 443. coll. Eust. p. 1193, 11. Hinc de tono dubitari non potest.

1. caput hominum proprie significat. κάρα τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι Phil. 614. κάρα γὰρ ὑπτιάζεται 812. κινεῖ γὰρ ὄμμα κἀνάγει κάρα 854. οὐ γὰρ ἂν κάρα πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε Oed. R. 82. λευκανθὲς κάρα 742. v. Musgr. μέσον κάρα διπλοῖς κέντροισί μοι καθίκετο 809. πάντας ἐς πέδον κάρα νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν Ant. 269. κρυφῇ κάρα σείοντες 291. σὲ — τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα 437. κάρα στάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας Ai. 9. κάρα καλύμμασι κρυψάμενον 241 ch. Eust. p. 237, 14. Plerique

libri κρᾶτα habent, quod mutato verborum ordine servari potuit ab editoribus. Similiter in Trach. 1011. nonnelli κάρα pro κρᾶτα exhibent. Sed in Ai. l. c. κάρα certe est in Flor. Δ. παίσας κάρα ᾿θώϋξεν 301. Verba haec affert Moschopulus D. Att. v. κάρα. σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει El. 99 an. — κἀπὶ λουτροῖσιν κάρᾳ κηλῖδας ἐξέμαξεν El. 437. quemadmodum ex schol. iure nunc editur; inepta enim librorum scriptura κάρα, quidquid dicat Monkius, qui de Clytaemnestrae capite per somnia cogitasse videtur. Dativus praeterea legitur Oed. Col. 570. Ant. 1257. quamquam alia vi, et Synd. II. 2. (147 D.): ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ κατάγνυται τὸ τεῖχος. — διὰ κάρα τεμών VIII. 6 (153 D.). De *effigie humana* χάλκειον κάρα Salm. I. 3 (482 D.). — Hinc et ad *animalium* et *arborum capita* transfertur. κάρα προβάλλων ἱππικῶν ὀχημάτων El. 730.; intelligendum enim de equis modo his modo illis ceteros paulum praecurrentibus. τοὐκείνης (αἰγείρου) κάρα Aeg. VI. 2 (24 D.). — 2. Ad *corporis speciem* universe a vultu tralatum deflectitur. Nam de vultu ipso legitur γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα El. 1302. Explicat de προσώπῳ Eust. p. 455, 44. — μηδέ μου κάρα τὸ δυςπρόσωπον εἰσορῶν ἀτιμάσῃς Oed. Col. 286. σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα δηλοῦτον ἡμῖν ὄνθ' ὃς εἶ 561. Cogita de *caecitate*. ἀεὶ σὲ κηδεύουσαν καὶ τὸ σὸν κάρα πτωχῇ διαίτῃ 754. — 3. Alia tralatione a *plagis capiti inflictis* detorquetur ad *aerumnarum sustinendarum* significationem. ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ Oed. Col. 570. ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς — μέγα βάρος μ' ἔχων ἔπαισεν Ant. 1257. *irruit.* Sic recte Erf. improbante Herm. et propter insolentiorem pronominis με collocationem de vitio suspicante. His simile de *urbe* vix *calamitates sustinente*, quasi aquis mersa: πόλις — ἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου Oed. R. 23. — 4. De *proprietate sermonis* in hoc vocabulo primum notandum de *amplexando* et *deosculando* capite gaudii et salutandi causa: v. Dorvill. ad Char. p. 591. ὡς ψαύσω φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα Oed. Col. 1133. Dein de *iureiurando per caput*, v. Valck. Opusc. t. I. p. 27. Lips. ὄμνυ Διός νυν τοῦ με φύσαντος κάρα Trach. 1175. Postremo quod *circumlocutioni personae* inservit. Addito nomine dicitur: ὦ κράτιστον Οἰδίπου κάρα Oed. R. 40. κλεινὸν Οἰδίπου κάρα 1207 ch. Ἰοκάστης κάρα Oed. R. 950. 1235. τὸ Θησέως κάρα Oed. Col. 1653. Ἰσμήνης κάρα Oed. Col. 322. Ant. 1. Cum adiectivo: ὦ κασίγνητον κάρα El. 1155. Ant. 906. κασίγνητον κάρα Ant. 890. ὦ φίλον κάρα Oed. Col. 1627.

Καράτομος detonsus. καρατόμοις χλιδαῖς στέψαντες El. 52. Suid. v. χλιδή, Eust. p. 692, 58. De tono v. quae scripsimus v. ἀνδροφθόρος (ἀνδρόφθορος).

Καρδία cor. 1. de *animo* universe. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις

Ant. 88. τοιαῦτά σου — ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα 1072. *iratus animum tuum vulnere percussi.* Male Erfurdtius καρδίας τοξεύματα coniungit. δάμαρ — δυστάλαιναν καρδίαν Trach. 648 ch. 2. de *iracundia animive motu* qualicunque graviore. καρδίᾳ θυμουμένῃ Ant. 1239. καρδία θυμουμένη cod. Dresd. a. Triclinianus, et Aldina. θλιβομένης τῆς καρδίας Amphiar. I (113 D.). καρδίαν ὠδαγμένος inc. L. 8 (708 D.). 3. De consilio mutando: καρδίας δ' ἐξίσταμαι τὸ δρᾶν Ant. 1092. Livin. καρδίᾳ, Aug. b. a correctore καρδίας δ' ἐξίσταμαι· τὸ δρᾶν ἀνάγκη. Exquisitius illud, nec tam, quod Erfurdtio videbatur, σχῆμα κατὰ τὸ σημαινόμενον, sed infinitivus adverbiascit, *in faciendo* significans (vulgo barbare *quod attinet* explicant): v. Herm. ad Ai. 114.

Κᾶρικός Caricus. Καρικοὶ τράγοι Salm. II. 2 (485 D.). Hesychius: ὡς εὐτελῶν ὄντων. εἰ μὴ ἄρα συγχέων τοὺς Κιλικίους. Acumen hoc grammatici neque poeta curabat neque Athenienses eius aequales, de situ locorum minime solliciti.

* *Καρπομᾰνής, εἰς κόρον ἐξυβρίζουσα* explicans ex Perilao Sophoclis Hesychius affert. Sed aliunde non videtur de ea fabula constare, cuius mentione plane abstinuit Dindorfius. Si vera est scriptura, γῆ subaudiendum videtur intelligendumque de *nimia stirpium fundendarum ubertate:* cf. ἀλομανής, ἱππομανής. κόρον Hesychius pro τροφή dixit.

Κάρπος fructus. Tralate: οὐκ — ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι inc. LVIII. 4 (717 D.).

Καρπόω s. potius καρποῦμαι, medium potior, *fruor.* ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ φήμης — καρπούμεθα Trach. 203. Cf. Boeckh. Expl. Pind. p. 252. Dissen. p. 547.

Κάρτᾰ valde. 1. Cum verbo. κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω Ant. 888. κάρτα ταῦτα δρῶν κυρεῖς Trach. 412. κάρτα μαίνομαι 446. εἰ κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν 463. κάρτ' ἂν ᾤκτισας 893. κάρτ' ἂν εὐτυχεῖν δοκῶ Ai. 257. καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται 523. ἦ κάρτα κἂν ἄλλοισι θυμοίμην El. 1270. — 2. Cum adiectivo et participio. εἰ καὶ μακρὰ κάρτ' ἐστὶν Trach. 1208. κάρτ' ἀνώδυνον κακόν Ai. 551. Affert Suid. v. κάρτα. κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή 577. ἦ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι 1338. ἐκ κάρτα βαιῶν Inach. I, 2 (255 D.). Sed Colch. IV. 2. scribendum κρᾶτα. — 3. Verbum subauditur. εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους Ant. 656. Ibi *profecto* interpretandum. Huc, si recte spectes, omnia illa exempla referenda, in quibus καὶ κάρτα vel ἦ κάρτα responsis servit. καὶ κάρτα (ναίουσι)· τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι Oed. Col. 65. Iam Stephanus post κάρτα vidit esse distinguendum, quam rationem propter dissimillimum locum Ai. 523. sprevit Elmsl. καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν Oed. Col. 302. (sc. φροντίδ' ἕξει). ἦ κάρτα El. 304. (βεβῶ-

τον λέγω). — De tono v. Apoll. de adv. p. 550, 9. Arcad. p. 184, 7. Gr. de Prosod. p. 460. Herm.

Καρτερέω perfero, obduro. ὃς τὰ δείν᾽ ἐκαρτέρουν τότε Ai. 636, de belli casibus. πότερα δέδοκταί σοι μένοντι καρτερεῖν Phil. 1358. *perseverare in malis morbi et solitudinis perficiendis.*

Καρτερός fortis. καὶ τὰ καρτερώτατα τιμαῖς ὑπείκει Ai. 654. Schol. vel. τὰ θεῖα καὶ δέος ἐμποιοῦντα. Verum cum eo affert Suidas τὰ ὑφεστηκότα. — κατὰ τὸ καρτερόν Ter. IV. 2. (514 D.) ubi, si recte scripsit Brunckius, nam apud Stobaeum κατὰ τὸ non leguntur, Ecl. XX. 321. — De tono v. Arcad. p. 70, 22.

Κάρυα corulus. καρύαι μελίαι τε inc. CV. 102. ap. Athenaeum II. p. 52. b., simul de tono praecipientem, ut Arcadius facit p. 100, 20.

Καρχηδών Carthago. Schol. Eur. Troad. 218. Σοφοκλῆς δὲ ἐπὶ τῶν καιρῶν Τριπτολέμου οἰκισθῆναι (φησὶ) τὴν Καρχηδόνα, ἐν οἷς φησι· Καρχηδόνος δὲ κρασπα τιν ἀσπάζομαι (Triptol. 536 D. Brunckio omissum). Illud in cod. ita scriptum. Fortasse emendes κρασπέδων. Suidas κράσπεδα· ἄκρα ὄρους, αἱ πρόποδες, καὶ ὁμαλὰ καὶ λαπέδα. Euripides Thes. 8. πεδὸν παρ᾽ αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας. ἀσπάζομαι ut θιγεῖν cum genitivo dici posse videtur. Bergkius Comm. de Soph. fr. p. 30. κράσπεδ᾽ ἦν. Sed melius rem Hermannus expedivit, προστάτης.

Καρχήσιον carchesium. οἶτα καὶ καρχήσια Tyr. VIII. 2 (580 D.).

Κασίγνητος et ἡ. 1. Adiectivum, *fraternus.* ὦ κασίγνητον κάρα Ai. 1155. Ant. 906. κασίγνητον κάρα Ant. 890. — 2. Substantivum, κασίγνητος *frater,* κασιγνήτη *soror.* Illud: τὸν κασίγνητον μολεῖν Oed. Col. 1186. τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τύχη 1331. γελᾶσθαι καὶ κασιγνήτου πάρα 1425. δυσπότμων κασιγνήτω γάμων κυρήσας Ant. 862 ch. τοῦ κασιγνήτου τί φῄς — ; El. 309. ἴσως μὲν τὸν κασίγνητον, βίᾳ θάλλοντά γ᾽ εἰσορῶν 939. ἐκ — κασιγνήτων θ᾽ ἅμα 957. ὦ κασίγνητε 1293. τῷ κασιγνήτῳ Ant. 21. Sed El. 965, ἰδέσθαι τόδε τῷ κασιγνήτῳ sororem significat. Libri et Eustathius p. 723, 16. in scriptura consentiunt; Lascaris Opusc. gr. p. 146. ὁ περὶ τῶν λέξεων exhibet τάδε τῷ κασιγνήτῳ. — ὦ — πατρὸς καὶ κασιγνήτης ἐμοὶ ἥδιστα προσφωνήματα Oed. Col. 325. καὶ τὰν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω καὶ κασιγνήταν 1094 ch. ὦ κασιγνήτη El. 321. Ant. 49. κασιγνήτη Ant. 540. τοῦ τεθνηκότος γ᾽ ὕπερ — τῆς κασιγνήτης θ᾽ ὁμοῦ El. 545. σῆς κασιγνήτης δίχα 1126. πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης El. 12., quod memorat Eustath. p. 410, 35., ostendens non abundanter adiectum alterum alteri, cum minime omnes ὅμαιμοι etiam κασίγνητοι sint, ut καὶ explicative additum videatur (et *quidem*). De accentu in manifesta vocabuli compositione (quasi *natum i. e. germanum*

fratris dicas) non video ambigi: nec quisquam ut praeciperet opus esse censuit.

Κάσις frater. τίς ἄν σε — σὺ κατακτεῖναι, κάσι; Oed. Col. 1442. De accentu etsi nescio quis nominatim praeceperit, dubitari tamen non videtur, cum vocabulum nec παρώνυμον sit (Arcad. p. 34, 22.) nec derivatum omnino.

Κασταλία fons. Κασταλίας τε νᾶμα Ant. 1107 ch.

Κατά (⏑ –). I. *Adverbiascit* in tmesi. κατὰ μὲν φθίσας τὰν γαμψώνυχα παρθένον Oed. R. 1198 ch. κατά με φόνιος Ἀίδας ἕλοι Oed. Col. 1686 m. κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν κλαῖον Ant. 965 ch. κατά μοι βόασον οἰκτρὰν ὄπα τοῖς ἔνερθ᾽ Ἀτρείδαις El. 1056 ch. Schol. contorte κατακλόασον et χθονία ex prioribus repetitum coniungit. His exemplis communis subest significatio *deorsum*; in Electrae loco ad *famam ad inferos permeantem* translata, in reliquis ad *divinandi* vel *de medio tollendi* locutiones, quae a instantibus desumptae sunt. Sed in κατ᾽ αὖ νιν — θεῶν ἀμᾶ κόνις Ant. 597. *tegendi* inest sensus, ut inferiorem quasi partem obrutus teneat.

II. Tanquam *praepositio*. A. Cum *genitivo*. 1. *Sub* significat, ut etsi a *deorsum* inclinat significatio apud Sophoclem certo non reperitur, quae primitiva est et apud alios frequens. De *inferis* dicitur, v. Valck. ad Hipp. 836. Blomf. ad Aesch. Pers. 633: ὃ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος Oed. Col. 1690., ubi Reisigius καθειμένος coniungendum statuit. προςφωνηθῇ ὑμῖν καὶ τῷ κατὰ γῆς 1778. De *sepultura*: κατὰ χθονὸς ἔκρυψε Ant. 24. — 2. *Versus.* βᾶτε κατ᾽ ἀντιθύρων ὅσον τάχιστα El. 1427. Schol. παρέλθετε κατὰ τὸν ὄπισθεν τῆς θύρας μυχόν. Quod si quis *ex vicinitate e regione ianuae* interpretabitur, non intercedam; sed motus illuc facti procul dubio inest significatio. Male Bernhardy in Synt. p. 239. de *motu* alicubi explicat, siquidem oracula eius intelligi licet. Inde dictum καὶ ψῇ κατ᾽ ἄκρας σπιλάδος Trach. 675. non *in glarea*, sed *proiectum in glaream*. — 3. A locis ad actionem facta traductione κατά *contra* significat, de re maxime *infenso animo* et *nocendi causa* suscepta. λόγων ὅσ᾽ ἂν θέλῃς καθ᾽ ἡμῶν ἔσχατ᾽ ἐσχάτων κακά Phil. 65. τοὐπίκλημ᾽ ὑπεξελὼν αὐτὸς καθ᾽ αὑτοῦ Oed. R. 228. οἳ — καθ᾽ αὑτοῖν δικρατεῖς λόγχας στήσαντ᾽ ἔχετον — θανάτου μέρος Ant. 145 an. κατὰ δ᾽ ἄν τις ἐμοῦ τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι Ai. 155 an. ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι καθ᾽ ἡμῶν 247 ch. λόγους — τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα 225. ὅσην κατ᾽ αὐτῶν ὕβριν ἐξελύσατ᾽ ἰών 297. quantum in eos ultionem exercuisset. Cf. Abresch ad Aesch. Ag. 280. οὐκ ἄν ποτε δίκην κατ᾽ ἄλλου φωτὸς ὧδ᾽ ἐψήφισαν 441. σὲ δ᾽ ἢ τὰ δεινὰ ῥήματ᾽ ἀγγέλλουσ᾽ ἐμοῦ κλήρω

καθ' ἡμῶν — χωρεῖν ; 1206. — 4. In eiusmodi sententia saepe additum verbis compositis nemo desideraret casu nominis mutato. *τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας;* Phil. 328. *καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται* Oed. Col. 1341. cf. *πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα ;* Ai. 948. Metrica potissimum ratione ductus Porsonus ad Hec. p. 1214. et in Suppl. praef. p. XXVIII. corrigebat *τί δῆτα τοῦδέ γ' ἐγγελῷεν ἂν κάτα*, quod rectissime refutavit Lobeckius p. 376. Geminum est enim *εἰ κατ' ἐμοῦ τακομένας μᾶλλον ἐπεμβάσει* El. 824 m.

B. Cum *accusativo*. 1. Antiquissimus ille videtur usus, quo inest significatio *sequendi motum deorsum factum*. Homericorum *κατὰ ῥόον* pauca similia sunt. *ῥείτω κατ' οὖρον* Trach. 468. *κατ' ἴχνος ᾄσσω* Ai. 32., non *vestigii consequendi causa festino*, sed *vestigia sequor*. — 2. Hinc *causa motus* declaratur: *πῶς — ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά — ;* Trach. 55. Nec minus ita intelligo Polyid. V. (465 D.). *τοὺς γλαμυροὺς κατὰ φορβάν*: dictum enim de avibus, cibum, ut videtur, quaesituris. De hoc usu observans schol. Il. *α*. 423. versum Sophoclis nemini animadversum attulit: *ἐγὼ κατ' αὐτόν, ὡς ὁρᾷς, ἐξέρχομαι.* Erit inc. 968 D. — 3. Dein *fieri aliquid alteri consentaneum: ex, secundum*. *κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος δότε πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα* Oed. Col. 102. *Θησεύς, κατ' ὀμφὴν σὴν ὃς ἐστάλη, πάρα* 556. *εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ* 1765 an. *θρόνους ἔχω γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων* Ant. 174. *εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις* Oed. R. 1087 ch. *quantum cupio, ex animi sententia*; quae sola rei conveniens explicatio Hermanno quondam probata Mus. Stud. Antiq. vol. I. p. 168. nunc ab ipso nescio cur languidior dicitur. *μὴ μὲν οὖν καθ' ἡδονὴν θάνῃς* El. 1495. *πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν* Trach. 196. *εὖ δὲ προσφωνούμεθα, γύναι, κατ' ἔργου κτῆσιν* 229. Recte docet Hermannus Oechaliae expugnationem, rem magnam et laetabilem, non nuntium acceptum spectari; praepositionis tamen in utroque eadem significatio. *καὶ πράξειας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν* Iol. I, 2. (282 D.) ad Iobaten Gottholdus refert. *κατὰ τὸ καρτερόν* Tyr. IV, 2. (514 D.) si recte Brunckius *κατὰ τό* apud Stob. omissum invexit. — 4. Hinc *mensurae* et *moduli* deflexa ratio. *τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα* Oed. R. 88. *secundum id quod rectum est*, i. e. *recte*. *ὅς τ' ἐμὰν γᾶν — κατ' ὀρθὸν οὔρισας* 696 ch. *in pristinum statum restituisti*. *καθ' ὑπερβολὰν ἐκράτησας τοῦ — ὄλβου* 1197 ch. = *ὑπερβολικῶς, μεγάλως*, v. Bernhardy l. c. p. 240. 241. Maxime usitata *μεῖζον ἢ, θᾶσσον ἢ, οὐ* et *μὴ κατά* de re modulum virium superante. *τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς ;* Oed. Col. 604. *τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν* Trach. 1016 m. *φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρα* Ant. 764. *δεῦρ' ἦξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός* Oed. Col. 894.

ὅστις — μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ Ai. 748. οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν 764. Referam huc et καθ' αὑτὸν *per se solum*: τὸ — ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται μόνον καθ' αὑτὸν Oed. R. 63. ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν Oed. Col. 970. — 5. De *loco* ponitur minus finite, ut *in*, *ad*, *iuxta*, *circa quid* versari aliqua res dicatur. Ἰξίονα κατ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλε Κρόνου παῖς Phil. 674. *rotae illigavit.* εἴσω κατ' αὐτὸν (χῶρον) εὐστομοῦσ' ἀηδόνες Oed. Col. 18. ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται 67. τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ, δημόταις 78. κατ' ἀγρίαν ὕλην — ἀλωμένη 349. ὡς καθ' ἡμᾶς ἔσθ' ὁ πληθύων λόγος 378. *apud nos*, i. e. Thebis, fama est. ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμιν ἐγγενής ἐστι 1169. κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος Διὸς καταστράπτοντος Trach. 436. *in Oetae cacumine fulgurantis*: nam *Oetam fulmine feriens* dicendum fuit κατ' ἄκρου νάπους. ἐν πόντῳ κατά τε δρία πάντα καθαίρων Trach. 1008 m. τοῦ κατ' ἄστρα Ζηνὸς αὐδηθεὶς γόνος 1096. κατὰ βάρβαρον αἶαν El. 95 an. θεᾶς παίζων κατ' ἄλσος 567. κατὰ στέγας El. 274. 1300. Oed. R. 637. Oed. Col. 340. κατ' οἶκον Ai. 1000. *domi paternae*, in Salamine. μίμνων τήνδε κατ' Ἰδαίαν χθόνα Polyx. l. 1 (468 D.). Hoc emendatione eget, ι enim in Ἰδαῖος producitur. Scribo τῇδ' ἐπ' Ἰδαίᾳ χθονί. πλούτει κατ' οἶκον Ant. 1153. *domi*, i. e. in re domestica. Sed Trach. 528. significat *intus*, ut Phil. 467. Oed. Col. 344. El. 917. 1465. Trach. 686., et ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον Trach. 930. *edoctus a famulis*; οἱ κατ' οἶκον domestici El. 1136. σπουδὴ κατ' οἶκον ἐγκεχρυμμένη inc. CV. 30, 1 (823 D.). Sed κατ' οἶκον ἀνδρόφρων γυνή XXV. (680 D.) incertum est. Haec non satis distinxit Valck. ad Herod. VI. 39. — κατ' οἴκους semper *intus* significat. Oed. R. 1447. Ant. 527. Ai. 65. κατὰ στέγας ἰέναι dictum Oed. R. 637.: reliquis locis *mora in loco* significatur, quod observavit Herm. ad Eur. Ion. 327. Deflexa hinc sunt haec: καιρὸς καὶ πλοῦς ὅδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην Phil. 1437. *a puppi ventus*. Et de *corpore* dictum: προσπτύσσεται — χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον Trach. 766. πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν ἤλαυνε παίων Aeg. III. 1. (21 D.). De *vultu*: κατ' ὄμματα τῷ νυμφίῳ Ant. 756. *ante oculos*. Dubito quomodo intelligendus sit locus Ai. 762.: καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη. Hermannus *quod in me est* explicat; malim ego *qua parte nos constitimus*. Pessime Brunckius: *in eam, quam nos tutamur partem, vis pugnae non perrumpet*, quasi cuperet Aiax, ne sibi periculum fiat ab hoste. — 6. Prona est a locis *ad tempus* tralatio; inprimis in locutione καθ' ἡμέραν vel κατ' ἦμαρ. Ea vel *quotidie* significat et *quotidianum*, vel *hodie* et *hodiernum*; etiam *interdiu*. Illud: ὦ θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος οὕτω κατ' ἦμαρ οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτέ; Phil. 787. θάλλει — κατ' ἦμαρ αἰεὶ νάρκισσος Oed. Col. 688 ch. ἄλλους ἐπαιτῶ

τὸν καθ' ἡμέραν βίον 1366. τὸν [illegible] καθ' ἡμέραν Creus. V. 3 (326 D.). τὸ κατ' ἦμαρ πορσύνων inc. XXVII. 4, 1 (686 D.). καθ' ἡμέραν ἀεί inc. C. 4 (779 D.). Alterum: καθ' ἡμέραν τὴν νῦν Oed. Col. 3. Ai. 753. κατ' ἦμαρ τὸ νῦν Ai. 740. Sed νῦν non minus omittitur: τέθνηκέ σοι τὸ κατ' ἦμαρ ἔσται Phil. 1078 m. τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ Oed. Col. 1081 ch. δαίμων εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν El. 987. Tertium: κατ' ἦμαρ αἰεὶ κατ' εὐφρόνην ἀεί El. 251. die et nocte i. e. perpetuo. πόνον νόσον ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν Nioh. VI. 3 (400 D.). Sed μίαν καθ' ἡμέραν est uno die: Ant. 55. 171. Distinguitur ἐφ' ἡμέραν et καθ' ἡμέραν Seidlero ad Eur. El. 426, sed illud discrimen non semper observatur. — 7. Altera ratio figurate dicendi est significandae rerum conditionis intercedentis rationisque, qua quid fit (circumstantialis, quam vocant, significatio). ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταλιθεὶς κυρῇ Phil. 30. Compone καθ' ὕπνον κατακλιθεὶς prout dormientes solent. κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου 247. κατ' αὐτὸ τοῦτό γε ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξεφθάρμεθα 436. hac ipsa occasione utens. τί με κατὰ σκότον ποτὲ διεμπολᾷ — ὁ ναυβάτης 574. clam. ὁρμᾶται κατ' ἐμπυκτήρια πώλων ἀμβάσεις Oed. Col. 1070 ch. ἔγνω — τοὔργον κατ' ὀργὴν ὡς ἐφήψατο τόδε Trach. 929. iratus. καθ' ἑκόντ' ὄντα 966 [illegible] ἔλαφον, οὗ κατὰ σφαγὰς ἐκκομπάσας ἔπος τι τυγχάνει βαλὼν El. 568. Dure et inepte σφαγὰς iugulum interpretatus Monkius sic coniungit κατὰ σφαγὰς τυγχάνει βαλών. Hermannus proponit οὗ κατὰ, σφαγὰς ἐκκομπάσας ἔπος τι τυγχάνει βαλών elegantius tamen κατασφαγὰς scribi ratus, et ita elidit, coniungantur ut ἐκκομπάσας κατασφαγάς. Non nego sic rotundam effici sententiam: sed nonne vulgata praeferenda: cuius in caede gloriatus insolescendo locutus est? Bernhardy l. c. p. 239. caedis causa interpretatur. Rectius autem quis de caede quam propter caedem gloriatur. — 8. Hinc sunt adverbiales locutiones. σκληρᾶς κατ' ἀνάγκαν ἕρποντος Phil. 206 ch. gravi laboriosoque incessu incedentis; nam ineptum esset secundum necessitatem. αἱ ξυνναυβάται ὅτου καθ' ὁρμὴν δρώσιν 562. i. q. ὁρμητικῶς, studiose. ἃ κραίνεται κατ' ὄμμα Trach. 102 ch. v. Herm. Alias, idque supra notavimus, κατ' ὄμμα coram, in conspectu significare amat. Aliter dictum λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν Trach. 378. quae Eustath. laudat p. 792, 20. τῇ θέᾳ λαμπρὰ interpretatus. ὄμμασιν δεδορκὼς, οὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων Trach. 744. non fando accepta re: rectius hoc explicatur Abreschio ad Aesch. Choeph. 571. quam Bernhardyo Synt. p. 239. — 9. Duo exempla sunt, quibus κατά in significatu de facto dictum, sed non genitivo iunctum casu, quod is solius infesti et hostilis animi vim refert: [illegible] Ai. 1378. secundum meam sententiam nimis diceretur inepte. Sed non differt ab illa genitivi ponendi ratione Lucaen. II. 3.

(337 D.) [illegible] Ἀργείοις [illegible]. Nisi forte [illegible] Ἀργείων scribendum est.

III. *De forma et scriptura.* 1. κ α τ α ί, quod agnosci videtur ab Apoll. de Synt. p. 309, 20, Sophocleum certe non est, nec satis distincte Apollonius loquitur. Quamquam κατα[illegible], quippe mensuram duarum morarum excedens ab anastrophe excludit Herod. ap. Ioann. Alex. τον. παραγγ. p. 27, velut ἔνεκα, παραί, διαί, [illegible]. — 2. Anastrophe afficitur vocabulo recto postpositum [illegible] κάτα Ai. 295. τοῦδε κάτα 948. Contra disertissimos testes κ α τ ά reflectere tonum solus negat Etym. M. p. 123, 24: quae verba fortasse corrupta sunt; nisi l. c. versu 34 alius grammaticus ab Etymologo exscriptus anastrophen admittit, nisi quid inter praepositionem et casum interiiciatur. Sed certiores testes sunt Apoll. de Synt. p. 300 et 308 Etym. M. p. 42, 11. p. 94, 14. Arcad. p. 120. A verbo seiunctum et praemissum penacute nonnunquam Hermannus scripsit, cuius si quae sunt rationes, contra manifestum Veterum consensum valere non debent. Vide Herod. ap. schol. Il. α 258. [illegible] 4. [illegible] 188. 827. Unum illud, quod excipiunt, si praepositio ad superiora [illegible] trahendum esset, (v. schol. Il. [illegible]) non habet exemplum apud Sophoclem. Quamquam Hermannus sibi minime constitit, scribens [illegible] [illegible] Ant. 597, sed [illegible] 965. coll. Bacch. 82. 83.

Καταβαίνω descendo. Ad inferos: Ἀΐδαν [illegible] Ant. 816 an. Ad [illegible] ἄκοιτιν [illegible] ἀμφίγυον [illegible] πρὸ γάμου — Trach. 509 ch.

Καταγλαΐσασθαι [illegible] Hesych. ex Athan. II. 3 (1 D.)

Κάταγμα. κατάσπασμα ἢ μήρυμα Phot. p. 135, 11. Suidas ex Timaeo, apud quem vitiose scriptum p. 163.: ἐρίου κατάσπασμα ἢ μήρυμα. Hoc κοινόν appellat Moeris p. 215. Ammonius ἐρίου [illegible] v. Valck. Amm. p. 117. Ruhnk. ad Tim. l. c. — τὸ γὰρ κάταγμα [illegible] [illegible] — [illegible] φλόγα Trach. 692. Eustath. p. 1593, 09. 1419, 23. grammaticos illos sequens τὸ [illegible] ἔριον, id est *tractum laneum,* [illegible] interpretatur. Sed non servavit sermonis proprietatem Sophocles: *villum lanae* significavit, [illegible] λάχνην v. 687.

Καταγνύναι. [illegible] Synd. II. 3. (147 D.) matula.

Κατάγω deduco; inde [illegible] [illegible] [illegible] inc. CV. 126. (783 D.); si certa scriptura Etymol. M. p. 690, 8. Nam versus tragici nomine [illegible] sententia apud Plut. Mor. p. 76.

legitur, unde *κατίσχεσιν* scribendum suspicatur Brunckius v. *μολυβδίς.* — *pass.* est *portum intrare.* *Σίγειον κατηγόμην* Phil. 356.

Καταδέρκομαι intueor. *τόδ' ἀπήληκτον μακίας ἄνθος καταδερχθείς* Trach. 995 an. Sic Herm. emendavit vulgatum *καταδερχθήναι,* quod ineptissima ratione defendit Apitz. ad v. 976.; sed non sensu solum, verum et propter necessarium paroemiacum immutari debuit.

Κατάδηλος manifestus. *σκαιοσύναν φυλάσσων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται* Oed. Col. 1216 ch. me *iudice manifestam stultitiam prodit.* Cf. C. F. Hermann. ad Lucian. de Hist. Conscr. p. 96.

Καταζεύγνυμι vincio. *κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη* (*Δανάη*) Ant. 938 ch. Schol.: *κατεκλείσθη ὑπὸ τὸν κιβωτόν. ἢ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς ἀνάγκης ἦλθε καὶ τῆς εἱμαρμένης. ἢ κατεζεύχθη συνελθοῦσα τῷ Διί.* Harum explicationum vera esse nulla potest: ultima incredibiliter ineptit.

Καταθνήσκω morior. Quanquam Atticis certe hoc verbum *ἀθησαύριστον* fuisse videtur, cum non reperitur nisi aoristus. *ἥδιστον δέ μοι τὸ κατθανεῖν ἦν* Oed. Col. 436. *μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας οὐδὲ κατθανεῖν ποτε* 614. Contra libros ex Philostrato p. 553. Brunckius dedit *οὐδὲ μὴν θανεῖν.* *σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν* Ant. 551. *δεδογμένα — τήνδε κατθανεῖν;* 572. *αἰεὶ κατθανεῖν ἐπευχόμην* Trach. 16. *ἡμέρα — προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν;* Ai. 471. v. *ἀνατίθημι.* — *πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;* Ant. 460. *ὁ κατθανὼν κίνυς* 511. Brunckius *ὁ κατὰ χθονὸς* ex codd. K. T. Dresd. a. et marg. Turn. non sollicitus de anapaesto versum vitiante. Sententiam vulgatae ne quis obscurum vel tautologon putet, caverunt H. Stephanus et Erfurdtius. *εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο* Ant. 897. *πόσις γὰρ ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν* 900.

Καταιδέομαι revereor. *τὸν — νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν καταίδεσαι* Oed. R. 654 ch.

Καταινέω annuo. *καταίνεσόν μή ποτε προδώσειν τάσδε* Oed. Col. 1629. Affert Suid. v. *καταινέσαντος.* *κατήνεσεν τάδ' ὅμως δράσειν* *ξένῳ* 1633. *καταινέσαντος* illud Sophocli tribuit Suidas l. l. explicans *συγκατατεθειμένου.* De loco Oed. Col. 433. v. *κατανύω.*

Καταισθάνομαι persentisco. *ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον* Oed. R. 422.

Καταισχύνω dedecoro. *τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν* El. 599. i. e. non a te degeneravi, tibi similis sum. Illustrat verbum Wyttenb. ad Plut. de Sent. Prof. in Virt. p. 86, F. Medium *vereor, pudet.* *οὐ καταισχύνει θεούς;* Phil. 1368. Libri plerique *καταισχύνειν.* Veram scripturam a Tricl. servatam nunc firmant Flor. Γ. Laur. a., in quo quidem *κατ' αἰσχύνῃ.* *καταισχύνῃ* apud illum scribitur. *εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ'*

ἔτι γένεθλα Oed. R. 1424. Verum cum quatuor aliis affert Suidas v. *βοσκήσομεν*.

** *Κατακαίνω occido.* *ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν κατέκανον* Ant. 1321 m. Emendatio certissima est, ut videtur, G. C. W. Schneideri. Libri contra metrum omnes *κατέκτανον*; Triel. *κατέκτα*, id est *κατέκταν*. Brunck. *ἔκτανον*. Herm. *κάκτανον*. Hesychius ex hoc fortasse loco *κ α τ έ κ α ν ο ν*, *κατέκτεινον* (scr. *κατέκτανον*).

Κατακηλέω lenio. *ὃς τήνδ' ἄτην κατακηλήσει* Trach. 998 an. Schol. *θεραπεύσει*.

* *Κατακλίνω* v. *καταυλίζω*.

Κατακοιμάω consopio. *οὐδὲ μάν ποτε λάθα κατακοιμάσει* Oed. R. 870 ch. Pro *μάν* *μ ι ν* est in Laur. C. nullius ponderis libro et Flor. *Γ*. Nescio an inde Elmsleius coniecerit *μή ποτε λάθα κατακοιμάσῃ*, quod recepit Herm., quia Laur. tres, Flor. *Δ*. Pal. *κατακοιμάσῃ*. — *καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα* 1222 ch. *requievi a malis.* Libri plerique *κατεκοίμισα*; sed illud Laur. A. Flor. *Δ*. *Θ*. Dresd. b. Aug. a. edd. vett.

Κατακρας. Dubium esse non potest ex *κατ' ἄκρης* compositum adverbium esse, quod apud Homerum sic semper duabus scribitur vocibus, v. Heyn. ad Il. *ν*. 772.; nec minus apud Herodotum, v. Schweigh. ad VI. 18. Adversatur Etym. M. p. 494, 36. a *κατὰ κράτος* duci volens; sed statim sequitur alius grammatici observatio ab *ἄκρα* quamvis obscurius repetens, velut etiam Eustathius facit de Homerico *κατάκρηθεν* disputans p. 1257, 54. 1701, 41. Videntur fuisse qui distinguerent *κατ' ἄκρας* et *κατάκρας*; Hesychius certe *κ α τ' ἄ κ ρ η ς* interpretatur *κατὰ κορυφῆς, κατὰ κράτος*, et alio loco positum *κ α τ ά κ ρ α ς* *τὸ ἐξ ἐφόδου καὶ τὸ αἰφνίδιον*. Quae quomodo conciliari possint, iam Sylburg. monuit ad Etym. M. l. c. coll. Casaub. ad Theophr. Char. VIII. 83. Valck. ad Phoen. 1183. et ad fr. Callim. p. 130. Nitzsch. ad Hom. Od. V. 313. Ab urbibus enim quarum inprimis firmae arces sunt, capiendis, quod *κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν* Euripides dixit, ad *vim et impetum capiendi* tralatum universe; inde *τὸ αἰφνίδιον*. Apud atticos hinc eo deflexum, ut omnino significaret *violenter*, cf. Bernhardy Synt. p. 238.; inde *penitus, plane*, quod vi maxime perficitur victoria. Suidas: *κ α τ ά κ ρ α ς, ἐπίῤῥημα· δι' ὅλου, παντελῶς*. — *ὡς καὶ τόνδε κατάκρας δειναὶ κυματοαγεῖς ἆται κλονέουσιν* Oed. Col. 1244 ch., quod *graviter, violenter* explico, non a *puppi* cum Nitzschio ad Odyss. V. 313.; non a *navigante* potius sed a *merso fluctibus* desumpta figura. — *ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς — ἠθέλησε μὲν πυρὶ πρῆσαι κατάκρας* Ant. 201.

Κατακρυφή celatio. *οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν* Oed. Col. 218 m.

Corrupte Suidas κατατρυφή, καταφυγή. ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω κατατρυφήν. ἀντὶ τοῦ ἀποφυγὴν τοῦ μὴ εἰπεῖν.

Κατακτάομαι *paro mihi.* εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά Ai. 1235. θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ κράτος κατακτήσαιτο Ai. 755. Affert cum duobus versibus sequentibus Suid. v. ὁμοῦ. τὸν Οἰνέως γάμον οἷον κατακτήσαιτο λυμαντὴν βίου Trach. 790.

Κατακτείνω *occido.* Sophocles non nisi aoristis usus est, pro ratione metri utroque. πατέρα κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ Trach. 737. λῃστὰς ἔφασκες αὐτὸν ἄνδρας ἐννέπειν ὥς νιν κατακτείνειαν Oed. R. 843. Sic tres Brunckii codd. Trin. Dresd. In Laur. a. a prima manu, Pal. κατακτείνειεν, in Flor. Γ. κατακτείνειεν. Edd. vett. κατακτείναιεν. κατακτεῖναί μ' ἑλὼν Ant. 493. ἄμφω — κατακτεῖναι νοεῖς; 766. Ex Laur. A. adnotatum κατακτανῆν (vel κατακτῆναι). εἰς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον Oed. Col. 979. πατέρα κατακτανεῖν Oed. R. 826. οὐ κεῖνός γ' ὁ δύστηνός ποτε κατέκτανε 856. πατέρα — κατέκτανεν El. 271. ἔνθαπερ κατέκτανες πατέρα 1487. De Ant. 1321. v. κατακαίνω.

Κατακῡρόω *decerno, constituo.* μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι Ant. 927 an. V. Schaefer. ad Hecub. Porsoni 219.

Καταλγέω *graviter doleo.* καταλγήσας λέγω Phil. 368.

Καταλείπω *relinquo.* μή με καταλίπῃς μόνον Phil. 798.

Καταλλάσσω *consilio placo.* θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου Ai. 731. Musgr. intelligit ἕνεκα ad χόλου. Sed recte schol. ὅπως τὴν ἔχθραν κατάθηται καὶ διαλλαχθῇ τοῖς θεοῖς ἀπὸ τοῦ χόλου.

Καταλῡσιμος *solubilis,* inde *quod finiri potest.* οὔ ποτε καταλύσιμον, — ἁμέτερον οἷον ἔφυ κακόν El. 1238. Livin. v. καλλύσιμον. Ceterorum MSS. scripturam etiam Suidas tuetur v. ἀνέφελον. V. Hermann., apud quem errore typothetae versus 1238—1241. Oresti continuantur.

Καταμβλύνω *obtundo.* τοὐμὸν παρεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ Oed. R. 688. gl. ἐκλύων, καταμβλύνων, ἄθυμον ποιῶν.

Καταμελέω *negligo.* εἰ κατημέλησ' ἐγὼ Ai. 45. Affert Eust. p. 571, 10. 1564, 19. Thom. M. p. 269, 1. ἐγὼ δὲ — κατημέλησα Ai. 895.

Κατάμεμπτος *vituperabilis.* τό τε καταμέμπτον ἐπιλέλογχε πύματον γῆρας Oed. Col. 1236 ch. senectus invisa. οὔ τοι κατάμεμπτ' ἔβητον 1693 ch. Schol. οὐκ ἐν τοιούτοις ἐστὲ ὥστε καταμέμφεσθαι. ἢ οἷον οὐκ ἐν χείρονι νῦν ὑμῖν ἔσται τὰ πράγματα. Εὖ βεβηκέναι v. 979. comparat Elmsleius, Reisigius explicat *non iniquam conditionem nactae estis (seid nicht schlimm gefahren)* quod si aptum chori personae futurum est, ad Hermanni rationem recidit: *non ita venistis Athenas, ut conqueri debeatis.*

Κατανθρακόω *ad cineres redigo, concremo.* σῶμα φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον El. 58. Suid. v. φλογιστόν.

Καταἰτχάω supero. ὅταν οἵ γ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν κατανικῶνται Aload. VII. 3 (105 D.).

Καταντίον contra. χὠ καταντίον θανὼν Ant. 508. Eteocles est in pugna cum fratre occisus. Vat. Aug. Dresd. et codd. Brunckii praeter membr. (et Aldum) κατὰ χθονὸς νέκυς, quod ineptiarum damnat Brunckius, sed non plane absurdum est, quippe Eteocle ipsius iussu humato. De tono vocabuli ἄντιος Arcad. p. 40, 21.; de ἐναντίος idem p. 86, 7.; in quo cum ἐν παρέλκειν, id est ad sensum non desiderari dicit, par causa accentus servandi fuit in καταντίος.

Κατανύω perficio. ὡς θέλοντι τοὐπ' ἐμοὶ ποτὲ πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν Oed. Col. 433. *donum perfecit poscenti* i. e. dedit. Libri pauciores et deteriores B. T. Vat. Farn. κατήνυσεν, quod secutus Brunckius. Laur. B. κατ' ἤνυσεν. φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν El. 1443. Affert Eust. p. 405, 17. et Moschop. Dict. Att. v. προξενῶ. Brunckius explicat κατήνυσαν τὴν ὁδὸν εἰς φίλης προξένου οἶκον: non male alterum, sed ut προξένου κατανύω id sit quod εἰς πρόξενον, nemo unquam efficiet. Glossae et schol. cod. Lips.: ἤνυσαν κατηνέχθησαν, κατῆραν, ἤνυσα τὴν ὁδὸν ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ ἐπληρώσα. κατήνυσα δὲ, εἰς λιμένα ἢ εἰς καταγώγιον. Κατά et *ad* et *contra* significans monet Herm. ambiguam reddere orationem, ut Aegisthus *mulieres illos esse hospitam amicam* intelligat, Electra autem in mente habeat *confecerunt rem contra hospitam.* Monkius καθήνυσαν scribendum suadet: v. ἀνύω.

Καταξαίνω lacero. πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν Ai. 715. Schol.: διαλυθεὶς ὑπὸ τῶν πετρῶν quod nihili. A lana carminanda ductum vulnera inflicta corpori significat. Photius p. 140, 2. καταξανεῖ, κατατρίψει; λίθοις αἱμάσσειν et μαστιγοῦν Suidas explicat; κατατρίβειν et βασανίζειν, quod ipsum verberationem spectat, Hesychius. Cf. Markland. ad Suppl. 503.

Κατάξιος condignus. παῖδα — κατάξιον δ' ἐμοῦ Phil. 997. *meis moribus dignum* i. e. convenientem. Suid. v. ὑγιές.

Καταξιόω decerno. σύ τοι κατηξίωσας Phil. 1084 ch. *decrevisti tibi mala illa,* i. e. contraxisti. Non accurate schol. περιεποίησας τὴν νόσον, σὺ σαυτῷ τούτων πρόξενος γέγονας.

Καταξίως condigne. δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως οὐδ' ὧν πέφυκας Oed. Col. 915. Elmsl. mavult κατάξια; defendit vulgatam Herm. οὔτ' ἐμοῦ καταξίως πράξεως οὔτε τοῦ πορεύσαντος ξένου El. 790. De omisso, ut videtur, ἂν v. ἄν. Erf. ex cod. Ien. κατ' ἀξίαν. Monkius scilicet soloecismum sublaturus κατάξι' ἄν.

Καταπειλέω comminor. πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν Oed. Col. 665. In libris et Suida v. πολλαὶ δ' ἀπειλαί post hoc vocabulum distinguitur, quasi subaudiri liceat εἰσίν. Audacius

minas minari dicit, v. Herm.; ut recte intellexerit schol. — ἀχρημφεῖς τῶν κατηπειλημμένων Oed. Col. 1149., quae memorat Eust. p. 604, 30.

Καταπεφνεῖν occidere. Anthypotacton est; sed praeter indicativum et participium nihil usquam reperiri suspicor. κατέπεφνες τόνδε συνναύταν Ai. 886 ch. γένυς, ἅ νιν κατέπεφνεν (Ἀγαμέμνονα) El. 477 ch. De participio acuto v. Etym. M. p. 356, 4., idem eos refutans qui praesens exstitisse πέφνω putarint. Haec ex copiosa doctrina fluxerunt Herodiani ad Il. π. 827., adversati Aristarcho penacuenti contra rationem.

Καταπίπτω decido. εἰς ἄλιβαντα καταπεσεῖν inc. LXXVIII. 2 (751 D.).

Κατάρᾱτος divis devotus, nefarius. ἀπάγετε — τὸν καταρατότατον Oed. R. 1344 m.

Κατάρβῠλος. Hesychius: καταρβύλοις χλαίναις, ποδήρεσι, ὥστε καὶ ἐπὶ τὰς ἀρβύλας χαλᾶσθαι. Σ. Τρωΐλῳ (fr. III, 12. 559 D.). Eodem glossa apud eundem spectat καθάρβυλος, quod haud dubie vitiose scriptum alienoque loco illatum. Ceterum distinguebatur post καταρβύλοις.

Καταργυρόω pecunia redimo i. e. corrumpo. εἰ κατηργυρωμένος λέγω Ant. 1064. Schol.: ἀργύρῳ πεισθείς. Similia quaedam comparavit Erf.

Καταρκέω. Impersonale καταρκεῖ *satis est.* καταρκεῖ τοῦδε κεκλῆσθαι πατρός Aload. IX. 1 (107 D.).

Καταρνέομαι infitior. φῂς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε Ant. 438.

Καταῤῥακόω lacero. ἄναρθρος καὶ κατεῤῥακωμένος Trach. 1093. de se venenato pallio ulceribus confecto Hercules. Schol.: τὰς σάρκας σαπεὶς καὶ ἔχων αὐτὰς κρεμαμένας ὡς ῥάκη; non male sed paulo pinguius.

Καταῤῥάκτης. ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὸν καταῤῥάκτην ὀδὸν χαλκοῖς βάθροις γῆθεν ἐῤῥιζωμένον Oed. Col. 1586. Apud Suid. v. ὀδός legitur καταφράκτην. Tacent lexica vett. et interpres; *praecipitem et abruptum* significare oportet locum gradibus aeneis substructum, qua descensus ad inferos patere credebatur. Meminit Eust. p. 156, 32. — καταῤῥάκτης, ὀχετός, ῥύαξ, καὶ ὁ ἀετός. Σ. Δαιδάλῳ? Δακόωντι (V, s. 344 D.). Hinc non dubium est Sophoclem aquilam καταῤῥάκτην dixisse propter praecipitem volatum; reliqua ad Sophoclem nihil pertinent. Idem apud eundem in Phineo V. 4 (641 D.). Harpyias καταῤῥάκτας dixit pari de causa.

Καταῤῥέπω deprimo. τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταῤῥέπει τὸν εὐτυχοῦντα καὶ τὸν δυστυχοῦντ' ἀεί Ant. 1143. Schol. πίπτειν ποιεῖ explicat, aliam tamen lectionem ferri significans, quamquam nunc vitiose scriptum. Bene Musgravius Theognidis illud Ζεὺς τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει (v. 157.) contulit.

Καταῤῥέω defluo. γλώσσης μελίσσῃ τῷ κατεῤῥυηκότι Achill. Am. VI. 2 (167 D.). μελίσσῃ est μέλιτι. Emendandum ita dixi v. γλῶσσα. Qui *melle fluere de lingua* dicitur, eius lingua melle stillat.

Καταῤῥήγνυμαι *confringor.* ἥδε (ἡ ἀναρχία) σὺν μάχῃ δορὸς τροπὰς καταῤῥήγνυσι Ant. 674. δορὸς τροπὰς καταῤῥηγνύναι non de hoste ex fuga se colligente et in victorem duci non parentes impetum dante interpretor, ut Hermannus, sed de *sternenda acie*, καταβάλλειν τοὺς μαχομένους ὥστε τροπὴν γίγνεσθαι.

Καταῤῥυής *deciduus.* καταῤῥυεῖς μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς Ant. 997. Eust. p. 134, 29. Non videtur in Luht. 2. μεταῤῥυεῖς exstare, ut Martinus dicit.

Καταῤῥώξ *praeceps.* ὦ καταῤῥῶγες πέτραι Phil. 925. Memorat Eust. p. 335, 2.; Suidas vero v. ὀρεῖον et προβλῆτες hunc et sequentem versum affert. De tono v. ἀῤῥώξ.

Καταρτύω *paro, compono.* ὡς πρός τι λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν Oed. Col. 71. εὐτρεπίσων schol., quem correctum v. apud Herm. Suid. v. καταρτύσων. Est *arcessere.* σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους ἵππους καταρτυθέντας Ant. 474. Ricc. καταρτυσθέντας. Proprium hoc de domandis equis. V. Intpp.

Κατάρχω *incipio.* δεινοῦ λόγου κατῆρξας Trach. 1125. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ Oed. Col. 1023. *viam praeire.*

Κατασβέννυμι *restinguo, sedo:* proprie enim de igne dictum non exstat. σμικροῦ νέφους τάχ' ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν Ai. 1128. οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην ἔριν κατασβέσειαν Oed. Col. 423.

Κατασκάπτω *diruo.* Τροίαν σ' ἰδεῖν δεῖ καὶ κατασκάψαι Phil. 986. πάτραν κατασκάψαντι Oed. Col. 1423.

Κατασκαφή *eversio.* κατασκαφῇ τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν Oed. Col. 1320. Sed ζῶσ' εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς Ant. 911. sunt τύμβοι κατασκαφεῖς. Laur. A. κατασφαγάς.

Κατασκαφής *fossione in terram depressus, cavatus.* Hesych. κατασκαφής, κατεσκαμμένος. κατασκάψαι, κατορύξαι. Illud ex Ant. 882. ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς οἴκησις.

Κατασκήπτω. Tralate dictum τάςδε τὰς θεὰς ἐμοὶ καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς Oed. Col. 1015. *graviter obtestando precor, efflagito precibus.*

Κατασκιάζω *opaco.* Tralate *sepelio:* ἦ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει; Oed. Col. 407.

Κατάσκιος *obumbratus.* θαλλόν, ᾧ κατάσκιον πᾶσαν γενέσθαι τὴν Μυκηναίων χθόνα El. 414. De structura v. Schaefer. Mel. Cr. p. 138.

Κατασκοπή *speculatio.* τὸν οὖν παρόντα πέμψον εἰς κατασκοπήν Phil. 45. Cod. Harl. κατασκοπόν.

Κατασπάω deorsum traho. μολυβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασεν inc. CV. 126 (783 D.). Cf. Piers. ad Moer. p. 257, et in μολυβδαίνα et μολυβδίς.

Κατασπείρω sero. οἵας ἀνίας μοι κατασπείρας φθίνεις Ai. 984. Suid. v. κατασπείρας, explicans ἀρχὴν κακῶν παρασχὼν ex schol.

Καταστάζω destillo. ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας Phil. 812. secundum usitatissimum σχῆμα καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος. At secundum rationem praepositionis κατά: νῶτον καταστάζοντα βύσσινον φάρος Laoc. III. 3 (342 D.). Transitiva significatione (*defluere facio, habeo quod defluat*) hoc exemplum quanquam alia sententia convenit cum Phil. 7. νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα (Ποίαντος υἱόν) quocum loco non recte confert illud ex Aiace exemplum Hermannus. στάζω, ἐνστάζω, καταστάζω inprimis de rebus auribus vel animo percipiendis active dicta illustravit Iacobs. Lectt. Stobens. p. 81. Perfacile igitur *proprie* καταστάζειν πόδα νόσῳ dici potuit, cum hypallage pro νοσεῖν ὥςτε τὸν πόδα διάβορον (exesum) καταστάζειν sc. πύῳ καὶ αἵματι. Et Laocoontis et Philoctetae locum, illum a Plutarcho de Virt. et Vitio d. 100. D. perperam intellectum tractat Wyttenbach. l. c. Ex Philoctete verba memorat Philostr. p. 889. Olear. cf. Iacobs. p. 675. Eust. p. 329, 41.

Κατάστασις firmitas. κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου Ai. 1226. Schol. Pal.: εὐταξίαν, ἣν ὁ νόμος ποιεῖ. Hoc in voce non inest. Nec cum aliis *constitutionem* vel *statum* licet interpretari: de *manendo* enim aperte et *durando* sermo est. Partim vere Suidas κατάστασις, ἡ ἔπαξις, ἡ σφοδρότης. V. 1225—1233. habet Stob. Serm. III. 5.

Καταστάτης stator. καταστάτην δόμων El. 72. Suid. v. καταστάτην. V. ἀποστέλλω.

Καταστείβω calco, i. e. ingredior. ἐφ' ἅς (δαίμονας) τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον Oed. Col. 468. Ex scholiis, quorum partem retulit Suidas v. κατάστειψον πέδον triplex intelligitur fuisse scriptura: κατέστειψας, quod est etiam in codd. Par. B. et Vat., κατάστειψον, quae grammatici emendatio, κατέστειψας, quod in Laur. A. B. Farn. Ricc. B. κατέστιψας scriptum.

Καταστένω gemo. τίς ἄν σε — οὐ καταστένοι, κάσι; Oed. Col. 1442. ὧν πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν El. 862.

Καταστεφής coronatus. καταστεφῆ στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα Trach. 177.

Κατάστικτος varius. κατάστικτον κυνὸς σπολὰς Λίβυσσα Ai. Locr. VI. 2 (16 D.). Cf. πυκνόστικτος. Hesychius: κατάστικτος, ποικίλος.

Καταστράπτω fulguro. πρὸς τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος Διὸς καταστράπτοντος Trach. 437.

Κεύθω occulto, recondo. De *continendo in se:* νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα κεύθει Oed. R. 1229. εἴπερ τόδε κέκευθεν αὐτὸν τεῦχος El. 1109. de urna cineres tenente. De *celando:* κρυφῇ δὲ κεῦθε Ant. 85. κακὸν τὸ κεύθειν Aload. II. (100 D.). σιγῇ κεύθειν Trach. 985. *tacere,* proprie silentio cohibere dolorem. Perfectum κέκευθα usitatam habet *latendi* significationem, quam etiam praesens sibi vindicat: ita tamen ut neutrum dicatur, nisi de mortuis apud inferos agentibus. μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν Antig. 902. Aristot. Rhet. III. 16. βεβηκότων, Clemens Alex. Strom. VI. 2. p. 747, 30. τετευχότων ex hoc loco affert, ille ex memoria, hic vitiose. μήθ' οὗ κέκευθε μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις Oed. Col. 1520., ubi κεκευθέναι *absorptum esse,* κεῖται *sepultum iacere* significant, quae lege consequentium inter se connectuntur, ut nihil abundet, quod deprehendisse sibi videbatur Elmsleius. Quem cum refutat ita Hermannus, ut diversum esse dicat locum tumuli ipsum et regionem, in qua situs tumulus sit, argutatur. Satis enim nota illa regio, ignotus locus ipse. — ὁ δὲ θανὼν κεύθει κάτω δὴ γῆς Oed. R. 968. Ἅιδᾳ κεύθων Ai. 622 ch. εἰ ξένος — κέκευθεν El. 856. Haec Sophoclea et unum Aeschyli exemplum collegit eius usus Musgr. ad Oed. R. 968; adde Brunck. ad Eur. Bacch. 1041. Valck. ad Herod. III. 119. Quos praeterea Matthiae Gr. Gr. vol. II. p. 934. not. y. memorat de formis activis pro passivis agentes, miscent diversissima omnes. Iam Hom. hymn. Cer. 452. ἔκευθε habet pro ἐκεύθετο dictum. Schol. Oed. R. l. c.: κ ε ύ θ ε ι, ἀντὶ τοῦ κ ε ύ θ ε τ α ι, κ ρ ύ π τ ε τ α ι. καὶ ἐν Ἀντιγόνῃ (902) κ. τ. λ.

Κεφαλή caput. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θερίσας Ai. 234 an. De tono notavit Etym. M. p. 552, 28. Arcad. p. 108, 23., quorum fons Herodianus π. μον. λέξ. p. 39, 1.

Κεφαλλὴν Cephallenius. ὦ ξένε Κεφαλλήν Phil. 780. Eust. p. 1396, 7. χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ Phil. 264. Ne simplici scribatur λ, diligenter cavit Eust. p. 707, 41. 1396, 6. Ducebant autem a Cephalo quodam nomen, Etym. M. p. 507, 26. Schol. Il. β. 631. Steph. Byz. v. Κρώνιοι. Cf. Muetzell. de Em. Theog. Hesiod. p. 450. Acuitur secundum Arcad. p. 9, 1. in prioribus parum distincte docentem, ita tamen ut eorum quae in $\overline{\lambda\eta\nu}$ exeunt, solum Ἕλλην excipiatur. Cf. Herod. π. μον. λέξ. p. 17, 1.

Κηδεμὼν qui curam gerit. τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών Ant. 545. πονεῖ δίχα κηδεμόνων Phil. 195 an. cf. Valck. ad Phoen. 431. De tono v. Arcad. p. 14, 2.

Κήδευμα affinitas. Figurate *affinis:* ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα Oed. R. 85. — Eust. p. 573, 1. v. Valck. ad Phoen. 1498.

Κηδεύω curo. ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεύων Oed. R. 1324 m. Libri ἐμέ, φεῦ φεῦ in versus fine addito, quod cum metro adversari dicat Hermannus et ἐμὲ τόν per se suspectum esse, violentissime refinxit ὑπομένεις· τυφλόν τε κήδευε. Sed metra congruunt si με scripseris cum Erf. et φεῦ semel cum Brunckio ponas: nam iterari in antistrophico φεῦ φεῦ debere propter οἴμοι strophici versus, quod dicit Hermannus, id vero nihil est. Schol. θεραπεύων interpretatus cum libris convenit. ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα Oed. Col. 754. κωτίλος ἀνὴρ — κηδεύει πόλιν Phaedr. III. 4. (606 D.) De *mortuo sepeliendo:* ἐν ξέναισι χερσὶ κηδευθεὶς τάλας El. 1130. De *ineundo matrimonio:* αὐτὸς τοῦτο κήδευσον λέχος Trach. 1217.

Κήδομαι sollicitus sum de. μή του κηδομένου βροτῶν Phil. 170. ch. κεῖ τινος κήδει πέρι 617. εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδει Oed. R. 1061. οἱ κηδόμενοι τοῦ Τελαμῶνος — οἴκου Ai. 202 an. οἰωνοὺς — τροφᾶς κηδομένους El. 1049 ch. Eust. p. 694, 27. Suid. v. ἄνωθεν. πότερα παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι; 1319.

Κῆδος affinitas. προςλαμβάνων κῆδός τε καινὸν Oed. Col. 380.

Κηκίς. μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο κἄτυφε κἀνέπτυε Ant. 995. Eorum quae in lexicis veteribus feruntur, Hesychio, Suid. Phot. p. 161, 4. Etym. M. p. 510, 53. Gr. Bekk. An. p. 271, 26. unum Hesychii ἀτμίς hue facere videatur. Sed iure Musgravius observat, *vaporem fuliginosum* ad sensum loci minime convenire, ut *adeps* potius *liquefactus* intelligendus sit. Ea explicatio firmatur ab Eustathio p. 680, 24: ἠρεμαίαν δὲ σημαίνει ἀνάδοσιν (verbum κηκίω), ὡς δηλοῖ καὶ τὸ μ υ δ ῶ σ α κ η κ ὶ ς μ η ρ ί ω ν ἐ τ ή κ ε τ ο παρὰ Σοφοκλεῖ· ἡ γὰρ τ η κ ο μ έ ν η κ η κ ὶ ς οὐκ ἂν ὕψου ἀναπηδῴη· ἡ δὲ τοιαύτη ἀ π ὸ τ ο ῦ κ α ί ε ι ν δοκεῖ λεχθῆναι, καιομένη γὰρ ἐτήκετο. Cf. p. 955, 64. De ultima syllaba et

accentu v. Spohn. Comm. de extr. Odyss. parte p. 171. cf. Reg. de Prosod. p. 447. Herm.

Κηκίω scaturigine emico. Quid sit, explicatum in κηκίς. *στάζει γὰρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐκ βυθοῦ κηκῖον αἷμα* Phil. 773. Affert Eust. p. 806, 55. *Passive: τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων* Phil. 690 ch. Hunc passivum usum idem Eust. tetigit l. c. Explices *ἀναδιδομένην ἠρέμα*. Quod Schol. Rom. scribit: *παρὰ τὸ· μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα*, quae Homeri verba sunt Il. η. 262. rectius in v. 773. cadunt. *Ἀνακηκίω* active dictum certe a cadentis aetatis poetis ostendit Wernickius ad Tryphiod. p. 293. Ceterum ῑ producitur contra Homericum morem, ut erraverit Passovius certe in prima lexici editione.

Κηλητήριον delinimentum. *ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον τῆς Ἡρακλείας* Trach. 572. cf. Musgr.; et Valck. Anim. ad Ammon. p. 222.

Κηλῖς macula. Proprie *de sanguine: κἀπὶ λουτροῖσιν κάρᾳ κηλῖδας ἐξέμαξεν* El. 438 v. ἐκμάσσω. Tralate de *labe turpitudinis calamitosa: τοιάνδε — κηλῖδα συμφορᾶς* Oed. R. 833. Brunckius ineptam hypallagen comminiscebatur, quem refutavit Schaeferus. — *τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν* Oed. R. 1384. *ᾧ τις οὐκ ἔνι κηλὶς κακῶν ξύνοικος* Oed. Col. 1136. Cf. Lobeck ad Ai. p. 235. De forma et mensura ultimae syllabae v. Spohn. Comm. de extr. Od. parte p. 171. cf. Reg. Prosod. p. 447. Herm.

Κημός. *ἣν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σ. ἐν Ἰνάχῳ* (fr. VII. s. 260 D.). Schol. Ar. Eq. 1147. *κημοῖσι πλεκτοῖς* Pel. III. 1. (438 D.). ap. eundem. Non satis clarum est, utrum *fiscellam* dixerit Sophocles, an *vas vimineum, cautum*, cuius usus in Atheniensium inprimis erat iudiciis, an denique *λινοῦν περίβλημα, ὃ περιτίθενται οἱ ἀρτοποιοὶ περὶ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας*, Eust. p. 1960. Inachi loco primum, Pelei tertium convenire videtur. Plura v. apud Hesych. in v. et ap. Intpp. Aristophanis l. c. Tonum notavit Arcad. p. 59, 14.

Κήναιος Cenaeus. *Κηναίῳ Διί* Trach. 237. *ἀκτὴ — Εὐβοίας ἄκρον Κήναιόν* 750. *ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν* 989 an.

Κῆπος hortus. Non dicitur nisi figurate. *τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας* Aeg. I. 3. (19 D.). *Φοίβου παλαιὸν κῆπον* inc. XCIII. 3. (655 D.). v. *παλαιός.* *ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονας ὄλβους* Ion. I. 1. (298 D.). Tonum notavit Arcad. p. 66, 19.

Κήρ. Plurali numero *Parcas* significat: *Κῆρες ἀναπλάκητοι* Oed. R. 472 ch. *infortunia: μένει γὰρ οὔτ' αἰόλα νὺξ βροτοῖσιν οὔτε Κῆρες* Trach. 133 ch. *κῆρες, συμφοραί*, Hesychius. — Ita *κήρ* Philoctetae calamitas est, morbus pedis: *νοσῶν ἀνὴρ κῶλον παλαιᾷ κηρὶ* Phil.

42. κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν 1151 ch. *Malum universe significat:* ἐλευθέρῳ ψευδεῖ καλεῖσθαι κὴρ πρόςεστιν οὐ καλή Trach. 454. *ignominia turpis.* De accentu monent Etym. M. p. 511, 22. Arcad. p. 125, 10. uterque a κῆρ *cor* destinguendo; cf. Schol. Il. δ. 46.

Κηρόπλαστος de cera factus. μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον Polyid. IV. 5. (464 D.). v. ὄργανον.

Κήρυγμα. edictum. τῷ κηρύγματι ἐμμένειν Oed. R. 350. φασὶ πανδήμῳ πόλει κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγόν Ant. 8. κοινῷ κηρύγματι πέμψας 161 an. i. q. μεταπεμψάμενος. τὰ σὰ κηρύγματα 450. *Praeconis edictum s. publica denunciatio* accuratius significatur: ὅτ' ᾔσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων δρόμον προκηρύξαντος El. 673. Moschop. Dictt. Att. v. ὄρθιον.

Κηρύκειος quod praeconis est. Etym. M. p. 511, 52. κηρύκειον. ἔστι προσηγορικὸν καὶ σημαίνει πᾶσαν ῥάβδον κήρυκος. ἔστι καὶ κτητικόν, σημαῖνον τὸ τοῦ κήρυκος, ὡς π. Σοφ. γράμμα κηρύκειον. (inc. CV. 108. s. 897 D.). cf. Etym. Gud. p. 323, 23.

Κῆρυξ. praeco. ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν κῆρυξ Oed. R. 753. κῆρυξ τε κἀπὶ πωλικῆς ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβὼς — συνηντίαζον 802. Suid. v. πωλικῆς. θροεῖ Λίχας ὁ κῆρυξ ταῦτα Trach. 188. κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἵκετ' οἰκεῖος Λίχας 754. χαίρειν τὸν κήρυκα προὐννέπω Trach. 226. πλείους κήρυκας λαβών Ai. 1094. — Tralate: αὐτοὶ θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσί μοι Oed. Col. 1507. ὄρνιθα καὶ κήρυκα καὶ διάκονον Antenorid. II. (141 D.). cf. ἄγγελος. — ῡ obliquorum casuum produci certum. Idemne nominativo fiat, unde et inflexus pendet acutusve primae syllabae tonus, etsi controversia nulla esse debet, magna tamen mota est. Sunt enim, qui secundum Herm. de Em. R. Gr. Gr. p. 71. et Oed. R. 753. penacuant, quod ita ratio postulare videatur; in his Buttm. Gr. Mai. t. 1. p. 170. Sed neque quomodo grammatici omnium celeberrimi Apollonius et Herodianus ap. Const. Lasc. lib. III., Etym. M. p. 511, 42, cuius verba etiam apud Draconem accurate scripta exstant, Choeroboscus ad Theodos. p. 1429. Bekk. Gr. Hermanni p. 423. Arcadius p. 19, 2., et de φοῖνιξ, quod consensu cum κῆρυξ componitur, etiam Eust. p. 1557, 57. rem tam audacter fictam proferre potuerint, nec quomodo, qui tam diligenter παράδοσιν sequebantur, velut Herodianus, ab ea potuerint desciscere, neque quo artificio vulgi pronuntiationem pro attica venditare, quae Hermanni sententia est, potuerint, denique quomodo rationem suam tam fidenter regula posita firmare ausi sint, quam Choeroboscus et Priscianus p. 753, nemo intelligit, nisi qui linguae et usui nihil tribuens omnia secundum parum adhuc perspectae analogiae

legem diiudicat. Sic enim Priscianus: *Oportet tamen scire, quod Graeci ῐ et ῠ ante ξ breves esse volunt, etiamsi in obliquis producantur, ut φοῖνιξ φοίνικος, βόμβυξ βόμβυκος.* Choerob. fol. 245. κανὼν ἐστιν ὁ λέγων ὅτι τὸ ι καὶ υ πρὸ τοῦ ξ φύσει μακρὰ οὐκ ἔστιν. fol. 123. τὸ ι καὶ τὸ υ πρὸ τοῦ ξ οὐδέποτε εὑρίσκεται φύσει μακρόν, χωρὶς εἰ μὴ λόγῳ ἀρχούσης παρῳχημένου. Etymol. et Draco: ἡ γὰρ ὀφειλομένη ἐν τῇ εὐθείᾳ μακρὰ μετῆλθεν ἐν τῇ γενικῇ. ὤφειλε δὲ καὶ ἡ εὐθεῖα ἔχειν μακρὸν τὸ ῡ. Apud Hesychium et Suidam consensu scribitur κῆρυξ. Accedit, quod is tonus vel a libris praesidium habere intelligitur ex Boissonadi nota ad Philostr. Her. p. 275; quin et in Oed. R. 753. cum ex Dresd. C. Lips. a. b. κήρυξ enotatum sit, consequens est libros optimos inque his Laur. a. Flor. Γ. inflexum sonum tueri. Eandem rem in φοῖνιξ observabimus. Longe igitur praestat Hermanni et Buttmanni iudicio Schaeferi sententia ad Phil. 562. et ad Gnom. 215. prolata. Sed id quidem iam propter exempla a veteribus doctoribus allata certum videtur, ῡ non spectari nisi syllabarum finalium; iure ut scribatur κηρῦξαι.

Κηρύσσω. 1. *Praeconis ore edico.* τοιαῦτά φασι — Κρέοντά σοι κἀμοὶ — κηρύξαντ' ἔχειν Ant. 32. ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω 192. Respicit enim edictum idem, cuius ante Antigona meminit, de quo cum choro colloquitur. ἤδης τὰ κηρυχθέντα 443. εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω inc. LXXXV. 2. (764 D.). Acrisii fr. XI. 1. hinc eximendum: v. ἀγκηρύσσω et ἀνακηρύσσω. 2. *edico universe.* οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε Ant. 446. Apud Clem. Alex. Strom. IV. 493 legitur κηρύσσων, κηρύξας autem V. p. 589. πικροὺς ἔοιγμεν — ἀγῶνας Ἀργείοισι κηρῦξαι Ai. 1219; quod et primae significationis esse potest. Simile est κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας El. 596. *publice me appella apud omnes qualem cupis.* 3. *indico.* εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεὼν El. 1094. *si vis tibi genere proximum indicari.* ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε Ant. 87. ταῦτ' ἐκηρύχθη πόλει Oed. R. 737 *nuntius venit.* καρῦξαι τὸν Ἀλκμήνας πόθι μοι πόθι παῖς ναίει ποτέ Trach. 97 ch. Scriptum haud raro κηρύξαι monuit Schaef. ad Hecub. Porsoni 528.; imo defendit Goettling. ad Theodos. p. 238.

Κηφισός fluvius. Κηφισοῦ νομάδες ῥεέθρων (κρῆναι) Oed. Col. 693 ch. Hermannus Κηφισσοῦ, σσ ex litera gutturali ortum, ut in γλαύσσω, λεύσσω, defendens, non abiiciendum prius, quam vel γλῶσα et γλαύσω quis scribendum ostenderit. Lapidum et codicum fidem, qua nisus est Elmsleius, ex omnibus libris praeter Par. B. T. Vat. Farn. Κηφισοῦ scribens, quod iam Stephanus fecerat, item Osannus ad Marm.

Elgin. p. 66., ego in ea testimoniorum veterum discrepantia non sperverim. — De tono Arc. p. 77, 16.

Κιγχάνω v. *κιχάνω*.

Κῐθαιρών mons. *βοῆς — ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος (ἔσται)* Oed. R. 421. *ἦν μὲν Κιθαιρών* 1127. *ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθαιρών* 1452. de structura verborum v. *κλῄζω*. — *ὦ Κιθαιρών* 1089 ch. *ὦ* metri causa cum Tricl. deleverat Erf. *ἰὼ Κιθαιρὼν* 1391. *εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς* 1026. *τὸν Κιθαιρῶνος τόπον* 1134. — Tonus periecticorum rationem sequitur: v. Etym. M. p. 513, 20. Arcad. p. 15. 9.

Κῐθᾰρίζω fidibus cano. τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικεν; τὸ κεκιθάρικεν οἷον ἐμαντεύσατο, ὥς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. Zenob. Prov. VI. 14. Recte Dind. suspicatur Sophocli tribuendum esse, estque apud eum Ai. Locr. fr. 18.

Κῐκλήσκω invoco. τὸν χρυσομίτραν δὲ κικλήσκω οἰνῶπα Βάκχον — πελασθῆναι Oed. R. 209 ch. *σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον.* Oed. 1574. ch.

Κίλλα nomen urbis. *Κίλλαν τε καὶ Χρύσην* et Capt. VII. (38 D).

Κίνᾰδος bellua. ἢ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου; Ai. 103. Afferunt hunc versum Suidas v. *κίναδος*, Thom. M. p. 535., schol. Ar. Nub. 447. Eust. p. 481, 2.; *ἐπίτριπτον κίναδος* Andocides dixit de Myst. t. IV. p. 49. Reisk. Sed recte observat Lobeckius, falso a Brunckio huc referri illud Etymologi p. 514, 9., ubi scriptum: *τῷ κινάδει Σοφοκλῆς· καί ὑπεστρέψατο πανδημεὶ καὶ συνέμιξε τῷ κινάδει*, quod vulgo inter incerta est CV. 110, 2. Dindorfius omisit. Sed ut illa *ὑπεστρέψατο πανδημεί κ. τ. λ.* certum est Sophoclis non esse, ita de dativo certe non recte dubitari videtur, ut duo eiusdem formae exempla, alterum Sophocleum, scriptoris nescio cuius alterum, in unum coaluisse putem.

Κινᾰ́κη. ὁ ἀκινάκης παρὰ Σοφοκλεῖ. Etym. M. p. 514, 27. (inc. CV. III. s. 899 D.)

Κινδῡ́νευμα periculum. ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ Oed. Col. 570. *ποῖόν τι κινδύνευμα;* Ant. 42.

Κινέω. 1. Proprie de loco commoveo. *κινεῖ γὰρ ἁνὴρ ὄμμα* Phil. 854. *μηδέ σε κινησάτω τις* Ai. 1160. *τὸν λεύκασπιν ἄνδρα — ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ* Ant. 109 ch. *in celerem fugam vertens.* Item de *armis admovendis* passive dicitur *κινοῦνται λόχοι πρὸς ἄστυ Θήβης* Oed. Col. 1373. De procella: *θύελλα κινηθεῖσα* Oed. Col. 1656. 2. tralate *excito, profero de re occulta: κίνει (τἀκίνητα, arcana) μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων* Ant. 1048. *ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ* Oed. Col.

1523 i. q. τὰ ἄῤῥητα. De voce: κινῆσαι πατρὸς τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα Oed. Col. 1278. λαμπρὸν ἡλίου σέλας ἑῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων El. 18. De *dolore* et *malis* universe: μὴ κινήσῃς ἀγρίαν ὀδυνὴν πατρός Trach. 970. ἴδια κινοῦντες κακά Oed. R. 636. Denique de conviciis in aliquem iactandis est ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιῤῥόθοις κακοῖσι Ant. 409., Schneiderus olim in lex. ἐγερσικινῶν coniecerat. Illustratur illa vis verbi Wyttenbachio ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 11. (t. II. p. 481. Lips). — De foliis populi agitatis quamvis levissima aura Aeg. VI. 3. (24 D.) sic vulgo vitiose legitur: κἂν ἄλλο μηδέν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα κ ι ν ή σ ῃ ς αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν. Brunckius κινεῖτ' ἐν αὔραις κἀνακουφίζει. Schneiderus κινήσις αὔραισιν. Non definio.

* *Κίνησις* v. κινέω.

Κισσήρης hedera consitus. Νυσαίων ὀρέων κισσήρεις ὄχθαι Ant. 1119 ch. Accentus constat.

Κισσός hedera. κισσὸς ὡς ἀτενής Ant. 820 m. Aliter interpungit Musgravius, ἀτενής ut ad sequens πετραία βλάστα referatur. ἀναταράσσει εὐοῖ μ' ὁ κισσός Trach. 218 ch. v. ἀναταράσσω. τὸν οἰνῶπ' ἀνέχουσα κισσόν Oed. Col. 680. de luscinia, v. ἀνέχω. De tono Arcad. p. 76, 4. Schol. Ven. et Eust. ad Il. ω. 86.

Κίστη cista. καλυπταὶ κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς Rhizot. I. 5. (479 D). Tonum notavit Arcad. p. 114, 24.

Κιχάνω consequor necessitate vel consilio, *nanciscor* forte. Illa potestate praeditum est: μέχρις μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ Ai. 568. Suidas. v. γηροτρόφος et μυχός. μολὼν δὲ χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω 642. εἴ τι μοῖρα μὴ κιχάνει Oed. Col. 1451 m. *nisi aliquid fatale accidit*, v. Hermann. Aliorum interpretationes omitto; partem veri scholiasta vidit. Hac vero: ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα; Oed Col. 1484. Genitivus absolutus est, subaudiendumque ad verbum με. μητρῴαν δ' ὅπου κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων Oed. R. 1257. — Cum prima syllaba haud dubie corripiatur, produci autem propter metrum videatur necessario Oed. Col. 1451., dudum Herm. coniecit κιγχάνει, v. de Em. R. Gr. Gr. p. 60. Librorum Laur. B. Par. A. Ricc. κιχάνει, Par. B. T. F. Farn. Vat. κιχάνῃ; correctioni aliquid momentum fortasse accedet ex Laur. A., in quo τυγχάνῃ, ab eadem correctum manu κιχάνῃ. Eadem scriptura opus Aesch. Choeph. 620. Eur. Hipp. 1444. Alc. 480. Hec. 603. Hesychii auctoritas ultimum scrupulum eximit: κ ι γ χ ά ν ε ι ν, εἰςπράττειν, λαμβάνειν· κ ι γ χ ά ν ω, τυγχάνω: cf. Eustath. p. 1525, 10. Buttm. Gr. Gr. vol. II. p. 167. Wellauero vero ad Aesch. Choeph. l. c. (613) notum est Atticis primam produci.

Κίων columna. δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης Ai. 108. ἄνω κίονι δήσας 236 an. De tono Arcad. p. 18. 5. cf. Etym. M. p. 514, 54, unde discitur tonum participii κιών, cum substantive diceretur, veteribus retrahi visum esse, quod disertus testis firmat Eustath. p. 32, 10.

Κλαγγάνω vocem edo. ὅπου τις ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει inc. XCIV. 4. (782 D). Versus apud Strabonem mutilus, XV. p. 687.

Κλαγγή sonitus i. e. *cantus.* ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγὰ Trach. 207 ch. εὐχήν male schol. interpretatur. Locutionem memorat hinc Eust. p. 793, 3. Tonum notavit Arcad. p. 104, 20.

Κλάδος ramus. ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι Oed. R. 3. Affert Suid. v. ἐξεστεμμένοι, respicit Eust. p. 250, 28. τούσδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους Oed. R. 143. Suid. v. ἱκτῆρας. De accentu v. Eust. p. 677, 13. 1400, 18. cf. Arcad. p. 129, 13.

Κλάζω vocem edo. Non dicitur nisi de *avibus.* τοὺς ἄνω κλάζοντας ὄρνις Oed. R. 966. ὀξέα κλάζων αἰετός Ant. 112 an. ὀρνίθων — κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ Ant. 989. ἰκτῖνος ὡς ἔκλαγξε inc. CV. 160 (890 D.). apud Choerob. B. p. 902. Zonaras p. 1100. ἔκραξε. Al. ἐξέκραξε.

Κλαίω s. *κλάω ploro, queror*, quae significationes satis discerni non possunt. 1. κλάω τέτηκα κἀπικωκύω πατρὸς — δαῖτα El. 275. εἴπερ τι κλάεις τῶν Ὀρεστείων κακῶν 1106. 'κλαε δ' ὀργάνων ὅτου ψαύσειεν Trach. 901. ἔκλαεν ἡ δύστηνος 905. ἐς δὲ γούνατα πατρὸς πεσοῦσαι 'κλαον Oed. Col. 1604. λύγδην ἔκλαον πάντες 1617. μελέαν πάθαν κλαῖον ματρός Ant. 966 ch. κλάων ὁθούνεκ' ἐκ δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα — ὠρφανισμένος βίου Trach. 937. βέβρυχα κλάων 1061. εἰ μὲν ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά Scyr. VI. 1. (501 D). ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν Scyr. VI. 3. πενθοῦσα καὶ κλάουσα τὴν πάρος φόβην XV. 10. (587 D). οὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα El. 277. ὅπως ἐμαυτὴν — κλαύσω κἀποδύρωμαι 1111. — *Medii* aoristus *apud se deflere* significat: πάθη μὲν οὖν δὴ πολλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην Trach. 152. Sed *perfectum*, cuius participium solum legitur *gravis* videtur *luctus multarumque lacrimarum* significationem habere, nec tamen ut sit nostrum *verweint*; id enim eum significat, cuius in vultu et facie fletus vestigia cernuntur. Non probo igitur Matthiaeum in Gr. Gr. t. II. p. 931., iam quod passivi dicit esse κεκλαυμένος, nec Schaeferum ad Plut. t. IV. p. 412. ἔνθεν οὐ κεκλαυμένα πρὸς οἶκον ἔξεισι Oed. R. 1490. Notavit de participiis κεκλαυμένος et δεδακρυμένος Abresch. ad Aesch. Choeph. 455. Poetis tribuit Etym. Gud. p. 311. extr. — 2. *Κλάειν*, ut *plorare*, de eo, qui *malo* et *poena mactatur*, dici solet. Sophocles non usus est nisi participio

praesentia. *κλάων δοκεῖς μοι — ἀγηλατήσειν* Oed. R. 401. Suid. v. *ἀγηλατεῖν*. *σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλάων δ' ἐρεῖς* 1152. *κλάων φρενώσεις* Ant. 750. *cum tuo magno malo.* 3. Superest, ut de scriptura agatur. *κάω κλάω ἐλάα* consensu grammaticorum Atticis tribuuntur propria. Apollon. de Adv. p. 600, 27. Moeris p. 231. Etym. M. p. 31, 49. secundum Orionem. Eust. p. 21 extr. v. Hemst. ad Ar. Plut. 612. Piers. ad Moer. l. c. Intpp. Greg. Cor. p. 75. Et apud Aristophanem iam omnium consensu ea scriptura obtinet, nec de Platone et recentiore atticismo dubitari videtur posse, quidquid propter librorum dissensum dicat Schneiderus ad Plat. Rpubl. X. p. 614. E. Aliud est in tragicis. Veterem morem *καίω κλαίω ἐλαία* scribendi praeter Blomf. ad Aesch. Ag. 17. inprimis Hermannus est secutus, v. eius praef. ad Ai. ed. I., item Elmsleius ad Bacch. 757.; sed is sententiam mutavit in Oedipo Rege *κλάειν* scribens: nec speciosa deest defensio, *πράττω* scilicet et *θάλαττα* attica dici, sed non esse tragicorum. Contra sensit Porsonus et Matthiaeus, hic ad Hecubam adnotans v. 209., quem mirum tamen etiam *κλάειν* non sprevisse Hel. 1190. dudum damnatum a Dorvillio et Piersono l. c. Illud interest, quod *πράττω* et similia perraro in uno alterove libro reperiantur, *κλάω* et *κάω* minime infrequentia sint. De Thucydide vide Poppo. not. crit. ad II. 49. Apud Euripidem consensu videtur *ᾶ* constare Alc. 190. 192. nec nisi unus codex discrepat v. 201. Aeschyli quidem libros plerisque locis in communi forma conspirare feruntur, sed accurate collatos negaverim. Verum *κλάεις* certe ex Med. adnotatur Suppl. 903. Nec accuratissime Sophoclis codices in his rebus examinatos certum est; et mirum foret poetarum atticorum solum hunc ab ea diversitate scripturae immunem mansisse. Porro cum nullo demonstretur argumento, libros secundum atticistarum praecepta, quod saepe inculcavit Hermannus, praecepta correctos esse potius, quam probae et antiquae scripturae subrogatam sexcenties esse pravam et vulgarem, mihi quidem maxime probatur scriptura *μονόφθογγος*, ita tamen, ut alteram canticis servandam ducam.

Κλαῦμα ploratus. *ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα* Phil. 1244. v. *ἔχω*. *τούτων τοῖσιν ἄγουσιν κλαύμαθ' ὑπάρξει* Ant. 923. an. Locum transpositis verbis refinxit Brunckius: *βραδυτῆτος ὑπὲρ κλαύμαθ' ὑπάρξει.*

Κλαυστός deflendus. *οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα* Oed. Col. 1362. Laur. B. Par. T. Farn. et Triclin. *κλαυτά*. Discrimen inter *κλαυστός* et *κλαυτός* nullum esse, quod Hermanno visum, ex compositis *ἄκλαυστος πάγκλαυστος πολύκλαυστος* s. *ἄκλαυτος, πάγκλαυτος πολύκλαυτος* intelligitur.

Κλεῖθρον v. *κλῇθρον.*

Κλεινός clarus, nobilis. 1. De *homine*, inprimis *regia stirpe* et *heroibus.* ὅδ' ἐστ' ὁ κλεινός σοι Φιλοκτήτης Phil. 571. ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος Oed. R. 8. ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα 1207 ch. κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσα Ant. 811. an. κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν 853 m. ὁ κλεινὸς Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς Trach. 19. ὁ κλεινὸς Αἴας Ai. 216 an. ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε; El. 1168. Cum irrisione, de qua Piers. Verisim. p. 223. Matth. ad Eur. Herc. f. 38.: σὺν δ' ἐποτρύνει — ὁ κλεινὸς αὐτῇ νυμφίος El. 292. — 2. De *re*, et quidem *urbibus* et *locis nobilibus:* κλεινὴν Εὐρύτου πόλιν Trach. 747. ὦ κλεινὰ Σαλαμίς Ai. 593 ch. κλειναί τ' Ἀθῆναι 848., velut ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις Camic. II. 2. (300 D.). Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός El. 8. ἁ κλεινὰ γᾶ Μυκηναίων El. 156. ch. τὴν βεβακχιωμένην βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν inc. XCIV, 2. (782 D.): De hoc genere tragicis inprimis dilecto v. Valck. ad Phoen. 1746. — Iam de aliis promiscue: τὰ κλεινὰ τόξα Phil. 650. τὰ κλείν' αἰνίγματα Oed. R. 1525. κλεινὸν ἔπος Ant. 617 ch. *dictum multum celebratum.* Versu utitur Eust. p. 189, 25. 1728, 22. Μεγαρέως κλεινὸν λέχος Ant. 1288. εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος El. 671. τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος στράτευμα 684. Thom. M. v. πρόσχημα secundum ed. Rom. et plerosque codd. κοινόν; aliquot tamen apud Ritschlium cum libris Sophocleis faciunt et Suida v. πρόσχημα. De accentu et certo constat et notavit Arcad. p. 63, 22.

Κλέος fama, laus. Priore significatione legitur: οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος ᾔσθου ποτ' οὐδέν —; Phil. 251. Sed de laude et gloria dicitur: κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν Phil. 1331. πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον κατέσχον Ant. 498. πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος Ai. 756. ὅταν — ἔργοισι σωθῶ κἀξενέγκωμαι κλέος El. 60. Versum cum aliis duobus affert Suidas v. λύπη. ζώσαιν θανούσαιν ὥςτε μὴ 'κλιπεῖν κλέος 973. μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος inc. XX. 2. (675 D.).

Κλεπτέος celandus. τόδ' οὐχὶ κλεπτέον Phil. 57. v. κλέπτω.

Κλέπτης tralate *fraudulentus.* κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθῃς Ai 1114. Versum attulit Eust. p. 1601, 50.; illustravit Casaub. ad Athen. p. 46.

Κλέπτω. 1. Proprie *surripio.* ὅταν παρῇ κλέψαι τε χἀρπάσαι βίᾳ Phil. 640. χὤτε μου τὰ τόξ' ἔκλεπτες 1256. ἥτις ἐκ χερῶν κλέψασ' Ὀρέστην τῶν ἐμῶν ὑπεξέθου El. 289. χεροῖν κλέψασα ταῖνδε 1122. κλέπτων ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ inc. XV. 1. 1. (669 D.). — 2. Tralate de omni *facto clandestino* aut *fraude*, cum honesto tum malo sensu. δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς El. 37. *iustam vindictam*

dolo persequi. ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν φέρωμεν αὐτοῖς 56. εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλῆς Ai. 188 ch. *mendacia subornantes proferunt.* πόλλ' ἂν κακῶς λάθρᾳ σὺ κλέψειας κακὰ 1116. Schol. Pal. ἤγουν μετὰ κλοπῆς ἐργάσαιο λάθρα. σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμὲ — ἔχειροῦ Oed. Col. 1012. V. Stallbaum. ad Plat. Rpubl. I. p. 334. A. — 3. Haud raro est *fallo* simpliciter, non tam dolo, quam forte et casu. εἰ μὴ συμφορὰ κλέπτουσί με Trach. 242. Schaeferus explicat: *si de calamitate earum recte iudico.* Non rectius Apitzius, illi rationi articulum omissum obstare perperam opinatus, quasi non centies is apud tragicos desideraretur, ubi prosae orationis usu requiritur: *si modo de ullo infortunio satis iudicare possum.* Hoc dicit Deianira, *nobiles illas et generosa stirpe sibi videri, nisi calamitatem miseratione decepta forte honestius quam oporteat de illis iudicet.* — θεοῖσι κλέπτομαι Ant. 1203. *divinitus fallor.* εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα Ant. 677. Corrupte κεκλέμεθα scriptum in Ricc. Aug. Dresd. Livin. cum interpretatione παρετράπημεν τοῦ λελογισμένου, idque et Moschop. habuit Dictt. Att. post v. κλύδων. Laur. a. κεκλήμεθα. Schaeferus olim coniiciebat βεβλάμμεθα, non tamen ut id reponi vellet, recte explicans vulgatam ex v. 1203., quod schol. interpretatur ἢ ἀπατῶμαι ὑπὸ τῶν θεῶν. V. Wyttenb. ad Plut. de Disc. Adul. et Amic. p. 63, D. (t. I. p. 388. Lips.).

Κληδών 1. *fama.* Hesychius: κληδών, κλέος, δόξα, φήμη. Hoc postremum *omen* spectat, ut ap. Phot. 169, 12. κληδών, φήμη, μαντεία. — οὗ μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε — διῆλθε Phil. 255. τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται Oed. Col. 259. Affert Suidas v. δόξα cum tribus sequentibus versibus. — 2. *omen* inprimis ex *effatis fortuitis* ductum. v. Wyttenb. Bibl. Cr. vol. III. p. 60. schol. Il. α. 106. οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόνα El. 1099. vocabulo ad id quod Electra clamaverat οἴμοι τάλαινα spectante. — Scriptura cum ι falsa est, etsi ἀ κλῄζω duci vult Eust. p. 1497, 49; ipse secum pugnans, qui alio loco ex κλεηδών epicum κληηδών productum memorat p. 1840, 20. Recte Etym. Gud. p. 294, 46. ἀ κλῶ s. potius κλέω repetit, unde et καλεῖν et κλέος dicantur; et sic indicavit Herm. ad Eur. Alcest. 325.

Κλῄζω *appello.* Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται Oed. R. 733. κείνου γέ τοι δὴ παῖς ἐκλῄζετο 1171. Ἀσία μὲν ἡ συμπᾶσα κλῄζεται Mys. III. 1. (360 D.). Adsignificatur *nobilitandi* vel *insignem reddendi* notio: ὡς δὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει Oed. R. 48. ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθαιρὼν οὗτος 1451. non simpliciter *ubi est, qui meus Cithaeron dicitur,* ut Schaeferus exposuit Ind. Graec. ad Greg. Cor. p. 986., sed *ubi meis fortunis nobilitatus Cithaeron situs est.* ἔνθα κλῄζεται θυτὴρ Trach.

656 ch. Invidiose dicitur cum Iovis vituperatione οἱ φύσαντες καὶ κληζόμενοι πατέρες τοιαῦτ' ἐφορῶσι πάθη Trach. 1258 an., quod immotus Herculis calamitatem adspiciat. — ι subscribi certum est: Etym. Gud. p. 294, 45. Eust. p. 907, 33. 1497, 52.

Κλῇθρον claustrum. βοᾷ διοίγειν κλῇθρα Oed. R. 1287. Laur. c. Flor. Γ. κλεῖθρα; sed in Pal. et Laur. a. κλεῖθρα supra scripto ῃ; et κλῇθρα schol. Rom. κλῇθρα γὰρ πυλῶν τάδε διοίγεται 1294. Laur. c. Flor. Γ. Pal. κλεῖθρα, hic tamen supra scripto ῃ. Laur. a. recte κλῇθρα. Etiam v. 1262. ἔκλινε κοῖλα κλεῖθρα Aldus, codd. ap. Brunckium. Sed Flor. Γ. κλῇθρα. Laur. a. Flor. Θ. ει, Flor. Δ. κλεῖθρα. κλῇθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης Ant. 1171. Hic Brunckius et Erfurdtius κλεῖθρα intactum reliquerunt, ut inc. XVIII. 2. (673 D). ubi κλεῖθρον γὰρ οὐδέν. Verum in Antigona κλῇθρα Laur. a. b. Sed certum est κλῄς, κλῄω κλῇθρον dixisse Atticos et veteres quidem, tragicos et Thucydidem. Photius p. 168, 13: κλῇσαι οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, οὐ κλεῖσαι, καὶ κλῇδα· οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης. Eustathius p. 50, 24: κατὰ τὴν παλαιὰν καὶ αὐτὸ Ἀτθίδα τὸ ῃ μετὰ τοῦ ι ἔχει. Photium, ut solet, expressit Suidas v. Κληΐδα (scr. κλῇδα) οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης. Et perfecto sic ratio sermonis iubebat ex vetere Ionica dialecto derivati, in quo perpetuum κληΐς est. Hanc scripturam secuti sunt Porsonus, Matthiaeus, is quidem non satis constanter, Hermannus, in ultimis fabulis a se editis etiam Elmsleius, alia professus ad Bacchas v. 757.; κλείς, κλεῖθρον, κλείω perinepte defenderunt quidam, velut Monkius ad Eur. Hippol. 500., Valckenarii ad Phoen. 268. observatione, Euripidem κλεῖθρον scripsisse videri, eo abusi, ut ne potuisse quidem aliter affirmarent, quippe vocalibus ῃ et ω Euclide demum Archonte in usum introductis. Nam si Euclide archonte in tabulis publicis et inscriptionibus primum ῃ et ω scribi coeptum, literarum pridem inventarum usus haud dubie per multos iam annos apud homines privatos obtinuerat, ut ne illud quidem verum sit, quod Matthiaeus ad Phoen. 64. alterius sententiae patronis verum esse concedit, Euripidem κλεῖθρον κλείω scripsisse videri, pronuntiasse κλῇθρον, κλῄω. Concidit igitur, quod post Valckenarium Koenius ad Greg. p. 100. et Monkius l. c. affirmarunt, recentioris hoc esse atticismi et libros scriptos secundum grammaticorum praecepta hic illic videri correctos. Sic si agas, confidenter omnis barbariei patrocinium suscipias. Nam profecto centies in contrariam partem peccatum, non a grammaticis, sed a librariis, formas sibi notas ignotis et antiquatis substituentibus, ut iure mirere, tot locis veteris et genuinae scripturae relicta esse testimonia. De Sophocle partim vidimus, partim notavimus in ἀποκλῄω et ἐγκλῄω. Apud Euripidem

κλῆθρα consensu legitur Or. 1352. 1546,; v. 1429. Ald. et plerique codd. ἐκλῄισε; v. 1120. ἐγκλῄσομεν Flor. 21. ἐκκλῄσομεν Par. B. Flor. 10. 33. 34., unde ἐγκλῄσομεν scribendum fuit; v. 1562. solus Flor. 33. veram scripturam retinuit, etsi ι non subscriptum est; v. 1566. κλῆθρα idem et Taur.; item ille in Phoen. 64, uterque v. 113.; uterque et Flor. 10. v. 261; tres, Flor. 10. Aug. d. Taur. v. 1058.; v. 865. κλῄισας Mss. Leidenses, Mosq. D. Gu. Flor. 5. 6. 9. 18. 21. 34., at Aldus Flor. 2. 10. 33. Havn. κλείσας, inde iure κλῄσας editum; in Hecuba v. 482. Flor. 10. ξυγκεκλιμένη, non ortum illud, ut Matthiaeus putavit, ex ξυγκεκλειμένη, sed ex ξυγκεκλῃμένη, unde male ab ipso editum ex reliquis ξυγκεκλεισμένη, emendatius ab Hermanno scriptum; et ipse retractavit Matth. ad Androm. 495., ubi cum κεκλιμένα Havn., cum Elmsleio scripsit κεκλῃμένη, plane ut Hel. 977.; in Hippol. 498. Matth. recte συγκλῄσεις ex Par. A.; in Alc. 566. omnes praeter Havn. κλῄσατε videntur habere, velut Hippol. 802. κλείσατε in solis Par. A. Flor. 15. Havn. haesit; in Androm. 122. Aldus, alias scripturae διφθόγγου patronus, et codd. omnes συνεκλῄισαν, i. e. συνεκλῄσαν, altera scriptura edd. Vict. Lasc. demum invecta; v. 933. consensus est in vera ratione, ut Hel. 860.; Hel. 288. iniuria ει editum ne notata quidem, quod exspectares, aliqua diversitate; de v. 977. anceps iudicium est; in Iph. Aul. 329. ἀκλῄστους Ald. Vict., ἀκλείστους inde ab Hervag. 2. vulgatum, de libris silentium est; v. 334. κλείθρων Ald. et rell. edd. sed κλῄθρων Par. G. Flor. 1. 2.; Med. 215. codex apud Pors. κλῆιδα, Ald. κλῆδα; apud Matthiaeum nihil notatum; in Ion. 286. Matth. κεκλῃσμένος, sed oportuit κεκλῃμένος, et Flor. 1. 2. hoc firmant, modo ι neglecto; in Herc. f. 777. libri κλῄει, si fides ex silentio; de Aldina constat. Apud Aeschylum κλῇδας vulgo scribitur sine dissensu ullius libri, κλῄθρων oportuit ex Mediceo Sept. 378., ut κλῇσαι Pers. 709., ubi Med. κλῆισαι, κεκλῃμένην Suppl. 934., ubi Med. κεκλημένην, Guelph. et edd. vett. omnes κεκλιμένην. Haec expendere usitata sibi ἀκρισίᾳ Wellanerus neglexit. De Aristophane iam videtur consensus esse. In Thucydide secundum codd. idem plane constat secundum Popponem vol. I. 1. p. 212. et not. crit. ad II. 93. 94. IV. 8. 75. V. 71. VI. 64. In Xenophontis libris, nec refragor in eo scriptore, nimis saepe διφθόγγως scriptum observat Krueger ad Dion. Hal. Historiogr. p. 138., quam ut possit expelli. Denique in oratoribus, qui recentioris aetatis sunt, ea scriptura nihil habet offensae, sed quod ne apud Andocidem quidem ullum veteris reliquum vestigium est, Bekkeri negligentiae illi tribuendum, secundum quam perpetuo γίνομαι et γινώσκω edidit, ne monito quidem lectore, quasi ne unum quidem aut alterum librum verae scripturae tena-

cem fuisse credibile sit. De Platone paulo superstitiosius iudicat Schneiderus ad Civ. VIII. p. 560. c., uno et altero loco *κλῇσαι* quasi precario ferri concedens, quanquam ne apud hunc quidem vestigia desunt veterem scripturam testantia. Quin quod Theodos. Bekk. p. 1020, 25. damnat *κέκλεισμαι*, omnibus Graecis receptum *κέκλειμαι* dicens, dubito an ad *κέκλημαι* potius nos ducat, quamquam diphthongum tuetur Choerob. cod. Barocc. 50. In Etym. Gud. duorum doctrina plane contraria reperitur. p. 325, 50. *κλείω* probatur propter ductum inde *κλοιός*; p. 326, 48. *κλῇθρα* his verbis: *ἀπὸ τοῦ κλεὶς γέγονε κλῇθρα, ἢ ἀπὸ τοῦ κλείω κλείσω· τὸ κλείω δὲ οἱ Ἴωνες διὰ τοῦ η καὶ ι γράφουσι, ἐξ οὗ (καὶ) τὰ κλῇθρα διὰ τοῦ η καὶ γράφεται.* Vides *κλῇθρον* non Ionum dici, sed Graecum. Etiam apud Thomam p. 521 (216, 12 Ritschl.) *κέκλεισμαι* et *κέκλειμαι ἄνευ τοῦ σ* iuxta probantem, cum cod. Basil. *κέκλημαι* habeat, *κέκλημαι* scribendum.

Κληματόομαι palmites gigno. κεκλημάτωται χλωρὸς Thyest. VI. 4. (230 D.) *vitis.*

Κλῆρος. κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο Ant. 392. *οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μέσον καθεὶς* Ai. 1264. Eust. p. 674, 38. cf. 361, 26. *ἄτ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβῆς κλήροις ἔπηλαν* El. 700. Eust. p. 419, 2. Est *sorte loca assignarunt, ubi consisterent.* Tonum notavit Arcad. p. 68, 6.

Κληροῦχος compos. μητέρα, πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον Ai. 503. Schol. *μέτοχον, κεκληρωμένην, κλῆρον ἐσχηκυῖαν.*

Κλῄς clavis. ὧν καὶ χρυσέα κλῄς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν Oed. Col. 1055. ch. Verba sic ostendit esse componenda Hermannus: *ὧν καὶ ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε χρυσέα κλῄς — Εὐμολπιδᾶν: clavis qua Eumolpidae antistites taciturnitatem initiatis imponunt.* Libri in *κλῄς* consentiunt. De sententia v. Lobeck. Aglaoph. t. I. p. 36. — *clavicula: παῖσον ἐμᾶς ὑπὸ κληδός* Trach. 1027 m. De librorum scriptura tacetur. De tono notavit Arcad. p. 92, 24.

Κλῄω claudo. βλέφαρον κεκλῇταί γ', ὡς καπηλείου θύραι Phin. II. (635 D.). Brunck. *κέκλεισται.*

Κλῖμαξ. ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες Trach. 518 ch. Schol. *αἱ ἐπαναβάσεις, παρὰ τὸ ἄνω τε καὶ κάτω αὐτοὺς* (sic Herm.; vulgo *αὐτάς* inepte) *στρέφεσθαι ἐν τῇ μάχῃ· ἔστι δὲ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ.* Hesychius: *κλίμακες, πάλης εἶδος.* Idem significare *κλιμακισμόν* et verba *κλιμακίζειν* et *διακλιμακίζειν*, et meminisse eorum Pollucem III. 155. Hermannus adscripsit, qui rem inprimis apte illustravit ex Ovid. Metam. IX. 51. Gravari vocabulum adnotat Arcad. p. 18, 22., et primam produci ostendit Eur. Phoen. 1189. 1198. Pors.

Κλίνω (ῑ) *inclino.* De re movenda: ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα Oed. R. 1262. De corpore inclinando et applicando *passive* dictum: ὑπτία δὲ κλίνομαι δείσασα πρὸς δμωαῖσι κἀκοπλήσσομαι Ant. 1173. τοῖς ἐμοῖς πλευροῖς ὅμου κλιθεῖσαν Trach. 1216. Hinc de terra habitata vel insessa: δισσοῖσιν ἀπείροις κλιθείς Trach. 101 ch. ex Homeri usu desumtum Il. ε. 709. ο. 740. cf. Seidler. ad Eur. Troad. 819. *Active:* πᾷ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις; Trach. 1003 m. De flectendo gressu: μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς Oed. Col. 193. De die inclinato et vergente: καὶ κλίνεταί γε (ἦμαρ) Thyest. VI. 6. (239 D.) De rebus humanis ad exitium ruentibus: ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τἀνθρώπεια Ai. 131. — Extrito ν̄ ῑ corripi, servato extra futura produci notum.

Κλισία tugurium militare, σκηνή dictum aetate post Homerum insecuta. ἐφάλοις κλισίαις Ai. 190 ch. μία δ' ἐκ κλισίας ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω 1385 an. Accentum an secundum periecticorum normam poni oporteat, ambigi posse videtur, inprimis si cognatum κλίσιον consideres; nemo tamen notasse videtur.

Κλῖτύς clivus, iugum montis. Hesychius: κλιτύς καὶ κλιτύες, τὰ ἀποκλίματα τῶν ὀρέων, καὶ τὰ καταφερῆ τῶν ὑδάτων. Eadem fere Apoll. Lex. Hom. p. 405. Etym. M. p. 519, 46. Gudianum p. 328, 16. ex Apione omnes; ἀποκλίσεις τῶν ὀρῶν Schol. Ven. A. ad Il. π. 390. κλίματα ὀρῶν B. L.; τὰ ἀποκλίματα καὶ ἐξέχοντα τῶν ὀρέων Eust. p. 1066, 15. veteres secutus doctores, recentiores enim a κλέτας ducebant, inque his Herodianus fuisse videtur. Τιρυνθίαν πρὸς κλιτύν Trach. 270. Παρνησίαν ὑπὲρ κλιτύν Ant. 1131 ch. ῑ producitur; et ita legitime fieri Etym. M. demonstrat p. 519, 46., per ει scribendum iudicans; diserte schol. Il. π. 390. testatur, et non solum Sophoclea exempla ostendunt, sed etiam Eur. Hipp. 226. Alc. 592. Cycl. 27. Bacch. 388. Ultima ex lege ipsa quoque producenda esset, sed corripitur Ant. 1131. Trach. 270. Eur. Hipp. 226. Androm. 357. quae exempla Brunckius ad Hippol. l. c. adversum Valckenarium protulit, qui κλιτὺς ὅθι σοι pro ὅθεν σοι emendaturus erat, ne ῠ minus usitato more corriperetur. Observavit Monkius, corripi ῠ tragicis, ubicunque sequente legatur vocali. Nam media voce ut in κλιτύων Alcest 592. correptum haudquaquam a regula discedit. Alia contra Valck. collegerunt documenta Schaef. Mel. Cr. p. 73. Wernickius ad Tryphiod. p. 291. Jacobs ad Anthol. Pal. t. III. p. 862. Spitzner. de prod. brev. syll. p. 67. Tonum generatim notavit Arcad. p. 92, 8. Schol. Il. π. 390.

Κλονέω agito. καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ οὐδ' ὄμβρος — κλονεῖ Trach. 145. ὁ τλάμων — ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖ-

ται Oed. Col. 1243 ch. ὡς καὶ τόνδε — ἆται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι. 1246 ch. Libri κλονέουσιν, praeter Farn., in quo κλονέσουσιν, Elmsl. κλονοῦσιν.

Κλοπεύς qui surripit. κλοπεὺς ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων Phil. 77. *qui clam molitur.* φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς — ᾑρῆσθαι κλοπεὺς τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων Ant. 489.

Κλοπή furtum i. q. *fallacia, fraus.* κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγείς Phil. 1014. fallacia a Palamede Ulixi intentata significatur, quae res in Cypriorum carmine exposita fuit. — *factum clandestinum.* ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι Ai. 243. ch. φεύγειν διὰ τῆς ξηρᾶς schol.

Κλύδων fluctus. Θρῄκιον κλύδωνα Oed. R. 197. ch. πόντιον κλύδωνα Oed. Col. 1683 m. Hinc tralatum ad *procellam equestrem* in cursu quadrigarum: κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον El. 723. Explicat totum locum Suidas v. ἀνακωχεύειν et Zonaras p. 201. Et de *infortunio* hominem agitante: εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν Oed. R. 1527. De flectendo vocabulo notavit. Herod. μον. λέξ. p. 9. 5. sed vitiose ibi scriptum κλυδών; de tono v. Arcad. p. 11, 5.

Κλύζω diluo. πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ inc. LXVII. (733 D.). quem versum aliter aliis locis scriptum exhibet Plutarchus Mor. p. 468. b. 463. f. 923. a. v. Abresch. Misc. Obss. nov. t. I. p. 81. Seidler ad Eur. Iph. Taur. 1161. — De Phil. 683 v. κλύω.

Κλυταιμνήστρα n. pr. El. 1360. 1465.

Κλυτός clarus. ἔκγονα κλυτᾶς χθονός. Oed. R. 172. In uno cod. Brunckius κλυτά reperit, ipsi non deterius visum, sed non conveniit chori personae, quamvis conferat Schaeferus cum Ai. 368 m. ubi ἐν κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις. κλυτῶν ἐνάρων Ai. 177 ch. κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν Ant. 1105. de Baccho, cui vino ferax Italia inferior in deliciis. Verius enim de hoc loco existimasse videtur Etym. M. v. Κολωνεία, quam cuius longam adnotationem ne nunc quidem Hermannus sustulit, Bothius. — De tono, ut in verbali, constat, et diserte testatur Arcadius p. 19, 8.

Κλύω audio. De formis verbi, quippe cuius praesens et imperfectum solum reperiatur, dicere singulatim non attinet. 1. Proprie *auditu et auribus percipere.* ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύοις Phil. 24. ἤν τι καινόν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας, κλύῃς 53. οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων 86. ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων 683 ch. Libri κλύζων; illa Canteri coniectura est, nunc firmata codicibus Flor. Γ., in quo adscriptum γρ. κλύζων, et Vat. ἀλλ' ὅδε μὲν κλύει οὐδέν 828 m. καὶ σὺ μὴ θυμοῦ κλύων 910. ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω 964. κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ

ἐβουλόμην 1223. βούλομαι δὲ σοῦ κλύειν 1257. αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ᾽ ὄψιν 1398 an. ξύμμετρος γάρ, ὡς κλύειν Oed. R. 84. prope abest, ut audire possit. εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν 91. τἄμ᾽ ἐὰν θέλῃς ἔπη κλύων δέχεσθαι 217. ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ 235. τίς γὰρ τοιαῦτ᾽ ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ᾽ ἔπη κλύων; 340. ἦ ταῦτα δῆτ᾽ ἀνεκτὰ πρὸς τούτου κλύειν; 429. σκόπει κλύων 952. τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν 1389. οὐ δὴ κλύω που — τοῖν μοι φίλοιν δακρυρροούντοιν 1472. λέξεις, καὶ τότ᾽ εἴσομαι κλύων 1517. sententia ab Erfurdtio illustrata. τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ᾽ ἂν εὔξαιμην κλύων; Oed. Col. 41. πάντ᾽ ἐπιστήσει κλύων 53. δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν 139. an. κλύεις, ὦ πολύμοχθ᾽ ἀλᾶτα; 162 ch. κλύουσά του 413. ἀλγῶ κλύουσα ταῦτ᾽ ἐγώ 421. ὦ παῖδε, κλύετον τῶνδε προσχώρων ξένων; 494. οὗ λόγων ἄλγιστ᾽ ἂν — ἐξανασχοίμην κλύων 1176. τί σοι τοῦτ᾽ ἐστὶ λυπηρὸν κλύειν 1178. ἅπαξ τὰ τοιαῦτα — χρῄζω κλύειν 1310. ὥστ᾽ ἐμοῦ κλύειν λόγους 1352. πατρὸς κλύετε τοῦδ᾽ ἀρωμένου 1408. κλύων τὰ τοῦδ᾽ — ἀνδρός, οἷ᾽ ἐθέσπισεν 1429. μηδὲ — λεύσσειν δικαιοῦν, μηδὲ φωνούντων κλύειν 1638. ταῦτ᾽ οὖν ἔκλυεν δαίμων ἡμῶν 1763 an. λόγοις — οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων Ant. 687. βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν; 754. φωνῆς — κακκιμάτων κλύει τις 1222. τοῦδ᾽ ἐγὼ κλύων ἀπῇξα Trach. 188. πρὶν καθ᾽ ἡδονὴν κλύειν 196. λόγου καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλύειν 289. ταῦτ᾽ ἐμοῦ κλύειν παρών 421. ἴδοιμι σωθέντ᾽ ἢ κλύοιμι 608. ξυμφορὰν — δεδορκὼς κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων 744., qualia exempla secundam et tertiam significationem praemuniunt. κλύω τινος οἴκτου 860. δεύτερον κλύεις 874. κλύουσ᾽ ἔφριξα 1033. ὡς κλύειν ἐμέ 1115. πᾶς ὁ κλύων Ai. 151 an. οὔτε του κλύων σάλπιγγος 283. δοῦπον αὖ κλύω τινά 858 ch. αὐδὴν δοκῶ Τεύκρου κλύειν 954. κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίστους λόγους 1299. κλύοντι φλαῦρα 1302. ἔκλυον ἐξηγουμένου El. 417. οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν 547. κλύοις ἂν ἤδη — βάξιν 627. ταῦτ᾽ ἵλεως κλύων 645. ἴσθι τοῦτ᾽ ἐμοῦ κλύουσα 866. καὶ τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι 979. ἀνέξομαι κλύουσα 1017. v. ἀνέχω. μή τις ἔνδοθεν κλύῃ 1220. ἔκλυον — αὐδάν 1273 m. ἄναυδον οὐδὲ σὺν βοᾷ κλύουσα 1275 m. ὡς ἐπ᾽ ἐξόδῳ κλύω τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος 1314. ἵλεως αὐτοῖν κλύε 1368. ὦ πρῷρα λοιβῆς ἑστία, κλύεις τάδε; inc. LXXXII. 6. (760 D.) Est vero hoc ex Chryse, pleniusque legitur apud schol. Ar. Vesp. 843. quam apud schol. Pind. Nem. XI. 7. — 2. *Auscultare, inde animum advertere, curare.* θᾶσσον ἂν τῆς πλείστον ἐχθίστης ἐμοὶ κλύοιμ᾽ ἐχίδνης Phil. 628. μῶρος ἦν πάλαι κλύων σέθεν Trach. 413. σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου 1105. κλύειν ἀνδρὸς ματαίου φλαῦρ᾽ ἔπη μυθουμένου Ai 1140. οὐδ᾽ ἐπίστασαι κλύειν El. 619. *audis impatien-*

ter. μή ταύτης κλύε 665. — 3. A prima significatione proficiscitur, cum comperiendi et fando accipiendi vim habet. ὃν κλύεις ἴσως τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων Phil. 261. οἷν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότων κλύειν 425. ἄνδρε τώδ' ὥπερ κλύεις 587. οὔκουν ἔγωγ' οἶδα κλύων οὐδ' ἐσεῖδον 676 ch. εἰ καὶ μὴ κλύεις τῶν ἀγγέλων Oed. R. 305. Valck. ad Phoen. p. 320. et Brunckius μὴ 'κλυες, quod codd. glossa μὴ ἤκουσας firmari credebat. Sed praesens, cum nostratium consuetudine imperfectum requiratur, Phil. 261. 587. Oed. Col. 796. aliisque locis reperitur et est quasi legitimum, v. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 503. C. Buttm. ad Phil. 261. κλύων σοῦ δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς Oed. Col. 308. ὅσῳ περ καὶ σαφεστέρων κλύω 796. a certioribus auctoribus comperi. Libri Tricliniani ἐκ pro καί, idque etiam scholiastes respicit. ἔπειτα κἀπὸ μάντεων ταύτῃ κλύων 1302. ὡς μόνη κλύοις Ant. 19. Potest hoc ad primam referri significationem: minus tamen videbatur aptum, quod Antigone sperat Ismenen suis monitis parituram esse. τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει —; 628. γνώσει τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων 986. ἤτοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ πάρα 1157. ἄχῃ τέκνου κλύουσαν 1232. καὶ ποῦ κλύεις νιν ἱδρῦσθαι χθονός; Trach. 68. πᾶν τοίνυν — κλύοι τις ἂν 71. ὡς ἐγὼ κλύω 72. ἀνδρὸς εὐτυχῆ κλύουσα πρᾶξιν 293. κλύειν γ' ἔφασκον 425. κλύοντες ἐξυπηρετήσομεν 1146. τίνα δ' ὅταν κλύῃ φάτιν Ai. 837. Suid. v. δύστηνος et κλύει. βασιλῆς κλύοντες Ἀτρεῖδαι 939. ch. (sc. γελῶσι). ἁγὼ κλύων — ὑπεστέναζον 979. πλὴν ὅταν κλύῃ τινὸς ἥξοντ' Ὀρέστην El. 285. ἀδυπνόων κλύουσαν — ὀνειράτων 471 ch. ὡς ἐγὼ κλύω 556. κλύων ὁθούνεκ' Αἴγισθος μὲν οὐ κατὰ στέγας 1299. ἐκλύομεν Aeg. IV. (22 D.); tamen sententia non satis certa. — 4. A secunda proficiscitur significatione, cum parendi et dicto audientis vi praeditum est. τῶν ἐν τέλει κλύειν Phil. 913. κλύειν τῶν ἐν τέλει Ai. 1331. Stob. V. 12. Paulo aliter scriptum versum memoriter affert Eust. p. 800, 9., et dimidiatum p. 686, 18. τῶν ἐφεστώτων κλύειν Ai. 1051. Stob. Serm. XLIII. 14 cum quatuor aliis affert versibus. κλύων ἐμοῦ Oed. Col. 744. τοῦδε χρὴ κλύειν 1119. Ant. 662. δοῦλον ὄντα τῶν πέλας κλύειν Aload. VIII. 3. (106 D). τῶνδ' ἀνάγκη καὶ σιωπώντων κλύειν Past. V. 2. (447 D.). τοῦ φυτεύσαντος κλύειν Trach. 1234. — 5. Vocari qualicunque modo, maxime de mala fama utentibus, vel convicio agitatis. κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά El. 524. ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαν οὐκ ἀνασχετόν Trach. 718. οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς Synd. VII. 3. (152 D). Minime apte in hunc modum Valcken. ad fr. Callim. p. 112. explicat locum Trach. 413.: dudum a te insanus dicor. — Verbi cum aliis componendi usitatissima ratio est, ut cum, auditu

accipiendi, auscultandi, comperiendi vim habeat, vel nude sine casu vel sententia pendente dicatur, vel cum casu quarto rei, rarius cum secundo (Phil. 86.); is unde aliquid audimus vel genitivo solo (Phil. 964. 1257. Oed. R. 235. etc.) vel addita praepositione πρός (Oed. R. 429.) significatur; ἐκ non additur apud Sophoclem, nisi in libris Triclinianis Oed. Col. 796. Genitivo et accusativo rei additur participium (Oed. R. 1472. Oed. Col. 1638. Trach. 289. 860. Phil. 425. El. 285.) idque promiscue, sive de *auditu* sive de *comperiendo* dicitur; hac tamen significatione semel infinitivus reperitur Trach. 68. et enuntiatum particula ὁθούνεκα adnexum El. 1299. Falsa igitur praecepit Matthiae ad Hippol. 138. Pariter his unde aliquid accipitur audiendo participio dicitur addito Ai. 1140. El. 417. 1314. Sin vero *dicto audientem esse* significat, non dicitur nisi cum genitivo personae solo. — ῡ perpetuo corripitur, si imperativum κλῦθι exceperis.

Κλών ramus. δένδρα — κλῶνας ὡς ἐκσώζεται Ant. 709. τρὶς ἐννέα — κλῶνας — ἐλάας Oed. Col. 484. De tono simul et flectendo vocabulo praecepit Etym. M. p. 809, 13. cf. Herod. π. μον. λέξ. p. 32, 1.

Κνάπτω trahendo lacero. ἐκνάπτετ' αἰέν Ai. 1010. De sensu verbi cum γνάπτω γνάμπτω κάπτω κάμπτω cognati v. Hemsterh. ad Luc. t. I. p. 86. (t. I. p. 301 Bip.), ad schol. Ar. Plut. 166. — In Ai. Libri plerique et Aldus ἐγνάπτετο, Suid. v. ἄντυγες et cod. Leid. v. πρισθείς, ἐ κ ν ά π τ ε τ ο, quod veteris atticismi, v. Eust. p. 150, 31. Sic Laur. a. a prima manu, Laur. b. Aug. b. Dresd. a.

Κνήμη μελίνης Tript. VII. (534 D.). Non constat de significatione. De tono v. Arcad. p. 110, 14.

Κνίζω pungo. ἔκνιζέ μ' αἰεὶ τοῦτο Oed. R. 786. v. Bergler. ad Alciphr. ep. 29.

Κνισμός morsiuncula, vellicatio amatoria. κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος Salmon. I. 1. (482 D.).

Κνυζάομαι. κ ν υ ζ ώ μ ε ν ο ν (vulgo κνυζόμενον), στένοντα. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν σκυλάκων. et κ ν υ ζ η θ μ ό ς, ἡ τῶν κυνῶν ὀδυρτικὴ ὑλακή Suidas, et ex Photio quidem priora, apud quem emendate scripta leguntur p. 173, 21. — σῶμά τ' ἀνικάτου θηρός, ὃν ἐν πύλαισι φασὶ — εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαι τε Oed. Col. 1567 ch. Optimi codd. Laur. A. B. Par. A. F. et Ricc. κνυζεῖσθαι, quod tanquam magis Atticum praetulit Elmsleius, Par. B. Vat. κνυζᾶσθαι, idem in Par. T. Farn., omissa copula sequente τε, supraque scripto in T. ει. Apud schol. κνύζεσθαι certe in cod. Laur. scriptum. Cur magis atticum censeat Elmsleius, ignoro, nisi forte propter κνυζούμενα Ar. Vesp. 977., quod ipsum du-

bium an non potius *κνυζώμενα* scribendum sit. Brunckius iam propter parem sonum *εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαι τε* hoc recte praetulisse videtur: id quod Doricum cum secundum Sophronis auctoritatem ap. Etym. M. p. 523, 4. videatur esse, eo dignius gravitate videtur cantici. In Etym. Gud. p. 330, 43. Sophroni vitiose *κνύζομαι* tribuitur. — *κυνηδὸν ἐξέκραξαν ὡς κνυζούμενοι* legitur ex Phrixo II. (646 D.) apud eundem Etym. vitiose scriptis *ἐξέπραξαν* et *κνυζούμενον*, quae emendavit Blomf. et ex parte Iacobs. ad Ael. H. An. p. 10. t. II. inter *κνύζεσθαι*, *κνυζεῖσθαι* et *κνυζᾶσθαι* libros passim fluctuare observans.

Κνώδαλον bellua. Propriam vocabuli significationem, de qua adnotarunt Photius p. 174, 1. Suidas et Hesychius in v. Etym. M. p. 522, 38. Eust. p. 106, 25. 1822, 38. non curari a tragicis notum est. Cf. I. H. Vossium ad Arat. 299. *Feram et agrestem bestiam* una comprehensis *semiferis Centauris* significat: (*ἀτρακτός*) *φθείρει τὰ πάντα κνώδαλα* Trach. 713. et *παρακτίαν στείχων ἀνημέρωσα κνωδάλων ὁδὸν* Thes. I. 2. (233. n. D.). ubi cum de se Theseus loquatur, etiam immanes praedones Sinin et Scirona significari consentaneum.

Κνώδων remora gladii: inde gladius ipse. *τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος* Ai. 1004. Suid. v. *κνώδοντος*. *ξίφους ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας* Ant. 1218. Vocem Musgravio l. c. non intellectam explicuit Summus Interpres ad Ai. 814. p. 350.; praeterea Xenophonte utitur de Ven. 10, 3. et 16. Hermannus. Accentum enotavit Arcad. p. 11, 5.

Κνώσιος Cnossius. *Νύσια Κνώσι' ὀρχήματα* Ai. 684. ch. Bacchicae et multa cum exsultatione intelliguntur saltationes: de re obscura exposuit Lobeck. *Κνώσσια ὀρχήματα* hinc memorat Eust. p. 1166, 19. Geminant $\bar{\sigma}$ Flor. Θ. et, ut videtur, Laurr.; unum exhibent Flor. Γ.Δ.

Κοῖλος cavus. de re aut natura aut arte excavata: *κοίλας πέτρας γύαλον* Phil. 1070 ch. *antrum:* Eust. p. 526, 40. 944, 24. *κοίλης* habet. *κόρης νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον* Ant. 1190. *κοίλην κάπετον* Ai. 1144 an. 1382 an. *κοίλου πέλας κρατῆρος* Oed. Col. 1589. Suid. v. *κοίλου*. *κοίλης τ' ἀχέρδου* 1592. Suid. v. *ἀχερδός*. *κοῖλα χρυσόκολλα καὶ πανάργυρα ἐκπώματα* Acris. XI. 3. (68 D.). *ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα* Oed. R. 1262. *σταθμὰ κοῖλα θυράων* explicandi gratia advocat Schaef. ex Theocr. XXIV. 4.; annuli sunt, forium immittendo vecti excavati. *κοίλῳ ζυγάστρῳ* Trach. 689. quae verba afferunt Eust. p. 956, 6. Etym. M. p. 412, 28. Zonar. p. 962. hic quidem vitiose *ξύλῳ ζυγάστρῳ*. *κοῖλα δέμνια* Trach. 897.; eadem quae *μαλακά*, cavantur enim imposito corpore. Inepta est scriptura scholiastae altera *κοινά*, *ἢ τὰ τοῦ θανάτου*, *ἢ τὰ αὐτῆς καὶ τοῦ Ἡρακλέους*. — Perpetuum Argorum cognomen *κοῖλον Ἄργος* exstat Oed. Col. 379. 1389.

et Ἄργεϊ κοίλῳ Thamyr. V. 2. (230 D.) de quo cognomine optime egit Nitzsch. ad Odyss. IV. 1. — Accentum enotavit Herod. π. μον. λέξ. p. 20, 34. Arcad. p. 55, 22.

Κοιμάω consopio. Activum tralate dictum de *dolore mitigando*: ᾧ (φύλλῳ) κοιμῶ τόδ' ἕλκος Phil. 646. Memorat Eust. p. 905, 6. 980, 49. Passivum ad *mortis* significationem transfertur. εὖτε γὰρ ὁ ποντισθεὶς Μυρτίλος ἐκοιμάθη El. 499 ch. Κοιμῆσαι pro κοιμίσαι Aeolicum dicit schol. Il. π 524.

Κοίμημα somnus. κοιμήματά τ' αὐτογέννητ' ἐμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός Ant. 856 m. concubitus Iocastae cum Antigones patre Oedipo ipsius filio, συνουσίαι τοῦ πατρὸς αὐτογενεῖς.

Κοιμίζω consopio. Ad *mortem* translatum: Ἑρμῆν (καλῶ) εὖ με κοιμίσαι Ai. 819. ad *fluctus sedandos*: δεινῶν δ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισεν στένοντα πόντον Ai. 659. Suid. v. ἄημα. Cf. Dissen. Expl. Pind. p. 497.

Κοινολεχής coniux. μητὴρ — χὠ κοινολεχὴς Αἴγισθος El. 97 an. Eust. p. 653, 35.

Κοινόπλους navigationis consors. ἡμῶν γε ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν (sc. κλύεις) Ai. 859. i. q. συνναύτας ἐρχομένους. v. Lobeck. p. 366.

Κοινόπους una ingrediens s. adveniens. ἡμῶν ποθεινὴν κοινόπουν παρουσίαν El. 1093. i. q. κοινῶς παρόντας.

Κοινός communis, consors. 1. *De homine.* μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν κοινὸν ποιεῖσθαι Oed. R. 240. *socium adhibere* Musgr.: melius *consortem facere.* Similiter dictum κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι ξυνών Ai. 260. quae respicit Eustath. p. 482, 44. Inprimis de *cognatis*: κοινῶν παίδων Oed. R. 261. κοιναί γε πατρὸς ἀδελφεαί Oed. Col. 540 m. ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα Ant. 1. κοινῷ πατρί El. 455. Electrae et, quam alloquitur, Chrysothemidi. — 2. *De re.* κοινὰν ἤνυσεν εἰς φίλους ἀρωγάν Phil. 1130. *communiter profuturam* tulit opem. τοὔνομα τὸ τοῦδε κοινοὶ πάντες ὠνομασμένοι Oed. Col. 61. Colonenses a Colono eponymo vocati. ματρὸς κοινᾶς ἀπέβλαστον ὠδῖνος 538 m. ut αἵματος κοινοῦ Ant. 202. παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος Oed. Col. 1496. ut κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά Trach. 205. mixtus mulierum et virorum. v. Herm. ὅτῳ — ἡ δορύξενος κοινὴ παρ' ἡμῶν — ἐστιν ἑστία 639., quod recte de mutua inter Oedipum et Athenienses vel utrorumque maiores necessitate Hermannus interpretatur. μόρον κοινόν Ant. 57. κοινοῦ θανάτου μέρος 147 an. τύμβου πατρῴου κοινὸν εἰληχὼς μέρος El. 1124. Huc referendum et illud πάγκλαυστον αἰῶνα κοινὸν εἵλου El. 1075 ch. *mortem* enim *elegisti* significat. κοινῷ κηρύγματι Ant. 161 an. quasi πανδημεὶ κηρύξας

ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν 975. κείνου τε καὶ σὴν — κοινὴν χάριν Trach. 485. ὑμῖν τε κοινὴν τήνδ' ἐπισκήπτω χάριν Ai. 563. Suid. v. ἐπισκήψω, Zonar. p. 842. et librorum pars κοινήν. Alii codd. κοινῇ minus exquisite. ἔδειξεν ὅπλων κοινὸν Ἄρην 1175 ch. — 3. *Substantive* dicitur ipsum. ἀνθρώποισι — κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν Ant. 1011. ὡς — κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ Phil. 25. quanquam hoc etiam adverbiascere videri possit. κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν Trach. 938 ch. Schol. ἴσον δέ ἐστι τὸ ἔχειν κακὰ καὶ τὸ προςδοκᾶν. — 4. *Adverbialiter* dicitur κοινῇ *communiter*. κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἁβρύνεται Oed. Col. 1341. ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς κοινῇ τι βουλεύσαντα Oed. R. 606. Adverbii usum attingit μή μοι θάνῃς σὺ κοινά Ant. 542., quod dictum ut κοινὸν ἐμοὶ θάνατον μὴ θάνῃς. Hoc quomodo repertum sit, docet Ai. 574. τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται. i. q. ὥςτε κοινωνίαν αὐτῶν ἔχειν ἐμέ. — Accentum notavit Arcad. p. 64, 3.

Κοινότοκος una generatus i. e. *consanguineus*. ἐλπίδων κοινοτόκων ἀρωγαί El. 847 m. Schol. vet. αἱ τῶν ἐλπίδων ἀρωγοὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν: de scriptura ἀ ρ ω γ α ί v. ἀρωγός et ἐλπίς.

Κοινόω communem reddo. Medium *cum aliquo communico*. οὔτ' ἠθέλησας οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην Ant. 535.

Κοινωνέω consors sum. κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων Trach. 543. eodem viro usa.

Κοινωνός consors. ὁ τοῦ κακοῦ κοινωνός Trach. 727. active dictum, *mali auctor*. ἅπαν μαθήσει τοὔργον ὡς κοινωνὸς ὤν Ai. 277. adsignificata benevolentia. De tono notavit Arcad. p. 66, 7.

Κοιρανίδης princeps. Θήβης οἱ κοιρανίδαι Ant. 931 m. Alibi ἄνακτες tragicis audit chorus, v. ἄναξ. Schol. κ ο ι ρ α ν ί δ α ι. κοίρανοι. τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησίν. εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν. Alter Scholiastes ineptit de Creonte cogitans. Patronymicorum hanc et gentiliciorum finitionem aliis saepe rebus declarandis poetae usurpant: ἁλιάδαι Soph. Ai. 867. οὐρανίδαι Eur. Phoen. 837. non *Caeligenas* sed *Caelicolas* significans, ut taceam comicorum vocabula κλεπτίδης, σπουδαρχίδης, μισθαρχίδης, et Χρεωκοπίδας Solonis familiares Plut. Sol. 15., Ἑρμοκοπίδας Alcibiadis sodales, alia.

Κοίρανος rex. ὁ τῆςδε τῆς γῆς κοίρανος Oed. Col. 1289. ἄναξ κοίραν' Ἀθηνῶν 1756 an.

Κοίρανος n. pr. Πολυΐδῳ τῷ Κοιράνου Polyid. I. 2. (462 D.); scribendum enim sic videtur pro τῷ κοιράνῳ. Coerani enim filius Polyidus; Apollod. Bibl. III. 3, 4. Plut. de Fluv. XXI. 4.

Κοίτη. Proprie *cubile*. πετρίνης κοίτης Phil. 160 an. Maxime ad-

significata tori genialis notione: ἐν κοίτῃ πατρὸς El. 264. πρὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆναι Trach. 17. Sed οὐκ ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον Scyth. I. 1. (491 D.). emendandum, cum aperte tetrametri illi sint, videtur οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἔβλαστον. Plurali numero: ἐμ' οὔποτε δέξεσθ' ἔτ' ἐν κοίταισι ταῖσδ' εὐνήτριαν Trach. 918. ἐν κοίταις πατρῴαις El. 187 ch. — Cubile mortui apud inferos: κοίταν δ' ἔχει νέρθεν Oed. Col. 1704 m. — De forma notare opus duxit Herod. π. μον. λέξ. p. 42, 33.; de accentu Arcad. p. 114, 17.

Κοκκοβόας ὄρνις ὁ ἀλεκτρύων π. Σοφ. (fr. inc. CV. 112. s. 900 D.). ap. Eust. p. 1479, 44.

Κολάζω castigo. ἅ, μὴ κόλαζε τόνδε Oed. R. 1147. *verbis*, ut λόγοις κολάζειν Ai. 1139. τὰ σέμν' ἔπη κόλαζ' ἐκείνους Ai. 1087. Bene glossator explicuit κολάζων ἐκείνους λέγε τὰ σεμνὰ ἔπη: τά refertur ad superba dicta a Menelao ante iactata. Cf. Lobeck.

Κολαστής castigator. Qui *verbis* castigat: τὰ σὰ δεῖται κολαστοῦ μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦδ' ἔπη Oed. R. 1148. κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν Procr. I. (478 D.). De *animo sibi exprobrantis et in se ulciscentis* facta: τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων Oed. Col. 440. Qui *poena et minis coercet*: ἐμοῦ κολαστοῦ προςτυχών El. 1455. — De accentu generis parum distincte Arcadius p. 26, 7.: accurate schol. ε. 158., quae restringitur regula ad exeuntia in στης ad λ. 454. χ. 67.: item Etym. M. p. 436, 12.

Κολεός vagina. χεροῖν κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη Ai. 717. Ald. et codd. nonnulli κουλεῶν, Homericam scripturam secuti, ἀμέτρως. — De accentu praecipit Herodian. π. μον. λέξ. p. 37, 30. Arcad. p. 38, 18. et iubet sic fieri περιεκτικὴ τάσις.

Κόλπος sinus. Δηοῦς ἐν κόλποις Ant. 1108 ch. non de sinu deae ipsius, sed de Saronico, cui adiacebat Eleusis mysteriis celebris, quorum πάρεδρος θεός Iacchus, saepe cum Baccho Thebano confusus. — Τυρσηνικὸς κόλπος Tript. I. 3. (527 D.). — Accentum notavit Arcad. p. 67, 4.

Κόλχος Colchus. Κόλχος τε Χαλδαῖός τε καὶ Συρῶν ἔθνος Tymp. II. (564 D.). Accentum v. ap. Arcad. p. 84, 29.

Κολώνη tumulus, et *sepulcralis* quidem. ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους πηγὰς γάλακτος El. 882. Affert Eust. p. 351, 9. De accentu v. Eust. p. 351, 2. 880, 28.

Κολωνός n. pr. τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν ἀρχηγὸν εἶναι Oed. Col. 59. Brunck. Elmsl. contra libros τόν. Commonstrari autem vel statuam, ut Reisigio, vel locum, quem tenere vel tenuisse

olim heros putabatur, ut Hermanno placet, sensui satis est aptum. Accentus appellativi videtur consensu servari.

Κολωνός tumulus, et hinc demi Attici appellatio. τὸν ἀργῆτα Κολωνόν Oed. Col. 676 ch. θεῷ τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ 893.

Κόμη coma. κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς Oed. R. 1243. κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται Oed. Col. 1263. κομὴν — συλλαβὼν χερί Ai. 303. ἐν χεροῖν ἔχων κομὰς ἐμὰς καὶ τοῦδε 1153. Affert Eust. p. 1293, 31. ἀεὶ πυκίνοις δρόσοις τεγγόμενος κόμας 1188 ch. κόμης πένθος Tyr. XV. 1. (587 D.). — κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου κρατὸς διασπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ Trach. 778. Heath. κρατὸς δὲ λευκόν et κόμης διασπαρέντος, quod cum soloecum sit, Brunckius διασπαρέντος αἵματος κόμης θ' ὅμου. Librorum scriptura et ab Athenaeo firmatur et ab Eustathio p. 976, 8. et 1193, item explicatione scholiastae. Praeterea Eur. Troad. 1173 similitudinis causa ab Athenaeo adiunctum exemplo Sophocleo explicando satisfacit, ut κόμης ἐκραίνει copulentur. Sed αἵματός θ' ὁμοῦ inepte addi visum minime explicat Hermannus. Verba sic componenda: κόμης αἵματός θ' ὁμοῦ ἐκραίνει μυελόν, κρατὸς διασπαρέντος: id est κόμης τῆς αἱματηρᾶς. Hoc fortasse voluit Apitz. p. 259, obscurius ille verba componens. — De tono v. Arcad. p. 110, 11.

Κομήτης pinnatus. κομήτην ἰόν Trach. 564. Tanquam παρώνυμον penacuitur, cf. schol. Il. ε. 158. Etym. M. p. 61, 55. Philem. p. 12.

Κομίζω fero, porto. De re: σκῦλα — πρὸς πυρὰν ἐμὴν κόμιζε Phil. 1419. τί μέλλεις κομίζειν δόμων τῶνδ' ἔσω; Oed. R. 679 ch. ἔπαινος, ὃν κομίζετον τοῦδ' ἀνδρὸς Oed. Col. 1413. quam *fertis* laudem, i. e. quam *meruistis*. λείψαν' ἐν βραχεῖ τεύχει — κομιζόμεν El. 1103. — *Fero* etiam de infante, qui nutricis portatur brachiis; cf. Voss. ad Hymn. Cer. 443. p. 128: κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμόν Ai. 526. καὶ δὴ κομίζει προςπόλων ὅδ' ἐγγύθεν 540. — De homine maxime *ducere, adducere, abducere*: τοῦτον θεὸς εἶπε κομίζειν Phil. 830 m. πέμψον ἀμέμπτως, ἔνθ' ἡ μεγάλη Μοῖρα κομίζει. 1452. *ire iubet*. καὶ σύ, παῖ, κόμιζέ με Oed. R. 444. κομιζέτω δῆτα 445. κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με Oed. Col. 595. Primus hoc intellexit Reisigius, q. v., cum plerique cum Brunckio et Doederlino interpretentur *reverti* vel *redire*. Sed κομίζεσθαι pro κομίζειν minime dicitur. ἀλλά νιν κομίζετ' εἴσω Ant. 574. κεἴ τινα στρατοῦ θέλεις κομίζειν Ai. 1376. — Semel de *pecudibus* dicitur κομίζεσθαι, *media verbi forma*, ut sit *secum adducere*: ποίμνας τε πάσας εἰς δόμους κομίζεται Ai. 63. Semel praeterea *medium* legitur de *rebus sibi gratia vel precibus comparandis*: ἄν ᾖ θέλουσα πάντ' ἐμοῦ κομίζεται Oed. 580. — *Passivum*: ἐξ Ὠλένου

γῆς φορβάδος κομίζομαι Hippon. II. (285 D.) dubia sententia. Est enim aut *venio* aut *discedo*. Semel pereleganter de homine dictum, qui iubetur, quo velit, abire: *σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις* Ant. 440. *te hinc aufer.* — Primitiva igitur *curandi* et *recipiendi* potestate non legitur.

Κομπάζω glorior. *οὐ πατρῴαν τὴν τέχνην ἐκόμπασας* El. 1492. *μέγ' ἄν τι κομπάσειας* Ai. 1101. Affert Eust. p. 851, 59. respiciens eundem versum v. 22. v. etiam *ἐκκομπάζω*.

Κομπέω glorior, iacto. *τί δεῖ μάτην κομπεῖν;* Oed. Col. 1151. *κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι* 1211. — Cum accusativo: *ταῦτα — ἔστι μοι κομπεῖν* Oed. Col. 1347. *κομπεῖν δ' ἔστ' ἀτελῆ σὺν ψεύδεσιν αἰσχρὸν ὄνειδος* Phil. 831 m. Quanquam ambiguum est, *ἀτελῆ* num accusativus singularis sit, an pluralis. *τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον* Ai. 757. Affert Eust. p. 897, 2. *ᾗ που — ἂν ὑψήλ' ἐκόμπεις* 1209. Libri nonnulli et Suid. v. *ὑψηλοτέρας* habent *ἐφρόνεις* ab interpretis manu, quod ex Aldo et marg. Turn. *ἐφώνεις* corrigendum affirmat Porsonus Adv. p. 197., non ut Sophocli obtrudatur. Sic tamen codd. Lips. a. b.

Κόμπος gloriatio. *Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει* Ant. 127 m. Affert Liban. epit. Iulian. t. I. p. 561. — *κόμπος πάρεστι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή* Ai. 96. *glorior, et iure quidem videor gloriari.* Affert versum Suid. v. *μὴ οὐχί*, omissa copula *καί*. — Tonum notavit Arcad. p. 67, 2. Etym. M. p. 527, 46.

Κομψεύω exorno. *κόμψευε τὴν δόκησιν* Ant. 324. Schol. *σεμνολόγει, τὴν δόκησιν περιλάλει.* Bene Brunckius: *de suspicione argutare quantumvis.* Nam custos multa verba fecerat, ut sese innocentem probaret refutaretque regis suspicionem. V. Ruhnk. ad Tim. p. 154. Iacobs ad Philostr. p. 283.

Κόνῐς pulvis. Proprie nulla re adsignificata: *κἀπὶ χρωτὶ διψίαν κόνιν παλύνας* Ant. 247. cf. 425. *λεπτὴ δ' ἐπῆν κόνις* 256. *πᾶσαν κόνιν σήραντες* 405. *κόνις δ' ἄνω 'φορεῖτο* El. 704. — *Solum* significat: *ἢ πνοαῖσιν ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον* El. 427. *aut ventis disperge aut in terra defode.* Hinc dictum de *humando*: *ἢ καὶ κατασκιῶσι Θηβαίᾳ κόνει;* Oed. Col. 407.; de *operiendo*, adsignificata inferorum locorum notione: *ἐδέξατο* (Amphiaraum) *ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις* Amphiar. IV. I. (781 D.). Incerta sedes versuum est. *νερτέρων ἀμᾷ κόνις* Ant. 598 ch. v. *ἀμάω*. — De tono v. Arcad. p. 32, 8. De ultima producta primus Bentleius monuit in Diss. Phalar. p. 135.

* *Κοπίς gladius.* *μαλθακὴ κοπίς* inc. LXXXIV. I. 1. (762 D.). Brunckii emendatio pro *νοτίς*. De Ant. 598. v. *ἀμάω*.

Κόπος labor: de *morbo*: *ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ* Phil.

868. κόπου ἀπαλλαχθῶμεν scribi adnotat schol. unde κόπου γ' ἀπαλλαχθῶ veram poetae manum censuit esse Brunckius. φλοίσβου μετὰ κόπον Pal. I. 3 (380 D.) Vulgo κοπήν. Tonum notavit Arcad. p. 67, 4.

Κορέννῦμι satio. κορέσαι στόμα ἐμᾶς σαρκὸς Phil. 1141 m.

Κόρη. 1. *puella, virgo.* προβίβαζε κούρα Oed. Col. 176 ch. ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι 906. τὰς κόρας οἴχει λαβὼν 1013. τὰς κόρας γὰρ εἰςορῶ — προςπολουμένας 1099. κόρην ἄγων τήνδε Ant. 391. τάδ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου 765. τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην 880. κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης ἄνες 1087. λιθόστρωτον κόρης νυμφεῖον Ἅιδου 1189. τῆς κόρης ταύτης ἕκατι Trach. 351. πρὸς εὐσεβείαν ἡ κόρη λέγει El. 456. κόρη τε κἀργεία γένος Acris. IV. 1. (61 D.). κόρην Πλευρωνίαν ὑπημβρύωσεν inc. L. 3. (708 D.). Dea *Dianae* χρυσαλακάτου κόρας Trach. 634 ch. *Furiae:* τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν Oed. Col. 127 ch. — 2. *virgo.* κόρην γάρ, οἶμαι δ' οὐκέτ', ἀλλ' ἐξευγμένην Trach. 533. — 3. *Sphinx*, propter virginalem faciei habitum. ἁ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα Oed. R. 509 ch. — 4. *Filia*, et deorum et mortalium compellatio. Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι Oed. Col. 40. Furiae. ἄλσος Ἰνάχου κόρης El. 5. Eust. p. 629, 55. Δητῴα κόρη 560. ὡς πατὴρ — ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην 562. Δηάνειραν, Οἰνέως κόρην Trach. 405. Οἰνέως κόρη 1039. Ἰδυῖα — Ὠκεανοῦ κόρη Scyth. I. 3. (491 D.). Φόρκου κόρας inc. LXX. 4. 2. (407 D.). — 5. *Pupilla oculi*, inde *oculus.* λελάμπρυνται κόρας Phin. I. (634 D). — Dorismus melicorum κόρα, κόρας, κόραν ubi exstat, consensu videtur librorum firmari: κούρα semel metro tutum est Oed. Col. 176 ch. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 236. Accentus utraque significatione, et hominis et pupillae idem notatur Arcadio p. 113, 19.

Κορίνθιος Corinthius. Πόλυβος Κορίνθιος Oed. R. 774. rex Corinthi. τὸν Κορίνθιον ξένον 1119. τὴν Κορινθίαν χθόνα 794.

Κόρινθος urbs Corinthus. ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι μακρὰν ἀπῳκεῖτο Oed. R. 997. ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε 1394. ἐκ τῆς Κορίνθου 936. 955.

Κόρος satias, fastidium. οὐδ' ἔπι κόρος Oed. Col. 1222 ch. Alii libri ἐπί, alii ἐπίκορος; Laur. A. Par. F. ἔπι κοῦρος, unde Hermannus ἐπίκουρος, cuius explicationem vide. Vulgatam servandam diximus et explanavimus in v. ἰσοτέλεστος. Accentum v. ap. Arcad. p. 68, 16.

Κόρος 1. *puer, adolescens.* κόρον ἀϊστώσας πυρί Rhiz. III. (481 D.). de quo loco egimus in v. ἀϊστόω. 2. *filius.* οἵ τε Θησέως κόροι Phil. 558. ὁ Διὸς Ἀλκμήνας κόρος Trach. 641 ch. Plerique libri κοῦρος contra versus legem, sed Par. B. Vat. Laur. A. B. τε κόρος; copulam nec necessariam nec minus noxiam metro Par. T. omittit. πο-

κιμάστιον ἔσχεθε κοῦρον Αὐτόλυκον Tham. V. 1. (230 D.). quo loco heroico versu scripto epica forma nihil habet offensionis. v. κόρη. Tonus idem perpetuo custoditur, qui in κόρος, satias.

Κορύβαντες Corybantes. κἀπὶ Κορυβάντεσσι χορεύσατε inc. LXX. 1. (740 D.) Quae de fanatica Corybantia exsultatione sciri possunt, collegit et diiudicavit Vir Summus in Aglaophamo p. 1153. t. II.

Κόρυς galea. σύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσιν Ant. 116 an. Tonum generatim docet Arcad. p. 92, 2. Theodos. Can. p. 998, 3.

Κορώνη cornix. γέρανοι κορῶναι γλαῦκες Amyc. I. (113 D). De tono v. Arcad. p. 112, 25.

Κορωνός n. pr. ὁ Δωτιεὺς Λαπίθης Κορωνός Lemn. I. 2. (345 D.). Secundum Arcadium p. 66, 9. hoc nomen proprium antepenacui, κορωνός appellativum acui deberet: sed utriusque vocabuli tonus vulgo idem reperitur.

Κοσμέω. 1. *ordino, impero.* οὐδ' ἔσθ' ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον ἀρχῆς ἔκειτο θεσμὸς ἢ καὶ τῷδε σέ Ai. 1082. Et passive: οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις Ant. 673. Schol. τοῖς ἄρχουσι. Ὅμηρος· δύω κοσμήτορε λαῶν. Falsum hoc. Erfurdtius explicat *eis quae instituta et apparata sunt*, Hermannus de eis, *quae recte et ordine geruntur*, τοῖς κοσμίως πραττομένοις, ut oppositum sit ἀκοσμεῖν v. 726. Mihi videntur κοσμούμενα esse *ordinata et imperata*: magistratus vocabulum κοσμεῖν, v. Valck. ad Adoniaz. p. 272., unde recte dicuntur ita, quae illi iusserint. 2. Affine est *apparare:* ἡ μὲν εἰς τάφον λέβητα κοσμεῖ El. 1393. 3. Hinc inprimis de *honore et cultu mortuorum et sepeliendi* dicitur; v. Schol. Od. ω. 292.: λουτροῖς ἐκόσμησ' ἄθλιον βάρος El. 1128. τάφον κοσμοῦσα Ant. 392. ἔλουσα κἀκόσμησα Ant. 392. 4. *orno* simpliciter. τοῖς ἐμοῖς ὅπλοισι κοσμηθεὶς ἐν Ἀργείοις φανεῖ; Phil. 1053.

Κόσμιος decens. τὸ κόσμιον μεθεῖσα El. 860.

Κόσμος 1. *decens habitus.* οὐ κόσμος, ἀλλ' ἀκοσμία φαίνοιτ' ἂν εἶναι inc. LXII. I. (726 D.). — 2. *ornatus.* de rebus externis: κόσμῳ τε χαίρων καὶ στολῇ Trach. 761. ἴλη — τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω Ai. 1387 an. Schol. ἐνόπλιον. Arma sunt, viro decora, secundum ipsius decretum cum Aiace sepeliunda (v. 574). — De rebus animum et morem spectantibus: γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει Ai. 286. αἷς (γυναιξί) κόσμος ἡ σιγή Acris. IV. 2. (61 D.). — Accentum v. ap. Arcad. p. 58, 25.

Κουρά detonsio. ὑπὸ κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένη φόβην Tyr. XV. 7. (587).

Κούρα et *κοῦρος* v. *κόρη* et *κόρος*.

Κούρειον. *αἱμόῤῥυτον* (sic Scaliger satis probabiliter; vulgo *ἡμίουτον*) *κούρειον ἠρέθη πόλει* Androm. V. 1. (162 D.). *κόρειον* ap. Hesych. legitur v. *κούριον;* illud quoque et recte Scaliger correxit). De Andromeda videtur agi, quae in satyrica fabula cum hostia comparetur festo *κουρεώτιδος* die curialibus in coenam dari apud Athenienses solitae. V. Gr. Bekk. An. p. 273, 1., ubi et cum *tonstrinam* et cum *hostiam* significat, peninflectitur; quod de illa fieri oportebat secundum Arcadium p. 121. 5. quanquam parum distincte praecipientem. Sed *κούρειον* hostiam curialem significans scribendum diserte testatur Etym. M. p. 533, 35., eoque et *κόριον* et *κούριον* apud Hesychium ducit.

Κουφίζω (ἴσ). Transitive *allevo, sustendo.* *τᾷδέ με πρόσλαβε κουφίσας* Trach. 1020 m. Figurate: *εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί* Ant. 43. *una mecum sepelieris:* grata enim mortuo res molestia eum levare dicitur. — Medium inter transitivi et intransitivi locum occupavit *ὅς* (*κλῆρος*) *εὐλόφου κυνῆς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν* Ai. 1266.; *exsilire, πήδημα κοῦφον ποιήσειν* Schol. Affert Eust. p. 675, 35. — Intransitive de *mitigato dolore.* *ἄρτι κουφίζειν δοκῶ* Phil. 725. V. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 426.

Κουφόνοος *levis animo.* *ἐλπίς — ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων* Ant. 613 ch. Inconsiderate cupita spe saepe falli dicuntur. — *κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων* certa emendatione Brunckius intulit Ant. 342 ch. Libri omnes *κουφονέων*, etiam Laur. A. ex emendatione: antea *κοῦφον ἐον*, quae aperte correctoris manus est, mendam nostris libris antiquiorem exempturi: Ricc. *κοῦφον νέον*, quod eodem ducit. Vulgatam a *νεῖν* ducturus scilicet, explicatum ivit Scholiastes, scribens *κούφως καὶ ταχέως φερομένων.*

Κοῦφος *levis.* De *gressu:* *κοῦφον ἐξάρας πόδα* Ant. 224. de umbra quasi facile agitata: *ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν* Ai. 126. Sententiam in libros suos retulere Stob. Serm. CCXLVI. p. 807. et Suidas v. *εἴδωλον.* De *aura venti leni:* *κούφοις πνεύμασιν βόσκου* Ai. 555. a planta ad hominum victum translatum docte illustrat Magnus Interpres; affert Suid. v. *ἀτάλλων* et *κούφη.* De *animo:* *τὸ νέον — κούφας ἀφροσύνας φέρον* Oed. Col. 1232 ch. — Tonum notavit Arcad. p. 84, 21.

Κράζω *clamo.* *ποῖον κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα* Ai. 1215. De structura v. Herm. de Ell. et Pleon. p. 155. s. Opusc. t. I. p. 187. De inc. CV. 100. v. *κλάζω.*

Κραίνω *perficio, dominor, rego.* *πόλιν κἄνευ νόμων κραίνουσαν οὐδέν* Oed. Col. 918. *θρόνους καὶ σκῆπτρα κραίνειν καὶ τυραννεύειν χθονός* 450. *ὅς κραίνει στρατοῦ* Ai. 1029. *dux.* *ὁ πάντα κραίνω*

βασιλεὺς — Κρονίδας Trach. 126 ch. ὁ κραίνων τῆςδε τῆς χώρας Oed. Col. 297. vex. ὁ κραίνων τῆςδε γῆς 866. τοῦ κραίνοντος — χθονός 930.

Κρᾰνᾱός. ὦ Κραναὰ πόλις inc. CV. 113. (901 D.) ex Sophocle affert Schol. Ar. Acharn. 75., hanc Athenarum appellationem veteribus in deliciis fuisse observans: non ab asperitate regionis sed propter memoriam regis Cranai autochthonis. Cf. Stanl. ad Aesch. Eum. 1014. — Accentus idem est qui in adiectivo: v. Suid. v. κραναῶν, Hesych. v. κραναήν, et sic vulgo apud omnes scribitur: v. Lehrs. de Arist. Stud. Hom. p. 292. Quanquam νῆσον Κρανάην discerni secundum tonosin vult a κραναός, τραχύς Schol. Il. α. 24, quo loco Cranai etiam regis nomen propenacuitur.

Κρανειάτης. Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι Σοφ. Λαρισσαίοις. Steph. Byz. in v. Est fr. Acris. XIII. (70 D.).

Κρᾶτα caput. κρᾶτα pro κεφαλήν Thessalos dixisse aiunt: v. gloss. π. πόλ. ap. Bekk. An. p. 1095.; κράς apud Atticos poetas non legitur, quanquam Simonides contra regulam receptam ponere ausus est: cf. Lobeck. de monosyll. Gr. a. 1833. p. 10.; idque femininum esse oportere aiunt Schol. Eur. Hec. 429. Phoen. 1166. Valck. Choerob. An. B. p. 1391. Tragicis nominativo et accusativo casu τὸ κρᾶτα dicitur, unico exemplo terminationis masculae vel femininae genere neutro praeditae. Novasse hoc Sophoclem dicit Eust. p. 700, 62., quanquam non huic soli peculiare est. Sed Ion ap. Schol. Phoen. l. c. τὸν κρᾶτα posuit, item Euripides ipse Archelao XVI. Nominativus est τοὐμὸν κρᾶτα Phil. 1443 an. Accusativus: νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλατ' ἡ τύχη Oed. R. 263. οὐδαμὰ τοὐμὸν προςόψει κρᾶτα Ant. 760. κρᾶτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα — αἱμάξω Phil. 989. κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τεμῶ 1192 m. οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει μολὼν τοῦ στυγεροῦ Trach. 1011. — Accusativum pluralem κρᾶτα, ex epica forma κράατα contractum, reperire videmur Oed. Col. 474: ὧν (κρατήρων) κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβὰς ἀμφιστόμους. Apud Suid. vitiose κατέρεψον legitur in v. χοάς et λαβαῖς. Pluribus crateribus κρᾶτα plura ut λαβαί plurali numero conveniunt. — Ceterae formae non sunt nisi singularis numeri. κρατός: Oed. Col. 1464. 1647. El. 451. Trach. 779. 986 an. κρατί: Ant. 1325 m. Oed. Col. 314. 1262. Incerta scriptura est Ai. 242 ch. ubi libri κρᾶτα καλύμμασι κρυψάμενον contra metrum, unde secundum Triclinium ediderunt κάρα. Sed potuit servari versuum numerus transpositis verbis καλύμμασι κρᾶτα κρυψάμενον. — De *significatione* observanda haec. *Caput* ipsum sic dicitur, Phil. 989. 1192. 1443. Oed. Col. 1262. 1464

El. 451. Trach. 789., ubi cum *κρατὸς διασπαρέντος* multis dubitabile visum sit, nostram sententiam proposuimus v. *κόμη*. Trach. 1011. Item in Colch. IV. 2. (314 D.) scribendum *κρᾶτα φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι* de galeis cristatis: vulgo *κάρτα* legitur. Sed *faciem* et *vultum* potius exprimi videmus: *κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει* Oed. Col. 314. *χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός* 1647. *μὴ σκεδάσαι τῷδ' ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων θ' ὕπνον* Trach. 986. Deinde cum tralatione ponitur, si malum in alicuius caput irruisse dicitur: *νῦν δ' εἰς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη* Oed. R. 263. *τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο* Ant. 1325. Semel *circumlocutioni hominis* inservit: *οὐδαμὰ τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν* Ant. 760. Semel denique *κρατήρων κρᾶτ' ἔρεψον καὶ λαβάς* Oed. Col. 474. partes summae s. margines craterum dici videntur; *τῶν κρατήρων τὴν κεφαλήν* scholiasta scribit. — *κρᾶτα φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι* scribendum fuit Colch. IV. 2. (314 D.).

Κρᾰταιός validus. *κραταιαῖς μετὰ χερσίν* Phil. 1097 m. Iambum in basi Glyconici anapaesto strophico respondere minime eo valet, ut vel Hermannum sequamur *τὶ κραταιαῖς* coniicientem, vel vocabulum ipsum in dubium vocemus. — *ἅμα κραταιᾷ τλημοσύνᾳ βίου* (s. *χρημοσύνᾳ* s. *ἀχρημοσύνᾳ*) inc. VII. 2. (658 D.). — De tono v. Arcad. p. 44, 5.

Κρᾰτέω. Formarum in verbo plane ex regula flexo non est habenda ratio. Significat *viribus et opibus valere:* hinc 1. *regnare, regem esse, dominari.* Sine casu: *ἃ γὰρ δρῶσ' οἱ κρατοῦντες* Oed. R. 530. *τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν* Ant. 660. *οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;* 734., sententia Eustathio memorata p. 27, 20. 119, 16. 878, 1. 1185, 29. 1568, 57. *τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα* El. 332. *τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκαθεῖν* 388. *τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν* 1002. Suid. v. *εἰκάθειν*. *τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;* Oed. Col. 401. *κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος* Ai. 1332. *in eo ipso regia tua potentia sita est, cum amicis concedis.* De participio *οἱ κρατοῦντες*, *reges s. imperio praediti* v. Markl. ad Suppl. 18. *πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν* Trach. 404. — *Cum casu secundo: impero:* *Ζεὺς ὁ τῆςδε γῆς κρατῶν* Phil. 977. *ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν* Oed. R. 54. (sc. *γῆς*). *εἰ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν* Ai. 1046. *ὡς αὐτοῦ κρατῶν* 1078. *Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες, οὐχ ἡμῶν κρατῶν* 1081. — 2. *Potens sum, compos sum,* vel *fio.* Sine casu: *ὅπου — χὠ δειλὸς κρατεῖ* Phil. 455. Schol. *ὁ κακὸς νικᾷ τὸν ἀγαθόν.* *ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ* Oed. R. 978. *ὥςπερ ἡ φάτις κρατεῖ* Ai. 957. fama valet, i. e. increbuit. Cum genitivo: *πολλὴ κρατεῖ τούτων ἀνάγκη* Phil. 909. *νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου* 1037. cf. *κρατεῖν οὐκέτι γλώσσης σθένω* El. 1166. *κράτει τῶν*

σῶν ὅπλων 1270. τοῦδε γὰρ κἀγὼ κρατῶ Oed. R. 409 (sc. τοῦ ἴσ' ἀντιλέξαι). ἐκράτησε τοῦ πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου 1198 ch. Libri ἐκράτησας, id quod a sententiarum nexu propter sequens ἀνέστας magnopere commendatur: ἐκράτησε cum Hermanno ad proxime praegressum τὸν σὸν δαίμονα referendum. μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς Oed. Col. 406. *tui liberum habeas arbitrium.* οὐκ ἄρ' ἐμοῦ γε μὴ κρατήσουσίν ποτε 409. μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτέ 1209. γῆς ἐμφυλίου δόρει κρατῆσαι 1388. κρατεῖ δὲ — θηρὸς ὀρεσσιβάτα Ant. 348 ch. δὸς ἀνδράσιν φίλοις γνώμης κρατῆσαι Ai. 479. de pertinacia frangenda. ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων 1316. τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ Aload. IX. 3. (107 D.). *potentior veritate mos est.* Cum accusativo. πάντα μὴ βούλου κρατεῖν Oed. R. 1522. ἀκράτησας 1523. Priorem versum Suidas ut proverbium affert. τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους κρατοῦσιν Oed. Col. 1383. Incertum, utrum cum accusativo an cum infinitivo dictum sit, illud est Oed. Col. 843. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς. Potest enim subaudiri ἐπιτάσσειν. Cum accusativo adverbiascente ponitur: γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν inc. XXI. (676 D.). — 3. Hinc adsignificatur *victoriae et superandi* notio. Cum genitivo dictum originem locutionis aperit, quae prosata est a *potiendi* significatione. ἐν ᾧ (χώρῳ) κρατήσω τῶν ἔμ' ἐκβεβληκότων Oed. Col. 652. τῶν ἐναντίων κρατεῖν Aload. VIII. 2. (106 D.). Sine casu usitatius est; τὸν Ἀλκμήνης τόκον καὶ ζῶντ' ἐπίστω καὶ κρατοῦντα Trach. 181. θουρίῳ κρατοῦντ' ἐν Ἄρει Ai. 607 ch. δόρει βούλου κρατεῖν μέν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν 752. οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ 1231. Eust. p. 880, 2. Nullum igitur secundum casuum differentiam sensus discrimen comparet, modo quod *superandi* vi dicto verbo abstinetur accusativo. Manifesto falsum igitur quod *superandi* vel *vincendi* significationi solum accusativum adiudicat Brunckius ad Eur. Phoen. 600.

Κρατήρ. 1. *Crater*, vas non vino solum et aquae miscendae, sed universe liquori excipiendo. κρατῆρές εἰσιν, ἀνδρὸς εὔχειρος τέχνη Oed. Col. 473. κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως Περίθου τε κεῖται — ξυνθήματα Oed. Col. 1589. Suid. v. κοίλου. Crater haud dubie, ut solebat illa aetate, in faciendo foedere recipiendo hostiae sanguini constitutus ferebatur. — 2. *Poculum.* ἐγχείτω βαθὺν κρατῆρα Synd. IV. 2. (149 D.) quod cur in diverbiis κρητῆρα vel a Dindorfio scribatur, ignoro. σπονδὴ τρίτου κρατῆρος Naupl. I. 2. (375 D.) v. τρίτος. — 3. κάθυδρος οὗ κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν ῥεύματι συντρέχει Oed. Col. 157 ch. elegantissima metaphora de *convalli* videtur dici, *in quam rivuli aquae limpidissimae confluant*; pro κρατὴρ οὗ συντρέχει κάθυδρα ῥεύματα μειλιχίων ποτῶν. Et μειλιχίους ποτούς recte mihi videtur de aqua in-

tellexisse Eust. p. 775. 18. et gloss. Victor. γλυκέων, ἡδέων interpretatur. Nam secundum scholia cum Musgravio et Hermanno de una confluentibus *aqua et mellita potione* intelligi posse nego, qui nesciam, quomodo mel, nisi quis praesens affundat, cum aqua coire possit.

Κρᾰτιστεύω principatum teneo, valeo maxime. ὦ κρατιστεύων κατ' ὄμμα Trach. 102 ch. Solem alloquuntur. Schol. ὦ νικῶν πάντας τοὺς θεοὺς κατὰ τὸ ὀπτικόν. Cf. Herm.

Κράτιστος v. κρείσσων.

Κρᾰτος 1. *vis, potentia* universe. σὺν κράτει νικηφόρῳ Trach. 185. εἰ — Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινὶ Ai. 438. *possessionem in virtutis praemium adiudicare.* ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη 441. *virtutem.* ὡς τὰ σὰ κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς 995. *tuum honorem.* εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη Ant. 481. *si impune tanta audacia facti fuerit.* δικαία γλῶσσ' ἔχει κράτος μέγα Aload. III. (101 D.). 2. *Vis imperii regii et dominationis.* σὲ δ' ἐλήλυθεν πᾶν κράτος ὠγύγιον Phil. 142 ch. τὸ ἀξίωμα ἐκ προγόνων ἦλθεν εἰς σέ schol. ἀρχῆς λαβέσθαι καὶ κράτους τυραννικοῦ Oed. Col. 374. κράτος δ' ὅτῳ κράτος πέλει, παράβατον οὐδαμῇ πέλει Ant. 865 ch. Plurali numero: πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων Oed. R. 201 ch. γῆς — ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω 237. εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη 586. *pari imperio futurus.* κράτη σέ τ' εἶδ' ἔχοντα 758. ψῆφον τυράννων ἢ κράτη Ant. 60. τὰ Λαΐου — θρόνων ἀεὶ κράτη 166. κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω 173. — 3. *Praevalere* et aliquem *superare victoria* dicitur. ταῦτα — φέρει νίκην τ' ἐφ' ἡμῖν καὶ κράτος τῶν δρωμένων El. 85. Δίκα — φερομένα χεροῖν κράτη 468. *victoriam s. superiorem vim nobis praebitura.* οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη 679. θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ κράτος κατακτήσαιτο Ai. 755. καιρὸς τοι — πολύ τι πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται Phil. 827 ch. *palmam fert:* v. Herm. ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη Oed. Col. 393. οἷς ἂν σὺ πρόσθῃ, τοῖσδ' ἔφασκ' εἶναι κράτος 1334. — 4. Semel in loquendi formula adverbiali ponitur: λόγῳ πείσαντες ἄξειν ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος Phil. 590., in quo cave aliquid abundare vel bis idem dictum putes; quanquam non probo Hermannum πρὸς ἰσχύος χάριν comparantem. Est enim, si accurate consideres, ἰσχύϊ κρατήσαντες.

Κρατύνω potior 1. q. potentem et compotem esse: inde *dominor, rego.* τῶν δ' ὅπλων ἀνὴρ ἄλλος κρατύνει Phil. 366. ὅς οἶμαι σοῦ κάκιον οὐδὲν ἂν τούτων κρατύνειν 1046. *non minus bene usurum arcu et sagittis.* μηδενὸς κρατύνων 1140 m. *nullius rei potens.* Brunck. metri choriambici parum sciens κρατέων. ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς

Oed. R. 14. ὁ κρατύνων (Ζεύς, quod recte eiecit Herm.) 903 ch. Ζεὺς ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει El. 170 ch. τὰ πρῶτα μὲν δόρει κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς Oed. Col. 1316. et in divinatione et re militari princeps. De accusativo pariter et genitivo addi solito v. Brunck. ad Eur. Phoen. 600.

Κρέας. 1. Proprie *caro.* ἐκεῖνος — παρασύρας κρέας inc. CV. 100. (890 D.). — 2. Figurate secundum comicorum usum *de homine* dicitur familiari compellatione. τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦδε τοῦ κρέως Chrys. I. (650 D.). σύ Brunckius addidit, scholiastae Ar. Ran. 193. omissum. Idem recte *Crisi* σατυρικῇ adscribit, cuius apud eum est fr. II. Nam paulo certiores Chrysae reliquiae ridiculi nihil referunt, κρέας autem nonnisi satyrica fabula Sophocles dicere potuit; dictum autem de Helena Paridi in praemium promissa. V. Hemsterhus. ad Ar. Plut. p. 226. Lips.

Κρείσσων. κράτιστος. De forma vocabuli unius de quatuor illis, quae $\overline{σσ}$ habent diphthongum subsequens probum est Herodiani praeceptum p. 40, 21. Etym. M. p. 537, 6. et Eustathii p. 64, 13. *Κρείττοσιν* perperam scribitur uno loco El. 1457. in codd. et edd. vett. plerisque, etiam Flor. Γ. Laur. a. — 1. *Fortis* et *valentior alio.* v. Valck. ad Hippol. 1216. Blomf. ad Aesch. Prom. 936. οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων Ant. 63. φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα Ai. 451. ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν El. 1457. ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι Polyx. III. 3. (470 D.). — 2. Adsignificatur res *gravis et atrox.* ἐμοὶ — ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχονῆς εἰργασμένα Oed. R. 1374. — 3. Rursum *peritus et idoneus.* ψυχὴ γὰρ εὔνους — κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρέτις Alet. I. 2. (88 D.) quod num a *fortitudinis et valendi* an a *bonitatis* significatione detortum sit, ambiguum. — 4. *Bonus* significatur et *probabilis*, et de *re* et de *homine.* κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός Oed. R. 1368. i. e. *felicior, meliore statu.* τὰ κέρδη παρ' αὐτοῦ κρείσσον' ἢ μορφὴ καλή Oed. Col. 584. i. e. μᾶλλον ἀγαθά v. Doederl. τὰ κρείσσω μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν 1432. κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν Ant. 675. κρεῖσσον — θανεῖν Trach. 1226. κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν Ai. 622 ch. Sententia conferenda cum Oed. R. 1368.: de structura v. Summum Interpretem p. 315. παντὸς γένοιτ' ἂν χρήματος κρείσσων φίλος Phil. 669. εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε 1230. ὅρα, μὴ κρεῖσσον ᾖ — κρατεῖν Aload. VIII. 1. (106 D.). τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τὸ ζῆν κακῶς Pel. IV. (436 D.). γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἂν οὐδὲ σώφρονος κρεῖσσον Phaedr. V. 3. (608 D.). — 5. *Adverbium:* κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρός Oed. R. 176 ch. *fortius*, i. e.

non minus indefatigata vi. — *Superlativus* **κράτιστος** 1. bello, armis, imperio potentissimum significat. *κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς* Phil. 3. *ὦ κράτιστον Οἰδίπου κάρα* Oed. R. 40. *ὃς — κράτιστος ἦν ἀνήρ* 1525. — 2. *optimum et potissimum.* *μόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος* Phil. 852 ch. v. Herm. *τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον* 1161 ch. *εἰκῆ κράτιστον ζῆν* Oed. R. 979. *ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία* Ant. 1037. *βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά* 1309. v. Herm. Sensus est: *τὰ ἐν ποσὶ κακὰ* (mala praesentia) *βράχιστα κράτιστά ἐστιν.* — 3. *egregius, praecipuus.* *ἔχου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα* Oed. Col. 675 ch. *αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον* 712 ch. Brunckius distinctione posita *κράτιστον* cum sequente *δῶρον* iungebat, male.

** *Κρεκτός cantatus:* a fidibus pulsandis dictum. *κρεκτοῖς νόμοις.* Ulix. fur. II. 3. (414.) ap. Hesych. v. *θρεκτοῖσι νόμοις*, scriptura est veri similior. De verbo *κρέκειν* v. Wyttenb. ad Plut. de disc. Adul. et Am. p. 55, D.

Κρέμαμαι *pendeo.* *κάτω κρέμανται, σπεῦδ᾽ ὅπως ἐν ἕρκεσιν* Naupl. 382 D. ap. Herod. *π. μον. λέξ.* p. 31, 21. Brunckius igitur ignorabat. v. *κάτω.*

Κρεμαστός *suspensus.* *κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ᾽ ἐσείδομεν* Oed. R. 1263. *τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν* Ant. 1206. Eadem cum genitivo dicti adiectivi ratio est Eur. Andr. 1090. et passim. De *poena* dicitur: *πρὶν ἂν ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ᾽ ὕβριν* Ant. 309. Sed *laqueus* ipse quo quis sese suspenderit sic dicitur: *χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην* Oed. R. 1266.: velut *βρόχος* Eur. Hipp. 762. 772. 796.

Κρεόντειος *quod Creontis est.* *θρόνοις τοῖς Κρεοντείοις* Oed. R. 400. — De accentu generis egit Arcad. p. 45, 1.

Κρέων n. pr. participiale accentu originario non mutato: Arcad. p. 18, 1. cf. Herod. *π. μον. λεξ.* p. 28, 26. Etym. M. p. 537, 6. Eust. p. 1603, 10. 1683, 53. — *Nom.* *Κρέων* Oed. R. 379. *Κρέων ὁ πιστός* 385. *πάρεστ᾽ ὅδε Κρέων* 1417. *καί μ᾽ ἐποικτείρας Κρέων ἔπεμψε* 1473. *Κρέων ὅδε* Oed. Col. 727. 898. *Κρέων* Ant. 21. 229. *ποῦ Κρέων;* 381. *Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός* 1146. *Κρέων ὁ Μενοικέως* Ant. 156 an. loco, ut videtur, lacunoso. — *Genit.* *Κρέοντος* Oed. R. 288. 378. 411. 701. Ant. 47. 1160. — *Dat.* *Κρέοντι* Oed. Col. 368. Ant. 905. *δεσπότῃ Κρέοντι* 1293. — *Accus.* *Κρέοντα* Oed. R. 79. 426. Oed. Col. 397. 456. Ant. 545. *τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα* Ant. 31. *παῖδα Μενοικέως Κρέοντα* Oed. R. 70. — *Vocativo* pari fide *Κρέων* existimandum et *Κρέον.* *Κρέων* omnium codd. consensu fertur Oed. R. 637., potiorum, ut Laur. A., etiam v. 1459., ubi edd. vett. et Mosq. a. *Κρέον.* Sed *παῖ Μενοικέως Κρέον* omnibus libris firmatur Ant. 211. 1085., modo quod hoc loco Laur. A. B. pro *Κρέον,*

λαπεῖν errore ex v. 1081. illatum exhibent. Nomen igitur ex participio deflexum regulam de vocativo participiorum non magis custodivit quam ἄρχων ap. Phryn. App. Soph. p. 27, 9.: quanquam ἄρχον ab Atticis certe dictum non est.

Κρημνός *locus praeceps, arduus:* universe de locis montanis. *Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ κρημνῶν* Ai. 708. *κρημνούς τε καὶ σήραγγας* Scyth. III. 1 (493 D.). Adiectivi naturam non exuit, unde etiam de tono constare oportet.

Κρηναῖος *quod fontis est.* *κρηναίου ποτοῦ* Trach. 14. *ποτὸν κρηναῖον* Phil. 21. *πρὸς ναρὰ δὲ κρηναῖα χωροῦμεν ποτά* Troil. III. 13 (560 D.). Sophoclea respexisse videtur Suid. v. *κρεναῖον ὕδωρ*. De tono non video ambigi, quanquam qui diserte notaverit non habeo.

Κρήνη *fons.* *Ὑπέρεια κρήνη* inc. LXXXII. 4, 2 (758 D.) *ἀειρύτου κρήνης* Oed. Col. 471. *κρήνης φύλακα* Herc. Taen. IV. 2 (219 D.). *οὐδ' ἄυπνοι κρῆναι μινύθουσι Κηφισσοῦ νομάδες ῥεέθρων* Oed. Col. 692 ch. *ἰὼ Διρκαῖαι κρῆναι* Ant. 837 m. *ὦ κρῆναι* Phil. 1447 an. *ὦ — κρῆναί τε ποταμοί θ' οἵδε* Ai. 849. *πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων αἰτῶ* Oed. Col. 1335. *Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ* Inach. II. 1 (256 D.). Accentum accurate notavit Herod. *π. μον. λέξ.* p. 16, 31.

Κρηπίς. *Κρηπίς, θεμέλιος — ὑποβάθρα* Phot. p. 177, 24. quod fortasse ex Hesychio emendandum, apud quem legitur *ἡ θεμελίωσις, ἡ ὑποβάθρα.* Apud Suidam *θεμέλιον* legitur. Schol. Trach. l. c. *τὸ ἔδαφος* explicat. *ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν* Trach. 969 an. Accentus certus: v. Etym. M. p. 184, 5. Arcad. p. 36, 16. De ultima producta v. Spohn, Comm. de extr. Od. parte p. 171.

Κρήσιος *Creticus.* *πέλαγος Κρήσιον* Trach. 118 ch.

Κρῆσσα *mulier Cretensis.* *μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης* Ai. 1274. Non sine convicio dicitur: v. Meurs. Cret. IV. 10. et Lobeck. l. c., qui Dorvillium advocat ad Char. p. 332. — De tono v. Arcad. p. 96, 8.

Κρητήρ v. *κρατήρ.*

Κριθάω. Pollux VII. 24. *κριθᾶν. τὸ μέντοι ὑπερεμπεπλῆσθαι καὶ ὑπερκεκορέσθαι, ἀπὸ τῆς μάζης ὑπερμαζᾶν ἔλεγον οἱ παλαιοί· οἱ δὲ νέοι κριθιᾶν, ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων. Αἰσχύλος μὲν γὰρ εἴρηκε σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον· Σοφοκλῆς δέ· ἕως ὅτου κριθώσης οἴνου.* (inc. CV. 113. omissum a Dindorfio). Aut imperfectus sermo non intelligitur, aut scribendum *κριθήσης*, velut in Agamemnone Aeschyli non, ut Pollux habet, sed *κριθῶντα* legitur idque versu defensum, v. 1625. Well. Quod Wellauerus dicit, *κριθιᾶν* adversari analogiae, manifesto falsum est; sed atticos scriptores breviore potissimum forma usos esse vide ap. Virum Summum ad Phryn. p. 80 sqq. Sed

Blomfieldus (gl. Agam. 1631.) in Sophocleo loco corrigit *κριθώσης* a *κριθοῦν*. In sententia obscurissima non decerno.

Κρίνω (*ἐκρίθην*). Formae verbi non habent cur per se enotentur. Significat 1. *eligo* (nam neque *secernendi* neque *discernendi* vi compares dictum): *τούτων δίδωμί σοι κρίναντι χρῆσθαι* Oed. Col. 647. — 2. Hinc est *iudicare* et *decernere*, etiam de controversia iudiciali. *εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων — πέρι κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί* Ai. 438. *Αἴανθ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ Ὀδυσσέως ἔκριναν* Phil. 1351. *ἀνδρῶν πρῶτον* (*σε*) *κρίνοντες* Oed. R. 34. *ἴδ' ἀντάκουσον, κᾆτα κρῖνε* 544. ex quo loco transitus a prima ad alteram significationem patescit. *ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;* 829. *οὐδὲ γὰρ κρινοῦσί γε ἢ χρή σε μίμνειν ἢ πορεύεσθαι* Oed. Col. 79. *τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ* Ant. 328. *τὴν δ' ἐλπίδ' οὐ χρὴ τῆς τύχης κρίνειν πάρος* Trach. 721. *τί χρή, θανόντα νιν ἢ καθ' ὕπνον ὄντα κρῖναι;* 966 ch. *τὸ μὲν δίκαιον οὐχ ᾗ 'γὼ λέγω, ἀλλ' ᾗ σὺ κρίνεις* El. 331. *μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα χὼ λοιπὸς χρόνος* 1019. Hinc et *passivi* exemplum unum: *Ἑλλήνων ἕνα κριθέντ' ἄριστον* Phil. 1329. — 3. Pro *ἀνακρίνω* dictum, *percontor*, *interrogo*, a re maxime *iudiciaria* et *quaestione* ductum: *κρῖνε κἀξέλεγχε* Ant. 395. *σέ τοι, σὲ κρίνω* El. 1437. *λεὼς* (*αὐτὸν*) *κρίνει μεταστάς* Trach. 194. *τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις;* 313. *εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις* 387. *μὴ κρῖνε, μὴ 'ξέταζε* Ai. 583. Versum affert Suidas v. *σωφρονεῖν*.

Κριός aries. *δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελὼν* Ai. 233 an. Accentus constat ex Etym. M. p. 539, 20. Arcad. p. 37. 22.

Κρίσις iudicium, diiudicatio. *χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις* Phil. 1039. *ὅτι μάντις πλέον ἢ 'γὼ φέρεται κρίσις οὐκ ἔστιν ἀληθής* Oed. R. 501 ch. *non est quomodo recte iudicetur.* *δρόμου — οὗ πρώτη κρίσις* El. 674. decursio enim stadii prima in ludis festis committebatur. *ὡς — τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν* Trach. 265. i. q. *κατ' ἀγῶνα*.

Κρῖσα urbs. *ὁ τὰν Κρῖσαν ἔχων βούνομον ἀκτὰν* El. 174 ch. Libri *Κρίσαν*, *Κρίσσαν* plerique Flor. *Γ Δ.* Triclinius, sed *Κρῖσαν* scribendum apparet ex Dracone Straton. p. 21, 4. Musgravius coniecit *Κρίσας γε*.

Κρισαῖος Crissensis. *Κρισαῖον πέδον* El. 720. Libri hic quoque geminato σ. Generis totius accentum notavit Arcad. p. 43, 18.

Κριτής iudex. *ὦ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκεν κριταῖς* Ai. 1222. Accentum enotarunt Herod. π. μον. λέξ. p. 40, 10. Arcad. p. 24, 6. Eust. p. 897, 41. Schol. Il. μ. p. 164. Etym. M. p. 435, 43.

* *Κριτικός.* *ὄψις γὰρ ὤτων κριτικωτέρα πολύ* Inc. LXXVII. Hoc Sophocleum dictum a scholiasta Victor. ad Il. ν. 202. et suspectum nec Valckenario ad Phoen. 1654. neque Brunckio, iam ea de causa damnan-

dum fuit, quia nullo argumento producta prima syllaba defendi potest. Sed nihil est nisi interpretatio Sophoclei versus Oed. R. 1247.

Κριτός delectus. λέχος Ἡρακλεῖ κριτὸν ξυστᾶσα Trach. 27. ταύτης — ἐξείλεθ' αὑτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς κριτόν 244. V. Valck. ad Phoen. 210.

Κρόκη filum laneum. θαλλοῖσιν ἢ κρόκαισιν (ἐρέψαι) Oed. Col. 475. — De tono v. Arcad. p. 106, 17.

Κρόκος crocus. θάλλει — χρυσαυγὴς κρόκος Oed. Col. 691 ch. — κρόκος Niob. VII. 1 (396 D.). Utroque loco crocus Cereri sacer praedicatur: v. schol. Oed. Col. l. c. et I. H. Vossium ad Hymn. Cer. 6.

Κρονίδης Saturnius. ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς — Κρονίδας Trach. 127 ch. ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασιν (Amor) 499 ch.

Κρόνος Saturnus deus. ὁ — Κρόνου παῖς Phil. 675 ch. ὦ παῖ Κρόνου Oed. Col. 710 ch. Κρόνου θυηπολεῖν βρότειον — γένος Androm. V. 2 (132 D.).

Κρότημα. ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται. Hesychius. κεκροτημένοι, ἀντὶ τοῦ ἐῤῥαπισμένοι, ἐθάδες πανούργων ἔργων. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ κεκροτημένου χαλκοῦ. καὶ Σοφοκλῆς· τὸ πάνσοφον κρότημα, Λαέρτου γόνος. Schol. Theocr. XV. 48. (inc. CV. 114. s. 784 D.). De hac cognominatione simili illis ἄλημα, λάλημα, παιπάλημα, vide Valckenar. ad Adoniaz. p. 357.

Κροτητός crepans. ἐμαστίωθη δρόμος κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων El. 704. κρότον ποιούντων schol. V. Valcken. ad Adoniaz. p. 225. Simile est κροτητὰ πηκτίδων μέλη Thamyr. I. 1. (227 D.) i. q. κρεκτά.

Κρουνός fons, flumen aquarum. ἐκ — γενειάδος κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ Trach. 14. Suid. v. γενειάς. Accentum notavit Herod. π. μον. λέξ. p. 34, 27. Arcad. p. 64, 7.

Κρούπαλον. ἀμφίλινα κρούπαλα Captiv. VIII. 3 (43 D.). Genus calceamenti, de quo Hesychii Intpp. v. ἀμφίλινα.

Κρούω pulso. ῥυτῆρι κρούων γλουτὸν inc. CV. 153, 2 (938 D.). ὡς μήτε κρούσῃς μήθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς CV. 140 (927 D.). Hesychius v. παρακρούεται: ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ. μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν. καὶ Σοφ. που· ὡς μήτε κρούσῃς κ. τ. λ.

Κρυμός frigus. κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου Past. V. 1 (448 D.).

Κρυπτέος celandus. ὡς ἀνοιστέον σοὶ τοὔργον εἴη — κοὐχὶ κρυπτέον Antig. 273.

Κρυπτός occultus. κρυπτᾷ δ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ ὄλβιος El. 155 ch. Locum non intelligentes ap. Eust. p. 440, 38. ἀχέων pro ἀχέουσα dictum putarunt; etiam Suidas v. ἀχέων participium ait esse. Sed nomen est,

iungendaque ἥβα ἀχέων κρυπτᾷ: iuventa a doloribus remota, quam quasi non indagant occupantque dolores. Adsignificatur fraus: (μοι) ἄσκοπα κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός Phil. 1099 m.

Κρύπτω. I. *Formae. Praesens activi:* κρύπτουσιν El. 816 ch. Rhizot. I. 5 (479 D.). κρύπτε Hippon. I. 1 (284 D.). κρύπτων Phil 897. κρυπτόντων inc. VI. 1 (659 D.). κρύπτειν Oed. Col. 759. Trach. 480. El. 945. — *Imperfectum:* ἔκρυπτον Ant. 285. — *Futurum:* κρύψω Ai. 643. Phil. 903. Ant. 770. κρύψεις Ai. 1019. Apud gr. Herm. post librum de Em. R. Gr. Gr. p. 390. et in codd. Mosq. b. κρύψῃς vitiose. κρύψει Ai. 991. κρύψετε Ant. 1026. κρύψων Oed. Col. 1549. — *Aoristus:* ἔκρυψε Ant. 521. κρύψον Oed. Col. 114. 761. Tricliniani κύψον, alienum illud a tragoedia. El. 428. κρύψαι Ant. 196. Phil. 584. 733. κρύψας El. 1389 ch. κρύψασα Trach. 899. — *Passivum:* κρυπτομένα Ant. 937 ch. El. 481 ch. — κεκρυμμένος Oed. Col. 627. κεκρυμμένη Oed. R. 1398. κεκρυμμένον El. 55. Trach. 553. κεκρυμμένην El. 628. κεκρυμμένοι 1286. — κρυφθέντα Electr. 827 ch. Scyr. VI. 5 (501 D.). κρυφθέν inc. XXXVIII. 4 (696 D.). κρυφθῆναι Oed. Col. 1543. Sed κρυβείς vel κρυφείς Ai. 1124., metro necessarium. Illis enim exemplis praeter illud Scyriarum produci primam necesse: hoc corripi, idque solum secundum tragicorum usum intercedit, utro uti velint. In Ai. plurimi codd. κρυφείς; a libris autem in hac scriptura standum melius Hermanno et Elmsleio docet Vir Summus ad Phryn. p. 317 sqq. Et praeferendum κρυφείς secundum Laur. a. Flor. Γ. Θ., in Γ supra scripto θ. — *Medium:* κρύπτεται Ai. 633. κρύψομαι Trach. 474. κρυψάμενον Ai. 242 ch. — II. *Usus.* 1. *abscondo*, et *rem* et *hominem*; quocunque modo *e conspectu removere*, ἀφανίζειν. V. Abresch. ad Aesch. Prom. 21. καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον κατ' ἄλσος Oed. Col. 114. πόδα addidit propter ἐξ ὁδοῦ, breviloquentia enim est, explicatiusque ita diceretur κρύψον με κατ' ἄλσος, τῆς ὁδοῦ ἐξαγαγοῦσά με. Errare de hoc loco videtur Herm. ad Eur. Hec. 793. κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι (κόρην) Ant. 770. κρύψασ' ἑαυτὴν ἔνθα μή τις εἰσίδοι Trach. 899. κρύψω τόδ' ἔγχος Ai. 643. ἢ πνοαῖσιν ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει κρύψον νιν (τὰ κτερίσματα) El. 428., de quo zeugmate v. Schaefer. ad Dion. C. V. p. 104. καλυπταὶ κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς Rhizot. I. 5 (479 D.). Et passive: ὃ — θαμνοῖς οἶσθά που κεκρυμμένον El. 55. φανέντες ἢ κεκρυμμένοι 1286. i. q. *manifesto vel ex occulto.* δῶρον — λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον Trach. 553. ὑφ' εἵματος κρυφείς Ai. 1124. Hinc κεκρυμμένη νάπη Oed. R. 1398. de *solitarii loci recessu* dictum, et τὸ κρυφθὲν ἀνάκτορον inc. XXXVIII. 4. *arcanum* est et *sanctum.* — Inprimis vero frequens de *sepulcro abditis.* Cuius usus viam munit illud de

Danae: κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη Ant. 937 ch. ὁ δ' ἁμὸς εὕδων καὶ κεκρυμμένος νέκυς Oed. Col. 627. τῇδε κρυφθῆναι χθονὶ 1543.: unde etiam ἕρπω τὸν τελευταῖον βίον κρύψων παρ' Ἅιδην 1549. ὅπως κρύψεις τάφῳ φράζου τὸν ἄνδρα Ai. 1019. Ἐτεοκλέα μὲν — κατὰ χθονὸς ἔκρυψε Ant. 25. Ἐτεοκλέα μὲν — τάφῳ τε κρύψαι 196. πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην ἔκρυπτον αὐτόν —; 285. τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε 1026. Ἀμφιάρεων ἔρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν El. 827. terra enim absorptus est. τὸν μὲν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν Scyr. VI. 5. — 2. *Celandi* et *occulendi* de industria adsignificatio inest; quem quid celamus, *quarto* casu maxime ponitur, vel praepositionum usus est. λόγον κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδένα Phil. 584. κοὐ δυνήσομαι κακὸν κρύψαι παρ' ὑμῖν 733. οὐδέν σε κρύψω 903. Versum 897. κρύπτων θ' ἃ μὴ δεῖ καὶ λέγων αἴσχιστ' ἐπῶν intelligendum docuit Hermann. οὐ γάρ ἐστι τἀμφανῆ κρύπτειν Oed. Col. 759. σύ νυν — πεισθεὶς ἐμοὶ κρύψον 761. Aliquid incongrui sententia videtur habere: *quoniam manifesta celari non possunt, tu ea cela*: unde Hermannus coniecit κάμψον, *flecte cursum, redi.* Longe probabilius videatur κρύπτου, *tu te ipse absconde.* Neque vulgatae, quae est apud eundem, explicationem probo, subaudientis ἐμέ priore membro: *non possum ego celare, tu cela igitur.* Mihi ad κρύψον praecise dictum subaudiendum videtur τὸ κατὰ σέ: *certe quantum in te est, cela*: erat autem penes eum, ut ne publice prodiret vel vagaretur. ταῦτα — οὔτ' εἶπε κρύπτειν οὔτ' ἀπηρνήθη Trach. 480. κλύοις ἂν — κεκρυμμένην μου βάξιν El. 628. οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι 945. Ἑρμῆς σφ' ἄγει δόλον σκότῳ κρύψας 1389 ch. Aptius *celare* quam *adscondere* interpreteris. κρύπτε μηδέν Hippon. I. 1. κρυπτόντων θεῶν inc. VI. 1. — Hinc adsignificatur *reticere, continere apud se.* οὗτος τί κρύψει; ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακόν —; Ai. 991. — 3. *Intransitive* dictum *latere* semel significat: ποῦ — κεραυνοὶ Διὸς — εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες κρύπτουσιν ἕκηλοι; El. 816. cf. κεύθειν. — 4. *Medio* usus suus constat Ai. 242 ch. ὥρα τιν' ἤδη κάρα καλύμμασι κρυψάμενον ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. Sed ut deponens verbum activi significationem refert: ἅπαντα — χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται Ai. 633. πᾶν σοι φράσω τἀληθὲς οὐδὲ κρύψομαι Trach. 474. Dudum observata haec generum verbi confusio: v. Eust. p. 694, 23. 753, 60. 806, 54.; Hemsterhus. in Misc. Obss. vol. V. 3. p. 64.; Wessel. ad Diod. XVII. 35., Bornem. ad Xen. Symp. p. 54. alii. Sed ut de προδιδάξασθαι, ὀνομάζεσθαι, ἐφίστασθαι Sophocleis concedam Apitzio ad Trach. p. 202., κρύπτεσθαι tamen nego explicari illo modo posse, quo finxit significare *suum sibi servare* (*für sich behalten*): quasi κρύπτειν sit *servare, behalten.* Putida autem diligentia esset cogitando addere *apud se celare, bei sich selbst verheimlichen.*

Κρύσταλλος *glacies.* ὅταν — κρύσταλλον ἁρπάσωσι (pueri) Ach. Amat. I. 4 (162 D.). De tono v. Arcad. p. 54, 4.

Κρῦφαῖος *absconditus.* κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής (κεῖται) Ai. 882. *defossum* significat, ut κρύψω v. 643. — *arcanus.* μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος inc. XVIII. 1 (673 D.). γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται XVIII. 3.

Κρῦφῇ *clam.* Brevior enim forma non ut λάθρᾳ et λάθρα, οὐδαμῇ et οὐδαμά apud Sophoclem reperitur, ne uno quidem illo loco, ubi metro nihil noceret, Trach. 686. ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ μαλλῷ. Ceteris locis ultima in arsi posita est. κρυφῇ δὲ κεῦθε Ant. 85. κρυφῇ κάρα σείοντες 291. μή τι — κρυφῇ καλύπτῃ καρδίᾳ 1239. De libris num ι subscriptum teneant necne silentium est: olim κρυφῆ Herm., nunc κρυφῇ dedit, recte quidem, cum de forma illa olim dativi cuiusdam dubitari non possit; exstat enim κρυφός, unde etiam de tono constat. V. Arcad. p. 84, 17. Rarius vulgo fuisse κρυφῇ quam κρύφα Antiatticista docet, κρυφῇ ex Xenophonte defensurus p. 103, 33.: κρυφᾷ autem atticum esse affirmat Atticista Villoisoni Anecd. t. II. p. 82.

Κρύφιος *occultus.* ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις Phil. 1312. κρύφιος οἰκουρῶν coniungenda. κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος Trach. 359. *concubinatus* et non legitimi matrimonii adsignificationem habet, velut sic geniti filii σκότιοι Homero vocantur.

Κρωσσός *urna.* ὑδρία ἢ τι ἄλλο ἄγγος ἐς τὸ ἐπιχεῖν ὕδωρ Etym. M. p. 541, 30. — ἢ τοῖςδε κρωσσοῖς, οἷς λέγεις, χέω τάδε; Oed. Col. 479. Vocem hinc memorat Eustathius p. 603, 22. Accentu periectica sequitur: Arcad. p. 75, 7.

Κτάομαι. I. *Formae.* ἐκτώμην Trach. 190., quod spectat Etym. p. 542, 46. κτᾶσθαι Ai. 1339. — κτήσει Phil. 1265. 1356. Trach. 471. — κέκτηται inc. C. 9 (779 D.). κεκτημένος Ant. 1263. κεκτημένῳ Phil. 767. κεκτημένην inc. XLII. 2 (700 D.). Altera perfecti forma ἔκτημαι per se minus attica, quanquam non inaudita (v. Lobeck. ad Phryn. 762. Schneider. ad Plat. Rpubl. p. 464, D.), apud Sophoclem iam propter hiatum non admittitur. — ἐκτησάμην El. 1295. Ai. 1100. Phil. 666. Ant. 915. ἐκτήσατο Oed. R. 1499. Ai. 764. 947. κτησώμεθα El. 992. Cod. Aug. b. c. κτησόμεθα contra versus legem. κτήσαιτο Alet. V. 3 (92 D.). Phaedr. V. 2. (608 D.). κτήσασθαι Ai. 1339. — II. *Usus.* 1. praeter perfectum cum *comparare* significat dedita opera, tum *nancisci.* εὐεργετῶν γὰρ αὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην Phil. 666. κἀκ τῶν ἴσων ἐκτήσαθ' ὑμᾶς ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ Oed. R. 1499. liberos genuit ex matre. οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην Ai. 1100. τοιούςδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους; 1339. μὴ μείζω κακὰ κτησώμεθα El. 992. τὰς ἡδονὰς . . σοῦ

λαβοῦσα κοὐκ ἐμὰς ἐκτησάμην 1295. *εὔκλειαν ἂν κτήσαιτο* Alet. V. 3. *γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἂν* Phaedr. V. 2. Notabilis locutio est *χάριν κτᾶσθαι. ὅπως πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι καὶ κτῴμην χάριν* Trach. 190. *κἀπ' ἐμοῦ κτήσει χάριν* 470. *διπλῆν μὲν ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν* Phil. 1356. Simile est *οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα* Phil. 1265. — Adsignificatur *rei ingratae et malae* notio, ubi *contrahere* s. *consciscere* Latini. *ἀστεργῆ θεᾶς ἐκτήσατ' ὀργήν* Ai. 764. *ὧν ἠράσθη τυχεῖν, ἐκτήσαθ' αὑτῷ, θάνατον* 947. *ἐπεί γε δὴ τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην* Ant. 915. *crimen impietatis contraxi*: v. Wunderlich. Obss. in Aesch. p. 65. et Erf. l. c. Elmsl. ad Med. 212. — 2. Perfectum *habendi* et *possidendi* potestate praeditum est. *ἐμοί τε καὶ τῷ πρόσθ' ἐμοὶ κεκτημένῳ* Phil. 767. Hinc *ὦ δέσποτ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος τὰ μὲν πρὸ χειρῶν — τὰ δ' ἐν δόμοις* (sc. *κακά*) Ant. 1265.: quem locum secundum vulgarem explicandi rationem (*et habens et nactus*) putida iteratione eiusdem sententiae foedatum bene explicat Wexius secundum Andocidem vol. IV. p. 35, 18. et Dionem Chrys. vol. I. p. 454., tanquam formula solenni de eo dictum, qui *quid optimo iure et quasi pleno dominii titulo possidet*: quale nos habemus vulgari sermone: *das Unglück gepachtet haben.* — *τὰ χρηστὰ — κέκτηται μόλις* inc. C. 9. *vix habet, cum iam rursum abiicit vel obliviscitur.* — Inde *ἡ κεκτημένη* usu comicis perfrequenti *dominam* significat: *χορὸς ἰχθύων — σαίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην* inc. XLII. 2.

Κτέᾰνον bonum. πολλῶν κτεάνων σίνιν Tham. V. 2. (230 D.) de Autolyco doli et fraudis pleno. De tono generatim notavit Arcad. p. 122, 12.

Κτείνω. I. *Formae. Praesens: κτείνω* Oed. R. 813. *κτείνει* Trach. 363. *κτείνοι* Oed. Col. 997. *κτεῖνε* El. 1479. *κτείνειν* 1489. Ai. 57. Phil. 1326. *κτείνοντα* Ai. 147 an. — *Futurum: κτενῶ* Ant. 654. *κτενεῖς* Ant. 564. *κτενοῦμεν* El. 572. *κτενεῖν* Oed. R. 1176. Futuri *κτανῶ*, cuius defensionem suscipiebat Elmsl. ad Med. 774., refutatus ab Hermanno p. 212. Opusc. t. II., apud Sophoclem nullum vestigium: nec potest nisi librariorum errori tribui, antequam *φθαρῶ* et *σταλῶ* graeca esse ostensum sit. *κτενῶ* solum agnoscit Choerob. p. 1392. — *Aoristorum* primus et alter pari iure sunt et pro versuum lege et commodo dispensantur: qua de re *secundi* suus est in ultima trimetrorum sede locus. *ἔκτεινας* Oed. R. 1392. El. 551. *ἔκτεινε* El. 433. Trach. 277. 1153. *κτείναιμεν* Oed. R. 308. *κτεῖναι* El. 548. Oed. R. 641. *κτείνας* Phil. 762. El. 190 ch. *κτείνας* Synd. VIII. 4 (163 D.). *κτείνασα* Trach. 809. 1127. *κτείναντα* Ai. 1106. 1106. — *ἔκτανον* Oed. R. 277. et detracto augmento *ἐγὼ 'κτανον* [illegible]44. *ἔκτανε* El. 400. *κτάνῃς* Oed. R. 606. *κτάνῃ* El. 811. ubi

schol. *θάνω* Brunckio videbatur ante oculos habuisse, quod perverso iudicio restituit. *κτάνοι* Oed. R. 948. inde a Brunckio editum, cum supra scriptum esset in duobus ipsius codd.; idem habent Trin. Dresd. a. Laur. A., in quo *η* secunda manus adscripsit, Pal. Flor. *Γ. Δ.* Vulgatum *κτάνῃ* ne ipsum quidem cum linguae ratione pugnat. *κτανεῖν* Phil. 1297. Oed. R. 123. 967. Oed. Col. 1390. Ant. 768. El. 526. 944. 1486. *κτανών* Phil. 336. Oed. R. 139. 1185. El. 527. 1479. *κτανόντας* Oed. R. 308. Ant. 1248. *κτανόντων* El. 1412. Bisyllabae formae in arsi sunt omnes, et ultima quidem sede trimetri Oed. R. 139. 606. 844. 1185. Phil. 336. 1297. Ant. 768. El. 526. 811. 944. 1486. Praeterea solitarium exemplum est Homerici aoristi syncopen passi, idque in diverbiis *ἔκτα*, Trach. 38. Atticis ea forma tribuitur testimonio scholiastae Il. δ. 319. — *Κέκονα* in *καίνω* retulimus. — II. *Usus*. 1. De tralaticia illa *interficiendi* notione non est quod exempla exscribamus. Legitur v. Phil. 336. 762. 1297. 1326. Oed. R. 123. 139. 277. 308. 606. 641. 813. 844. 948. 967. 1176. 1185. 1392. Ant. 564. 654. 768. El. 190. 400. 433. 526. 527. 548. 551. 572. 944. 1479. 1486. 1499. Trach. 38. 277. 363. 809. 1127. 1153. Ai. 57. 147. Synd. VIII. 4. 2. De *proprietate sermonis* primum observandum de oppositis: *θανεῖν* et *κτεῖναι* s. *κτανεῖν*: *εὐγενὴς γὰρ ὁ κτανών τε χὠ θανών* Phil. 336. *αἷμ' ὑπεξαιροῦσι τῶν κτανόντων οἱ πάλαι θανόντες* El. 1412. *κτανεῖν θανεῖν τε* Oed. Col. 1390. *ὁ κτανόντας τε καὶ θανόντας βλέποντες* Antig. 1248. Item *κτανεῖν* et *ζῆν*: *χάρις μέν, ἢν κτάνῃ, λύπη δ', ἐὰν ζῶ* El. 811. v. *θνήσκω*. — Deinde illud multis observatum dicendi genus notandum, quo *κτείνειν* dicitur is, qui *interfecturus erat sed non perfecit*. V. Dorvill. ad Char. p. 214. Lennep. et Schaefer. ad Phalar. Epp. p. 181. Lips. hunc etiam ad Phoen. 79., in Ind. Orest. Porsoni v. *κατακτείνειν*, ad Oed. Col. 993. Valck. ad Phoen. 1406. Poppo ad Xen. Anab. p. 306. Herm. ad Ai. 1105. Mire Elmsleius ad Heracl. 1003. hunc usum ab aoristo *κτεῖναι* abiudicat: correcturus igitur erat Sophoclea exempla Ai. 1105. 1106.: *δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με;* ad quod Teucer respondit: *κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.* His tertium praesentis exemplum additur *εἴ τίς σε κτείνοι παραστάς* Oed. Col. 997. Quod aoristi et praesentis discrimen Hermannus posuit l. c., ut praesens prohibitum esse facere, aoristus fecisse, sed sine successu significare dicat, vereor ut intelligat quisquam. Aoristus potius *interfecturum fuisse* s. irritum conatum interficiendi orsum esse, praesens *in eo, ut interficeret, fuisse* significat, quae etsi sensu proxime distant, aliis tamen locis aliud magis convenit. Et sic non modo *θνήσκειν* dicitur Oed. R. 1457. et *ἀπολλύναι* Oed. R. 1441., sed etiam *ἀπόλλυσθαι* Aesch. c. Ctesiph. p. 425, 130.

Bekk., *ἀποθνήσκειν* Nicarch. Anth. Pal. t. II. p. 371., *πείθειν* Oed. Col. 1444. Xen. Anab. VI. 1, 19. *πράττειν* Soph. El. 312. *σπονδὰς ποιεῖν* Ar. Pac. 212.

Κτερίζω exsequias facio. *τοῦτον — τάφῳ μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τινα* Ant. 204.

Κτέρισμα. Plurale tantum est, *iustas exsequias* significans: *μή μ' ἀτιμάσητέ γε, ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε κἀν κτερίσμασιν* Oed. Col. 1412. cum zeugmatis figura. *ν* desideratur in codd. praeter Par. B. T. Farn. Vat. Sed *inferiae* dici videntur El. 426.: *ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς ἱστάναι κτερίσματα*, et *τοῦ γὰρ ἀνθρώπων ποτ' ἦν τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα;* El. 919. Spectant enim quas viderat libationes Chrysothemis et corollas sepulcro superfusas v. 882. — *κτερίσαι, θάψαι, ἀφιάσαι* Hesychius, quorum hoc ad *ἐναγισμόν* refertur.

Κτῆμα res, quam quis possidet. 1. De *opibus et copiis.* *παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος* Phil. 669. *ταύτας ἐξείλεθ' αὑτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς κριτόν* Trach. 244. de ancillis eximia pulchritudine, quas sibi in honorem victoriae a Dis data elegerat Hercules: ineptit Apitzius. *οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον* Ant. 698.; pater enim omni generi opum et fortunae praeponitur. *ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν* Scyr. VI. 3 (501 D.). — Plurative: *δόλῳ τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται* Oed. Col. 1029. *Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις* Ant. 778 ch., plurimis non recte intellectus locus, ut vel *κτήνεσι* corrigendum suaderent. *κτήματα* de *opulentis* et *potentibus* dictum negari non potest, sed iniuria reprehendit Hermannus poetam, quod opes teneris virginum genis opposuerit, nec de *adverso* amore, quod putarat Huschkius Anal. Cr. p. 49., collato Propert. I. 14, 15., sed de *necessitate amandi* dictum esse. Ea tamen ipsa necessitas in Haemonem magna vi irruens (praecipua vis sententiae est in *πίπτει*) efficit, ut aliquid infausti ex postremis adolescentis verbis auguretur chorus. Omnis difficultas tolleretur, si liceret transponi *ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς*, ut communis pauperum et divitum amor dicatur: sed sic *φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος* parum concinne abrupta sententia relinqueretur. — 2. Qualemcunque *rem optabilem* significat vel *pretiosam.* *ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν* Phil. 81. *εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρίς* Oed. R. 549. Affert cum tribus sequentibus versibus Suidas v. *εἴ τοι.* — *ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία;* Ant. 1037. — 3. Universe *rem qua quis potitur.* *οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν (θέλει)* Ach. Am. I. 7 (162 D.).

Κτήσιος quod bonorum nostrorum est. *σπάσασα κτησίου βοτοῦ λάχνην*

Trach. 687. *ovis de grege villum.* ἀπὸ κτητοῦ βοτοῦ schol. Cf. Blomf. gl. Agam. 987.

Κτῆσις possessio. λέγουσ ὅτι χρείη μ' ἐλέσθαι κτῆσιν Trach. 161. *res connubio partae cum dote.* πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένη El. 949. πατρῴαν κτῆσιν 1282. *bona* sunt ipsa. ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι Eriph. I (202 D.). Adverbiascit: εὖ δὲ προςφωνούμεθα πρὸς ἔργου κτῆσιν Trach. 229. Aptius est intelligi κατὰ τὸ ἔργον, ὃ κεκτήμεθα, i. e. ἅλωσιν Οἰχαλίας, quam κατὰ τὸ ἔργον, ὃ κέκτησαι, *pro nuntio accepto tua opera.*

Κτίζω (ἴσω) *condo, instruo.* κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον Ant. 1088. gl. κατασκεύασον. Adsignificatur *reperti* notio: ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν — πρώταισι ταῖςδε κτίσας ἀγυιαῖς Oed. Col. 719 ch. Item *patrandi:* καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ γυναικεία κτίσαι; Trach. 894. De morte a Deianira conscita loquitur chorus. τίς exclusit Herm.

Κτυπέω strepo. ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι Trach. 784. *resonabant.* ἔστενον Diog. Laert. longe minus significanter. De tonitru: ἔκτυπεν αἰθήρ Oed. Col. 1456 ch. κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος 1602. cf. I. H. Vossium ad hymn. Cer. 5.

Κτύπος strepitus. Argivorum fuisse fertur pro ψόφος in gloss. κατὰ πόλεις p. 1095. Bekk. προὐφάνη κτύπος Phil. 202 ch. de sonitu gressus. καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβλής 1441 an. locus ab Eust. p. 10, 22. commemoratus. De tonitru: μέγας ἐρείπεται κτύπος Oed. Col. 1463 ch. V. Eust. p. 692, 53. 720, 29. 1188, 30. De voce clamantium: τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος —; Oed. Col. 1496. De sonitu currus per curriculum celeriter rapti, de quo genere strepitus proprium esse demonstravit Vossius l. c.: πᾶς ἐμεστώθη δρόμος κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων El. 704.

Κυᾰμόβολος. i. q. τῷ κυάμῳ λαχών. Hesychius v. κυάμῳ πατρίῳ: — ἀνάγει δὲ τοὺς χρόνους, ὡς καὶ ἐν Ἰνάχῳ· κυαμόβολον δικαστήν (fr. X. 10. s. 271 D.). Codex Hesychii κυαμοβόλως δικαστήν. Accentum, qui penacutus ferebatur, ne Dindorfius quidem correxit.

Κύᾰμος faba. Hesychius: Κυάμῳ πατρίῳ: Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ, ὡς καὶ τῶν Αἰτωλῶν τὰς ἀρχὰς κυαμευόντων (Mel. III. s. 271 D.). Gaudebant scilicet Athenienses suos mores etiam aliis et heroum quidem aetate gentibus affingi audientes. — Accentum vocis enotavit Arcad. p. 60, 14.

Κυάνεος Cyaneus, cognomentum fabulosarum in ore Euxini rupium. παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδυμᾶς ἁλὸς ἀκταὶ Βοσπόριαι Ant. 955. In Ald. et codd. fertur post πελαγέων addi πετρῶν, ne Κυάνεαι solae nude dicerentur. Sed ne dicitur quidem; nam Κυάνεα πελάγη sunt πελάγη ἐν οἷς

Κυάνεαι πέτραι. Respexit locum Eust. p. 581, 18. — De accentu praeteriens praecipit schol. Dion. Thr. p. 1261. Bekk. cf. Etym. M. p. 542, 49. Prima versui commodo producta est.

Κῠβερνάω guberno. πάντα γὰρ — σῇ κυβερνῶμαι χερί Ai. 35. *regi patior.* Affert Eust. p. 805, 26.

Κυβερνήτης gubernator. ἐκπεπληγμένον κεῖνον βλέποντες, ὡς κυβερνήτην νεώς Oed. R. 923. ἐκπεπληγμένον ad κυβερνήτην refer cum Brunckio, non ut Erfurdtius, ad βλέποντες. De accentu v. schol. Il. ε. 158. Eust. p. 533, 38.

Κῠβευτής aleator. σοφὸν κυβευτὴν inc. XXVIII. 2 (686 D.). Sententiam vitam cum alea comparantem multis illustravit Wyttenb. ad Plut. Cons. ad Apoll. p. 112, E.; cf. Hemsterh. ad Luc. Necyom. p. 367. t. III. Bip. — De tono v. κυβερνήτης.

Κῠβος talus. Proprie: πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαί Naupl. VII. 7 (381 D.). πεσσοὺς κύβους τε Palam. I. 4 (380 D.). Tralate *de sorte:* ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι inc. LXXXIV. 2 (763 D.). Διὸς κύβοι inc. LXXXIV (763 D.). v. εὖ. — Tonus idem eodemque iure quo in τύπος, generatimque observavit Arcad. p. 45, 23. Apud Hesychium perperam κῦβος scribitur.

Κῡδάζω conviciis peto. λοιδορεῖν explicatum Eustathio l. c. κυδάζεται, λοιδορεῖται, ὑβρίζεται Suidas ex Sophocle l. c.: κυδάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι. — κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ Ai. 709. Eust. p. 64, 21. 790, 40. schol. Apoll. Rhod. I. 1337. Zonar. t. I. p. 879. II. p. 1271. Etym. M. v. ἐκυδάσσαο. schol. brev. in Il. XXIV. 592. — Schol. Barocc. ad Ai. l. c.: κυδάζεται κατ' εὐφημισμόν· κυδαίνω καὶ κυδάζω τὸ δοξάζω· ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν κυκάζεται, ἤγουν λοιδορεῖται, κυδάζεται εἶπε. Cf. Intpp. Hesychii v. κυδάσσει. Num iure ῡ credatur produci, ambiguum est, siquidem fuisse, qui a κύδος cum κυδοιμός cognato ducerent ex Photio colligi licet p. 184, 1.: κύδος, λοιδορία ἀρσενικῶς.

Κῠθέρεια Venus. εὔκαρπον Κυθέρειαν inc. CV. 90 (879 D.). Illustravit Wyttenb. ad Plut. Praec. Coniug. p. 144, B. De vocis originatione varia veteribus excogitata sunt inepte, v. Muetzell. de Em. Theog. Hesiod. p. 420.

Κῠκάω turbo. παρεὶς κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον El. 723.

Κυκλάς. Schol. Ar. Av. 1203. Κυνῆ δέ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον· ὡς Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ (fr. VIII. s. 261 D.), ἐπὶ τῆς Ἴριδος· γυνὴ τίς ἥδε; κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς. cf. Valck. ad Adon. p. 346. Sententiam cum absolutam esse non constet, duplex est explicandi via: altera, ut κυκλὰς κυνῆς subaudiendo μόρφῃ

id sit quod κυνῆ κυκλοειδής; altera, ut κυκλάς relatum ad γυνή significet κυκλουμένη, id est καλυπτομένη. — ῡ in arsi producitur, in thesi corripitur.

Κυκλέω. Transitive *torqueo, circumvolvo, converto.* ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν Ant. 226. i. q. περιστρέφων. ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλοῦντα Ai. 19. Schol. Pal. περιερχόμενον. κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν Laoc. III. 4. (342 D.), *secum volvit*, i. e. turba circumfusus ingreditur. Hinc *passivum* est: ἴδεσθέ μ' οἷον κῦμα — ἀμφίδρομον κυκλεῖται Ai. 346 m., quod cave deponens medium putes. *Volvitur circa me*, i e. circumfunditur et mergit: ἤγουν ποντίζει με ἄρτι, ut scriptum in schol. Pal. Male schol. vet. ὅτι κῦμά τι ὑπολειφθὲν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος κυκλεῖ αὐτόν. — Tralate: ὁυμὸς αἰεὶ βίοτος ἐν πυκνῷ θεοῦ τρόχῳ κυκλεῖται inc. LVI. 2. (713 D.), adsignificata mutabilitate, quam exsequitur accuratius additum καὶ μεταλλάσσει φύσιν. — Si quando intransitive dicitur, subaudiendum pronomen reflexivum. πολλαὶ κυκλοῦσι νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι El. 1357. Futurum atticum esse iniuria putabat Schaeferus: idem tamen recte cavit, ne quis active dictum cum accusativo τοὺς ἐν μέσῳ λόγους coniungendum putet. ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ πᾶσι κυκλοῦσιν οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι Trach. 130 ch. κυκλοῦσιν ἐπὶ πᾶσιν, non ἐπικυκλοῦσιν iungenda. „Eo enim fine Ursae similitudine utitur, ut quemadmodum haec nunquam non supra nos in caelo vertitur, ita super capitibus nostris etiam bona et mala perpetuo gyro verti dicat." *Hermann.* Ceterum Triclin. male κυκλοῦσ', Ald. et codd. vett. κυκλοῦσιν.

Κυκλόεις *orbicularis.* Ἄρτεμιν, ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει Oed. R. 161 ch. A forma olim fororum, ubi Diana Boeotis publice colebatur, dictum: v. Casaub. ad Theophr. Char. p. 123. Memorat Eust. p. 1158, 2. 1816, 28.; memoriter affert vitiose p. 1335, 60.

Κύκλος. De forma unus locus notabilis inc. LXVI. 1, 2. (731 D.), quo metaplasticum κύκλα legitur. Servari tonum observat Etym. M. p. 544, 22., isque gravis est: v. Arcad. p. 50, 19. 53, 26. In arsi prior syllaba producitur, in thesi corripitur: illud rarum, v. inc. LXVI. 1, 2. — Significatio una *orbis* convertitur ad varia. 1. Et *rerum forma rotundarum* primum significat *solem* et *astra.* ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος Ant. 412. κύκλον ἡλίου inc. XC. 2 (771 D.). Deinde *caelum*: τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον; Phil. 804. v. Herm. Unde ductum videtur ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κυκλὸς τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν Ai. 657.: quod non potest nisi de *caelo* intelligi *noctis tenebris involuto* et *tecto*, unde cum nox discedit, caelum locum dedisse dicitur orienti soli. Fateor tamen valde blandiri νυκτὸς αἰανῆς κύκλος, ut *luna*

significetur soli cedens; quanquam *αἰανής* poticre fide habendum. Iam frequens est de *oculis*. Rationem transferendae significationis monstrat *ὀμμάτων κύκλοις* Ant. 962 ch. *ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων* Oed. R. 1270. *ὁ γὰρ ἐσαιὲν ὁρῶν κύκλος λεύσσει νιν Μορίου Διός* Oed. Col. 709 ch. *πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι ταῦτ', ἐξανασχήσεσθε τοῖσιν Ἀτρέως ἐμὲ ξυνόντα παισίν* Phil. 1338. Schol. *ἐνιαυτοί* et *χρόνοι* interpretatur, Brunckius cum Ratallero astra intelligens *circulos caelo micantes*; male uterque, cum nunquam *astra* sed *sol* solus gestarum in orbe rerum testis advocari soleat. Iam Camerarius recte explicuit de *oculis*, coniungendaque sunt, deleta interpunctione post *κύκλοι* vulgo posita, *ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες τοῦτα κύκλοι*, incidendum autem post *ταῦτα*, quod demonstrative dictum est, Philocteta res circumsitas significante. — 2. *De his, quae in orbem posita sunt, conventum* maxime et *circulum* hominum significat. *ἐκ γὰρ συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου Κάλχας μεταστάς* Ai. 736. Similiter intellige *ἐῤῥηξάτην εἰς κύκλα χαλκέων ὅπλων* inc. LXVI. 1. 2. *in orbem virorum armatorum irruperunt.* — 3. Hinc adverbialis exstitit dictio: cum praepositione *καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετο* Phil. 356. *στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ μαθόντες ἀμφέστησαν* Ai. 710.; sine praepositione: *φονώσαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα* Ant. 118 ch. Cod. Ricc. *κυκλώσας*, quo scilicet verbo *ἀμφιχανὼν κύκλῳ* explicatum ab aliquo fuerat. *κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς κρίνει παραστάς* Trach. 193. *ὁρῶ — περιστεφῆ κύκλῳ πάντων ὅσ' ἔστ' ἀνθέων θήκην πατρός* El. 883. Sic intelligendum de Aiace *κύκλῳ ῥαχίζων* Ai. 56. Schol. vet. *κατὰ πάντα τόπον τῆς ἐπαύλεως σφάζων καὶ διακόπτων.* Et tralate dictum quasi de *munimento*: *εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα* Ant. 241. *ab omni parte caves.*

Κυκλώπειος Cyclopius. τ ρ ο χ ὸ ν δὲ τὸ τεῖχος, ὡς Σοφ. Ἡρακλεῖ Κ υ κ λ ώ π ε ι ο ν τ ρ ο χ ό ν (Herc. Taenar. III. 3. s. 222 D.) Hesychius, moenia nescio cuius urbis Cyclopia respiciens a Sophocle memorata.

Κύκνειος quod est cycni. *ἠμφιεσμένος πτίλον κύκνειον* inc. L. 3. (708 D.), de Iove Ledae amatore.

Κυκνῖτις quod Cycno est. *βοὴν Κυκνῖτιν* Past. VI. 7. et Pel. III. 2 (440 D.). Stephanus Byz. v. *κυκνῖτις* affert. Sed quod interpretatur *ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε*, ansam nobis corrigendi *γ ύ η ν* dedit, cf. *βοή* et *γύης*.

Κυλίνδω et *κυλίω volvo.* *ὥστε ποντίαις οἶδμα δυσπνόοις ὅταν Θρήσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς, κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα* Ant. 586 ch. *Passivum:* *τὸ δ' ἔγχος ἐν ποσὶν κυλίνδεται* inc. CV. 84. (872 D.), quod ad Nausicaam referendum esse docuimus in v. *ἔγχος*. —

ἐκ τροχηλάτων δίφρων κυλισθεὶς El. 50. κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόσπριος Coph. II (334 D.). Antiquam, ut consentaneum erat, verbi κυλίνδω formam consectatus Sophocles, quae barytona est: v. Aristarchum ap. schol. Il. ρ. 688.

Κύλιξ calix. οὔτε βαθειᾶν κυλίκων νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν Ai. 1179 ch. v. βαθύς. ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος Capt. VIII. 9 (49 D.). ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ Triptol. IX. 3 (541 D.). v. ἀπυνδάκωτος. — De accentu generatim docet Arcad. p. 18, 18 et 19, 1.

Κυλλαίνω. ἴσαιν' ἐπ' οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω Phaedr. IX. 8 (619 D.). Hesychio explicatum τὰ ὦτα καταβαλών. Cod. Hesychii κυθλάννων καὶ τό.

Κυλλήνη mons. ὁ Κυλλάνας ἀνάσσων Oed. R. 1104 ch. De accentu generatim praecipit Arcad. p. 111, 15.

Κυλλήνιος Cyllenius. Κυλλανίας ἀπὸ δειράδος Ai. 680 ch.

Κῦμα fluctus. διὰ κῦμα τεμών Inach. XI. 5 (265 D.). Item κῦμα in alia Inachi particula inesse videtur corrupte scripta ap. Herod. π. μον. λεξ. p. 35, 10., quod est apud Dind. 266., Brunckio nondum cognitum. κύματ' ἐν εὐρεῖ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τε Trach. 113 ch. Tralate *de vi malorum:* ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται Ai. 344 m. De productione prioris syllabae neutris in υμα disyllabis inusitata, v. Etym. M. p. 545, 5.

Κυματοαγής fluctuum instar irruens. δειναὶ κυματοαγεῖς ἆται κλονέουσιν Oed. Col. 1245 ch.

Κυματοπλήξ fluctibus illisus. Βόρειος ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται Oed. Col. 1243 ch. Coniungenda κυματοπλὴξ κλονεῖται, in sequentibus ut anacoluthon sit. Aliter Elmsleio et Hermanno placuit. De tono v. schol. Il. ζ. 135. et in ἀγνώς et ἀῤῥώξ adscripta.

Κύμβη cymba. ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα; Androm. II (129 D.). Praeter Athenaeum XI. p. 482, D., et Eust. p. 1205, 56., qui hunc versum afferunt, κύμβης tanquam Sophoclei vocabuli etiam Photius meminit p. 187, 3. Accentum enotavit Arcad. p. 104, 3.

Κυνᾱγός venatrix. τὴν κυναγὸν Ἄρτεμιν El. 563. De dorismo hoc et similibus tragicorum satis constat, de accentu diserte observare non abstinuit Arcad. p. 88, 2.

Κυνάρα cinara. Κινάρα· Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι κυνάραν καλεῖ (fr. V. 3. 318 D.) Athen. II. p. 70, a. Eustathius p. 1822, 17. Accentum generis v. ap. Arcad. p. 101, 3.

Κύναρος rubus caninus vel cinara. κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην Phoen. V (643 D.). Athenaeus l. c. cinaram a Sophocle κύναρον in Phoenice dictam autumat; cui rei non optime convenit ἄκανθα.

Κυνῆ galea. εὐλόφου κυνῆς Ai. 1266. — *petasus.* κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει Oed. Col. 315. quod respexit Suid. v. ἡλιοστερής et πλατύπιλος, explicuit Eust. p. 803, 1. γυνὴ τίς ἥδε; κυκλὸς Ἀρκάδος κυνῆς Inach. VIII (261 D.). Hesychius: Ἀρκὰς κυνῆ, Ἀρκαδικὸς πῖλος.

Κυνηγετέω. Proprie *venor*, inde *indago*, *speculor.* νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ — πάλαι κυνηγετοῦντα Ai. 5. Affert Eust. p. 826, 51. respicit p. 792, 47. Dorismi in his vocabulis militarium nominum similitudinem, qualem κυναγός refert ut λοχαγός factum, nullam referentibus extra melica partes non sunt. Cf. Valck. ad Phoen. p. 118. Lobeck. ad Phryn. p. 428.

Κυνηγία venatio, investigatio. φύλαξ ἔβην τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ Ai. 37. Margo Turn. τῆς σῆς κυνηγίας, quod adscriptum pro var. script. in cod. Paris. uno. Flor. *A.* κυνηγία supra scripto ας. Male κυναγία scriptum in Eur. Hipp. 108., item ab Elmsl. et Matth. in Bacchis 339. contra libros adeo omnes. Tamen donec scribetur extra melica ἀρχηγός et ἀρχηγέτης et στρατηγός, probari κυναγία non potuit, etsi κυναγός libri tutum praestant.

Κυνηδὸν canum more. κυνηδὸν ἐξέκραξαν Phrix. II (646 D.). De tono adverbiorum in δον praecepit Apoll. de adv. p. 559, 7.

Κυνοσπάρακτος canibus laceratus. κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους Ant. 1183.

Κύπρις Venus. 1. Dea ipsa. εὔλεκτρος ἐν μέσῳ Κύπρις ῥαβδονομεῖ ξυνοῦσα Trach. 513 ch. Inepte de puella tum Deianira intelligebat Musgr. ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις — τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ 858 ch. — 2. Sed non satis accurate saepius *dea* ab *amore* quem instillat animis et desiderio discerni potest. μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεὶ Trach. 497 ch. Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον, ἀλλ' ἔστι πάντων ὀνομάτων ἐπώνυμος Inc. XXIII. 1 (678 D.). ἄνευ σιδήρου πάντα τοι συντέμνεται Κύπρις τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα ib. 17. — 3. *Cupido* et *desiderium* quoddam *amoris* significatur: ὦ θεοί, τίς ἆρα Κύπρις ἢ τίς ἵμερος τοῦδε ξυνήψατο inc. LIII. 1 (710 D.). Ultra enim et volentia omnia in hominis ditionem concessisse dicuntur. Ἔρωτα et Ἀφροδίτην similiter dici notum. — Accentum adnotavit Arcad. p. 33, 25. Prima in arsi producitur, in thesi posita corripitur.

Κυρέω et κύρω. I. *Formae.* Universe primum observandum formae contractae et barytonae neque ullum esse in significatione discrimen, et utramque melicis pariter et diverbiis convenire videri, quamquam barytona nunc uno tantum trimetrorum loco legitur. Eam cur praeter futurum et aoristum plane abiudicaret a scenicis Elmsleius ad Oed. Col.

1158. causa nulla erat, defenditque Herm. ad Ai. 307. Sed praesens κύρω thematicum videtur, nec nisi ἔκυρον certa fide esse, ut erraverit Valck. ad Hippol. 744. 1207. Κύρσω, κῦρσαι tragicis dici non meminerat Lennep. ad Phalar. Epp. p. 234, a. Rursum in optativis non dici nisi barytonam formam Atticis satis inepta est scholiastae Aiacis 314. observatio. Apud Sophoclem praeter aoristi optativum κύρσαιμι non legitur aliud exemplum, sed cum κυρῶ, κυρῇς, κυρήσω, κυρήσας, κυρῆσαι crebro usu terantur, ineptum esset de optativo dubitare. Et legitur κυρήσαις Aesch. Suppl. 584. — *Praesens.* κυρῶ Phil. 887. 1264. Oed. R. 258. ubi pro ἐπεὶ κυρῶ, quod certa emendatione Burtonus intulit, libri ἐπικυρῶ. 594. Oed. Col. 730. quo loco schol. ἐγώ subaudito κυρῶ, quod ipsum in Laur. A. supra scriptum, utrumque iuxta positum in Laur. B. 1310. Trach. 385. 398. 405. El. 653. κυρεῖς Phil. 794. Oed. Col. 578. Trach. 412. Ai. 87. 538. El. 839 ch. 1167. 1401. κυρεῖ Phil. 23. 438. 442. Oed. Col. 119 ch. 415. Ant. 483. Trach. 290. Ai. 307. ubi schol. κύρει, Elmsleius corrigendi pruritu κυροῖ. 340. 963. El. 789. 1414. κυρῇς Ai. 1324. κυρῇ Phil. 30. Schaef. Mel. Cr. p. 115. κυρεῖ coniiciebat. κυρεῖν Oed. R. 362. Oed. Col. 1292. κυρῶν Phil. 371. ubi pro ἢν κυρῶν, quae Brunckii emendatio est, libri ὢν κύρει, Porsonus ad Med. 1138. κυρεῖ, idque minor scholiasta ante oculos habuit. 540. 731. — *Imperfectum* ἔκυρουν El. 1323. κύρει Oed. R. 985. ἔκυρον Oed. Col. 1161. Sensus non sinit, ut pro imperfecto praesentis thematici significatione aoristi habeatur. Suidas v. ἐκύρουν et ἠκύρουν affert ἐκύρουν. — *Futurum* κύρσει Oed. Col. 225 m. — *Aoristus productione forma:* κυρήσῃς Oed. Col. 1700 m. Ex cod. Vat. Brunckius κυρήσεις. κυρῆσαι Oed. R. 1514. κυρήσας Oed. R. 398. Ant. 862 m. *teniore:* κύρσαιμι Oed. Col. 1085 ch. κῦρσαι Oed. Col. 247 m. quod olim κύρσαι scribebant, ꝯ brevioris formae produci ignorantes. — II. *Usus.* 1. Ut τυγχάνω oppositum ἁμαρτάνειν habens significat *assequi* de rebus incertis et in coniectura positis. γνώμῃ κυρήσας, οὐδ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών Oed. R. 398. *felici coniectura.* ἢ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ κείνου; El. 653. Afferunt Suidas v. ἐπεικάζω et Zonar. p. 833. — 2. Hinc cum genitivo est *nanciscor, potior.* δειλαία δειλαίων κυρεῖς El. 839 ch. quo loco qui δείλαια δειλαίων scribentes κυρεῖς cum accusativo compositurі erant, errarunt. βίου δὲ λῴονος ὑμᾶς κυρῆσαι Oed. R. 1514. τὸν ἄθλιον αἰδοῦς κῦρσαι Oed. Col. 247 m. δυςπότμων κασίγνητε γάμων κυρήσας Ant. 862 m. — Paulo alia sententia est αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι Oed. Col. 1085 ch. *assequar,* i. e. tollar ad nubes. — 3. Inde *impersonale* cum dativo significat *contingit.* ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν βουλήσομαι — κυρεῖν ἐμοί Oed. Col. 1292. νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ Trach. 290. — 4. Saepe idem est quod *esse,*

versari, maxime participio non addito, de quo usu verborum κυρεῖν et τυγχάνειν iniuria dubitabat Porsonus, quem contra quaedam contulit Elmsleius in Mus. Cr. Cantabr. vol. III. p. 351 sqq. (notis ad Ai. 9., additis etiam Lipsiensi editioni Supplicum et Iphigeniarum Marklandi vol. II p. 300.). εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ Phil. 23. ἐνθάδ' ἤδη τοῦδε τοῦ πάθους κυρῶ 887. φονέα σε φημὶ τἀνδρὸς, οὗ ζητεῖς, κυρεῖν Oed. R. 362. εἴτ' ἀδελφῆς εἴτ' ὁμαιμονεστέρα — Ζηνὸς Ἑρκείου κυρεῖ Ant. 484. κἀνήρετ', ἐν τῷ πράγματος κυρεῖ ποτε Ai. 307. ποῦ μοι γῆς κυρεῖ τῆς Τρῳάδος; 963. Sunt aliquot exempla, in quibus nomina adiective intelligenda addita similitudinem participiorum referunt. εἰ γέρων κυρῶ Oed. Col. 730. οὐδὲ γὰρ ὢν ἀφίλητος ἐμοί ποτε καὶ τῷδε μὴ κυρήσῃς 1700 m. Paulo aliter atque haec omnia dictum Phil. 438. ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι — τί νῦν κυρεῖ: *quo rerum statu, quid de eo factum sit.* — 5. Longe crebrius *cum participio* dicitur, cui κυρεῖν *quali forte conditione res est,* significationem addit. ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ Phil. 30. τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ; 442. ποῦ ποτ' ὢν — κυρεῖς; 794. El. 1401. εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων κυρῶ, πέπαυμαι Phil. 1264. ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ ἔχων μὲν ἀρχάς Oed. R. 258. οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ 594. εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα 985. ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς Oed. Col. 119 ch. ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ; 415. εἰρηκὼς κυρεῖς 578. θύων ἔκυρον 1161. τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ; 1310. ὡς ἐγὼ λόγοις — ἐκπεπληγμένη κυρῶ Trach. 385. ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ 398. εἰ μὴ κυρῶ λεύσσων μάταια 405. οὐ μέντοι κάρτα τοῦτο δρῶν κυρεῖς 412. ἄγ' αὐτὸν ὥσπερ χεροῖν εὐθύνων κυρεῖς Ai. 538. οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς 1324. πρὸς τί τοῦτ' εἰπὼν κυρεῖς; El. 1167. εἰ μὴ 'κύρουν ἐγὼ φυλάσσων 1323. — 6. Sed invertitur componendi ratio, ut ipsum κυρῶν *participium* finito verbo addatur. πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν Phil. 371. siquidem recte Brunckii emendationem firmavit Hermannus; nec enim ὢν κυρεῖ defendi potest cum praesens sola in primaria, non secundaria actione subrogari imperfecto soleat. ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι 540. ἐν κακῷ δέ τῳ φαίνει κυρῶν 731. — 7. Pleonasmi speciem κυρεῖν et ἔχων coniuncta referunt, neque tamen efficiunt, quod ἔχειν *se habere, aliquo loco vel statu rerum esse* significat. Satis notabile, ut quod proxime observavimus in solo Philocteta fabula exstet dictum, ita hanc dicendi formam duobus Aiacis exemplis ostendi: μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων Ai. 87. καὐτὸς ὡς ἔχων κυρεῖ 340.

Κύριος penes quem ius, potestas, arbitrium est. ὅταν δ' ὁ κύριος παρῇ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμών Oed. Col. 289. Brunckius ὅταν δὲ κύριος, libri ὅταν ὁ κύριος; v. Herm. ὁ κύριος Θησεύς 1639. τοῖς κυρίοις — δηλοῦν λόγον Ai. 721. — πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων

Oed. Col. 1045. — *De re: τὰ τῆςδε τῆς γῆς κύρια* Oed. Col. 919. *leges et mos publicus civitatis. Κιθαιρὼν, ὃν μήτηρ τ' ἐμοὶ πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον* Oed. R. 1453. *iustum et debitum sua voluntate*, quam nunc expleri Oedipus vult. — Tonum v. ap. Arcad. p. 40. 17. 41, 18.

Κυρίως suo iure. κυρίως αἰτουμένῳ Phil. 63.

Κῦρος confirmatio, iustus finis. πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος Oed. Col. 1776 an. i. q. *κεκύρωται.* — *ἡ δὲ νῦν ἴσως πολλῶν ὑπάρξει κῦρος ἡμέρα καλῶν* El. 967. *multa bona dabit.* Affert Suidas v. *κῦρος.*

Κύρω v. *κυρέω.*

Κύστις vesica. τὰς μαλλοδέτους (ας) κύστεις Polyid. II (462 D.). Significatur genus divinationis, de quo v. schol. Eur. Phoen. 1256.

Κύτος quidquid *capax* est et *rebus continendis, vas. σμικρὸς προςήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει* El. 1131. Suid. v. *ὄγκος.* Urna cum cineribus Orestis significatur. De Trach. 12. v. *τύπος.* — *Κῦτος* falso scribitur et produci prima iubetur ap. Gr. Herm. de Prosod. p. 429.

Κυχρεῖος Cychreus. Κ. πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Steph. Byz. ex Teucr. I (506 D.).

Κύων. 1. Proprie *canis. κυνὸς Λακαίνης* Ai. 8. v. Intpp. *κυνὸς πέλης τε μηκάδος ῥινὸν βοός* Amphiar. VI. 4 (122 D.). *κύων λαίθαργος* ei inc. CV. 115 (902 D.). *πρὸς οἰωνῶν δέμας καὶ πρὸς κυνῶν ἰδεστὸν* Ant. 206. *σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν — ἐξεφαίνετο* 257. *ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν* 693. In Laur. a. adscriptum *γρ. λύκων.* V. Herm. *οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς* 1004. *ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν ἢ θῆρες* 1068. *κύνας βοτῆρας* Ai. 290. *μὴ ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος* 817. — 2. Hinc de *canis s. caniculae signo: ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν* Naupl. V. 11 (379 D.). *Σειρίου κυνὸς δίκην* inc. CV. 156. (941 D.): *Σοφοκλῆς, τὸν ἀστρῷον κύνα* Hesychius. — 3. Figurate primum de *fera bestia: καταστίκτου κυνὸς σπολὰς Λίβυσσα, παρδαλήφορον δέρος* Ai. Locr. VI (16 D.). — 4. Sed *dirissima quaeque monstra κυνῶν* nomine poetae Graeci appellant: (Brunckii verba sunt ad Oed. R. l. c.) *ἡ ῥαψῳδὸς κύων* Oed. R. 391. *Sphinx.* V. Heins. ad schol. Hesiod. *ἔργ.* 151. I. H. Vossium Epp. Mythol. II. 2. 3. Iacobs. Anim. ad Athen. Additam. p. 71. Versum cum sequente affert Suid. v. *ῥαψῳδία*, respicit Photius v. *ῥαψῳδὸς κύων.* — *Dirae* significantur maleficia ulturae: *βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες* El. 1380 ch. Aut de Diris, aut de Oreste et Pylade scholiastes intelligendum monuit; Hermannus Oresten et Pyladem, quos *κύνας* vocari aptum non videtur. Eustathius (p. 763, 39. 768, 56) secutus Brunckius Diras intelligit, et iure quidem: addere debuit Diras illorum

quasi personam indutas manuque ad ultionem usuras. — 5. *αἰετὸς κύων Διός* inc. 766 D. Brunckio omissum, *famulum* significat.

Κώδων tuba. *χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς* Ai. 17. Memorant versum Suid. v. *Κώδων*, Eust. p. 1139, 60., Schol. Oed. R. 124., Schol. Thucyd. IV. 134. Cur *Τυρσηνική* potissimum, vide apud Lobeckium. — Accentum notavit Arcad. p. 11, 4.

Κωδωνοκρότος tintinnabula quatiens. *σὺν σάκει κωδωνοκρότῳ παλαισταί* inc. LXX. 2, 2 (738 D.). Sic Troiani feruntur Sophocli dicti esse. Falsa ferri videtur iuxta cum explicatione *tinniens* vel *resonans tintinnabulis τόνωσις:* clipeus motus tintinnabula simul quatiebat, quare penacui oportuit.

Κώκυμα lamentatio. *ἀνδρῶν γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα* Ant. 1066. *φωνῆς — ὀρθίων κωκυμάτων κλύει τις* 1191. Moschopulum in Dictt. Att. locum vitiose scriptum memorantem emendavit Hermannus. *ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων* Ai. 314.

Κωκυτός lamentatio. *ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον — κωκυτόν* Trach. 864. *ἥσει μέγαν κωκυτόν* Ai. 838. *μὴ οὐ — ἐπὶ κωκυτῷ τῶνδε πατρῴων πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν* El. 108 an. Suid. v. *ῥιπάς ἐ π ὶ κ ω κ υ τ ο ῖ ς* refert. Erfurdt. *ἠχὼ θρηνητικήν*, rectius Hermannus *clamorem* interpretatur ad luctum alios provocantem. *οὐ νάβλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλα* inc. LXIV (728 D.).

Κωκύω defleo cum lamentatione. *νέκυν — μὴ τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τινα* Ant. 28. *τοῦτον — μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τινα* 204. *κωκύσασα μὲν — Μεγαρέως κλεινὸν λάχος (λέχος)* 1288.

Κῶλον artus. Perpetuo tamen de *pedibus* solis dicitur. *κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου* Oed. Col. 19. proxime a propria significatione abest. — *ἕπεο — ἀμαυρῷ κώλῳ, πάτερ, ᾧ σ' ἄγω* 179 m. *νοσῶν ἀνὴρ κῶλον παλαιᾷ κηρί* Phil. 42. *ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ κῶλον ποδισθείς* Acris. III. 2 (60 D.). — Tonum, quod vix opus, notavit Arcad. p. 122, 16.

Κωλύω prohibeo. *ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν* Phil. 1225. de qua ratione verbi cum duplici accusativo positi v. Heindorf ad Plat. Sophist. t. IV. p. 363. — *οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν* Ant. 261. *οὐδ' ὁ κωλύσων πάρα;* El. 1188.

Κωμάζω. Tralata *grassandi* vel *ruendi* vi dictum puto *ἢ τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας* inc. XLIV. 2 (703 D.). — *κωμασάσης* ex Tham. I. 3. (227 D.) loco quidem conclamato legitur apud Athen. IV. p. 175.; ed. Ald. et Casaub. *κωμώσης*.

Κώπη capulus gladii. *χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς κώπης ἐπιψαύουσαν;* Phil. 1239. Corcyraeorum sermonis esse hac vi dicitur in *γλ. κ. πόλ.* ap

Bekk. p. 1096 — *remus.* *οὔτε παμπλίμοις κώπαις ἐρέσσων* Trach. 558. — Accentum notavit Arcad. p. 113, 4.

Κωρύκιος *Corycius*, dictus ab antro Corycio in monte Parnasso. *Κωρύκιαι Νύμφαι* Ant. 1115 ch. V. Intpp. Aesch. Eum. 22.

Κωτίλλω *garrio.* Transitivo *garriendo molestum* esse significat. *γυναικὸς ὢν δούλευμα μὴ κώτιλλέ με* Ant. 752. Quanquam grammatici non noverunt nisi *garriendi* aut *adulandi* aut *decipiendi* significatione.

Κωτίλος *garrulus.* *κωτίλος ἀνήρ* Phaedr. III. 3 (606 D.). — Accentum generis notavit Arcad. p. 55, 18.

** *Κωφέω.* Photius p. 359, 25. *οὐκ ὤφιξεν, οὐ βλάπτει* ex Herc. Taen. III. 4 (223 D.). Brunckius *οὐ κωφίζει*, scribendum autem *οὐ κωφεῖ*, quod verbum primum *retundendi* et *hebetandi* significatione, deinde pro *πηροῦν*, *βλάπτειν* dictum illustrarunt Hesychii Intpp. v. *κωφεῖ* et *οὐ κωφεῖ.*

* *Κωφίζω* v. *κωφέω.*

Κωφός. 1. Proprie *surdus.* *λήθην — κωφὴν ἄναυδον* Hybr. I. 2 (595 D.). *οἱ κακῶς πράσσοντες οὐ κωφοὶ μόνον* inc. X. 1, 1 (663 D.). — 2. Cum figura: *ἐγὼ — ὁ πάντα κωφός, ὁ πάντ' ἄϊδρις* Ai. 894 ch. Schol.: *τὰ πάντα ἀναίσθητος.* Photius p. 199, 21. *κωφόν, ἀσθενές, ἀμβλύ.* Hesychius *κωφόν, ἀναίσθητον, μωρόν.* — *τά γ' ἄλλα κωφὰ καὶ παλαί' ἔπη* Oed. R. 290. gl. *ἀνυπόστατα*, perperam. Suid. v. *κωφά* versum afferens explicat *ψυχρὰ καὶ οὐδὲν σαφὲς ἔχοντα, ψιθυριζόμενα*, ex scholiis huius loci. Cf. Valck. Anim. ad Ammon. p. 133., Coraen. ad Heliod. t. II. p. 152. — Accentum enotavit Arcad. p. 84, 20.

Κωχεύω. Hesychius: *κ[illegible]χεύουσιν, ὀχοῦσι, μετεωρίζουσι* explicans; quem Sophoclis dei[illegible] versum affert, eum scriptum habet emendatius Etym. Ms. ap. Ruhnk. in Auctario: *πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φιραῖ δέμας* ex Camic. V (303 D.). Ruhnk. *ἀμφορεῖ*, recte Dindorfius *ἐν φορᾷ.*



